Philol.

R
1933

II. e. 328.

Be. 328.

C. L. Strauss.

par paramo poramus ero remanere [illegible]
si velit

Pontanus in Horatiū Iuuenale et Persiū
Domitius Salterinus in Iuuenale
Politianus in Iuuenale Satyr: 5 folio 47
Antonius Mancinellus in Iuuenale

COMMENTARII IOANNIS BRITANNICI IN IVVENALEM: CVM GRATIA A DVCALI DOMINIO VENETIARVM NEQVIS ALIVS EOS INTRA DECENNIVM IMPRIMAT.

Carmen Pamphili Saxi

Tela; faces, laqueos, horrorem, fulmina, morsus:
Verbera. Clamores, murmura, dicta, sales:
Qui Iuuenalis auet pernoscere funditus, immo
Affectus, animum, pectora, cor, genium
Hunc legat, interpres, non est, sed carminis auctor
Egregii uatis; uita sed egregia.
Carmina non generat, sed gignit aperta, serenat.
Sensa nec exponens lucida, sed generat
Increpat, inuehitur, castigat, corrigit, urget.
Cogit, sollicitat, ducit, agit, stimulat
Prosa canit uatis concentu dulciter huius.
Concentus prosa soluitur & loquitur
Deniq; sunt unus sub uate Britānicus ipse est
Collectus numeris clausus & exiguis:
Sub se collectus uates extensus in illo est
Qui legit hunc igitur cautus utrunq; legit.

BIBL. ACADEM. DORPATENS.
4 II B
694

Ioannes Británicus Brixianus Salutem plurimam dicit Senatui populoq; Brixiano.

COnsideranti mihi Amplissimi patres Brixiani homines (ut placet Stoicis) hominũ Causa esse generatos, ut ipsi inter se alius prodesse possit alii, in mentem ueniebat eũ demũ illiberali censendum esse ingenio, qui omnia quæ aut diceret, aut faceret, aut deniq; cogitaret non ad aliquam aliorum utilitatem, sed ad suum dumtaxat cõmodum referret. Nec imerito. Nam (quod & Plato sensit) illud semper nobis in animo fixum esse debet, nos non solum nobis, sed patriæ & amicis natos esse, ut nõ magis nostra q̃ aliorum cõmoda quærenda sint. Quare patres amplissimi quum in toto ætatis meæ tractu omnia temporum momenta ad percipiendam doctrinam contulerim, uisusq; sim clementia dei nostri eo peruenisse, ut ex his studiis aliquem omnino retulerim fructum, putaui operæ p̃cium me facturum esse, si eum non solum ad meam, sed ad cõmunem omnium in litteris uersantium utilitatem & beneficientiam conferrem. Sed quum multa in hac re litteraria extarent: quæ non magis delectabilia q̃ fructuosa esse uiderentur, in quibusq; non sine aliqua laude uersari possem, existimaui eum mihi poetam interprætandum cuius doctrina ex omni fere parte ad nostram institutionem esset accõmodata. Iuuenalis igitur satyras etsi temporibus nostris a nõnullis aliis egregie litteratis cõmentatoribus, uel cum magna ipsorum laude enarratæ fuerant aggressi sumus, q̃ omnino animaduerteremus in toto operæ multa abiis, siue in curia quadam, siue cõsulta opera præterita esse, q̃ quæ ipsi fortæ intelligerent eadem & cæteris perspicua arbitrarentur, multaq; etiam longe aliter exposita q̃ sensus auctoris exposceret. hocq; eo libentius fecimus q̃ Iuuenalem eum esse nouimus poetam, qui ueluti flagello atq; ense peccantium uitia persequens saluberrimo carminis sui stilo docet a semita turpidinum declinandum, honestatéq; apphendendam, ita ut in scholis (quãdo adolescentes poeticæ instituendi sint) nihil fere utilius fructuosiusue legi queat, ii enim mihi tũ demum probatissimi uidentur auctores, quorum doctrina nõ tam ad uoluptatem q̃ ad institutionem nostram refertur. Confido autem in toto opere præter fortasse tria aut quattuor ad summum loca, quæ aut ingenii mei imbecillitate, aut morum ignoratione ueterum: non intellecta altioribus ingeniis enodanda relinquo, nihil prorsus relictum quod a me nõ sit optime dilucidatum, multaq; etiam longe rectius explicata q̃ ab omnibus aliis qui ante me in poetam scripsere. Quod autem lucubrationes meas uobis Ampl.pa. dicandas esse cẽ fuerim, Illud me maxime impulit, q̃ memineram superioribus annis quum in Achilleida Statii & Satyras Persii cõmentarios edidissem, uobisq; nũcupauissem alteros, ita uobis placitos fuisse, ut me non mediocris solum laus & gratulatio uestra secuta sit, sed insuper amplissimum mihi munus publico totius senatus consulto decretum fuerit. Qua una liberalitate, ita me uobis prorsus deuinxistis, ut statuerim siquid unquam in his studiis laude dignum perficerem id totum uobis tradere atq; dicare. Et cur non facerem? quum hæc nostra ciuitas bonarum semper artium studiis delectata sit in diesq; uehemẽter delectetur? Quod enim ex hac ciuitate (ut a cultu diuino exordiar) sanctissimi episcopi atq; etiam cardinales? Quot uerbi diuini saluberrimi (ut dicunt) prædicatores? Quot iuriscõsulti uel ueteribus legum conditoribus cõparandi? Quot physici præclarissimi? Quot in omni genere doctrinæ cõsumatissimi uiri prodiere? Sed quid probatissimos ciuitatis mores celebrem, quũ ipse Plinius Iunior fateatur ipsam multum antiquæ uerecundiæ & frugalitatis retinere ac seruare? Labores igitur nostros Ampl.pa. quos forte maiori uoluntate q̃ facultate p̃fecimus uobis afferimus obsecrantes, ut quando nihil sit tam benefactum quod nõ uellicare malignitas possit, eos in tutelam uestram ita recipiatis, ut omnibus perspicuum sit Británicum omniaq; eius opera uobis esse cõmendatissima. Quod si a uobis (ut confidimus) fiet, studium profecto nostrum ad grauiora maxime excitabitur. Vobis autem Domini nostri Iesu christi clementia incolumitatem perpetuam & salutem æternam largiatur. Valete.

¶ Annotationes quędam Ioannis Britannici in Asinum Apulei & Silvas Statii.

FVerat mihi in aio Dominice bonomine & Gabriel Cimine multa quę apud varios authores, imprimisq; asinum Apuleii, Sermones & Epistolas Horatii, Silvas Statii, & Plauti comœdias vel mendosa, vel parum curiose a cõmentatoribus explicata legebant colligere ac publicare, vt vna cum cõmentariis. Iuuenalis ad cõmunem studiosorũ vtilitatem imprimerentur. Verum instantibus ipressoribus, quoꝝ studium nõ minus plerũq; ad suum q̃ ad aliorum cõmodum festinat, coactus sum impsentia maiori huius laboris parte supersedere, Nec aliud mihi licuit q̃ pancula quędã apud Apuleium & Papiniũ annotare, quę litteratis oino placitura confidimus. Reliqua alias quum plus ocii dabitur prosequemur. Principium igit sumemus ab exordio Apulei de asino aureo, Vbi quęri a multis solet Epigrãma ne sit, Et legendum At ego an vt ego. Quare vt vtrũq; discutiamus nemini vel mediocriter erudito dubium est principium factum eẽ de epigrãmate ex iambico trimetro qđ octo constat carminibus, sic.

Vt ego tibi sermone isto milesio
Varias fabellas conseram, atq; aures tuas
Benivolas lepidulo susurro permulceam,
Modo si papyrum egyptiam tu argutia
Nilotici calami inscriptam non spreueris
Inspicere, figuras hominum in alias imagines
Conuersas, & in se rursum nexu mutuo
¶ Refectas, vt mireris hic exordior. Legẽdũq; esse vt ego, ñ at ego vt sit sẽsus & ordo. Exordior figuras hoinum conuersas in alias imagines, vt Apuleius cõuersus fuit in asinũ, & rursum in se refectas mutuo nexu, nã & in seipsum ex asino reformatus est & refectus, mutuo nexu hoc est altema ligatione, vt modo in aliã transeat imaginẽ, modo in pristinã redeat, vt mireris, idest ita cõuersas in alias imagines & rursum in se refectas vt mireris vt possis mirari, quasi dicat mirũ tibi videri possit ita cõuerti & rursum in se reformari. Exordior aũt hęc vt ego tibi sermone isto milesio varias fabellas cõseram, sic q̃ rõnem affert quare exordiat has figuras mutatas, vt .s. opus cõponat ex variis fabellis & pinde eũ delectet, vt oino legendũ sit vt nõ at. Modo si papyrũ, hoc est si modo papyrũ egyptiã nõ spreueris ispicere, illud addo fortunasq; supfluum esse atq; ideo tollendũ, nã nec versus dictionem patit, nec fortunę hoinum in alias mutãtur imagines sed tantum figurę.

Illud pterea legit in primo modico securius in quo dno emẽdanda eẽ cõtendimus, fallunt enim q̃ legunt mordico securius quũ oino modico securius legẽdũ sit, vt sit adverbiũ. i. paulo incautius & iprudentius tanq̃ q̃ nihil timerẽ, qui.n. nihil timẽt in mãdendis cibis secure comedũt, vt sit sensus & ordo. Ego minimo minus interim dum gestio contrũcare modico securius offulã grãdiorem polentę caseatę in cõuinas emulos, emendate ẽt legendum est inter cõuinas non in conuinas.

In eodẽ q̃ri solet an legi dẽat cõnectore illo tuo, quũ reuera cõnector is appellet q̃ eodẽ vel vehiculo vel naui vehat, & hic Socrates quẽ cõnectoré appellat nõ nauis vectus sit sed pedibus iter cũ eo fecerit, quare illic indubitato legendũ est cõuentore a cõueniẽdo hoc est simul veniendo sicut aduentorẽ alibi appellat qui aduenit, quem ẽt vernaculo sermone Auantorem appellamus quasi q̃ crebro ad officinas nr̃as aduenias.

Apud eundẽ in prio legit. Plane quod est mihi sũme principiũ, ego diligẽter pensitatis verbis arbitror legendũ p̃cipuũ, vt sit sensus & ordo. Fotis emito istis nũmulis foenũ & ordeũ equo qui me strenue vexit, qđ ẽ mihi summe p̃cipuũ, hoc est qđ mihi maxię ẽ curę.

Itẽ in secũdo legit. Quid quũ frequenti sobole spiritus cumulat verticẽ, vbi quęrit spiritus ne an aliter legendũ sit, quare nõ ignorandũ ab Apuleio capillũ spiritũ in capite capi p̃ capillo in spirã & revolutionẽ mul tiplicẽ collecto & cumulato, quẽadmodũ vidimus in Nũmismate Dię faustinę cui in capite capillus dupli ci ordine in gyrum ductus cumulat, a spira deducto vocabulo media pducta sicuti a Ture turtius, a erine crinitus. Est aũt spira vt exposuimus apud Iuuenalẽ collectio fimis in orbem, vnde & anguem dicimus collectum in spiram hoc est gyrum & revolutionẽ. Et circulum illum eminentẽ in basi columnę.

In eodẽ i tertio legit. Specta deniq; q̃ puis q̃q; fictilibus tanta res p̃cureť Herculis, vbi nos corrigimus herbulis, vt sit sẽsus. Specta q̃ puis q̃ fictilibus herbulis tãta res p̃cureť, seq̃t.n. anethi modicũ cũ lauri foliis imissũ.

Apud eundẽ in tertio sic legit. Ain inqt vulpinaris amasio: meq, spõte asciam cruribus meis illidere cõpellis? Siginer menm ipsa lupulis cõserno Thessalis? vbi mendas duas esse tollendas dicimus vt legatur an inquit vulpinaris non Ain. Item non Signmer neq, saginer, sed sic agnum menm, vt sit sensus. An vulpinaris amasio: meq, cõpellis ascia crura mea ledere, sic agnũ meũ cõserno lupulis thessalis, hoc est sic amatorem meum trado meretricibus thessalis. vt recte metaphoricos dixerit lupulis quia agnum noiauerit amatorem.

Apud eundem in tertio sic scribitur. Respicio pilę medię quę stabuli trabes sustinebat. In ipso vere medi tulio Hipponę deę simulacrũ residens ędiculę, corrigo in ipso fete meditulio.

Apud eundẽ in quarto vbi de cupidine loquit scriptũ est sic. qui malis suis moribus cõtępta disciplina publica flãmis & sagittis armat per alienas domos nocte discurrens, vbi quęri solet, qd tria illa verba significẽt cõtempta disciplina publica. Quare vt locus oibus sit p̃picuus ita nos intelligimus cupidinem nocte per domos alienas discurrere & adulteria multa cõmittere cõtępta disciplina publica, idest cõtemptis legibus, qbus cauetur ne tempore noctis cum armis discurratur, neue adulteria & id genus flagitia committantur.

Apud eundẽ in quinto sic legit. Sed prius iquit senties moriar q̃ tuo isto dulcissimo cõnubio caream, vbi nos legendũ esse cẽties cõtẽdimus, & nõ senties, vt sit sensus. Ego me cẽties prius neci tradidero, q̃ tuo isto cõnubio caream, vt sit quasi p̃verbiale dictum. Nã sic dicere solemus, prius miles moriar q̃ tibi iniuriam faciam.

Apud eũdem in sexto vbi mentio fit de curru donato a vulcano veneri sic legit. Lunę tenuatis detrimento cõspicuũ ẽ ipsius auri dãno p̃ciosius, vbi p lunę tenuantis limę legendum esse dicimus. Nam Apuleius ostensurus est currũ illũ duplici rõne in p̃cio fuisse, & ipso artificio & materię abundantia, ait ergo currum conspicuũ esse detrimento limę tenuantis hoc est detritu ẽ politione pulcherrimũ, p̃ciosius aũt dãno ipsius auri, hoc est iactura magna auri, quasi in in quo multũ auri fuerit & veluti magnum damnum.

Apud eundẽ in. vii. sic scriptũ est. Pretereũte me oratore fierã aggressus, vbi nos p̃terennte me p̃terennte &

pro orato orico, vt dicat Hemus se aggressum fuisse procuratorē principis pterenntē orico, hoc est pterenntē et transeuntē iuxta oricū. Ná oricū ciuitas ē Macedonię quā totā Hemus se vastasse pdicat. Et hęc vera ē lectio.

Apud eundem in. vii. legitur. Sed plane cōcinnatū solutum & solitarium ob indicinę pmium occupasse, vbi mendum esse dicimus, vt legendum sit concitatū & non cōcinnatū. Ná ille deierauit se occupasse, hoc est apphēdisse asinum & solutū & solitariū concitatū ad fugam, vt pmium indicinę, hoc est indicii cōsequeret.

Apud eundem in. viii. legitur in profundam Romam cupidinis sese paulatim nesciens pcipitauit, corrigo in profundam ruinam cupidinis, modica enim litterarum mutatione cōmissum est mendum.

Apud eundē in. viii. scriptū est, Arreptū seruulum eius qui cām tāti sceleris luxurię suę pstiterat, vbi duo ita corrigimus vt tollatur eius, & p luxurię vxori legatur, vt sit sensus & ordo Dn̄s eoꝝ arreptū seruū qui cām tanti sceleris pstiterat vxori suę, vt se suspēderet in puteūq, se cū ifantulo demitteret alligauit arbori ficulneę.

Apud eundē in. viii. scriptū est, & ilico me tumida pte deligatū tradidit philebo, vbi nos corrigimus & ilico me tomicē sparteo deligatū tradidit, oñdit enim asinus se statim nouo domino traditū fuisse deligatū capistro sparteo. Nam Tomex restem & funiculū significat Victru. in. vii. ait asseres tomice religādos, ab eodē tomices ex sparto hispanico cōmēdant, qd' vocabulum deduci videt a gręco απο τις τομιγγος. i. a sparto.

Apud eundē in. ix. legitur, Asellus iners & nihilominus morbo destabili caducus, vbi aliq alioqn litterati falso exponūt morbū comitialē dici & morbū caducū, quare putaui illud sciēdū morbū illum quo nō modo hoīes & varia animantia vexātur comitialem dici non caducū. Quū caducus is dicatur q cadat, morbus enim non cadit sed homo, vn̄ dicimus & poma caduca q cadant & bona fortunę caduca, sed nō morbum caducū.

Apud eūdem in. ix. legitur magnas & postremas domino illi fundorum clades annuncians, corrigimus sic magnas & postremas domino illi filiorum clades annūcians. Nam tres liberi eius occisi fuerant.

Apud eundē in. x. legitur dedi nō venenū sed somniferū mādragorę illū. Quid si legat mādragorę succū.

Apud eundē in. x. legitur, sed bene q vtrinq, secus sermone plato, iactare mediū quęrit, corrigimus Sed bn̄, q vtrinq, secus sermone plato, facto remediū qrit.

Apud eundem in. x. legitur atq, hęc omnia perfacile obediebam, nos corrigimus obibam, vt sit sensus, hęc omnia facile faciebam, exequebat.

Apud eundem in eodem, legitur citato & intorto genere, gesticulatione alacri demonstrabat, lego ego citato & intorto itinere & non genere.

Apud eundem in xi. sic scriptū est. Sopor circūfusus oppssit, nec dum satis consperam. Quid si legatur consopiueram. i. nondum cœperam dormire.

Apud Papiniū in prima Sylua legit Nec ferro aut ęre laborat sub genio, lego sed genio, vt sit cōmendatio ipsius Domitiani q vt deus magno esset oneri ipsi terrę vt sit sensus Humus nō ferri aut ęris pondere tm̄ pmebatur, quantū pondere genii, hoc est ipsius Domitiani.

Apud eundē in Epithalamio Stellę legitur & de pieriis vocalem fontibus vndam. Qui locus qa siccis vt aiunt pedibus pterit a cōmētatoribus, visum est lectorē monēdū, poetā itelligere ab ipsis musis nō solū ignē sed & aquā i nuptiis adhibitā. hocq, ex veteri ritu quo illud custodiebat, vt ignis & aqua adhiberent, quia hę duę res humanā vitā maxime cōtinent, vn̄ Valerius flaccus in vlti lib. Ignē pollux vndāq, iugalē ptulit.

Apud eundē in Tiburtino Vopisci legitur, an emissas per cuncta cubilia nymphas, nos corrigimus Lymphas, vt itelligamus describi lymphas calidas q per parietes cubiculoꝝ mittebant ad calefaciēda cubilia. De qua re ita Sene. ad Lucilliū, Quid loquar suspēsuras balneoꝝ & impssos parietibus tubos p quos circūfunderetur calor, quo ima simul & summa fou tur ęqualiter.

Apud eundem in Soteriis Rutilii gallici, leguntur hęc carmina. Tūc deus, alpini qui iuxta culmina dorsi, Signat apollineos sancto cognomine lucos Respicit (heu tanti pridem securus alumni, pgressusq, morans) hinc mecum epidaurea proles. Hinc alti gaudens datur aggredienda facultas Ingētem recreare virum tentemus adorti. Quoꝝ sensus quū aliquātulum obscuritatis habeat visus est mihi ad cōem studiosoꝝ vtilitatem illustrandus Sensus est ergo talis, Apollo q iuxta vercellas ad radices alpium colebatur, vnde vercellę apollinei sunt nominatę a Martiale, sentiens rutilium gallicum ęgrotare ad eum venit vocato secum filio suo ęsculapio, quem ad pstandam ei valitudinē mira hortatur arte. Est autem ordo. Tunc deus qui signat lucos apollineos sancto cognomine iuxta culmina alpini dorsi respicit subaudi Gallicum ęgrotantem, aut quod magis placet ęsculapium, & ait hinc mecum epidaurea proles hinc inquam subaudi veni, alti gaudens corrigo altis gaudens, vt eum sic laudando ad officium excitet, quasi dicat qui rebus tantum magnis gaudes, nec nisi viris primariis, aut quod non displicet grauibus morbis opitularis. Datur aggredienda facultas, offertur inquit res capienda & digna viribus tuis quū sit Rutilius vir magnę auctoritatis Tentemus inqt adorti recreare ingentem virū, reliqua illa. Heu tanti pridem, dicunt per parēthesim a poeta qsi qui doleat apollinē tanti alumni fuissem tam imemorem, Totaq, hęc oratio est apollinis vsq, ad illud carmen. Dixerat inueniunt positos &c. Securus negligens & parū curās alūnū suū rutiliū, pgressusq, morās, hoc est tardans pgressus ad medendum.

Apud eundē in eisdem soteriis legitur, Hunc igitur (si digna loquor) rapiamus iniquo nate Ioui, vbi p Iouem iniquū intelligimus Plutonē, q iniquus est quū tales studeat habere animas. Iouem aūt appellari Pluto nē, docet Ausonius sic, aut Iouis Elisii q catamitus eris. Sic etiā Iunonē dicimus pserpinam. Papinius in. ii. li. de glancia. Iam cōplexa manu crinē tenet infera iuno.

Apud eundem in eodem legitur Neu filis flamma caminos vreret, corrigo vilis flamma.

Apud eundem De pietate abascantii in priscillam leguntur carmina. xiii. illic Sera quidem tanto quorū sensus quū a cōmētatoribus silentio ptereatur, & aliqua tn̄ egeat interptatione visus est mihi explicandus. Sensus est ergo Scio quidem tardam esse meam cōsolationē, quū annus iam pterierit ex quo abascātius amisit vxorem. Sed tunc inqt in recēti dolore solamen erat flere miserias amici, & cū eo dolere. Qd' si voluissem in ipso pmo vulnere quū amisit vxorē consolari cum nullo quidem modo potuissem, imo inquit ne cantus quidē Orphei vel musarum valerent mulcere tantum dolorem. Sicq, pietatem Abascantii cōmendat.

Item in eodem legitur, Sic plena maligno afflantur iumenta noto, sic alta senescit imbre seges nimio, lego vineta & non iumenta.

Apud eundem in epicedio in prēm legit, Tuus vt mihi vultibus ignis Irrubuit. Cuius loci sensus est tres inquit menses pteriere postq vultus meus rogo tuo calefactus rubuit idest ex quo mortuus es, & cinerem vidi tuum oculis meis humentibus, quum interea nihil prę dolore potui scribere.

Apud eundem in eodem leguntur, quinq, illa carmina Cur magis incessat superos, quorum sensum ita explicamus. Poeta ostendit non minore se affici dolore amisso patre q aut mater quę amisit filium, aut vxor q iuuenem maritum, leguntur q, cū interrogatione. Cur magis incessat superos. i. de diis cōqueratur, & conuitio afficiat, q ego? Liceat. i. si. liceat, si non retineatur.

In eodem sic legitur, Et phrygiū silicem. In quo interptes aiunt poetā intelligere de Hecuba quę conuersa fuerit in lapidem, sed quū hoc nullis auctoritatibus possit sustētari arbitror intelligendū de Niobe quę vt notum est cōuersa fuit in lapidē sipylum, fuit. n. ex sipylo vrbe Meonię quę phrygię contermina est.

In eodem legitur, Saltusq, ingressa viriles non formidata temeraria calcide sappho, lego leucade non calcide, referturq, ad historiā. Nam ad tēplum Acciacum qd' in sinu ambratio est petra prupta esse ferebatur, vnde qui se dimitterent in mare, amoris flāma leuarētur, id egisse Sappho scribit Strabo ex Menandri auctoritate, ideo temeraria q se ex leucade deiecerit.

Apud eundem in epicedo in filiū legitur, Mens flumine tāto inferior, cuius loci sensus est, Mens inqt mea inferior tanto flumine. i. quę tanto infringitur fletu & superat, ac p hoc inferior, nihil reperit dignū qd' cantet.

In eodem sic legitur, Infantem lingua Simium salibusq, proteruum, corrigo nimium.

Apud eundē in epicedio i Glanciā melioris legitur, Quū tibi quas vestes, quę nō gestamina mitis festina bat herus. Ego vero corrigo Quas tibi nō vestes, quę non gestamina mitis festinabat herus.

Iam in eodem legitur, Hunc quanquam hectoreos cineres troiáq, perosus Turribus e phrygiis esset missurus Vlysses, corrigo flesset.

Item in eodē legitur. Desertas exutus opes, placet magis vt legatur desertas exosus opes.

Apud eundē in epicedio pileti vrsi legitur. Qualis bellis iam casside visa Parthenopeus erat, corrigo missa, vt sit qualis erat Parthenopeus in bellis casside missa pro demissa, hoc est deposita.

Apud eundē de lachrymis etrusci scriptū est, Et inferna regimen timet ęacon vrna, lego rigidū p regimē.

Apud eundem de coma Earini legitur. Haud vllo cōcussum vulnere torpens De sexu transire iubet corrigo. Haud vllo concussum vulnere corpus.

Apud eundē ad claudia vxorē legitur, cui mite solum trans ęquora vecte, Ipse dionę mōstrauit apollo colūbę, lego Dionea colūba nō dionę colūbę, vt sit augurio colūbę. Cōstat. n. parthenopē secutā esse auguriū colūbę quū ex calcide delata est in Italiā, vnde in. iiii. libro ad Iulium Menecratē Tu ductor populi longe migrantis apollo, cuius adhuc volucrē leua ceruice sedentem respiciens blande felix eumelis adorat,

Apud eundem in consulatu Domitiani. Mecum altera sęcula condes Et tibi longęui reuocabitur ara parētis, corrigo Ara terenti, vt dicat ipsum Domitianū victurum tamdiu, vt visurus sit alteros ludos seculares q centesimo & decimo quoq, anno celebrabantur in campo martio in eo loco qui terentus dictus est, vbi ara fuit diti & proserpinę consecrata, De quibus Valerius libro secundo, & festus Pompeius.

Apud eundem in epulo Domitiani legitur. Non cētum insigne columnis, sed quantę superos cęlumq, atlāte remisso Sustētare queant, super hoc vicina tonantis regia, vbi duo corrigimus, vt legamus Quante superos non quā te. Et stupet, vbi scriptum est super.

Apud Plautum in Captiuis legitur. Nam hoc pene iniquū e comico coragio Conari subitōtos agere tragœdiam, vbi cōmentatores male locum intelligentes alii exponunt desubitōtes vnam esse dictionem eamq, veterem, alii alia multa deliramenta astruūt, nos vero corrigimus Conari desubito nos, vt duę sint dictiones desubito aduerbium, & nos pnomen, vt sit sensus. Hoc pene iniquū est nos conari desubito agere tragœdiam e comico coragio, hoc est statim ex stilo comico transire ad tragicū. Desubito ergo legendū est & nos, vt fiat distinctio dempta litera. t. Nec mirum aut vna tantum litterę interpositione, aut imutatione, aut ademptione pclara hominū ingenia plerūq, defatigari. Quam multi enim transuersi ferūtur apud Amphytrionē in fine comedię illic. Hęc sola sarcam gestat mearum familiariū, vbi nos in cōmentariis Iuuenalis super eo Sarcophago cōtentus erit, docuimus legendū esse. Hęc sola sana mihi restat mearum familiariū. Occurrebant pterea multa alia apud ipsum auctorem quę vt mendosa castigaturus fueram. Verum quū Pylades noster quem gręce latineq, apprime doctum agnoscimus id oneris susceperit, vt omnes eius comœdias scelerissima diligētia recēseat, omnesq, versus ad pristinam pedum legem reducat. ac veluti totum auctorem in aliam iam imaginem cōuersum reformet, multisq, adhibitis tum nouis, tum veteribus exemplaribus iam plusq tria milia mendoꝝ ex eo sustulerit cum noua etiam & mirabili cōmētatione, omnia mihi silentio pretereunda duxi, quum ipse omnibus cumulatissime sit satisfacturus.

Ad Lectorem.

Lector quū forte in manus absolutos cōmentarios sumpsissemus, eosq, transcursim legeremus offendimus nōnullos ab impssoribus cōmissos errores, sed minutos tn̄. Inter quos illi sunt.

In primo cōmentario vbi mentio fit de victoria vt colitur pax atq, fides victoria virtus scriptū est mutilato sensu. Eam enim filiā. Tu vero scribe. Eam enim filiam fabulant arcades fuisse pallantis qui fuit lycaonis.

Et super illo pensilibus plumis. Nec illud obstandū corrige obstabit.

In secundo vbi de mollicie sacerdotū mineruę, scriptum est, Malum & delicatorum, corrige Mollium.

In tertio scriptū est, Hęc tibi quę torta venerūt cōditamēta. Tu distingue & corrige conditameta, ubi metā tortā uasculū intelligit quo cōdita coctana mittebant.

In sexto ubi de Serpēte argētea fit mētio, scriptū est mutilato & absciso sensu. Dextra parte caput canis exoritur māsueta specie blandientis, pars uero laua ceruicis Tu adde, Rapacis lupi capite finit, easq, formas aialiū draco connectit uolumine suo, capite redeunte ad dei dexteram, qua conspicitur monstrum, de quo dracone nūc poeta uidetur intelligere, eundē ēt serpentē in imagine Isidis extitisse docet Valerius flaccus lib. iiii. argonauticon Aspide cincta comas & ouanti pson a sistro.

In undecimo scriptum est, Sonet enim arcę potentiorum aduersus rapinas, Tu corrige solent.

In. xiii. illic, Sed cēses te nūc delicias ponēdū extra conuiuia, corrige cōmunia.

Item alibi pannū inuenies positum p pannis.

Item in vndecimo scriptum est tirynthis oppidum tu corrige Tiryns.

Tabula

A lxxx
A ē ab v.
Abortini xv
Abortus xv
Abdomen 17 xl
Abolla 28 122 cxxiii
Abacus xxxi
Abdera xcvii
Abila cxxxiii
Aconitū 12 xcvi cxxxi
Actium xix
Acta xx lxxv xciiii
Acerſecomes lxxxvi
Achaia xxv
Actio xxvii
Actuarius lxxv lxxxiiii
Aediles xcix
Adamas liii
Adytum cxxiiii
Aedes martis cxxxii
Aedes caſtroꝝ cxxxii
Aethiopia lxix ci
Aes xxxv
Aegyptus cxxxv
Aemilius xlix
Abenum lxxxiiii
Aegeum mare vñ cxxv
Aganippe lxxi
Agathyrſi cxxxviii
Agere xxvii
Agmen xxx
Ager liii
Agrippa liii
Agrippinę duę xlviii
Aiaces duo xcix
Ains cxi
Alicarię v
Alabanda xxv
Alnus xxxiiii
Altercatio xxxv cxxxvi
Alga xxxviii
Alba xxxix liii cxvi
Alceſtis lxxi
Alueolus xlvi lxxiiii
Alcinous xlviii
Alauda auis lii
Alloe liiii
Aliptes xxvi lxii
Alteres lxii
Alumnus iii iii lxix
Aluta lxxix cxxxiii
Allobroges lxxx lxxxi
Alcmęonii lxxxiii
Allegare xciii
Amidon xxv
Ambitio 101 xxx
Amomū xl lxxxvii
Ambioſia li
Amphion liii
Amethyſina 77 lxvii
Anaxiridę xc
Anabatra lxxiii
Annales xix
Ancile xx
Antei fabula xxvi
Anteambulones xxviii
Anchon xxxviii
Androgynus lix
Anticato lx
Antiquarius lxiii
Antidotum cxxxii
Annua lxiiii
Anima lxvi
Animus lxvi
Anubis lxvi
Antidoti cōpoſitio lxxi
Antiphates cxxvi
Antigone lxxxix
Annona xciii
Anceſa xcv
Anceps cix
Annuloꝝ vſus 109 cxii
Anticyra cxxi
Antiſthenes cxxii
Aonia lxxiii
A pedibus xliii
Apelle 56 cxxviii
Apicius xxxvii
Apluſtria ci
Aq̄ breuis xxxiii
Aquarioluſ lx
Aquila 130 xcvii
Aquilifer xcvii
Aquilę ionis armigera
Aquatius 60 cxxvii
Aquinium xxxvi
Artaxata xxii
Arcus veteres xxiii
Aretalogus cxxxv
Aries xxxv
Armillati xxxviii
Armillum xxxviii
Arthemiſium xli
Argilla xli
Arx xlii cv
Artopa xlv
Armenię duę lxvii
Argus lxxii
Arbiter lxxxiiii
Arbuſta cxxix
Arbuſtare cxxix
Arbuſtum cxxix
Arbitrarium lxxxiiii
Argumentum xciii
Armiger viii
Artocopus 45 xlii
Areopagus 71 xciii
Abrcimagirus xciii
As iiii
Aſſyria xix
Aſeres xxxiii
Aſylus vſylum gigi lvii
Aſparagus xlv cx
Aſecla xciii
Atteilanę fabulę li
Attella li
Athleta lx
Atreus lxxiiii
Atria lxxxii
Asbos cii
Athlas cix cxix
Attrabatica lxvi
Attegię cxxx
Aue viii
Augur xxvi
Auentinus xxvi
Autumnus xxxviii
Auſter xxxviii
Aulicus xxxix
Aula xxxix
Antonoę li
Auguſtę lii
Auctio lvii lxxi
Auctarium lvii
Aulea xcvii
Aurū in çonis cxxxiii
B
Babylon cii
Balſamum xv
Baptę xviii
Battani lxxxiii
Bacca xxvi
Barba prima alicui numi ni dedicabatur xxxi
Balena xcvi
Baſilica l
Batyllus li cxxi
Batylli li cxxii
Bacchanalia 13 lix
Balteus lvii xcv
Baſcandę cxv
Bardiacus cxl
Bardocuculus cxl
Bardi cxl
Bebriacus vicus xix
Betarmones xliii
Bellona lxv
Bellides lxxi
Berilli xliii
Bermes lxxxiii
Bellorophon cvi
Bethis cxv
Bidens xxxiii
Bidental 68 viii
Bithynia lxxii
Bigati nummi cxxxiii
Bonę deę ſacra xvii
Bombices lvii
Bonoꝝ triagña lxxxiii
Bombicina 57 lxxxv
Boccar xlvi
Bones luce cxvii
Bucca xxxiiii lxv
Buccina 74 xxxiiii lxv
Buccinator 74 xx xxiiii
Bulbus lxxvi
Buſtum xxiiii
Buſtirapus xxix
Buccella xxxiiii lxv
Bulla 48 iii xliii cxix
Buccea lxv
Buccellatum lxv
Buccula 65 ci
Cadducus ix xciiii
Cantabri cxxxvii
Carpere xcv
Caminatus xcviii
Capitoliū cxiiii cxxvii
Capreę xcviii
Capſarius c
Careatus cxxxiii
Caro victimę cx
Carybdis cxxxv
Calculoſi cxii
Carbaſię cxiii
Caſtor cxv
Calidus cxv
Caſtellum cxxx
Canea cxxxii
Ceditius cxxiiii
Celſus lxxii
Cenere 14 lix
Cenſor xx
Centro liii
Ceroma 56 xxv
Coenacula xxxi xcvi
Ceres eluina xxxvi
Ceres eluſina xxxvi
Cereris ſacra cxxxix
Cerdo xlii
Cephalica l
Centumuiri lxxvi
Cercopithecus cxxxv
Cecropidę lxxxiii
Cerdones lxxxvii
Cerealia cxxxii
Ceſpes cxiiii
Cicuta cxxiii
Cinędus xiiii
Cilium xiiii
Cybeleia ſacra xix
Cybelis nomina xxix
Cynici vnde cxxii
Chyron xxx
Circus maximus vñ xxxii
Circei xlv
Cyniphii xlvii
Cygnus liii
Cicinus lxv
Circitores lxxx
Ciceronis xc
Ciceronis interitus c
Circūſcribo ciii
Cryſippus 13 cxxiii
Chion xxix
Chironomon xlvii
Chironomia l
Chiromantis lxviii
Choraules li
Clamys lxxxv
Chirographum cxxii
Cliens xi
Cleantes xiii
Cleopatra xix
Clauus xxxiiii
Clauata xxxiiii
Claudius xlviii
Clementia iii liii
Classis lxxvii
Cōœdia ꝝ gña q̄ttuor i
Comes v
Cobors 6 xcix
Corrūpere vii
Compendium viii
Cœna adiicialis xii
Coptus cxxxvi
Cōmittere xii lxii
Conchi ꝝ xxxv cxxix
Cotytto xviii
Cornicen xx
Contus xxii xcvi
Confundo xxiii
Cophinus 23 lxvii
Coctana xxvi
Cognatio xxvii
Corybantes xxix xliii
Color cœnens xxx lxvi
Columbę xxxi
Combos cxxxvii
Connitium xxxiii
Conſto cxxv
Compago 35 cxxxv
Confiscare xxxviii
Corybantiare xliii
Coninus xli
Coronę cxvi
Coronati ī cōuiuiis xliiii
Cœna feralis xlv
Corcyra xlviii cxxxvi
Corſica xlvi
Conuentus 96 xlix
Cœtus xlix
Conopeum li
Collina lviii
Collactea lix
Collis naticanus lx
Comœdus lxi
Comicus lxi ciiii
Congius lxii
Connallis cxl
Collyria lxviii
Cordilla lxxvi
Cybium lxxvi
Choa lxxxv
Coliphium lxvi
Concolor lxix
Conchylium xxvi
Commodatum lxxii
Cothurnus lxxviii
Cotumix cxvii
Cœnatio lxxix
Coloſſus xc
Coclites xci
Cōmiſſure cxxxiiii
Conuenit cxxxix
Concipere xcvi
Cœnacula 31 lxxiiii
Coenaculum 96 lxxix
Coſſus ciii
Comicę ętas 19 ciiii
Condire cviii
Corinthus lxxxv
Corruda cx
Cancellarii 46
Cala 95
Catina iii
Caſtra 46 xcv
Caſtrorum ritus 64
Claſſis lxxvii
Cōœdia ꝝ gña q̄ttuor i
Comes v
Cobors 6 xcix
Corrūpere vii
Compendium viii
Cœna adiicialis xii
Coptus cxxxvi
Cōmittere xii lxii
Conchi ꝝ xxxv cxxix
Cotytto xviii
Cornicen xx
Contus xxii xcvi
Confundo xxiii
Cophinus 23 lxvii
Coctana xxvi
Cognatio xxvii
Corybantes xxix xliii
Color cœnens xxx lxvi
Columbę xxxi
Combos cxxxvii
Connitium xxxiii
Conſto cxxv
Compago 35 cxxxv
Confiscare xxxviii
Corybantiare xliii
Coninus xli
Coronę cxvi
Coronati ī cōuiuiis xliiii
Cœna feralis xlv
Corcyra xlviii cxxxvi
Corſica xlvi
Conuentus 96 xlix
Cœtus xlix
Conopeum li
Collina lviii
Collactea lix
Collis naticanus lx
Comœdus lxi
Comicus lxi ciiii
Congius lxii
Connallis cxl
Collyria lxviii
Cordilla lxxvi
Cybium lxxvi
Choa lxxxv
Coliphium lxvi
Concolor lxix
Conchylium xxvi
Commodatum lxxii
Cothurnus lxxviii
Cotumix cxvii
Cœnatio lxxix
Coloſſus xc
Coclites xci
Cōmiſſure cxxxiiii
Conuenit cxxxix
Concipere xcvi
Cœnacula 31 lxxiiii
Coenaculum 96 lxxix
Coſſus ciii
Comicę ętas 19 ciiii
Condire cviii
Corinthus lxxxv
Corruda cx
Comicines 20 cxxxi
Cucurbita cxxvii
Cunę lii
Curio ix
Cures xx
Curius xxii
Cumę xxiii
Curetes 42 xxix xliii
cuculli xxx lii lxxxvi
Culcitra 29
Culina xlviii
Culmis xlix
Culmina xlix
Cuneus l
Cunina dea lii
Cucnlio lii
Curuca lvii
Curię duę 84 viii
Currus pro equis cxxxi
Culeus lxxxix
Crudum xi
Crumenę xxxviii
Crepido xlii
Criſtallum liii
Criſari lix
Cruſta xcii
Croeſi mors cxv
Cretę cxxxiii
Crocodillus cxxxv
Cymba xxxviii
Cymus xlvi
Cyrenſ apollo lxxiii cxx
Cynthia xlix
Cycladęs lyii lxvii
Cybele ſarraig 29 lxv
Cyrrha lxxiiii
Cyclopes cxxvi
Cyaneę cxxxvi
Cyane cxxxvi
Cymbri cxxxviii
Cylindra xvi
D
Daci lv
Daulias lxx
Debilis ciiii cxxix
Decreta cxxii
Deucalionis ꝛ Pyrrhę fabula vii
Dedalus v
Demones xxi
Delubrum xxiii
Detrulare xxvii
Delphica xxxi
Deſtinare xxxviii
Decocta xliii
Denarius xlviii
de nūero filioꝝ niobes liii
Delator lvi
Delphi lxvii cxx
Decolor lxix
Decolorari lxix
Discolor lxix
De de ciis cxxxi
Decii xc
De filiis Bruti xci
De imperio xci
Democritus xcvi
Delicię cv
Demoſthenis interitus c
Demoſthenes alius c
Depoſitū cxviii cxxiiii
Dianataurica cxxxviii
Diana vnde cxxxv
Dispenſator viii
Dispendium viii
Diphilus xxviii
Diuinare xli
Diuertere cxxxvii
Diuerticulum cxxxvii
Dictata xlvii lv lvi
Dictare xlvii lv lvi lxxxiiii
Dica lvi
Dido lxii
Diplois cxxii
Dionyſius lxxiiii
Dictator lxxxi
Diadema 121 xci
Dicacitas xcii
Dimenſum cxxix
Diuerſorium cxxxvii
Digitus medius xcviii
Dogmata cxxii
Donaria cxxii
Doris xxvii
Dorypborus xl
Dolabra xc
Dolor xciiii
Dolia cxxxiiii
Ducere xii
Declamatio lxvii cii
E
Echonomus xxxix
Echinus xlii
Echineis xlii
Ecce xlv
Efferri liiii lxviii cxxxi
Eluuies xxiiii
Electrū xliiii cxxxiiii
Elementa 129 cviii
Eliſa lxii
Elenchus lxiii
Elpenor cxxxvi
Emeritus lxv
Endromys lvi xxvii
Enigma lxxxiii
Enos xl
Enthei xli
Enthymema lxiii
Endimion cvi
Erumna cvii
Euphrates ix
Euander cx
Epithogium lx
Ephemeris lxviii
Ephyre xcvii
Epirhedium lxxxiiii
Ephebi 22 cvi
Epicurus cxxii cxxxiiii
Eques 99 xci ii

Equitare ci
Erimantus xxviii
Eripyle lxxi
Ergastularium lviii
Ergasterium liii
Ergastulum lii
Erictidę lxxxiii
Eruca xcv cxx
Erugo cxx
Es militare ix
Exaphorum 46 lxxvii
Exĕplū xix cxiii cxxvi
Exquilię xxvi xlv
Exodium xxx
Exquilinaregio xlv
Exodia li
Exigere ciii
Exorbitare cxxvi

F

Farrago viii
Fabii xxi
Fabritius xxii
Factiones aurigarū quat tuor xxxiii
Fabrateria xxxiii
Fabraternus xxxi i
Fabertignarius xxxiii
Fauere linguis cxvi
Femur 123 lxii
Fabula Ionis lxvi
Facetus xcii
Falcifer cxix
Fas xcviii
Ficus xxxviii cxxx i
Fiscinę xxxviii
Fiscellę xxxviii
Fidenę l
Ficedula cxxv
Fibula lii
Fidicina lx
Ficus rumi nalis cxi
Follis cxix
Follicul⁹ cxix
Fortunę des 127 cxxii
Forum 16 37 cix
Forica xxiiii
Foria xxiiii
Fore xxxii
Foemina lxii
Framea cxx
Fuscina xxi
Fuscinula xxi
Funerepus xxvi cxxxii
Fuligo xliii lxxx
Fulcra xlix
Fulcrum cxi
Furię xlix cxix
Fulgur 114 lxviii
Fulmen lxviii
Fulgu tria gña lxviii
Flāmeum 20 lvi cvii
Flauus color xlvii lx
Flagrum xlviii
Flagellum xlviii
Flamearii lvi
Floralia lvi cxxxii
Frixola 45 xxxi
Friare xxxi
Fragor cxiiii
Fronto ii
Fonteius cxviii
Furię tres 49 lxxiiii
Funambulus cxxxii

G

Gabii 31 xlvi lxxi
Gaudium viii
Galba lxxxix
Galbanum xviii
Gallicus cxxiii
Gallerus lii
Galerita auis lii
Galli 19 lxv
Gallogręcia lxxii
Gallatia lxxii
Galericulus lii
Gadares lxix
Gaurus 93 lxxxiiii
Galli unde lxxxvii
Gallia braccata xc
Gades xcv cxiii
Ganges xcvi
Ganę cix
Ganeum cix
Genii xxi
Gentiles xxv
Geometres xxvi
Gemini 45 xlvi
Genius 67 xlix
Genethliaci lxvii
Genesis lxxviii
Gestatio 79 lxix
Gelasinus xcvi
Gesa xcix
Genę 103 lii
Gettuli cii
Gobio cix
Gorgones cxiiii
Gigantes xl
Gibbus lii cvi
Gibba cvi
Gibber cvi
Gymnasia xxviii
Gymnosophista lxvii
Glaucus cxxiiii
Glaphyrus li
Gloria vana 101 cii
Grāmaticus xxvi
Grassari 35 cxxx
Grex xvi
Grecia mendax cii
Guttus 77 xxxiiii
Gutturosi i alpibꝰ cxxii

H

Hecatombe cxvii
Haruspicinę reptores cxx
Haruspex 20 lxi lxvii
Haruga lxi lxvii
Habitus lxxxii
Hannibalis mors cii
Hernia lix
Heliodorus lx
Hernici cxxx
Heraclitus xcvi
Hercens cv
Hiacynt⁹ puer lii
Historia xix liiii
Histrio liiii
Hiscere xlvii
Hippomanes liii lxix lxx
Historia carthaginis vi ętę liiii
Himetus cxxiii
Hippona lxxxvi
Hircosus cxxx
Hippolyti interitus cvi
Hecubę conuersio cv
Hylę fabula xiii
Hyperborei lxiii
Horti vii
Homulus xlvii
Homantio xlvii
Hominculus xlvii
Horti hesperidum xl
Hostia cxiiii
Hedymeles lxi

I

Ibis cxxx
Iaspis xliii
Ianua lxxiii
Iecur anseris xlvii
Ictericus lxviii
Ilia xlvii
Inauris ix
Intestatus xii xxxiiii
Inuerna xxii
infātes ñ cremāt cxxxviii
Ingenuus xxiii
Ingenium cxxx x
Inguem 4 xxviii
Incestus xxxvi
Indigenę cxix
Incestum xxxvi
Imponere xl
Impostura xl
Inuestigare xlix
Incunabula lii
Indi lx cxii
Institor institoriæ lxxx
Idume lxxxvii
Insignia lxxxix
Isidis templum 64 xcii
Index xcviii
Infector cxv
Isis lxxxiii cxxi
Ister lxxxvii
Isthmia lxxxix
Ira viii
Irus ciii
Improbus lxix xcii
Imperium merum & mi xtum xcix
Ius ciuile xvi
Ius publicum xvi
Iumentum 127 xxxvi
Iuguli xl
Iugula xl
Iurgare 40 xliii
Iurgium lvii
Indęi cū cophino lxvii
Ius xcviii
Iurulentum cxxv
Iurisdictio xcix
Iusulentum cxxv
Iuppiter cvi
Ixionis fabula cxix

L

Laborinosi gnabor
Latóbrian dere 29
Lamina 30 29
Lacerna iii
Lar 49 xxi
Lares xcv cxvi cxxiiii
Larua xxi cxv
Lachesis xxiiii
Lacertus 129 cxxxix
Lacus spurci lxix
Lanistę xxix lv cviii
Lanii xxix xlvi
Laniones xxix xlvi
Lacus albani xxxviii
Ladas cxxi
Lagena 76 xliii
Lanienæ xlvi
Lappa lxxviii
Latinus 4 l
Lana canusina 16 liii
Latona liiii
Lamus rex lxi
Lęna lxxvi
Laureolus lxxxvii
Latrones xcvi
Lanicia cvii
Lardum cx
Lararium cxvi
Leno vi xxix
Lex xvi
Lemures xxi xcv
Lenociniū facere xxix
Lectice cum fenestris iiii xxxvii
Leda l
Lectisternia liii
Legitimus lv
Lenones lv
Lene lx
Leucas xc
Legatum xciiii
Legare xciiii
Legator xciiii
Legatarius xciii
Lectus genialis cvii
Libitina cxvii
Libido xiiii
Loripes xiiii
Libitinarius 117 xiiii
Lictor unde xxviii
Limē p amicitia xxviii
Libuit p libitū est xxx
Libum xxx
Licinus cxxxiii
Ligones xxxv
Liburnus xxxix lxiii
Lingula xliii
Ligula xliii
Libellus lvi
Lis lvii
Libraria lxiiii
Linor cxl
Librarius lxiiii
Linus cxxxi
Lino xciii
Lipara cxix
Lacus vergilii xxxix
Loculi viii cxxii
Locus valerii declaratus cxli
Lotos xxxix
Locus plinii ci
Locus ouidii cxx
Lodices lv
Loci lvi
Locus depranatus in enā gelio lxiii
Lorica xcvi ci
Loca planti emēdata cii
Locus apulei cxxii
Lymphatus xxix
Lymphaticus xix
Lycisca lii
Lycia unde cxii
Lugdunum iiii
Lupercalia 99 xxi
Luperci xxi
Lupa xxv
Ludi circenses xxxii
Ludi magni romani xxxii
Ludicręartes xli
Lupus xlvi
Ludii lii cviii
Ludiones lii cviii
Ludię lii cviii
Lucanus dines lxxv
Lunati calcei lxxix
Lucifer lxxxi
Lucilius iii xiii
Lucani lxxxvii
Lupercales ludi xcix
Luto pro luteo cix
Luscus ciiii
Lucretia cv

M

Margarita iiii
Marisca xiiii
Mars vulneratus cxxi
Manes xxi
Magus 67 xxvi
Manipulus cxl
Mauritania xxvi lx
Mandra xxxiii
Maialis xxxv
Marra xxxv
Manticę xxxviii
Masśanissa xlvi
Matrimonia xxxviii
Matutinum xl
Mappa xliii cxiii
Macellum xlvi l cviii
Macellarii xlvi
Maxillares xlviii
Manicę lvii
Mænades lix
Magi lxvii
Mathematicus lxvii cxxxii
Magister equitū lxxxi
Mamercorū familia 88
Marius xc
Marsię fabula xci
Mangones cxii
Mangonizare cxii
Mangonum cxiii
Megalesia li cxiii
Meritoria xxxiii
Merces xxxiii
Meretrices 33 v
Menalippe lxxxix
Meritorii pueri xxxiii
Metę duę i circo 8 131
Metallum cxviii
Metreta xxxiii
Meotis xxxviii cxxxviii
Meditari xl
Media uena l
Metoposcopus lxviii
Medea lxx
Mentor lxxxv
Menęceus cxxxi
Medi cii
Mēnonis statua cxxxv
Messalina 52 cvi
Meleagrides cxii
Miliciades ci
Mitmillones xxix lxxxviii
Miserabilis xxx
Mimus xlviii cxxi
Mimographi xlviii
Miluius pons xlix
Minutal cxxix
Mitridaticum lxxi
Miton lxxxv
Misenum xciii
Milo crotonienſis xcvi
Mitridatis mors cv
Minturnę cv
Missionū genera cxxx
Miscellanea cviii
Mytra xxv
Molossi cxvii
Morbi t vicii dria xiii
Monstrū 20 lxxi cxx
Modus xxxv
Monumenta xlv
Molares xlviii cxxiii
Morbus regius lxviii
Mos priscus salutādi 87
Mœsia xcv
Martis adulteriū cvi
Mollis cxvi
Multicia xvii
Municipia xxiiii
Murex 26 xxiiii
Molio xxxvi
Mullus xxxvii
Mullei xxxvii
Murus xli
Murena xlvi
Mństacia lv
Mutuo datū lxxii
Mutuus affectus cxxxiii
Murrina lxxvii
Mutius xci
Mugilis cvi

N

Nasśa cxviii
Natio xxvii
Natales lix
Natura qd cxx cxxxiiii
Nausea lxii
Naulum lxxxv
Nabathei cxii
Natalis dies cxiiii
Nequitia lv
Nequam lv
Nestos lix
Nemea lxxxix
Nymbus vii xlv
Niceteria xxv
Nidor xlviii
Nili inūdatio cxxxviii
Niphates lxi
Nisa lxxiiii
Nonicius xxxiiii
Nomen lxxv
Nortia xcviii
Nomina in nis cxiii
Nonalia cxxix
Numidia xl
Numina rutis cxxx
Nudi pedalia sacra liiii
Nuge lv

O

Obses xxii
Obiter xxxiii lxiiii
Obiurgare xliii
Oborto collo xcix
Occasio cxxxvi
Oceanus xiii
Oceani mōstra cxxxiii
Ocreę lvii
Octophorum lxxvii
Oenophorum lxii
Oestrus xli
Ossa xv lxiiii cxl
Omenta cxxi
Operari cxvii
Ortygometra cxvii
Officium xx
Ossa penita lx
Obe lxxiiii
Olim lx
Oleo lxii
Olympia lxxxix
Olimbus cxv
Onix 122 lxi lxxvii
Opistographum i
Opobalsamum xv
Opici populi xxxii
Opica mulier xxxii
Oppidum cxxx
Orestes i
Orator v xxvi lxii
Orgia xviii
Orcades xxii
Oaontes xxv
Orbus xxviii
Orbitas xxviii
Orbita cxxvi
Orbare xxviii
Organum lxi
Orestes cxxxiii
Orexis cxii
Oraculum ionis in libya lxvii
Orchestra xxx lxxiii
Orix cxii
Osci xxxii
Ostentum cxx
Ostia 109 xxxviii
Ostrea xlii lix
Ostracum cxxvii
Oscheon lix
Osiris lxxxii
Onile lxvi

P

Pactolus cxxxiii
Pasium cxxxiii
Patronus xi
Parasins lxxxv
Parastus xi xlviii
Palatium xix
Pauli duo xxi
Palliolum xxvii
Paropsis xxix
Paludamentū 61 lxix
Paganus cxl
Patella xxxiiii lx
Papyrus 75 xxxvii
Pegma xli
Paries xli
Panis ex siligine xlv
Pean liiii
Parricidarum suppliciū lxxxiiii lxxxix
Paris pātomimus lxxv
Parsimonia cxxviii
Pater patrię xc
Pacis templum xcii
Parthenope vñ xcv
Palmata xcvii
Pannosus xcix
Pannuius xcix
Pappas pappus lxx
Parcę ciiii
Pardus cxi
Pauimentum cxxvii
Peierare cxxi
Perduelles xiii
Perfricare frōtē 88 124
Perfrigere lxxix
Pexa xviii

Perſon 27 xxx li
Pegaſus 39 xxviii
Peculium xxxi
Pernocto cxxvi
Pernox lxxxi
Pennula xlv
Pennule repertores xlv
Pellex xvi lvii
Penſio xciii
Pella cii
Pelamys lxxvi
Penſilia xii cxi
Pelnis lxii
Peſinus lxv
Peteſiris lxviii
Petaurus cxxxii
Pergula cxii
Pera 120 cxxx
Penſa cxvi
Peria lxxxiii
Pierides xxxvii lxxiii
Pignerare lxxiiii
Pygargus cxii
Pedemate cxiii
Pyſianactia cxxii
Pitacus xiii
Pinacotheca xiiii
Pinnirapus xxix
Piſo xlvi
Pythia lxxxix
Pyrrhus cxxx
Piſtrinum xcvi
Pila xcix
Polycletur lxxxv
Porta lxxiii
Porte syrie lxxxvii
Porrigo xvii
Podium xxi
Populares xxiiii
Porthmeus xxxiiii
Portitor xxiiii xxxiiii
Portorium xxxiiii
Porrum capitatū xxxv
Porrum ſectile xxxv
Portentum cxx
Ponticus poeta lxxv
Pontina palus xxxv
Popl tes lvii
Pomerium xcii
Polyphemi fabula xciii
Poteſtas xcix
Pompa cv
Pompeius cv
Polio cix
Popina cx
Popine cx
Popinones lxxxvi
Ponere calculū cxii
Portus hoſtie cxvi
Poſides cxxviii
Pudor xv xix xxiiii lx
Purpura 126 lxxxv
Pulmentaria lxxix
Pulminus xxix
Pulminar xxix liii
Pulla cxxv
Pullus xxxii
Pullare xxxii
Pullulare lx
Puſus puſa puſio l
Puſillus l
Pulminaria liii
Puls cx
Proculeius lxxv
Prodigere cvi
Priapus lxi
Proſtare 93 v
Proſtituere v
Proſtibulum v liii
Prouincia 5 xxxvii
Prętorium 9 vii
Preputium 56 128 cxxvi
Prętexta 27 8 xcix
Prętextati xxii
Precepta cxxii
Preco 29 ix lxxi
preneſte xxxi
Prętor ix
Prętorim 9 lxxxviii
Prętoria porta ix
Precordia xii
Profanum xviii
Prochita xxiii
Protogenes xxviii
procœmium xxxv
Profindum cxix
Proſencha xxxv
Pruina xxxviii
Prometheus 41 138
Protopum xliii
Propinare 47 xliii
Prinignus liii
Pragmatici 76 lvi
Pro imperio xci
Proſto 5 xcii
Prefecti annone xciiii
Prętoriani xcix
Preceps xcix
Prefica ciiii
Preguſtet lxx
Prodigere m 120 cvi
Pſaltria lx
Pſalmus lx
Pſalterium lx
Plumia vii
Plutens xiii
Plutei xiii
Placentia cx
Pleuticus cxxiii
Phrenetis cxxix
Phalanx xvi
Phalaris lxiiii lxxxiiii
Pharetra xix
Phanaticus xix
Phecaſi ſacerdotes xxxii
Phecaſia xxxii
Phanatici xli
Phœacus xlviii
Phœaces cxxxvi
Pharos li cxvi
Philippice c
Phalere cxi cxli
Philtra lxix
Phidia lxxxv
Phaſiani cxii
Phasma lxxxvii
Phœnicopterus cxii
Phrygia vnde cxii
Pholus cxv
Pharus cxvi
Phthiſis cxxi
Pyreneus ci
Pygmęi 123 lxv
Pythia vñ lxxxix cxxiiii
Pythagoras cxxxix

Q

Quatenus cxvii
quadrinia vi
Quatinus cxvii
Quinus xx
Quirites xx xxv
Quiris xx
Quiritare xxv
Quotus xxv
Quadra xlii
Quadrans lxxi
Qū Catulus xc
quadriga xcviii
quadrigati nūmi 134
quinquatria c

R

Ranci i
Raſa xviii
Ramex 107 cxiii
Rex xi
Reponere repoſco i
Reticulū xviii cxvi
Reſupinare xxviii
Recutiti cxxviii
Recidinus lx
Rediuinus lx
Rheda lxxxiiii
Rheſina lxxxv
Retiarius xxi lxxxviii
Relino xciii
Rectum cxxiiii
Rinales lii cxviii
Rixa xxxv cxxxvi
Rictus ciiii
Rhetor v xxvi lxii
Rhombus xxxviii
Rhodos lviii
Rhinoceros 34 lxxvii
Rhenus lxxxvii
Robur xlix
Roſtra c
Rubeta vii
Rupes tarpeia l
Rudentes lii
Rudis 78 lii
Rutuli lxx
Ruſati milites lxxvi
Rufficitas xcii
Rutilius cxxiii
Ruffinus cxxxvi

S

Sabbatarii 54 cxxviii
Sacra bacchanalia xiii
Sauromate xiii
Sacramentum cxli
Sacrum xviii
Saguntus cxxxviii
Samos xxv cxl
Sanctum xxviii
Samothraces dii xxix
Sarculum xxxv
Seculum xxxvi
Sacci xxxviii
Sacculi xxxviii
Sacelli xxxviii
Sagarius 69 lxviii
Sagino xxxix
Sagina xxxix
Satelles xli
Sabbatum 128 liii
Sabbatarius 128 liii
Sanū cōſilium lxxiii
Saturnia cxix
Sardonix lxi
Sapientia 124 cxviii
Sarrana xcvii
Sarra xcvii
Sython xcvii
Saturnalia lxxv cxix
Sacrarium lxiii
Sagum 69 lxviii
Salii xx lxix
Sarranus lxxv
Saleius baſſus lxxv
Sandapila lxxxvii
Sales xcii
Sariſſe xcix
Sarcophagus cii
Salamis ciii
Sabine caſte cvi
Schoenobates xxvi
Sardanapallus cvii
Scobs cxxvii
Scobina cxxvii
Semeſtris lxxv
Semiramis xix
Segmenta xx lii xcvii
Senſus cōmunis lxxxiiii
Seſtertius 20 xxxvii
Setinū vinū 95 xliii
Semodius cxxvii
Seres lxi
Sextarius lxii
Sex verba in eo prime cō ingationis lxii
Synciput cxx
Syſiphi fabula cxix
Sarapis lxvi
Sicion xxv
Silurus xxxvii
Sibaris lviii
Semen ſanguinis 94
Secta varronis lib 99

Siphones lix
Siphunculi lix
Simultas cxxxvi
Simpuuium lx
Simplegades cxxxvi
Siligo xlv lxiiii
Sibylla 23 lxxxvi
Siliqua cix
Simulacrum cxiiii
Syria xix
Sycābra xlii
Sibylla xxiii
Syluanus lxiii
Sydus ſaturni lxviii
Syrma lxxxix
Syrenes xcv cxxvi
Syene cxi
Sycalis cxxv
Scatinia lex xvi
Scabies xvii
Schœnobates cxxxii
Scura xxxvii
Scilicet xlv
Scaphium lvii
Scrinium lviii
Scrotum lix
Scindere lxxviii
Scipio numātius lxxxi
Scapule xciii
Scropha cxvi
Supciliū xiiii liii liii
Sub haſta xxiiii
Sutor xxxv
Sumen xl cxii
Sudes xli
Succida lana xliii
Subligar li
Subligaculum li
Sulmo lv
Subſanare lix
Succinum lxviii xciii
Secta cxxix
Septa lxvi cxxix
Sella lxxvii
Sententia lxxxvi
Sernius tullius xci
Sernus iii xcii xcvii
Seneca dis xcvi
Setia xcvi
Seianus xcviii
Sella curulis xcix
Sora xxxii
Solſticium xxxix
Solium xlvi
Soloecismus lxiii
Solymi Solyma lxvii
Sors lxviii
Solea lxix
Sophiſta lxxviii
Soſtratus ciii
Solon cv

Socrates cxxiii
Sportula viii xxxviii
Sportule 8 xxxviii
Spotelle 8 xxxviii
Spartea xxxviii
Sponſa xlix
Sponſus xlix
Sponſio cxiiii
Sponſalia xlix
Specularia xxxvii
Spitamęus lxv
Spira lxxxviii
Spiculum cxx
Squila xlv
Squallor cxxxviii
Stoici vnde 28 cxxii
Structor cxii
Stemma lxxxi
Stemmata liii
Statio lvii cviii
Statius tolosanus cxxxvii
Stationarii lvii
Stribiligo lxiii
Stribilita lxii
Stabulum lxix
Statua erigēda ori. 72
Satius neapolitanus 74
Statius tolosanus lxxiiii
Stipendium viii
Stipulari lxxviii
Stipulatio lxxviii
Stabularius lxxx
Stigma ciii
Struma ſtupe cvi cxviii
Sub xv
Surdus lxxiiii
Subſellia lxxv xcvii
Sufflamē lxxxvi cxli
Supparium lxxxvii
Suppoſiti lxix
Subſipere xcvii
Succidia cx

T

Tabule 39 xvi xx lv
Tabularium xvi xx
Tabularius xx
Tablinum xvi
Talentum cxxxiii
Tagus xxv
Tages cxx
Tauroscite cxxxviii
Tabelle lv
Tarpeius mōs l cxiiii
Teda xii
Thebe cxxxv
Tesmophoria l
Tesmophora lxxxiii
Tectorium lxiiii
Templum lxiiii
Templum ionis hāmonis lxvii
Tentiritę cxxxvi
Tentira cxxxvi
Teredo lxxii
Terpſicore lxxii
Templum muſarū lxxii
Teſſera lxxviii
Temo vnde ci
Temetum cxxxvi
Teſtudo cxi
Telephus i
Thalaſicus xviii
Theatrum xxx
Teſta xxxiiii
Thraſillus lxviii xcix
Thule cxxxviii
Thermę lxxx cviii
Therſites xci cix
Thales cxxiii
Themiſtocles ci
Tigillinus vi
Timor viii
Tibur xxxi
Tibicen in ędificiis xxxi
Tignum xxxiii
Tigris lvii
Tinea lxxii
Titii fabula cxix
Tyara lxv cv
Tyrſus lxxiii
Tyrus, q̄ olim ſarra cvii
Tyrinthius cx
Tiryns cx
Tyro cxxxix
Tybur cx cxxvii
Tyrones cxii
Toga 8 96 xxx cxl
Torax xlviii
Tollere l
Toga palmata xlvii
Tribunus ix
Tribunalia cxl
Trallis xxv
Thraces xxvi
Troglodite cxii
Trua xxvii
Trulla xxvii
Trulleum xxvii
Trulisſare xxvii
Triens xxxiiii
Tribades lix
Tragœdus lxi
Tragicus lxi
Trutina lxii
Traducere lxxii
Traduco lxxxii cix
Troica neronis lxxxix
Trophęum c
Trabea xci
Trabeę xcvii
Tripholinus xciii
Tabraca ciii

Tenebrio 125
Comarla 107
Comamla 107

Tubicen xx
Tubicines cxxxi
Tunica xxi
Tuber cxxv
Tuberes 48 xl
Tueri frandem cxxiiii
Turtur l
Tucia l
Tuscus lviii
Tutor lxxxiiii xcix
Tulius xci
Tunica ionis xcvi
Tunica V
Vallis cxli
Vatienus cxxxvii
Vadimonium xxxii
Value 94 xxxix
Vanus lxxxii
Vaſa ſaguntina cxvi
Venuſia v
Veſtibulum xi
Venetus xviii
Verna iii
Ventilare iii
Ventilabrum iii
Ventidius lxxix
Veſtis coccina xxxv
Venex xxxv
Veries xxxv
Velaria xli
Venafranū o'eum xlv
Venafrum oppidū xlv
Veſtigia xlix
Veſtimi cxxx
Veſtis phrygia lxiiii
Veſtis attalica lxiiii
Vexilla vnde xc
Verna xcii
Vertere ſolum cix
Verticulum cxxvii
Venaliciarii cxiii
Venalitium cxiii
Verpi cxxviii
Verpa cxxviii
Villa viii
Victoriati nūmi cxxxiii
Via latina xiii
Vicus xiiii
Vincus cxxxvi
Vindex lxxxix
Viminalis xxvi
Vinaria xxxv
Vitta xxxvii
Vinarium 38 xxxviii
Vidua 52 lvii
Vienna lxxx
Virtus lxxxii
Vindicta xci
Vinum maroneū xcii
Villicus 31 39 110
Victima cxiiii

Vmbo	xvi	Volesi	lxxxvii	Vrbanitas	xcii	Z	
Vmbella	xciii	Votinę tabellę	cxv	Vterus	xv	Zelotypus	xliiii lviii
Volumen i	lx	Vocalis	cxix	X		Zelotypia	lviii
Votum	viii	Vomica	cxxi	Xylobalsamū	xv	Zeno	cxxii
Voluptas	viii	Vnguentū spicatū	lxiii	Xerāpelinę vestes	lxvi	Zenonii	cxxii
Vopiscus	xv	Vultur	cxxvii	Xerāpelinus color	lxvi	Zinçiphia	xlviii
Volsinii	xxxi	Vulua	xv cx	Xerxes	cii	Zona	cxxxiii

SAtyra carmen est, vt Diomedi placet, apud romanos maledicū, ad hominū vitia carpenda, comœdię priscę charactere cōpositū, a qua in hoc tm̄ differt, q illa iābicis & eiusmodi versibus cōstat, & personis introductis nonę fere comœdię par est, & vitia hominum cum denominatione continet personarum. Hęc aūt idest satyra in exametros assurgit, libertate simplex, Neq; enim personas aperte nominat. Priscę comœdię princeps & inuētor fuit Susarion megarēsis Tripodiscius Philini filius, qui quū prauę mulieri coniūctus esset, abeunte muliere in pompa Dionysiorum theatrum īgressus quattuor cecinit carmina iābica, quę sola ex ombibus eius scriptis extant. Audite populus Susarion hęc, dicic filius Philini Megarensis tripodiscius. malum sunt mulieres, sed tamē o populares non adest inuenire domū sine malo. Sic enim prima comœdia scoma habebat apertū. Licuit itaq; aperte sic vituperare vsq; ad tēpora Eupolidis, vnde Horatius Eupolis atq; cratinus Aristophanesq; poetę, Atq; alii quorum comœdia prisca virorum, Si quis erat dignus describi q malus aut fur, Qd' mœchus foret, aut sicarius, aut alioquin Famosus multa cū libertate notabant, Sed quum poetę abuti licentius stilo, & passim lędere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquā in alterum crimen infamię poneret lata lege per Alcibiadē siluerunt. Ex prisca igitur comoedia quę maiore lasciuit licentia Satyra quę auctore Quintiliano tota nostra est manauit, In qua primus insignē adeptus laudem est Lucilius, qui quosdam vt scribit Fabius ita deditos sibi amatores habuit, vt eum omnibus poetis pferre non dubitaret, quāuis Horatius (non sine tamen suspitione ęmulationis) eum in sermonibus suis lutulentum fluere diceret, & aliquid esse qd' tollere posis. Secundus post hunc Horatius qui etiā Lucilio multo tersior ac purus magis habetur, & ad notandos mores magis pręcipuus. Tertius Persius annumeratur qui iudice Fabio multum & verę glorię q̄uis vno libro meruit. Quartus vero Iuuenalis habetur, qui & venustate carminis & satyrę dignitate seruata ita cōmendatur vt si aliis omnino pręponēdus non sit certe vel eis par habendus. Satyram nomē accepisse a variis causis scribunt Diomedes grāmaticus Porphyrio & Acron idest a satyra lance quę inferta variis multisq; primitiis in sacra inferebatur, & a copia & saturitate rei satyra vocabatur, Siue a lege satyra q̄ vno rogatu multa simul cōprehendit q scilicet & satyra multa poemata comprehendantur, cuius satyrę legis Lucilius meminit in primo per satyram ędilem factum qui legibus vlnat & Salustius in iugurtha. Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Siue a satyris q similiter in hoc carmine ridiculę res pudendeq; dicuntur, quę velut a satyris diis syluestribus proferuntur & fiunt, hocq; verisimilius. Nam in comoedia prisca quę in vitia hominum apertius vt dictum est inuehitur, sallibusq; & iocis absoluitur, satyri introducti sunt dii syluestres & procaces iocularia & lasciua inter se iactantes. Hi sunt (vt auctor est Pollux) satyrus canus, satyrus īpubis, satyrus adolescens, Sylenus pater, Atq; id genus personę fictę, a satyris igitur introductis satyra noīata est, quod nomen hęc quę tota vt diximus nostra est & ab illa antiquiore defluxit, accepit seruauitq;. Hoc poematis genere Iuuenalis sexdecim scripsit satyras.

Vita Iuuenalis.

IVnius Iuuenalis quibus parentibus natus fuerit pro comperto non habetur. Ex aquo oppido volscorum oriundum fuisse docet ipse in fine tertię satyrę. Et quotiens te Roma tuo refici properantem reddet aquino. Temporibus Traiani satyras suas scripsisse nemo nisi parum peritus diffitetur. Nec audiendi sunt qui eximarunt eum regnante Domitiano floruisse, quum is poeta scribente iam defunctus fuisset, quod abunde satis ipse multis in locis indicat vt illic in secūda satyra. Qualis erat nuper tragico pollutus adulter. Nam quum ait erat nuper, planissime ostēdit eum mortuum fuisse pręterea in tam apertam eius reprehensionem viuenus nō insurrexisset. Et alibi in eadem satyra, Quum tot abortiuis foecūdam Iulia vuluam Solueret & patruo similes effunderet offas, vbi intrepide demonstrat ab eo violata fuisse fratris filiam, quod neutiq̄ fecisset si tunc temporis vixisset. Et alibi decessisse apertissime docet Quum iam semiammum laceraret Flauius orbem Vltimus & toto seruiret roma Neroni. Et alibi Sed olim Prodigio par est in nobilitate senectus, Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum. Quibus omnibus satis constat post mortem Domitiani poetam scripsisse. Qua vero ętate, quoue loco mortuus fuerit, quum certi nihil habeatur aliis inquirendum relinquimus. Nec aliis assentimur, qui eum a Paride histrione et delitiolo Domitiani in exilium actum fuisse autumant, & ibi mortuum, deq; eo intellexisse Sydonium Apollinarem quum ait. Nec qui cōsimili deinde casu Ad vulgi tenuem strepentis auram Irati fuit histrionis exul. Neq; enim fieri potuit, vt a Paride in exilium missus fuerit, quū satyras suas (vt diximus) scripserit sub Traiano, & Paris gratia et auctoritate tantum valuerit apud Domitianum, vnde quum Sydonius, nec Iuuenalem, nec alium quenq̄ nominauerit, de quouis alio intelligere potuit.

IOANNIS BRITANNICI COMMENTARIA IN SATYRAS IVVENALIS.

IVNII Iuuenalis Aquinatis. Satyra Prima.

SEMPER ego auditor tantum? nunq̄ ne reponam?
Vexatus totiens rauci theseide codri?
Impune ergo mihi recitauerit ille togatas?

SEmper ego auditor tantum? Temporibus Iuuenalis magna in vrbe poetaꝝ copia vigebat, qui fere quotidie aliqd recitabant. Ad hos audiēdos rogabātur & noti & amici. Vn̄ scribit Tranquillus Augustū recitantes benigne & patienter audiuisse, nec tantū carmina & historias, sed & orōnes & dialogos. Horatius item. Hic spōsum vocat, hic auditū scripta relictis Omnibus officiis. Hoc tn̄ multis molestum oīno erat, vn̄ est illud Plinii, Magnum prouentū poetaꝝ annus hic attulit, toto mēse Aprili nullus fere dies fuit quo nō recitaret aliquis. Iuuat me q vigent studia, pferunt se ingenia hominū & ostētant, tametsi ad audiendū pigre coit, plerique in stationibus sedent, tēpusq; audiendo fabulas cōterunt, ac subinde sibi nūciari iubent, an iam recitator intrauerit, an dixerit pręfationē, an ex magna parte euoluerit librū. Et paulo inferius. Nunc ociosissimus quisq; multo ante rogatus, & identidem admonitus aut non venit, aut si venit queritur se diem quia nō perdiderit, perdidisse. Idem etiam indicat. Cor. Tacitus de claris oratoribus loquens de poetis. Rogare vltro & ambire coguntur vt sint qui dignentur audire & ne id quidē gratis. Poeta igitur veluti audiendorū diuturna carminum alienorū molestia affectus erūpit, nō tamen tam audiendi fastidium indicans suū q̄ diutinam ignauiam suam accusans, q ipse nihil adhuc scripserit, quum & ipse possit scribere. Sed quū varia sint poematū genera in quibus versari possit. Satyram ait se velle potius q̄ aliud genus poematis tractare, adhibita ratione q ampla sibi ad scribendū suggeratur materia. Principium igitur more satyrico ex abrupto fecit, vt Persius. O curas hominum. Horatius. Qui fit Mecœnas? Semp. hoc dicit quū ex nimio audiendi fastidio, tum ex diuturno silentio quasi qui magnam ętatis suę partem per inertiā absumpserit, quū nihil īterea ipse scripserit. Auditor tantum? Subaudi extrinsecus ero. s. alienorū scriptorum, & nunquā ego sicut cęteri aliquid scribam & recitabo? Reponam? nō ignoro a cōmentatoribus hunc locum variis exponi modis, vt alii dicant reponere idem esse quod reficere & resarcire, vt sit sensus, non ne aliquando scribendo resarciam hoc tempus quod aliis audiendis consumpsi, ita enim poetę reponere dicunt. Alii vero reponere idem esse quod scribere, scribendo. n. reponimus rem de qua agitur, vnde si talia non scripsisset, haud reposita nobis eēn & reseruata. Alii inquiunt repono quandoq; est retro appono: quasi acceptam cœnam restituo, vt siquis mihi hodie conuiuiū apponat, ego cras ei reponam large ac liberaliter. Et in hūc sensum hoc verbo vsus est Iuuenalis, quū inquit Semper ego auditor tantū nunq̄ ne reponam? Ignauię enim seipsum accusat, & vt mos satyrorum est ex abrupto incipit. Semper ne eorum quę alii apponunt ero auditor, nunq̄ ne ipse aliquid reponam. i. restituam. Quę omnia etsi ex aliqua parte conuenire videntur. Ego tamen hoc sumptū eē a debitore cōtenderim, q quū preciū creditori reddit repōere dicit, vnde Seneca in epistola. lxxxii. Ad Lucilliū. Ergo nec qd' debet creditori suo repōere quisq̄ scit alius q̄ sapiens, dr̄iam. n. facit īter referre & reponere. Nam referre inqt est vltro qd' debeas afferre. Repōere aūt est creditori suo tm̄ reddere quantum debeas. Idem lib. vi. de beneficiis. Ideo nō est trepidandū q̄ cito reponamus, loquit. n. de beneficio referendo. vn̄ Plautus in persa. Des mihi nūmos sexcētos quos cōtinuo tibi reponā in hoc triduo, aut quatriduo. In ea significatione est ēt illud Horatii in epistola ad Mecœnatem. Inspice si possum donata reponere lętus, hoc est reddere & restituere. Ergo inquit poeta, quū alios poetas audiuerim, eorumq; sim debitor tanq̄, qui ab eis multa acceperim, nunquā ne eis reponam? nunquā ne eis reddam quantū acceperim, ac per hoc nunquā ne & ego scribam? Reponere rursus capitur quasi pro renouare & reparare, sicut exposuimus apud Persium in vltima satyra. Neu dicta repone paterna, sed hoc nihil ad rem. Vexatus totiēs, nam vt diximus nō sine aliqua animi molestia audiebantur recitantes.

Reponere

Theseide, recitatiōe thesidos. i. gestorum thesei, de quibus multa Plutarchus & Diodorus in. v. & Ouidius in meta. Nam Theseus Herculis certaminum īmitator & virtutum animum adiecit ad ea certamina quę laudem & gloriam sibi essent allatura. Filius fuit Aegei & Aethrę Pitthei filię, aliqui Neptūnum eius fuisse patrem tradunt. Codri, nomē est poetę sui temporis, quem in tertia satyra pauperem fuisse ostēdit. Lectus erat Codro procula minor. Ranci, clamosi, vt referas ad fastidium poetę, quasi qui nimio eius clamore offensus sit, nā Rancus τομεσον est, vt & pro eo qui sit voce magna & sonāti ponatur, vnde Verg. appellat cicadas raucas. i. clamosas & valde strepentes. Ouidius in fastis. Ecce rudens ranco sileni vector asellus, Intempestiuos edidit ore sonos. Verg. Cignos bene canētes raucos appellat. Dant sonitum ranci per saxa liquentia cigni. Mart. Perlegat vt tumidus ranca te voce magister. Porphyrio exponens illud in satyris. Rauci male ait Sulcium & Caprium delatores & causidicos fuisse, & ideo raucos appellatos q cōtentione iudiciorum clamarent. Et pro eo cui vox sit oblisa & contusa nimio clamore, quintilianus. Et raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Solinus de gruibus loquens. Volatus desidia castigat, voceq; cogit agmen. Ea vbi obraucata ē succedit alia. Impune ergo mihi? Ergo in-

Ranci

quit alius mihi recitauerit togatas, ⁊ alius elegias, ⁊ alius alia, ⁊ ego nō reponam. Sic.n. verbum reponā repetendum est vsq; ad illud. Nota magis nulli domus est sua. Impune, passim ⁊ quō voluit. Nam impune dicit sine punitione, ⁊ quę sine punitione fiunt, passim agunt. Vnde Horatius i vltima epistola. Sed mēte recepta obturem patulas ipune legentibus aures. Et in arte poetica. Ne spissę risum tollant impune coronę. Nam poetę dicūtur passim scribere, quō diuersi diuersa scribunt, vnde illud Horatia. Scribimus indocti doctiq; poemata passim. Ille.i.alius. Togatas.s.comœdias. Erāt.n.togatę ⁊ palliatę, togatę romanę erāt ab habitu togę q̄ romana est, palliatę vero grecę a pallio, qđ grecō est. Togatā aūt quatuor q̄tuor sunt genera, sunt.n.togatę q̄ ptextatę dicunt, in qbus Imperatores negotia agebāt publica, ⁊ reges Romani vel duces inducunt, psonā dignitate ⁊ sublimitate tragœdiis similes. Prętextatę aūt dicunt. qa fere regū vel magistratuū in eiusmodi fabulis acta cōprehendunt, quō habitus est prętexta. Secūdum genus togatā tabernarię dicunt humilitate psonā, ⁊ argumentō similitudine comœdiis pares, in qbus non magistratus regesue, sed humiles homines ⁊ priuatę domus inducunt, quę qa olim tabulis tegerent cōiter tabernarię sunt appellatę. Tertium genus Attellanę ab Attella ciuitate Oscō, in qua primū cœptę, argumentis dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis grecis. Quartū planipedię q̄ grece dicunt mimi, dictę ob humilitatē argumēti ac vilitatem actorum, qui nō cothurno, aut socco vtunt in scena, aut pulpito, sed plano pede, vel ideo q̄ nō ea negocia cōtinent, q̄ in personā turribus, aut in cœnaculis habitantiū sunt, sed in plano ⁊ humili loco. lege Diomedem grāmaticum, ⁊ Dona. in Teren. Hic alius.

Elegos, elegi versus sunt impariter iuncti, exametro.n. ⁊ pentametro constant. Quis aūt eō inuentor fuerit, grāmatici authore Horatio certāt, ⁊ adhuc sub iudice lis est. Instituti aūt primo fuerunt deflendo desiderio mortuō mox ad amores traducti, sed tm nomen retinuerūt a flebili cantu, quo olim mortuos deplorabant. nā ελεγος idem est q̄ luctus. vñ Sapho Elegi flebile carmen. Ingens telephus, ingens tragœdia de Telepho. Qui [vt author est Diodo. in quō] Herculis ⁊ Auges filius fuit. Hunc Teuthras rex Mysię successorem regni instituit, qui quō bello troiano auxilius grecos a Mysia arceret, vite implicitus ab Achille pcussus in fœmore sinistro, consulto oraculo accepit, nullo modo posse sanari, nisi ab eodē repercuteret, a quo vulnus accepisset. Ad Achillem pfectus, nouo genere medicinę, ⁊ tunc primū excogitatę hoc ē rubigine, siue ab aerea, siue a ferrea cuspide fuerit, sanatus est. Ita.n. authore Plinio lib. xxv. ca. iiii. ⁊ xxxiiii. cap. xv. depingebat eam decutiens ex gladio, hinc nata est fabula, q̄ eadem repercussus est cuspide qua fuerat ab Achille vulneratus. Ouidius Vulnus Achilleo quę quondā fecerat hosti, Vulneris auxiliū pelias hasta tulit. Alii vero tradiderūt satyrum fuisse non rubigine, sed herba remedio per Achillem, vñ Claudia. ad Adrianū. Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Notat igit sui tpis poetas, qui longo verbō amfractu ⁊ Telephi ⁊ Orestis tragœdias scripsere, apud veteres Actius scripsit fabulā telephi. Orestes scriptus. i. tragœdia de Oreste, cuius magnitudinē tantā suisse satyrice ostendit, vt ne volumine q̄dem ipso q̄is extrema paginę parte, ⁊ a tergo scripto cōtineret. Orestes.n. Agamēnonis mycenaō regis filius ⁊ Clytēnestrę, quō accepis-

Hic elegos: impune diem consumpserit ingens
Telephus: aut summi plena iam margine libri
Scriptus ē in tergo nec dum finitus orestes:

set prem ab expeditiōe iliaca reuersum ab Aegysthо adultero ⁊ Clytemnestra iteremptū, sibiq; ab eisdem insidias tēdi, capta opportunitate vtrūq; necauit. Cuius parricidii cōscientia exagitatus in insaniā ⁊ furorē versus, videre sibi videbat mātrem se ardētibus facibus ⁊ serpētibus atris insequentē. vñ Verg. Armata facibus mātrem ⁊ serpētibus atris Quū fugit, vltricesq; sident in limine dirę. Cętē quō monitu Pyladę, vt furiis liberaret Apollinis templū ingressus esset, ⁊ inde exire vellet, ei furias occurrisse tradit Pacuuius, ad quod respexit Verg. Vltricesq; sedent in limine dirę. Omitto quō in tauricā regionē, vbi Iphigenia erat sacerdos Dianę puenerit, indeq; abrepto eius simulachro cum sorore sua in Italiā Aritiam vsq; cōfugerit, de Oreste multę scriptę fuerūt tragœdię, vñ verg. Aut Agamēnonius scenis agitatus Orestes. Orestē tragœdiā cantauit in Scena Nero, authore Tranquillo. Orestem aūt sic dixit tragœdiam de Oreste, vt alibi Atreum. i. tragœdiam de Atreo. Cuius ⁊ alueolos ⁊ lenam pignerat Atreus. Plena iam margine, plena etiā exteriore parte paginę, quę solet ad ornamentum libri relinqui vacua. Margo aūt capitur pro extremitate oium rerum, vñ dicimus in margine ripę. Pli. loquēs de testudinibus. Sed roffri margines acuti. Apule. lib. iiii. meta. Ripę fluuialis marginē densis arboribus septā video, genere aūt muliebri enunciauit vocabulum, quō ⁊ masculino inueniat. Ouid. Lōgo margine terrā porrexerat amphitrites. Summi libri. i. magni. Et in tergo. Ostēdit Pli. Iunior in ea epistola, quę incipit Pergratum est mihi, ad Macr. ea volumina quę etiā in tergo scripta fuissent Opistographa fuisse appellata ab οπισθεν. i. retro ⁊ γραφω scribo. sic.n. scribit. Electō quoq; cōmentarios centum sexaginta reliquit opistographos qdem ⁊ minutissime scriptos. Vulpia. de bonō possessione fm tabulas sic ait. Carthę appellatio ⁊ ad nouā carthā defertur ⁊ deleticiā, proinde ⁊ si opistographo quis testatus sit, hinc peti pōt bonō possessio. Q̄ ergo scriptum dicit poeta in tergo, greci Opistographon appellauere. Q̄ ostēdit, ⁊ Porphi. apud Horatium in epistolis his verbis. Nemo te ornabit, atq; describet, sed aut carie cōsumeris, aut fient ex te opistographę epistolę. Nam apud veteres libri in volumina cōplicabant, ita vt interiori tm parte scriberentur, dicebanturq; volumina q̄ inuoluerent, vnde Iuue. Quę psaltria penem Maiorem q̄ sint duo Cęsaris anticatones, ex quo apparet libros solitos colligi in volumina.

lumina, vñ cōtra dicebant euolui, quū explicabant. Carpens ergo poeta longas poetā ambages, in scribendis fabulis ostendit, nō solum tota volumina interiore parte, sed etiā exteriore cōtra cōsuetudinē scribi, quū libri [vt dixi] in volumina colligerent, nec scriberent in tergo. Q̄ ⁊ Martia. ostendit alloquēs librum, Ad salarios curas scrinia ptinus licebit, Inuersa pueris arande charta. In tergo igit ideest exteriore parte mēbranę. Inde illd est Sidonii Apollinaris ad Cōstātinū iam copiosum te ni fallor pulsat exēplar. Iam venit ad margines vmbilicos. Iam tps est [vt satyricus ait] Orestrem nrm vel supra terga finiri. Nota magis nulli, tam multi inquit tpibus nostris existūt scriptores, qui quotidie opera sua mihi recitent, vt nulli magis nota sit domus sua, q̄ mihi est lucus martis, ⁊ alia huiusmodi fabulamēta per eos sepe recitata, vt hoc totum ad multitudinē recitantiū referat, quos audierat, simulq; ostendat se etiā posse scribere, q̄n docti ⁊ indocti passim scribant. Lucus martis, hoc est historia de origine vrbis. Nam in luco Martis sacro ad Albam inclusa Rhea ab Amulio patruo, tanq̄ per spēm honoris sacerdos electa Romulū ⁊ Remū vrbis cōditores, incertum stupro, an ex Marte cōceptos enixa est. De hoc multa Iustinus lib. xliii. Liui. primo ab vrbe cōdita, ⁊ Diony. primo. Lucus item fuit Martis in ponto, vbi vellus aureum seruabat. Mart. Custodē scythici fuisse Luci. Qui aūt Athenis appellatus est Areopagus, nō lucus, sed Martis villa dicitur. Et colliis vicinū rupibus antrū. Multi hoc loco dubitant, de quo antro vulcani poeta intellexerit. Nōnulli.n. Hieram putāt vnā ex septē insulis Aeoliis itelligi, quas Itali vno vocabulo vulcanias appellant. Nam existimat natura soli ignea, p occulta cōmertia, aut mutuari Aetnę incēdia, aut subministrare. Sed quū oēs deo igniū sacratę sint. Hierā volunt Vulcano pręcipue sacratam, quū plurimū colle eminētissimo nocte ardeat, de hac, poeta intellexisse vō hoc non pcedit, quū.n. dicit Antrū vicinū rupibus colliis, ostēdit antrū ipsum inter septem insulas nō numerari, sed segregari ab eis vicinūq; ⁊ pximū esse, ita vt de Hiera neq̄q̄ sit intelligendū, vñ Nos exponimus antrum vulcani vicinum rupibus colliis Aetnā montē Sicilię qui vulcano sacer est, ⁊ ex quo insulę (vt diximus) iam accipiunt incēdia, aut ei subministrāt. Estq; vicinus rupibus Aeoliis, qui ēt Cyclopes tulit, nūc assiduis ignibus flagrat. Sacrū fuisse vulcano docet Soli. his verbis. Vulcano Aetna sacer est. In Aetnę vertice hiatus duo sunt, crateres noīati, per quos eructatus erūpit vapor premisso prius fremitu pter estuātes cauernas latebras ⁊c. Sic ⁊ Valeri. flaccus in. ii. Argonau. Accipe ait bellis mediq;, vt pulnere pugnę Sit comes Aemei genitor quę flāmea gessit Dona dei, hoc est vulcani, nā non minus Aetna mons dictus est a poetis domus vulcani, q̄ Lemnos ⁊ insulę Aeolie, vñ Valeri. flaccus Lemnos chara deo, nec fama notior Aetnę, aut Lipares domus. Mōtem aūt Aetnā vicinū esse Aeoliis testat sic Strabo.

Nota magis nulli domus est sua, quā mihi lucus
Martis, & colliis vicinum rupibus antrum
Vulcani, quid agant vēti, quas torqueat vmbras
Aeacus, vnde alius furtiuę deuehat aurum

Imminet aūt Aetna Littori catanēsi ⁊ liparitanis insulis, quas pleriq; Aeolias vocāt. Ita vt oīno de Aetna intelligēdum sit, de cuius incēdio rōnibusq; incēdii multi scripserant ante Iuue. sicut verg. Cuius carmen licet multū mēdosum adhuc extat, in quo ppetui ignis multas ostendit rōnes, docetq; a poetis falso traditū sedem eē vulcani, his versibus. Principio ne quem capiat fallacia vatū, Sedes esse dei, tumidisq; e faucibus ignē vulcani ruere, ⁊ clausis resonare cauernis. Poetę.n. cecinere vulcanū in antro Aetnę habitare, ē ex faucibus suis ignem euomere, vñ Iuue. Aetnā appellauit antrum vulcani. Ait ergo nulli domū suā magis esse notā, q̄ sibi est descriptio Aetnę, ⁊ eius incendii, qđ est vicinū rupibus Aeoliis. Insulę aūt Aeolię septē sunt numero in freto Siciliēsi Ephestię noīatę. i. vulcanię. Lipare, Hiera, Strōgile, Didyme, Eriphusa, Phœnicusa Euonymos dictę ab Aeolo q̄ ibi tpibus illacis regnauit. Quid agāt venti, quę natura sit ventō. Horū enim alii sunt frigidissimi, q̄les a septētrione spirant. Ii. n. ⁊ reliquos cōpescunt, ⁊ nubes abigūt. Alii humidi, vt auster, Africus, ⁊ precipue auster Italię. Alii sicci, vt Corus ⁊ vulturnus. Alii niuales, vt Aquilo ⁊ Septētrio. Grādines septētrio importat, ⁊ Corus. Aestuosus auster. Tepidi vulturnus ⁊ Fauonius. Saluberrimus aūt oīum Aquilo, noxius Auster ⁊ magis siccus. Ventus aūt est (vt qdam diffiniūt) authore Seneca aer fluens in vnā ptem, qa nunq̄ aer tam īmobilis est, vt nō in aliqua sit agitatione. Victru. vero sic diffinit, ventus aūt est aeris fluens vnda cū incerta motus redūdātia. De ventis igit multi scripserāt, vt Sene. in naturalibus. Veteres quatuor tm̄ seruare per totidē mundi ptes. Ideo nec Home. plures nominat, mox aūt posterior etas octo addidit, rōne nimis subtili, ⁊ cōscisa. Sunt ergo bini in quatuor cęli ptibus, de qbus abūde lib. i. Pli. Victru. ⁊ Gellius, (vt diximus) Sene. in naturalibus. Ordo autē talis est, vt potius inferioribus q̄ superioribus cōiungant. Platani Frontonis clamant qd agant venti ⁊ cętera. Sicq; ostendit in edibus Frontonis varia quotidie a poetis recitari. Quas torqueat vmbras Aeacus. Alii quī hūc locum simpliciter accipiunt. i. quę de inferis scribant, apud quos eacus index sit cōstitutus. Cętē ad id poeta respicit qđ scribit Plato in gorgia suo, sic enim inducit Iouē loquētem. Cōstituī tres alios meos iudices, duos qdem ex Asia Minoem. s. ⁊ Rhadamantū, vnum vero ex Europa Aeacū, qui mortuos iudicabūt in trinio, ex quo portant vię, altera ad beatō insulas, altera ad tartaō, ⁊ Asiaticos qdem Rhadamātus iudicabit, ab Europa igit q̄ venerint Aeacus. Minoi aūt cōmittam, vt iudicet si qd aliis occultū existat, vt sic iustissime pcedat iudiciū, rectaq; sit animaō trāsmissio. Ait ergo poeta sibi nouum esse ex frequēti poetā recitatiōe, Aeacū iudicem esse apud inferos, qui aīas europeas iudicet tm̄. Torqueat, iudicet, ⁊ puniat. Ouidi. Noxia mille modis lacerabit vmbra, tuasq; Aeacus in pœnas ingeniosus erit.

Vnde alius furtiuę deuehat aurū pelliculę. i. expedi-

Pelliculę, quantas iaculetur monychus ornos,
Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant
Semper, & assiduo ruptę lectore columnę.
Expectes eadem a summo minimoq; poeta.
Et nos ergo manum ferulę subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllę, priuatus vt altum

tionē argonautaꝝ, videlicet, vñ Iason aureum vellus sustulerit. Cuius rei historia nota est ex Diodoro in.v. Strabo aūt lib.xi. aurei velleris fabulam sic interꝑtatur. Apud Colchos torrētes deferre aurum, qđ barbari ꝑforatis tabulis pellibusq; villosis excipiunt, vñ fabulę ortū est figmentū. De argonautis aūt apđ latinos scripsit Vale.flaccus, apđ grecos vero Orpheus prius, mox Apollonius. Furtine.i. est q̄ furtim ꝛ inscio Aeeta subrepta fuit. Nam furtiuū appellamus qcqd furtim surripit̄. vñ Pli.lib.xix.sic scribit. Rutā furtiuā tantā ꝓuenire fertilius putauit, sicut apes furtiuas pessime. Quātas iaculet̄ monychus ornos, pugnā dicit q̄ fuit it̄r Lapythas ꝛ Cētauros populos Thessalię, q̄ historia ita se habet. Quū.n. (vt diximus in Achilleida) Perithous Hippodamiā duxisset vxorē, circūuicinos populos oēsq; deos cōuocauit ad nuptias ꝑter Martem. Quare indignatus cētauros iam mero calefactos ad rapiendam Hippodamiā cōcitauit aduersus Lapythas, eo certamine ferunt Cētauros deletos fuisse. Sed hoc veritas habet. Cētauros (vt scribit Stra.) aut funditus a Perithoo deletos fuisse, illoꝝ agro prorsus desolato, aut ipsaꝝ noīe gentiū nusq̄ amplius existente, nec tali eoꝝ cōuentu ꝑdurante, si quid tñ adhuc restat adunatū, mētione nō insigniri. Monychus, nomē est ꝓpriū Cētauri. Ouid. Fecerat attonitos noua res, heu dedecus ingēs. Mōychus exclamat. Luca. Aut te iactātem Monychon ornos. dictio est cōposita μονοσ.n. solus dicit̄ ꝛ ονυξ vnguis, equos.n. pedes Cētauri habuisse ferunt̄. Home. aūt sępe dat hoc epitheton equis, q̄ solidis sint vngulis ꝛ non fissis. Ornos. Orni arbores sunt q̄ maxime in mōtibus ꝓueniunt. verg. Cantan-

fronto. do rigidas deducere mōtibus ornos. Frontonis platani ꝑtem posuit pro toto.i. ędes frontonis. Hic est ille Fronto, de quo ꝛ Mart. Vota tui breuiter si vis cognoscere marci Claꝝ militię Fronto togęq; decus, militauit sub Tito in euersione Hierosolymoꝝ, nā vnus fuit ex libertis ꝛ amicis eius, de quo multa Iosephus li.vii.de bello iudaico. Frontonū cognomina a fronte sunt dicta, sicut Capitonū a capite, author est Cice. in primo de natura deoꝝ. Est aūt sensus. In ędibus Frontonis quotidie poetę aliqd recitant, ita vt tota domus quotidie assiduis clamoribus resonet, ac per hoc sciat quę a variis poetis tractent̄. Nā nobiles romani ędes suas recitātibus cōmodabant. vñ ꝛ alibi Maculonus cōmodat ędes. Et Cor. Tacitus de Claris Oratoribus loquēs de poetis sic scribit. Nā ꝛ domū mutuat̄, ꝛ auditorium extruit, ꝛ subsellia cōducit, ꝛ libellos dispergit ꝛc̄. Per Platanos aūt ędium luxum ꝛ magnificētiam ostēdit. Platanus.n. vmbrę gratia ex alieno petebat̄ orbe, tam late.n. rami vagabant̄, vt ēt in scamnis patulis arboris epularent̄ vndecim cōuiuę adsistētibus ēt ministris vmbrę causa alebat̄, vñ illud virg. in.iiii. Georg. Iamq; ministrātem platanū potātibus vmbras. Tantūq; honoris postea increuit, vt vino infuso enutriret̄, cōpertū maxime id ꝓdesse radicibus,

qđ primus excogitauit Hortēsius. Lege Pli.libro.xii. cap.i. A platano est possessiuū plataninus, sicut a balano balaninus. Marmora cōuulsa, q̄ assiduo recitātiū clamore ex parietibus conuelli ꝛ labefactari videtur. Nam potentioꝝ parietes marmoꝝ crustis integebant̄. Sene. ad Lucillium. Vt parietes adiectis transmaria marmoribus fulgeant, ꝛ alibi ad eundē. Quid loquar marmora, q̄bus templa, q̄bus domus fulgēt. Primus autē fuit Mamurra Formianus ꝑfectus fabrorum Cęsaris in Gallia, q Romę crustis marmoreis parietes domus suę in mōte Celio operuit, author Plyn. Clamant, resonāt, reboant. Columnę ruptę, ita dictū, vt illud verg. Et cantu querulę rumpūt arbusta cicadę, ꝛ illud Fregit subsellia versu, ꝛ illud Soluent̄ risu tabulę. Assiduo lectore, assiduo lectoris ꝛ recitatoris clamore. Expectes eadem, cū indignatione legendum, q̄ nō solum docti scribant, sed ēt indocti, iuxta illud Horatii. Scribimus indocti doctiq; poemata passim. Et nos ergo manū. Sensus est. Quū docti inq̄t ꝛ indocti scribant, possumus ergo ꝛ nos scribere, quū ꝛ grāmaticē, ꝛ Rhetoricen didicerimus. Erit autē ordo, ergo ꝛ nos scribemus, manū.n. ferulę subduximus ꝛ consiliū dedimus Syllę, potest etiā alius esse sensus vt sit. Ergo ꝛ nos iam grāmaticen ꝛ Rhetoricē didicimus, vt sileamus, ꝛ nihil scribamus, quū oēs, ꝛ docti, ꝛ īdocti pariter scribant? vt oīno sensus sit, nimia indignatione intercisus. Estq; legendū ea interrogatione, qua cōtrarium videmur velle facere. q.d. num didici grāmaticen ꝛ Rhetoricen, vt sileam, ꝛ nihil scribam? vt oīno hęc extrinsecus subaudiamus. Et ita dictū est. Et nos ergo manū, sicut illud Impune ergo mihi. Ferulę subduximus.i. subtraximus, ac ꝑ hoc iam a grāmati- Ferula cis eruditi recessimus. Ferulę, virgę q̄ manus pueroꝝ feriunt̄, de qua Colu. Nec māibus mitis ferulas, nec cruribus ęque, ꝛ īfra Capparis, ꝛ tristes hinulę, ferulęq; minaces. Martia. sic in apophoretis Ingratę nimiū pueris, grateq; magr̄is. Est aūt infirmissimū virgultū fœniculo perq̄ simile. vñ Pli. foliis fœniculo, Inani caule, natura eadem, q̄ anetho, ꝛ fructu similis. De hac multa, ꝛ Theofra. nulli authore Ply. fruticū leuitas maior q̄ ferulę, ob id gestata baculoꝝ vsum senectuti pręb et. Cōsilium dedimus Syllę. Ostēdit (vt diximus) artem oratoriā se etiā didicisse, in qua cū versaret̄ sępe exercitationis gr̄a suasorias declamauit. Nam in scholis suasorię tractādę ꝓponebant̄ adolescētibus. Deliberat Agamenon, an Iphigeniā imolet negante Chalcāte nauigari posse. Item deliberant Athenięses, an trophea ꝑsica tollant Xerse minitāte redituꝝ se, nisi tollerent̄. Deliberat Cice. an ꝓmittēte salutē Anto. orōnes suas cōburat. Item deliberat Sylla an deponat dictaturā ꝓmittēte Senatu impunitatē. Ait igit̄ Iuue. talem declamādo suasoriā suasisse Syllę, vt dictaturā deponeret, nā dare cōsilium Syllę est suadere. Quinti.lib.iii. Quū Cice. dabimus consiliū, vt Anto. roget. Priuatus, vt altum dormiret. Hęc

erat ratio

Dormiret? stulta est clementia quum tot vbiq;
Vatibus occurras perituræ parcere chartę.
Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos aruncę flexit alumnus
Si vacat, & placidi rationem admittitis edam.
Quum tener vxorē ducat spado, neuia thuscū

erat ratio suasionis, vt deposita dictatura quā sibi ipse ad centū ꝛ viginti annos asciuerat tanq̄ grauissimis solutus curis altius dormiret. Nam sylla quū impiū eius rogatiōe. Sulpitia trāsferet̄ ad Marium, indignatus ex Asia in Italiam reuersus est, ꝛ ante vrbem aduersarioꝝ septuaginta amplius milia ad portā collinam occidit. Ingressus vrbem quatuor milia inermium, nulla seruata fide in villa publica īterfici iussit. Marii cineres erutos in Tyberim proiecit. Post tantā hanc crudelitatē, ꝑ summū animi ꝛ corporis cruciatū expirauit Puteolis, quū dictaturam deposuisset, morbus autem quo cōsumptus ē, phthiriasis est appellatus.i. pedicularis απω των φθιεων, quos pedes ꝛ pediculos vocamus corpore, seipsum erodente, ꝛ supplicium sibi gignente, vnde est illud Sereni Sylla quoq; infoelix tali langore peresus Corruit, ꝛ misero se vidit ab agmine Pasci. Quā foeditatē ne visentes intelligerent, somno dissimulabat. De quo Pli. ita scribit lib.vii. A genō exitus vitę eius oīum ꝓscriptoꝝ ab illo, calamitate crudelior fuit, erodente seipso corpore, ꝛ supplicia sibi gignēte. qđ vt dissimulauerit, ꝛ supremo somno eius, cui īmortuus quodāmodo est, credamus ab vno illo inuidiā gloria victam. ad qđ poeta videt̄ alludere, quū ait, vt altum dormiret, eo genere morbi oñdit Ply.lib.vii. ꝛ Apuleus tertio Floridorum Pherecidem orōnis ꝑsaicę authorem cōsumptū esse. Aleman ēt, vt docet idē Pli.li.xi. ex clarissimis grecię poetis eadē facultate obiit. Priuatus, deposito imperio. Dormiret altū.i. ꝓfundo somno. Hora. Ter vncti trāsnāto tyberim somno, q̄bus est opus alto. Stulta ē clemētia. Antipophora est, q̄si aliqs dixerit chartā nō esse ꝑdendā, ꝛ ipse rñdeat. Stulta ē hęc clemētia.i. stulta ꝛ ridicula ē benignitas tanti facere, tā modicā chartę iacturā, ꝛ ita extenuat nō sine summa animi modestia vires īgenii sui, q̄si sciat paucos

Clemētia fore a q̄bus opus suū legat̄. Mart. Sribere ꝟsiculos miseras ꝛ ꝑdere chartas. Clemētia aūt ꝓprie ē lenitas superioris aduersus īferiorē, ꝛ tēperantia animi ī ꝑtāte vlciscēdi, author Sene. Peritutę, quā scio perituā, quū nemo lecturus sit carmē meū. Quū tot vbiq; vatibus occurras, quū tam multi poetę passim scribant. Cur tñ hoc potius, rōnē affert, q̄re potius Satyrā, q̄ aliud poematis genus sit scripturus, ordo aūt erit, ꝛ sensus. Edā.i. dicā ꝛ māifestabo. Cur tñ potius libeat mihi decurrere hoc cāpo. Hoc cāpo, hoc gñe poematis satyrici, sumpta metaphora ab iis q equos ꝛ currus agūt ꝑ spaciosos cāpos. Magnus allūnus, periphasis

Lucilius est Lucilii, q ex Arūca Rutuloꝝ ciuitate natus, primus apđ latinos scripsit satyrā. In eo mira fuit, vt docet Quint. eruditio ꝛ libertas, atq; īde acerbitas, ꝛ abūde salis, natus aūt est anno anteq̄ Carthago inditionē Romanoꝝ per Scipionem redacta est, mortuus quo anno Furius Bibaculus poeta natus est Cremonę, ꝛ Cymbri superati sunt a mario. Alumnus, is ꝓprie

Alumnus dicit̄, qui alitur. Plinius Italia alumna oīum terraꝝ eadem ꝛ parens. Ouid. Pax nutrit cererē pacis alumna ceres. Non ignoro ab diuo Augustino noīari Iouem alumnum, q̄si qui oīa alat. Pli. item lib.xxiiii. cap.xvii. passiua significatiōe posuit sic. Alia deinde Adamātidem, Armenię, Capadocięq; alumnā. Verum apud authores tali significatione, aut nunq̄, aut rarenter inuenias, vñ fallunt̄, qui putant Italiam dictam Alumnam a Plinio q̄ alat, quum hoc dicat Italiam tanquā filiam ab oībus terris alimēta accipere, eādemq; tanq̄ matrem oībus ꝑber̄, sed quū hoc longe clarius sit q̄ a nobis indigeat explicari plura non addemus. Flexit equos, perstat ī trāslatione, qa dixit cāpo, equos ergo.i. stilum suū. Si vacat, si ocium est ad audiendum. Dicimus.n. mihi nō vacat ꝑ impsonale, i. ocium nō est. Et ego vaco.i. ociosus sum, ꝛ habeo ocium. Seneca. Non vacat mihi verba dubie cadentia cōsectari. Et paulo inferius. Non vaco ad istas ineptias, ingens negociū in manibus est. Vaco item capit̄ pro operā do, vt Cicero vacat diligenter studiis liberalibus. Item vsurpat̄ pro careo, vt ego vaco culpa. Quum tener vxorem, vna est ex rōnibus, quare potius satyram q̄ aliud genus carminis sit scripturus. Est enim sensus ꝛ ordo. Difficile est non scribere satyram, quū tener spado ducat vxorem, ꝛ cętera.i. difficulter te cōtineas, quin satyram scribas, sequitur enim. Nam quis tam patiens, ꝛ illud facit indignatio versum. Quasi dicat etiam si nolis non possis tibi tēperare, quominus satyrā scribas. Ducat spado. Indignatio est in libidinē mulieꝝ, quę quū a Domitiano authore Trāqllo reuocata eēt lex Iulia in adulteros, moechis suis nubebāt, ne supplicio afficerētur. Inter moechos aūt erāt ꝛ spadones. Mart. Qđ nubis proculina cōcubino. Ne lex Iulia te notare possit. Nō nubis ꝓculina sed fateris, ꝛ alibi. Cur tñ Eunuchos habeat tua Gelia q̄ris. Panniche, vult futui Gelia, nō parere. Alibi. At prius o mores ꝛ spado moechus erat. Alibi. Cum sene cōmunē vexat spado didimus ęglen. Simul ēt poeta ridet legem ipsam, cui iam excogitata est fraus. Nam quū reuocata sit ad pudorisanctitatē tuendā, mulieres īpudēter spadonibus nubebāt, q̄bus oblectatę fuerāt. Spado aūt ꝛ Eunuchus dictiōes sunt grecę, idemq; significāt, dicit̄ āt Spado a σπαω qđ est anello ꝛ aufero, q̄ ab eo testiculi auellant̄. Vlpia. ait Spadonū noīe eos ēt cōtineri, qui natura spadones sunt. Eunuchus aūt dicitur απο τησ ευνησ.i. cubili, ꝛ εχω custodio, qa id genus hoīum adhibebat̄ seruādis cubilibus regū ꝛ principū. Tener, nā spadones molles sunt, ꝛ effoeminati. Neuia thuscum. Alia indignatio in mulieꝝ impudentiā, q̄ tēpibus Domitia. in venatiōes ꝛ pugnas theatrales descendebāt, vñ Mart. Hęc iam foemina vidimus acta manu. Statius in sylius. Stat sexus rudis, insciusq; ferri. Et pugnas capit improbus viriles. Credas ad Thanaim ferumq; Phasim Thermodōtiacas mouere turmas. Neuia autem nomen est impudicę mulieris, ꝛ pro quacūq; impudenti muliere ponitur, quę in venationes, ꝛ pugnas theatrales descenderet.

Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.
Patricios omnes opibus quum prouocet vnus,
Quo tondēte grauis iuueni mihi barba sonabat,
Quum pars niliacę plebis, quū verna canopi
Crispinus tyrias humero reuocante lacernas
Ventilet ęstiuum digitis sudantibus aurum,

Aprum thuscū, emphasim habet, q̄si qui cęteris esset ferocior. Mart. Thuscę glandis aper populator, ⁊ ilice multa iam piger. Aetholę fama secunda ferę.

Nuda mām̄a, habitū expressit procūbentis ī vulnera ferę, sic.n. mām̄ę e sinu exerunt. Illud aūt est fatuū, q̄d aliqui ad ritum Amazonū referunt, quę sibi dextram mamillam adurebāt, simpliciter.n. locus est accipiēdus. Mamma eadem dicitur ⁊ mamilla ⁊ papilla ⁊ vber. Mām̄am item veteres ꝓ matre acceperunt, sicut Tatā pro patre. Mart. Mām̄as atq; tatas habet Afra, sed ipsa tataꝝ dici, ⁊ mām̄arū maxima mām̄a potest.

Patricios oēs. De Cinamo tōsore sui tpis intelligit, qui muneribus mulieris locupletatus est, vsq; ad censum equestrē, mox dānatus in Sicilia exulauit, de quo sic Mart. Qui tōsor fueras tota notissimus vrbe. Et post hęc dominę munere factus eques. Sicanias vrbes, Aetneaq; regna petisti Ciname, quū fugeres tristia iura fori. Qua nūc arte graues tolerabis inutilis annos? Quid facit infœlix ⁊ fugitiua quies? Non rhetor, non grāmaticus, ludiue magister. Non Cynicus, nō tu stoicus eē potes. Vendere nec vocē siculis plausumq; theatris. Q̄d superest, iterū Ciname tōsor eris. Patricios. nobiliores denominatos a pr̄ibus. Nam cōdita vrbe Romulus centū elegit senatores, q̄bus reip. curam demādauit, hos patres ob venerationē appellauit. Aucta mox ciuitate, reliqui reges numeꝝ senatoꝝ ampliauerūt, eosq; patres cōscriptos appellauere, vn̄ hoc postea seruatum est, vt Senatores patres cōscripti nominarent. Qui ergo ex his pr̄ibus nascebant, patricii sunt appellati. Prouocet, possit opibus prouocare, ⁊ se superiorē ostendere. Grauis, molesta, ⁊ minime grata, qualis solet eē Iuuenibus.

Sonabat, tondendo. Quū pars, Indignat Iuuenalis Crispinum hoiem Aegyptiū ex seruili cōditione ad cēsum equestrē esse prouectū. Nam Domitiano fuit gratissimus, eiusq; consilioꝝ particeps, eū Iuuenalis, vbiq; insectat, ⁊ p̄cipue ea satyra. Ecce iterū Crispinus, e diuerso Mart. Laudat. Sic placitū videas semꝑ Crispine tonātem. Nec te Roma minus q̄ tua Memphis amet. Ordo aūt ē. quū Crispinus pars niliacę plebis, vt sit expositiue pars. Pars niliacę ple-
seruus bis.i. seruus ex plebe. q.d. ex infimo loco apud Aegyptios natus, hincq; est potissimū indignatio. Niliacę, Aegyptię. Nilus.n. fluuius est Aegypti. Verna,
Verna alumnus. Inter seruū ⁊ vernā, hoc iterest, q seruī appellant, qui in potestatē nostram venerunt, aut iure belli, aut ęre cōparati. Vernę vero qui domi ex ancillis nascunt, nā ⁊ ii in seruitute sunt, omnis.n. Ancillę fœtus domini est. Dicti authore Festo, q tpe veris nati sunt, q id tp̄s ad fœturam sit valde aptum. Inde dicimus vernaculū omne q̄d intra parietes domesticos alitur, vt gallinam vernaculam, equū vernaculum, ⁊ linguam vernaculam. Canopi. Canopus
Canopus ciuitas est Aegypti, dicta authore Strabone a Canopo gubernatore Menelai, qui ibi sepultus est. Quinti. docet primo libro antea Canobon ab ęgyptiis vocitatā. Ventilet, hinc pēdet oīs poetę fremitus, q homo Aegyptius, ⁊ seruili cōditione, ea sit mollicie, vt annuali ęstiui sint ēt ei pōderosi. Ventilet, q̄si refrigeret annulū eximēdo illum e digito, ⁊ in aera leni-
Ventilare ter iactādo. Nam vētilare est in aerē aliquid iactare.
Ventilabrū Apuleius in Asino aureo. Aureos refulgentes manu mea ventilabā. Inde dicimus ventilare frumentū, ⁊ ventilabrum instr̄m iactandi frumēti. Vētilare ēt est ventum facere. Tranquillus in Augusto, atq; ēt aliquo vētilante cubabat. Aurū ęstiuū.i. annulos quos tpe ęstatis gestabāt, nam eo delitiaꝝ peruenerant Romani, vt annulos haberēt alios ęstiuos alios hyemales, ac si dicat leuem bratteā, ⁊ filum aureum, nam quod tpe ęstatis per leuitatem gestamus, ęstiuū appellamus, vt vestes ęstiuas. In annulis antē (vt scribit Pli. lib. xxxiii. cap. i.) Alii pondera ⁊ magnitudinem auri ostentabant. Aliis plures q̄ vnum gestare labor erat. Alii bratteas inserebāt leuiore materia, ⁊ ꝓpter casum gēmarū totam sollicitudinē amputabant, quibus pro annulis vtebant, per annulum aūt aureum ostendit poeta Crispinū equestris fuisse ⁊ census ⁊ dignitatis. Nam annuli (vt scribit Plinius) distinxere alterum ordinem a plebe, vt semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annulis senatum tantū. Sed annuli plene medium ordinē, tertiūq; plebi, ⁊ pr̄ibus inseruere. Humero reuocāte lacernas, idest reiectis lacernis in humeros, q̄si nimis ponderosis, tali habitu fuisse, ⁊ Colossum Domitiani ostēdit Statius in prima Sylua. It tergo demissa Chlamys. Humeri, authore Pli. hominis tm̄ sunt. Armi quadrupedū. Tyrias, purpureas, nam Tyrus insula fuit Phenicię, ꝑalto mari septingentis passibus diuisa. Nunc vero (authoribus Pliinio, ⁊ Quinto Curtio) Alexādri oppugnātis operibus cōtinens. Omnis eius
Lacerna nobilitas Cōchylio, atq; purpura cōstat. Lacernas. Lacernę cōficiebant ex variis coloribus, vnde apud Martialem in distichis loquūtur lacernę coccinę. Si Veneto prasinoue faues, q coccina sumis. Ne fias ista transfuga sorte vide. Item Lacernę beticę loquūtur sic. Non est lana mihi mēdax, nec mutor aheno. Sic placeant tyrię, me mea tinxit ouis. Lacernę aūt tum albę, tum purpureę sumebant in spectaculis. Martia. Spectabat modo solus inter oēs nigris munus Horatius lacernis. Quum plebs ⁊ minor ordo, maximusq;. Sancto cū duce candidus sederet. Toto nix cecidit repente cœlo, Albis spectat Horatius lacernis. Alibi in distichis. Amphitheatrales nos comēdamur ad vsus, Quū tegit albentes nostra lacerna togas. Idem in quarto. Edictum dn̄i deiq; nostri. Dū laudat modo phasis in theatro, phasis purpureis rubet lacernis, ⁊ paulo infra. Illas purpureas ⁊ arrogātes iussit surgere lectius lacernas. Gēmę maioris.i. ꝑgrandem gēmam, vt sit descriptio annuli leuioris bratteę, cui lapis ꝑgrandis sit insertus. Appellatione gēmę intelligimus oēs

lapillos

Nec sufferre queat maioris pondera gemmę,
Difficile est satyram non scribere, nam qs iniquę
Tam patiens vrbis, tam ferreus vt teneat se,
Causidici noua quum veniat lectica mathonis
Plena ipso, & post hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comesa
Quod superest, quē massa timet, quē mūere palpat

lapillos preciosos. Sabinus tn̄ ad Vitellium ait. Gēmas esse perlucidę materię, velut Smaragdos, Chrysolitos, Amethyssos. Lapillos aūt cōtrarię superiori-
Margarita bus naturę, vt Obsianos. Vedubiētanos. Margaritas aūt nec gēmis, nec lapillis contineri. Nam quis tā
Gēma patiens, quis.n. inquit possit pati tantam vrbis iniquitatē, vt non moueat ad scribēdum. Est aūt ratio, quare sit difficile nō scribere, quū etiam alia sint notatu grauiora. Vt teneat se, temperet sibi ne scribat. Causidici noua. Hinc maxie mouetur poeta ad scribendā satyrā, q sub Domitiano freq̄ns, ⁊ pene publice accusandi rabies extiteret, quę omni bello ciuili grauius togatā ciuitatē cōficeret, adeo aures Imperator delationibus patefaciebat, vt nihil ꝓpemodum tutum eēt, ita vt delator delatorem timeret. Vnde sic cōquerit Plinius in panegyrico de Domitiano. Vidimus delatoꝝ indicium, quasi grassatoꝝ, quasi latronū, non solitudinē illi nouerant, sed templum, sed forum insederāt, nulla iam testamēta secura, nullus status certus, non orbitas, nō liberi ꝑderant. Multi igitur, inter quos ⁊ Causidici, quū in ea re questum ⁊ principis gr̄am esse cognoscerent, relictis actionibus forensibus ad delationes se cōferebant, vt Matho, ⁊ Pompeius Falco, qui iisdem tpibus accusabāt, vt alibi notatur a Iuue. Senior illo Pompeius tenui iugulos aperire susurro. Causidicū fuisse Pompeiū ostēdit Plinius epistola, quę incipit. Consulis an existimē te in tribunatu causas agere decere. Notat igitur oēs delatores sub ꝑsona Mathonis, quē ex paupere diuitem factum eē videri vult questu delationū. Pauperem fuisse ostendit, alibi Iuue. Matho deficit. Martia. Parua rogas magnos, sed non dant hęc quoq; magni. Vt leuius pudeat, iam Matho parua roga. Eum alibi Iuuena. ostēdit vilem causidicū. Dic tibi qui sis Orator vehemēs, an Curtius, an
lectica Matho. Lectica, ea ꝓprie dicebat lectica q̄ gestarētur, non tam primores viri q̄ matronę. Instar cubiculi erat, ⁊ Lecticarii dicebant serui, qui lecticam gestabant humeris, grece exaphorū dixere lecticam, quę a sex seruis. Octophoꝝ vero, quę ab octo gestaret. In ea erant ⁊ fenestrę, vnde alibi, clausa lectica fenestra. Trāquillus in Augusto. A cœna in lecticulam se lucubratoriā recipiebat. Alibi Iuuenalis. Latis specularibus antrum, nam antrum appellat lecticā, cui specularia adhibebant. Quēadmodum ⁊ nostra ętate vidimus fœminam quādam primariam gallicam gestari lectica ex corio cocto cū fenestris, adhibitis specularibus vitreis, ea aūt gestabatur non a seruis, sed a duobus equis mediam lecticam intercipiētibus. Lecticam autem velis auleisue circūseptam fuisse docēt ⁊ Plutarchus in Eumene sic. Quo accepto Eumenes incitatis lecticariis, cursu delatus, ex vtraq; Lecticę ꝑte summouit auleum, magna lęticia manum protendens. Et Mart. lib. ii. Quem grex togatus sequitur, et capillatus. Recensq; sella linteisq; loris, nam pro lectica sellam poni manifestum est. Noua, nuper cōparata delationibus, quū antea eēt pauper. Plena ipso, quasi qui cōmodius gestaretur solus, vt delicatus, ⁊ luxuriosus. Delator, de Marco regulo intelligit, qui (vt scribit Plinius in epistolis) Oium bipedum fuit nequissimus. Multorū enim nobilium sub Domitiano cędes molitus fuerat. Cassios enim ⁊ Camerinos accusauit, qui sub Nerone interempti sunt. Et hunc (vt ipse refert) tam Bebius Massa, q̄ Metius Carus valde timebant. Nā Regulo intēperanter lacerāti Herēniū Senetiōem, rn̄dit Carus. Quid tibi cum mortuis? Nūqd ego Cassio, aut Camerino molestus sum? quos ille sub Nerone accusauerat. Delator, occultus accusator, nam deferre est occulte accusare. Mart. Ecce reum Carus te detulit, adsit agellus. Magni amici.i. imperatorii, hoc est imperatoris amici ⁊ familiaris, nam magna amicitia appellat imperatoris, vt alibi poeta. In quorū facie miserę magnęq; sedebat Pallor amicitię, vt ostēdat ne amicos quidē imperatoris tutos fuisse a delationibus. Rapturus, absumpturus, nā partem bonorū delationibus cōsequebant nobilibus ipsis, aut in exilium eiectis, aut trucidatis ab imꝑatore. Nobilitate comessa. nobilibus absumptis, et laceratis ab imꝑatore. Nam (authore Trāquillo) nihil pensi habuit, quin prędaret omni modo, bona viuorum, ac mortuoꝝ vsq; quaq;, ⁊ accusatore, ⁊ crimine corripiebantur. Satis erat obiici qualecūq; factum dictumq; aduersus maiestatē principis. Hinc est, vt alibi cōqueratur poeta. Vnde fit, vt malim fraterculus eē gigantū. Eius crudelitatē in panegyrico Traiani sic taxat Plinius. Quū nuper imanissima belua velut quodam specu inclusa, nunc propinquoꝝ sanguinē lamberet, nunc se ad clarissimorū ciuium strages cędesq; proferret, ⁊ cętera. De eius sęuicia sic, ⁊ Cor. Tacitus in vita Iulii agricolę, p̄cipue sub Domitiano miseriarū pars erat, videre ⁊ aspici, quū suspiria nr̄a subscriberent, quū denotandis tot hoīum palloribus sufficeret sęuus ille vultus ⁊ rubor a quo se cōtra pudorem muniebat. Quod superest, quod adhuc ab imꝑatore nō est corrosum ⁊ correptū. Massa. Bebiū Massam intelligit, ⁊ ipsum delatorem. Sensus est aūt. Bebius ipse Massa, q delator erat, delatorē timebat, apud principem, qui tātopere delatores fouebat. De Bebio Massa sic Pli. in epistola ad Macrinū. Legati rursus inducti, iterū me iam ꝑsentem aduocatū postulauerunt, implorātes fidem meā, quā erant contra Bebiū Massam experti. De Massa Bebio sic meminit Cor. Tacitus in vita Iulii agricolę. Et Massa Bebius tum reus erat. Mox nostrę duxere Heluidiū in carcerē manus. Carus, delator ⁊ ipse fuit, de quo vt ante diximus Mart. Ecce reum Carus te detulit, adsit agellus. Pli. lib. i. ad Voconiū (vt paulo ante dictū est) eius sic meminit. Agnoscis eloquentiam Reguli, lacerat Herenniū Senectionē, tam intēperāter quidē, vt dixerit ei Metus Carus. Quid tibi cū mortuis? Nūquid aut Cassio, aut Camerino molestus sum? Palpat,

Carus & a trepido thymele summissa latino.
Quū te summoneant qui testamenta merentur
Noctibus, in coelum quos euehit optima summi
Nunc via processus vetulę vesica beatę?
Vnciolam proculeius habet, sed gillo deuncem.
Partes quisq; suas ad mensuram inguinis hęres
Accipiat sane mercedem sanguinis, & sic
Palleat vt nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

cui munere blandit̃. Nam palpare, siue palpari idem est qđ blandiri. Horatius Cui male si palpere recalcitrat vndiq; tutus. Lucilius. Hic vbi me videt sublanditur, palpat̃, caput scabit. Inde dicunt̃ Palpões adulatores. Persius. Ius habet ille sui palpo. Trepido latino. Latinus mimus fuit, cuius Iocis & vxoris Tymeles mimę plurimū delectatus est Domitia. vnde Mart. Qua Thymelem spectas, derisoremq; latinum. Illa fronte precor carmina nr̄a legas. Nam cōstat authore Donato ī andriā Terē. viros mulieresq; solitas agere comoedias. Summissa, ad placādū. s. nō ad coitū. Ait. n. a superiore quem palpat munere nō coitu. Impudicam tn̄ etiā extitisse in. vi. satyra ī nuit illic. Quę toties texit perituri cista latini. Oñdit aūt poeta, ne psonā qdem gratā īperatori fuisse tutā a delatiōibus. Nā latinus timēs delatorē, ei clāculo submittebat vxorē ad placādum. Non ignoro a nōnullis, q ętate nr̄a ī liberalibus studiis postremas ptes nō ferūt, longa ꝟboꝝ contētione disputatū. Thymelē mimā fuisse, q̄ itidē vt latinus a Domitia. populoq; fauorabiliter spectaret̃. Sed nō vxorē latini, q̄ oia quū friuolis fulciant̃ argumētis, nihil video, cur adhuc potius vxorē latini nō credā, q̄ aliam mulierē. Quū psertim Iuue. oñdat Zelotypū fuisse Thymeles. Credibilius. n. est latinū Zelotypū fuisse vxoris, q̄ alterius, quę corpus vulgaret. Sed quū res non magni sit momenti vnicuiq; sua sit existimatio. Illud tn̄ constat mulieri nomē inditum ab arte Scęnica, θυμελη enim pulpitum, siue scęnam significat & θυμελικοσ histrionē, nam & ipsa placuit Theatris. Vnde Apuleius in Apologia appellat Choragiū thymelicum. i. scęnicum apparatū & instrumentum, his verbis. quid. n. si Choragium thymelicū possiderem? num ex eo argumētarere etiam vti me cōsuesse Gragidii syrmate histrionis, vbi Choragium accipitur, pro apparatu, siue instrumento scęnarū. Non me fugit a Fulgētio Choragiū falso interptari funus virginale. Quum te summoneāt. Alia est scribendę satyrę indignatio, qꝛ. s. multi vetularū consuetudine locupletarent̃. Nam quum vetulis prurientibus officium suum pstitissent, ab eis postea defraudatis liberis heredes scribebant̃. Mart. Insectaris anus, o quantum cogit egestas, quibus verbis innuit, talia adulteria, licet iucunda non fuissent, fructuosa tn̄ extitisse.

Summoneant, a bonis tuis paternis. Noctibus, nocturno cōcubitu. Merent̃ testamēta. i. bona quę per testm̄ assequūtur. Quos euehit. Ordo est, quas vessica vetulę beatę, expositiue optima nūc via summi pcessus euehit in cęlum. Vessica, pruritus & libido. Vetulę beatę, diuitis & opulentę. Papinius in Syluis iam se (quisquis is est) inops. Beatus Cōuiuā ducis esse gloriosum. Proper. Noli nobilibus, noli cōferre beatis. Euehit in cęlū. i. ad excelsissimos opulentię gradus perducit, & proinde tanquā dii habent̃,

Optima nūc via, adiuuandū gestu, vt sit p irrisionē dictum. Sūmi pcessus, summi pgressus ad diuitias. Vnciolam pculeius. Antiqui, vt recitauimus apud Persiū. Pr̄imoniū in duodecim partes diuiserunt, ita vt noīe assis totū cōtineretur, vn̄ dicit̃ hęredē te reliquit ex asse. i. ex toto. As aūt in duodecim ptes diuidit̃, sextantē quę sexta est pars assis. Quadrātem quę q̄rta. Trientem, q̄ tertia. Quincuns a nūero est vnciaꝝ. Semis dimidium assis. Septunx a septem & vncia. Bes dempto triente. Dodrās quadrāte. Dextans sextāte dempto. Deūx dempta vna vncia. Vncia antē erat minima pars & duodecima assis. Est ergo sensus. Adulteros p membri sui q̄litate, & laboribus accipere pmia. Proculeius ergo tanq̄ male mētulatus, vnā tn̄ accipit vnciam pr̄imonii ex testō. Gilo aūt impēse Draucus reliquū pr̄imonii accipit. i. deuncem, qđ est totū dempta vna vncia, q̄ iam debetur pculeio, per proculeiū aūt intelligit viꝝ bonū, & parū mentulatū, per Gilonē aūt bene mentulatū. Quisq; hęres, legendum est irrisione Satyrica, & adiuuādum gestu, ęquū inquit est, vt vnusquisq; pro q̄litate mēbri laboribusq; suis accipiat partes pr̄imonii. Mercedem, expositio est. Sanguinis, nā semē hominis (vt tradūt physici) nihil aliud est, q̄ sanguis cōcoctus, & ideo mutat colorē. Inguinis. Inguen ab authoribus accipit̃ pro parte genitali tam in mare q̄ in fœmina, vn̄ Mart. Accessi quotiēs ad opus, mixtisq; mouemur Inguinibus. Trāquillus in Nerone, viroruq;, ac fœminaꝝ ad stipitem deligatoꝝ inguina inuaderet. Cor. Celsus libro. vii. dicit testiculos depēdere ab inguinibus per singulos neruos. Ouid. in fastis. Et tumidū cornu durius inguē erat. Idē in eodē. quiq; rubro pauidas inguine terret aues.

Palleat, adulteri. n. exhausti sanguine intēperato coitu pallent nō minus, q̄ qui pedibus anguē calcauere. Vt nudis. Ordo est, & sic palleat, vt pallet ille qui pssit anguē calcibus nudis, aut vt pallet Rhetor dicturus ad aram lugdunēsem. Ad aram lugdunēsem, hoc aūt est ex historia. Nam Caligula edidit in gallia lugduni miscellos ludos, & hoc certamē quoq; gręcę latinęq; facūdię, quo certamine ferunt victoribus pmia victos cōtulisse, eorūdem & laudes cōponere coactos. Eos aūt q maxie displicuissent, scripta sua spōga linguaue delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine pximo mergi maluissent. Qui ergo in hoc certamē descēdebāt, incerti euētus rei pallebant. Lugdunū aūt ciuitas est Gallię, quā nūc vulgo Leonū appellant, quo ter & q̄ter ex Italia & Gallia mercatores singulis annis cōueniūt, mutua tractātes mercimonia. Eam condidit Numatius Plancus (vt tradit Euse.) vbi Arar Rhodano cōmiscet̃, ibi fuit tēplum ab vniuersis gallis cōi impēsa ī honorē Augusti Cęsaris extructū, aderat & ara dignitatis eximię cū titulo gentiū sexaginta, q̄ singulę singulas statuas ibidē erexerant,

Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira
Quū populū gregibus comitū pmat hic spolia
Pupilli prostrantis? at hic damnatus inani (tor
Iudicio (quid enim saluis infamia nummis?)
Exul ab octaua marius bibit, & fruitur diis
Iratis, at tu victrix prouincia ploras.

xerant. Lege Strabonē in. iiii. Rhetor, pro oratore posuit. Nam rhetor appellat̃, qui Rhetoricam docet. Orator vero, qui sm̄ artis pcepta loquitur. Quid referam quāta, alia indignatiōis causa, in spoliatores enim cū pupilloꝝ, tum puinciaꝝ īuehitur. Quid referam: quid dicam, quantū mihi ęstuent pcordia, quū videam quędam, qui spoliis pupilli locupletatus, eo delitiaꝝ peruenit, vt lectica magno grege comitū sequēte p vrbē gestetur. Quē autē poeta designet, nulla extat certa historia. Illđq; falsum est, qđ de Cecilio classico aliqui tradiderunt. In omnes spoliatores nullo modo dici posse videt̃, quū dicat, hic spoliator quasi qui tpibus suis oibus esset notissimus. Prostantis. Differētia est inter pstare, & pstituere. Nam prostare verbum est neutrū absolutū, & significat turpitudine corporis quęstū facere. Prostituere aūt est actiuū, significatq; qđ propriū est Lenonis, marem vel fœminā publicę libidini gr̄a quęstus exponere, vn̄ & scortū ipsum appellamus pstibulū, vel qꝛ pstet, vel qꝛ ante stabula hę sedeant, quę dicunt̃ cōmuni vocabulo pstibula, sicuti ante Alicarię meretrices appellabant̃ in cāpania solitę ante pistrina Alicarioꝝ ꝓsari, quęstus gr̄a. Premat populū, hinc maxime indignat̃ poeta, qꝛ rapinis pupilli locupletatus, tanto p vrbē fastu & pompa incedat, premat ergo calcet & vrgeat populū quū gestatur lectica, vn̄ & alibi. Et ingēti curret super ora liburno. Gregibus, comitū, vel clientū, vel seruoꝝ, nā comitē accipere debemus, inquit Vulpianus de iniuriis, eū qui comitet̃ & sequat̃. Et (vt ait labeo) siue liberū, siue seruū, siue masculū, siue fœminam. Et ita comitē diffinit, q frequētandi cuiuscūq; causa, vt sequeret̃ destinatus est. Inter comites vtiq; & pędagogi erant. At hic dānatus, Indignatio in auariciā sui tpis, cum publicā, tum priuatā. Cōqueritur q; indicia vana eē & iniqua. Hocq; maxime ppter Mariū priscum hominē Beticū. Hic. n. quū Africā prouinciā, cui procōsul pfuerat spoliasset, nā ob innocētes cōdemnādos īterficiēdos ēt pecunias acceperat, accusantibus Afris Cornutus Tertullus septingenta milia, quę acceperat Marius, ęrario infrerēda censuit. Mario vrbe Italiaq; interdicēdum. Notat igitur poeta iniquitatē sui tpis, detestans maxime auaritiā (vt dixi) & priuatā pariter & publicam, quū id qđ puincialibus restituendū fuit in ęrariū sit delatum. At hic Marius, adiuuandū gestu, & eo risu, quo solemus rem nefandā improbare, vt sit sensus. Tantū abest, vt hic Marius q condēnatus est, sollicitudine angat̃, vt etiā hilare & splēdide viuat, q̄si qui talem cōdemnationē paruifaciat. Sicq; innuit ex bonis prouincialiū apud eum magnā partē esse relictā. Ordo aūt est. At hic Marius dānatus inani iudicio ab octaua hora bibit exul, reliqua dicunt̃ per parēthesim. At hic Marius ita dictū a poeta, q̄si viueret psensq; esset. Inani iudicio. Inane iudiciū appellat qđ puincialibus nihil pfuerit, quū eis pecunia nō sit restituta, sed in ęrariū delata. Quid. n. saluis infamia nūmis. Antipophora est, q̄si aliquis dixerit. Inane iudiciū nō est appellandū o poeta, qn̄ graui infamia sit aspersus, & p inde rn̄deat. quid nocet infamia saluis nūmis? Ironice aūt enūciandū & vultuose, vt ostēdat hominē improbū infamia a vitiis nō absterreri. Exul. nā (vt dictū est) vrbe & Italia ei interdictū est in biēnium.

Ab octaua. i. statim post octauā horam, nā comedisse ante nonā horam mensę destinatā hoīs erat dissoluti & luxuriosi, post nonā igit̃ comedebāt. Mart. Impat extructos frāgere nona toros. i. lectos discubitorios, vn̄ & Cice. in vltia epi. noni libri, sic scribit. Accubueram hora nona. Ab a & Ab plerūq; pro post ponūtur. Pli. conceptu decimo die dolores capitis. A. item elegāter vsurpat̃, quū inter ptes dissidentes volumus significare alterutrius ppugnatores, & amicos, vt qui a Sylla erant, in Mariū arma sumpserūt, & qui a me nō erunt, ego cōtra illos ero. In alia ēt significatione accipit̃, quū in seruis munus operāq; discernit. Nam quū Romani ex seruis suis, aliis vterentur ad iter, vt mitterēt eos q̄ro liberet, eos appellauere a pedibus, vt ita dicerēt, voca a pedibus, trade hoc a pedibus. A pedibus venerūt, ita vt semp extrinsecus intelligant̃ serui, vt sit. Serui a pedibus venerūt, & voca suos. s. a pedibus, & sic reliqua. Mart. Cur non mēsa tibi ponit̃ a pedibus? i. cur a te mēsa non ponit̃ a pedibus. i. seruis a pedibus, vt sit datiuus casus. Eosdē circūpedes appellat Cice. tertia actiōe in verrē. Circūpedes aūt hoīes formosos & litteratos suos eē docebat. Verres inqt Cicero, quū dicebat suos eē circūpedes Maleoli fuisse negabat, vn̄ & poeta in. vi. satyra. Admotū a pedibus. i. seruis a pedibus. Aliis aūt ad litteras exscribēdas, quū dictarētur, quiq; libello a supplicibus datos exciperēt, curāq; haberēt, illos a manu, hos a libellis dixere. Suetonius in Cęsare. Philemonē a manu seruū, q necem suā p venenū inimicis pmiserat, nō grauius q̄ simplici morte puniit. Idē in Augusto. Gallo a manu qꝛ pro epistola pdita denarios qngentos accepisset, crura effregit. Amanuenses ēt eosdē appellauit in Nerone. Idē in Domitia. Epaphroditū a libellis capitali poena cōdēnauit. Idem in Claudio. Suspexit Polybiū a studiis, q sępe īter duos cōsules ambulabat, sed añ oēs Narcissum ab epistolis, & Pallantē a rōnibus, hoc est qbus vteret̃ ad studia sua, hoc est q legerēt & pcurrēt, quū studiis vacaret, gręci eos Anagnostas appellant. αναγινωσκω. n. idē est qꝛ lego, & q scriberēt epistolas, quiq; oium reꝝ rōnes colligerēt, vt accepti & expēsi.

Fruit̃ diis iratis. Ille dicit̃ frui diis iratis, q licet eos infensos sibi obscelera habeat, nullā tn̄ ab iis sentit punitionē, sed interim p oia vitā hilarē agit. Marius ergo licet deos hēret iratos ob flagitia sua, tn̄ summa hilaritate viuebat, nullū ab iis sentiens incōmodū. Idē etiā dictū est a Iunone apud Sene. cōquerēte. Herculem abuti ira sua. Supat inquit & crescit malis, iraq; nr̄a fruit̃, in laudes suas mea vertit odia. q. d. licet ei irata sim, nullū tn̄ ex hoc sentit incōmodū. Prouincia victrix, quę obtinuisti, vt Marius damnaret̃.

Prouincia dicit quasi procul victa ab Italia. Nam Italia ꝓuincia non appellat, sed quę extra Italiá sunt vñ Pli. Iunior. Italicus ne es, an ꝓuincialis? Pli.li.iii. de naturali historia scribēs de Gallia narbonēsi. Italia inquit verius est, q̃ ꝓuincia. Et idem alibi in .xix. loquēs de cucumeribus i Italia virides, τ q̃ minimi in ꝓuinciis q̃ maximi τ citrini, aut nigri. Col. lib.iiii. Non prouincialis sed Italicus ager est. Apud Colu. titulus est, de natura ꝓuincialiū vineaꝝ vbi itelligit oēs vineas pręter Italicas.

Hęc ego non credam venusina digna lucerna?
Hęc ego nō agitem? sed quid magis heracleas,
Aut diomedeas, aut mugitum labyrinthi,
Et mare percussum puero, fabrumq; volantem,

Ploras, pecunia nō restituta tibi. Cōqueritur etiam Salu. in Iugurthino, ꝓuinciales sępe spoliari his ꝟbis. Non peculiatus ęrarii factus est, neq; per vim sociis ereptę pecunię, quę q̃q̃ grauia sunt, tñ pro cōsuetudine iam ꝓ nihilo habent. Hęc ego nō credam. Sēsus est, ego nō credam hmōi sęculi nostri scelera digna carmine satyrico, quale Hora. multa lucubratiōe scripsit? Venusina lucerna.i.carmine satyrico, quo maxime Hora. vitia tpis sui est insectatus. Venusia. Venusia aūt ciuitas est in cōfinio Appulię, τ Lucanię. Patria Horatii, qđ ipe oñdit in sermonibus Sequor hūc Lucanus, an Appulus anceps. Nam Venusinus arat finē sub vtrūq; colonus, ea sita est in via Appia. Lucerna, carmine lucubrato Agitem, insequar? notem? Sed qd magis, tacitá obiectionē diluit. Rñdet.n. iis q possent dicere, longe satius eē si scribant fabulę. Quid magis, subaudi scribam τ sectere carmine. Heracleas.i.erūnas τ fabulas, de hercule cōfictas, de qbus multa Diodo. in.v. Heracleas aūt legendū est, non aūt herculeas, ηρακλης.n. grece dicit, Hercules latine, τ possessiuū Heracleus penultima ꝓducta, hac rōne, q; apud grecos Heracleus scribit per diphthōgū ει, sicut Aeneas, τ Spōdeus, τ Medea, quę diphthōgus cōuertit in e longá, apđ latinos. Heracles aūt interꝑtatur Iunonis gloria, ηρα.n. grece Iuno latine τ κλεος gloria, q̃si Iunone persequēte magná sit gloriá adeptus. Aut Diomedeas, fabulas, τ q̃ de Diomede τ sociis eius narrant. Nam Diomedes Tidei τ Deiphiles filius Aetolię rex, quū bello troiano Venerē trásfixa manu vulnerasset conantē Aenee filio suo auxiliū ferre, id passus est incōmodi, vt Venus in vltionē sui furorē libidinis Aegialę vxori eius imiserit. quę correpta amore Stheneli cuiusdam calamistrati, quē Diome. domi tanq̃ bonoꝝ suoꝝ gubernatorē reliquerat, cū eo cōcubuit, τ ab eo adiuta maritū e bello troiano redeūtem nō admisit. Ille vero seu ab vxore fugatus, siue pudore vxoris adulteratę in Italiá nauigauit ad Daunū regem Appulię, vbi Arpos τ Beneuentū cōdidit. Mox eū ferūt in isulas q̃ duę sunt Diomedeę appellatę e regione ꝓmōtorii Gargani cōtra Italiá nauigasse, ibiq; nunq̃ visum, socios i fluctibus submersos i aues eē a Pallade cōuersos, q̃ Diomedeę dicūt. De qbus Pli. li.x.ca.xliiii. Oui. Stra. τ Soli. Verg. Et socii amissi petierūt ęthera pēnis. Fluminibusq; vagant aues, eas in ba cataractas vocat, τ eis eē dētes oculosq; igneo colore cętero cádidas tradēs. Aut mugitū labyrinthi.i.fabulá vulgatá de Theseo, de quo multa Diodo. in.v. τ Plutar. i eius vita. Quę fabula ita se hēt. Androgeus Minois filius, quū Athēas cōsensu oium atheniēsiū cōcessisset regnáte Aegeo superetq; Athletas oēs, in amicitiá venit filioꝝ Pallantis. At Aegeus veritus, ne aliqñ a Pallátis filiis ꝑꝑ amicitiá Androgei auxilio Minois pelleret regno, Androgeū positis insidiis ꝓficiscentē Thebas obtrūcat. Minos accepta iniuria bellū Atheniēsibus indixit. Supatis iperauit, vt.vii. pueros, totidēq; ꝟgines singulis ánis Minotauro quoad viueret, vorádos mitterent, inter hos quū Theseus mitteret, ꝑcepit Aegeus gubernatori, si Minotauꝝ superet filius, vt albis velis domū rediret, nigris si perisset. Theseū i Cretá delatū Ariadne Minois filia, eius pulchritudine capta, occidēdi Minotauri rōnē, Labyrinthiq; egressum docuit. Mugitū igit itellige Minotauri, q in labyrintho Cretēsi custodiebat, quiq; a Theseo fuit iterfectus, erat.n. biformi specie. Labyrinthi. Labyrintus ędificii genus fuit, qđ itineꝝ ambages, occursusq;, ac recursus iexplicabiles cōtinebat, crebris iditis foribus, ad fallēdos occursus, redeūdūq; i errores eosdē. Labyrinthos q̃tuor docet fuisse Pli. Primū in Aegypto. Hincq; tradūt Dędalū sumpsisse exemplar eius Labyrinthi, quē fecit in Creta. Sed cētesimá tm̃ portionē eius imitatū. Secūdus hic fuit ab Aegyptio Labyrinhus. Tertius in Lēno. Quartus in Italia, oēs lapide polito fornicibus tecti. Et mare percussum puero, h̄ est fabulá cōfictá de Icaro, τ Dędalo eius patre. Dedalus. Dędalus.n. Atheniēsis fuit (vt scr. Diodo.) Mitionis filius ꝑclarus architectus, q a pr̄ia fugit, dánatus ab Areopagitis ob hmōi cędē. Talus.n. sororis filius, quū ab eo erudiret. Ingenii acumine rotá primū figularē adinuenit. Mox quū serpētis maxillá inuenisset, secuissetq; modicū ligni, imitatus serpētis dentiū spissitudinē, serrá ferreá excogitauit. Inuenit ꝑterea tornū. Quū igit pluribus i rebus hoibus ꝓfuisset, τ ꝓinde celebris eius esset apud oēs fama, ab Dędalo inuidia vrgēte interēptus est, q̃si ei turpe eēt gloria vinci ab adolescēte. Dánationē igitur fugiēs in Cretam venit. Minoi ob artem fuit gratus. Labyrinthū enim authore Plinio ei (vt diximus) extruxit. Sed quum Pasiphę Minois vxor tauri pulcherrimi amore deperiret, ei Dędali arte supposita in boue lignea inclusa, decantatū fabulis Minotaurū genuit. Fertur Minos iratus, quū eum ad suppliciū quęreret, nec is inueniretur, pręmia inuenientibus ꝓposuisse. Dędalus desperata nauigatione, alas sibi a Pasiphae absconditus fabricauit, τ Icaro filio suo. Sed quū Icarus altius iter, vt adolescens peteret, liquefacta calore solis cęra, laxatisq; alarum compagibus in mare decidit. Pater vero in Siciliam ad regem Crocalum delatus est. Percussum igit mare puero, subaudi Icaro, a quo postea Icarum mare denominatū cōstat. Fabrūq; volantem, Dędalum. Sed hęc omnia fabulosa sunt. Historia autem hoc habet. Vela Icarū τ malum antemnáq; Dędalum inuenisse, τ ꝓinde fictum eos volasse supra mare. Dedalus item authore Plinio dicit inuenisse fabricam materiariá, τ in ea serram. Asciá

Perpendiculū

Perpēdiculum, Terebram, Glutinū, Ichthiocollam.

Quū leno accipiat. Fœdam sui tpis auariciam notat, quo multi mariti pecunię cupiditate ducti vxores suas ab aliis tractari ꝑmittebát. Idem edocti dissimulare turpitudinis conscientiá, suspiciendo.s. lacunaria, aut stertendo, quū mœchus ingrediebat. Idem etiam ab Horatio notatur. Sed iussa corá non sine cōscio Surgit marito, seu vocat istitor, seu nauis Hispanię magister. Dedecoꝝ pretiosus emptor.i. qui magno precio emit adulteria. Sēsus est. Cur hęc ego magi fabulamenta secter, quū mihi ad reꝑhēdendū, tá multa obscœna occurrant, vt maritus vxoris suę pudicitiá vendat?

Quum leno accipiat mœchi bona, si capiendi
Ius nullum vxori, doctus spectare lacunar
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso,
Quum fas esse putet curam sperare cohortis.
Qui bona donauit pręsepibus, & caret omni
Maiorum censu, dum peruolat axe citato
Flaminiam puer autumedon, nam lora tenebat

Leno. Leno accipiat. Domitia. (authore Tranquillo) ꝓbrosis fœminis lecticaꝝ vsum ademit, iusq; capiēdi legata hęreditatesq;, ná multi adulteri plerūq; ꝑteritis liberis bona sua relinquebant mœchis suis. Sed quū postea ꝑ legem Domitiái mœchę adulteroꝝ suoꝝ bona capere nō possent, ea bona maritis, qui tanq̃ vxoꝝ suarū lenones erant relinquebátur. Ait ergo Iuue. Iuuentę legi iuuētam fraudem. Leno.i. ipse maritus, qui dissimulato vxoris adulterio eam tractari ab adultero ꝑmittit. Nam leno authore Vlpiano is dicit, qui mulieres quęstuarias ꝓstituit, τ is qui alterius negociationis noie hoc genus vitę exercet, vtputa siquis cauponá exercens, in ea corpora q̃stuaria habeat, vt multi solent sub ꝑtextu instrumenti cauponii ꝓstitutas mulieres habere. Si capiendi.i. qa ius capiēdi legata, τ hęreditates sublatū est vxoribus lege Domitiani. Lacunar. Appellatiōe Lacunaris, τ laquearis (ná vtrūq; accipimus in eadem significatione) intelligimus tabulata pensilia cœnationū reliquorūq; ędificioꝝ. Sene. lib.xiiii. epistolaꝝ. Nec in hunc vsum pinus, aut abies deferebat longo vehiculoꝝ ordine vicis intremētibus, vt ex illa lacunaria auro grauia penderent. Idem in eadem. Hodie vtrū tandem sapientiorē putas, qui versatilia cœnationū laquearia, ita coagmētat, vt subinde alia facies, atq; alia succedat, τ totiens tecta, quotiēs fercula mutent. Stertere. Differentia est inter stertere τ dormire, vt quicūq; stertit dormiat, sed non oīs qui dormit stertat, est enim stertere dormiendo strepitū ꝑ nares emittere. Naso vigilanti, qa reuera non dormiat, sed somnū simulet. Quū fas esse putet. Cornelium Fuscū designare videt, qui puer aurigę officium ꝑstiterit Neroni. Nam id in gr̃am eius qui eodem aurigádi studio tenebat, multi ex nobilibus faciebant. Putabat.n. Nero pudorē aurigationis suę tolli posse, cęteroꝝ nobilium multitudine aurigantiū, tpibus postea Domitiani cohortum pretorianaꝝ pręfectus, bellum gessit aduersus Dacos, vbi occubuit. Vnde alibi. Et qui vulturibus seruabat viscera Dacis Fuscus marmorea meditatus prelia villa. Nobilē fuisse Fuscum oñdit Tacitus his verbis. Procurator aderat Cornelius Fuscus ingens ętate, clarus natalibus, post Neronis tēpora senatorio ordine deposito se in ociū quietis cupiditate cōtulit. Sicq; poeta Fuscū notat nō sine sūma indignatione, q; quū fœdá egerit adolescētiá, audeat postea dignitatibus τ honoribus se dignū putare, q̃si poeta innuat hoīes tm̃ vitiosos ad honores ꝓuehi τ sublimari. Ná (vt diximus) Fuscus ꝑfecturá cohortū ꝑtorianaꝝ adeptus est, quū indignus videri posset, iam fœdata adolescētia aurigatione. Alii ēt sunt cōmentatores, q nō de Fusco, sed de Tigillino intelligendū putēt, q Neroni gratissimus fuit, τ ꝑfectus cohortis ꝑtorianę, is ętatē suam impudice τ libidinosá ęgit. De quo sic scri. Tacitus, Ophonius Tigillinus obscuris parētibus, fœda pueritia, impudica senecta, ꝑfecturá vigilum τ ꝑtorii, τ alia pręmia virtutum, q̃ velocius erat vitiis adeptus, crudelitatē mox, deinde auaritiá, τ virilia scelera exercuit, corrupto ad omne facinus Nerōe, quędá ignaro ausus, postremo eiusdē desertor τ ꝓditor. Tigillinus. Idē paulo inferius sic ait. Tigillinus accepto apđ Sinuessanas aquas supremę necessitatis nūcio, inter stupra cōcubinaꝝ τ oscula, sectis faucibus cōcidit. Idē alibi. Nedum ille scęnicus Tigillino.s. cū pellicibus suis comitáte arma cōtra cieret. De eo itē sic Iosephus de bello iudaico. De Nerone referre recusaui quēadmodū dehonestarit imperiū neq̃ssimis hoibus Minphidio τ Tigllino, τ idignissimis libertoꝝ ꝑmissa re.p. Hinc ergo appet Tigillinū gratissimū fuisse Neroni, τ bona sua cōcubinis τ pellicibus condonasse, potuit ēt in gr̃am principis aurigare. Sed quū in ambiguo sit, de quo poeta potissimū telligat. Vnusqsq; si neutrū horū ꝓbabile visum fuerit, aliqd per se qđ ad loci explanationē faciat, excogitet. Satis est hūc locū ex iis esse, apud poetá, de qbus adhuc q̃rendum sit. Cohortis. cohors Cohors pars decima est legionis. Ná in legione decē cohortes eē debere tradunt, q de re militari scripsere. Cōstabatq; eqtibus τ peditibus, sed maiore semꝑ peditum numero, lege Vegetiū, τ Modestū. Pręsepibus.i. equis alendis, si ad aurigationē referas, si aūt ad stupra cōcubinarum, pręsepibus expone Lupanaribus, τ pellicibus ipsis. Cicero in Pisonem. Verum audis in pręsepibus, audis in stupris, audis in cibo, τ vino, melius autem est referas ad aurigatiōem, q; bona impenderit alendis equis. Nam sequitur, dum peruolat axe citato. Flaminiam puer Autumedon. Dū peruolat, consumpsit inquit bona maiorum, dum in gratiam Neronis aurigat, τ aurigę officiū pręstat ipsi Neroni. Qui (authore Tráquillo) Sporum suū augustarū ornamētis excultū, lecticaq; vectum, τ circa cōuentus mercatusq; gręcię, mox Romę, circa sigillaria comitatur est idētidem exosculans. Et licet Tranquillus lectica vectū scribat, potuit tñ τ curru vehi. Dū peruolat, ꝑpositionē detractá nomini addidit verbo, vt sit dum volat per flaminiá. Flaminiá.i. viá quá Caius Flaminius lepidi collega deuictis liguribus ab Roma Ariminū vsq; strauit. Puer Autumedon.i. ipse Fuscus auriga, siue Tigillinus, vt Au-

tumedonẽ posuerit ꝓ auriga, q̃ Diorei fuit filius, ⁊ auriga Achillis, vnde a poetis vsurpari solet pro auriga. Ouidius. Tiphis ⁊ Autumedon dicar amoris ego.

Ipse tenebat. i. Fuscus, seu Tigillinus. Quum se iactaret, hoc est quũ ipse Nero per multa lasciuię blãdimenta comitaretur Spoꝛ, ⁊ sępe oscularetur. Nam iactare se alicui, est scipsum illi dare, ingerere, insinuare. Amicę lacernatę. i. Sporo, quẽ ideo appellat amicã lacernatã, qa quũ perdite eũ amaret, conatus est exectis testibus ẽt in muliebrem naturam trãsfigurare, eũ etiã cum dote ⁊ flãmeo per soleni, nuptiarum celeberrimo officio deductũ ꝓ vxore habuit, ergo amicam lacernatam genere foeminino poeta per cauillationem appellauit, ac si diceret amicę masculę, hoc est amicę quę vir omnino erat. Nam lacerna vestis ẽ virilis de qua antea. Tyrias humero reuocante lacernas. Non ne libet medio ceras implere capaces. Aliam affert indignationis causam ad scribẽdam satyram. Non ne inquit etiam in quadrinio, ⁊ propatulo libeat mihi scribere, quasi loco minime scriptoribus cõuenienti? quũ poetę secreta ⁊ secessus soleant quęrere. Quũ iam Regulus, qui per falsa testamẽta est locupletatus tanto fastu vehatur per vrbem, vt petulantius nihil sit. Sicq; poeta cõqueritur in precio ⁊ honore, dumtaxat illos esse, qui ꝓ scelera ad eximias opes puenere, qualis fuit ipse Marcus Regulus, de quo supradiximus illic. Magni delator amici. De eo sic Plinius Iunior, Aspice Regulum, qui ex paupere ⁊ tenui, ad tantas opes per flagitia processit, vt ipse mihi dixerit, quum consuleret q̃ cito sexcenties sestertium impleturus, eẽt, innenisse exta duplicata, quibus portẽdi milies ⁊ sexcenties habiturum, ⁊ habebit, si modo, vt coepit aliena testamenta (quod est improbissimũ genus) falsis his quorum sunt illa dictaturi. Hunc laudat Marti. Asentando, quũ dines ⁊ potens esset, vt etiam Plinius docet, eundem etiam testamentorũ captatorem ostendit, omniumq; bipedum nequissimum appellat. Non ne libet? nõ ne impetus est? Sic Alibi. Vltra Sauromatas fugere hinc libet. Ceras capaces, tabellas ceratas, in qbus antiqui scribere solebãt. Capaces, amplas, ⁊ quę multa capiant, quum ⁊ materia ampla sit. Quadrinio. quadrinia dicuntur spacia, vnde quatuor vię deflectãtur, sicut trinia, vnde tres.

Quum feratur, hinc ẽ omnis indignatio. Sexta cernice, idest Exaphoro, hoc est lectica gestata a sex seruis, q̃ lecticarii (vt diximus) appellabant. Hinc atq; inde patens, idest cuius latus neutra ex parte sit sti patum, quum solus sit in lectica. Nam delicati erat, ⁊ luxuriosi solum gestari, vt supra de Mathone causidico, aut renera patens, idest qui ab vtraq; parte pateret, ⁊ conspici posset. Cathedra, idest lectica, quam etiam sellam appellant. Mart. libro quarto in Afrum salutantem. Nec vlla cathedra est. Cui non mane seras irrequietus ane. Pene nuda, pene vacua, quũ in ea nemo esset preter eum. Nam ⁊ littus nunduum in quo nulli sint habitatores appellamus. Papinius in syluis. Nec littora pauper. Nuda tenes. i. vacua, ⁊ sine edificio. Alii autem (quod omnino placet) intelligunt nudam. i. detracto velamento, vt conspiciatur, nam lecticę ita se habebant, vt ab utroq; latere possent aperiri. Multum referens, multum delitiis moecenatẽ reddẽs, ac si dicat mollis ⁊ delicatus, q̃lis fuit Moecenas, eũ n. delicatum fuisse oñdit Seneca. bis ꝯbis. Quo Mœcenas vixerit notius est q̃ vtnarrari nũc debeat, quo ambulauerit, quomodo delicatus fuerit. Non Oratio eius eq; soluta est, q̃ ipse discinctus. Item non statim hęc quum legeris, hoc tibi occurret, hũc esse qui solutis tunicis in vrbe semper incesserit. Nam etiam quum absentis partibus Cęsaris fungeretur signum a discincto petebatur. Alibi Iuuena. Vestem purpuream teneris quoq; Moecenatibus aptam, ab Horatio Malthinus appellatur, μαλακὸν enim cerã mollem significat. Demissis Malthinus tunicis obambulat.

Ipse lacernatę quum se iactaret amicę.
Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrinio, cum iam sexta cernice feratur
Hinc atq; inde patens, ac nuda pene chathedra,
Et multum referens de Mecoenate supino
Signator falso, qui se lautum atq; beatum
Exiguis tabulis, ẽ gemma fecerat vda:
Occurrit matrona potens, quę molle calenum

Supino, molli ⁊ delicato. Mart. Nusq; delitię supiniores. i. molliores. Supinus item ꝓ supbo ⁊ erecto poni. Persi. Italo q; honore supinus Fregerit heminas areti ędilis iniquas. Supinũ ẽt dicimus quũ quis nersa facie ad coelũ cubet. Signator. Signatores ait Pedianus eos eẽ, q̃ aut testamẽtis, aut causis se subsignabant. Hi aũt testes erant, quos septẽ esse oportebat, qui testamẽtis signacula imponebãt, atq; se subscribebãt, nequa fraus fieri posset, possunt autẽ oẽs testes, vt tradit Iustinianus imperator vno annulo signare testamentũ. Falso, aduerbium est. i. falso signator, vt sit falsarius signator. Lautum, delicatũ, ⁊ diuitẽ. Nam Lauti appellantur, qui in victu delicatiora ⁊ electa sectantur, politioriq; cultu domestico viuunt. Exiguis tabulis, modicis testamẽtis. i. quę modico verborum amfractu cõdita essent, ⁊ omnia bona vni relinquerent non adhibita multa scriptione, iuxta qd̃ dictum est illud in Satyra. xii. Atq; omnia soli Forsan pacuuio breuiter dabit. i. paucis verbis, quũ eum relinquat heredem ex asse. Gemma vda. i. annulo signatorio, qui salina humectatus ꝑimitur cerę. Nã multi signauere gemma annulo iserta, multi ⁊ auro tantum, vt Claudii Cęsaris principatu repertum.

Occurrit matrona potens. Ita dictum, q̃si ei ambulanti occurrat matrona venefica, vel occurrit in mentem mihi venit, vt sit adest etiam matrona venefica, quę reprehendenda est mihi. Et per hanc quã cunq; veneficam nonnulli intelligi volunt, quę temporibus poetę veneficia misceret. Alii vero specialiter de Agrippina Claudii vxore, in qua opinione, ⁊ nos sumus, intelligi volunt, quę (vt scribit Trãquillus) Claudium maritũ medicato fustulit boleto post adoptatum Neronem. Nam poeta ita plerunque de mortuis loquit, ac si viuerent presentesq; essent, vt de Crispino, Mario Prisco, Mathõe causidico. Potẽs. vtpote Claudii imperatoris vxor ⁊ mater Neronis. Nam matrona semper dicit de nobilioribus. Sueto. in vespasiano sic ait. Agrippinam timens potentem, adhuc apud filium, aut potens, ꝙ vt author est Cornelius Tacitus, summã rerum ex arbitrio diu moderata fuerit. Porrectura molle calenum. i. venenum vino inditum. Nam venenum vino misceri tpibus Iuuenalis maxime in vsu erat. Martia. Diceris hac cœlebs factus quater esse lagœna. i. veneno lagœnę infuso. Molle, lene ⁊ suaue. vergil. Tunc ⁊ mollissima vina. Calenum, vinum cãpanum. a Calibus ciuitate cãpanię, de qua verg. lib. vii. Quiq; cales linquunt. Tota. n. campania (authore Plinio) optimi vini est feracissima. Rubetam, veneficiũ ex rubeta. Ranę. n. rubetę (vt scribit Plini. lib. viii.) Et in terra, ⁊ in humore viuunt plurimis referte medicaminibus, quę deponere quotidie, ⁊ resumere pastu dicunt, venena tũ sibi reseruantes. Idẽ in. xxxii. Sunt quę in vepribus tũ viuunt, ob id rubetaꝛ nomine, quas greci phrynos vocãt, grãdissimę cunctarũ geminis veluti comibus plenę veneficioꝛ. Idem libro. xxv. cap. ix. Sunt ⁊ ranis venena rubetis maxime. Viro sitiente, pro sitienti, vt sit casus pro casu. sic Ouidi. ⁊ fas omne facit fratre marita soror, ꝓ fratri. Et verg. Heret pede pes. i. pedi, ⁊ alibi Nec sospite dirũ Optabis nato fratus, pro sospiti nato. Locusta. i. ipsa matrona tanq̃ locusta magistra. (Est enim casus nosatiui). Nã locusta mulier fuit veneficii peritissima, quę imperante Nerone velocissimũ ⁊ presentaneum venenũ coxit, qd̃ Britanico cœnanti dedit, quo gustato statim cõcidit. Melior, peritior cęteris. Instituit. docet. Rudes propinquas, rudes alias matronas vicinas. Alludit autem ad historiã. Nam ⁊ Nero locustę pro nauata opera impunitatẽ, prędiaq; ampla, sed ⁊ discipulos dedit. Efferre, verbum est funebre. Terentius Effertur, Imus, ad sepulchrum venimus. Nigros ꝓpter venenũ. Per famam ⁊ populum. Endiadyo est. i. per famam populi, nam varius solet esse populi rumor orta veneficii suspitione. Aude aliquid, mira excãdescentia hoc dictum, adiuuandũq; est gestu, vt ⁊ rei indignitas, ⁊ indignatio dicentis exprimatur. Non est inquit mirum si tam multa flagitia fiunt in vrbe, quum iam nullus sit in precio, nisi qui sit impense sceleratus, vt sit sensus. Si vis in vrbe Roma in aliquo esse precio, aude aliquid dignum carcere, aut exilio. vnde Ply. Iunior ad hãc sentẽtiam sic ait. In ea ciuitate in qua iampridem non minora prędmia, imo maiora nequitia, ⁊ improbitas, q̃ pudor, ⁊ virtus habent. Sicq; poeta improbos tpis sui mores notat. Breuibus gyaris, hoc est paruis insulis, q̃lis est Gyaris vna ex Sporadibus. Nam damnati in insulas modicas relegabãtur, tanq̃ ad pœnam grauioris exilii. vnde illud in satyra decima, vt gyari clausus scopulis paruaq; scypho. Titus (authore Tranquillo) Delatores assidue in foro flagellis, ac fustibus cęsos, ac nouissime tradu ctos per Amphiteatri harenam, partim subiici in seruos, ac venire imperauit, partim in aspertima insula rũ adnebi. Criminibus debẽt hortos, dupliciter hic locus exponi potest, vt sit sensus. Romani inquit debere videntur (vt recitauimus ex sententia Plinii) ingentia premia improbis, ⁊ sceleratis, vt ex eo pendeat. Aude aliquid breuibus gyaris, vel sic quod magis placet. Si inquit improbus, ẽ nefarius fueris, opes ⁊ dignitates adipisceris, nam alii scelerati qui hortos delicatos, magnifica ꝓtoria, ⁊ alia huiusmodi bona possidẽt, debent ea omnia criminibus, qa adepti sunt illa per crimina ⁊ flagitia. Est q̃ trãslatio a debitore, qui creditori debet pecuniam mutuo acceptam. Sic enim dicimus industrię magistri omnem doctrinam tuam debes. Et patrię conseruatio Ciceroni debetur. Vnde est etiam illud Plinianum in septimo. Versum heroicũ pythio oraculo debemus, vt sit sensus. Agnoscimus bñficio oraculi pythii versum heroicum nos habere, ⁊ illud in octauo. Corporũ tutela pecori debetur. Tale est illud Iasonis ad Medeam in vii. meta. O cui debere salutẽ confiteor coniunx, erit ergo sensus. Scelerati homines agnoscunt bona quę possident, beneficio scelerum se esse adeptos.

Porrectura viro miscet sitiente rubetam,
Instituitq; rudes melior locusta propinquas
Per famam ẽ populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus gyaris ẽ carcere dignum
Si vis esse aliquid, probitas laudatur, ẽ alget.
Criminibus debent hortos, prętoria, mensas,
Argentum vetus, ẽ stantem extra pocula caprũ.

Horti. Hortos, qui ad amœnitatem trũ, ⁊ voluptatem parantur variis cõsiti arboribus, ⁊ numero tm̃ pluratiuo. Hortos magnificentissimos habuit Mecœnas in Exquiliis. Item Lucullus, in quibus Messalina vxor Claudii occisa fuit. Prętoria, ꝑ loco magnifica in agris ędificia intelligit. vnde Tranquillus in Calligula, in extructione prętorioꝛ atq; villarum. Idem in Tito. Cuncta prętorioꝛ suoꝛ ornamẽta, operibus, ac templis destinauit. Mart. Ad lapidem Torquatus habet prętoria quartũ. Prętoriũ etiam appellamus imperatoris tabernaculũ in castris. vnde prefectus prętorii, ⁊ Cohors prętoriana, quę circa prętoriũ vigilaret atq; assideret. Mensas, citreas intelligit, quę tantę erant taxationis, vt tanto auro penderentur. Mart. Accipe fœlices athlãtica munera sylnas. Aurea qui dederit dona minora dabit, ex athlãte enim monte mauritanię mittebãtur harum sumptus fœmininę, vt docet Plyn. lib. xiii. viris exprobrabant, quũ ipsis luxus margaritaꝛ exprobraretur a viris, eę ꝑcipue erant in precio, quę caudas pauonũ vndatim imitterẽtur. vñ Seneca de Tranquillitate. Placet mensa nõ varietate macularum cõspicua. Argẽtum vetus. i. pocula argentea antiquis (vt ait Seneca) nominibus artificum nobilia, ea ⁊ Archetypa dicebãtur ἀρχέτυπα enim antiquũ significat, ⁊ τύπος formam. Plini. item scribit. Subito ars celandi argenti exoleuit, sola iam vetustate censetur vsq; attritis cęlaturis, vt ne figura quidem discerni possit. Et stãtem extra pocula caprum. Nam varię in poculis figurę excidebãtur, maximeq; caper, quod animal sit insignian Bacho. Mart. in. viii. Stat caper in phiala thebani velle

Quem patitur dormire nurus corruptor auarę?
Quem sponsę turpes, ē prętextatus adulter?
Si natura negat facit indignatio versum
Qualemcunq; potest, quales ego, vel cluuienus.
Ex quo deucalion nymbis tollentibus ęquor
Nauigio montem ascendit, sortesq; poposcit,

ra phrixi Cultus, ab hoc mallet vecta fuisse soror. Ea aūt vasa anaglypha sunt appellata ab asperitate ꝛ cęlaturis eminētibus. Stātem extra.i. extantē ꝛ cęlatura eminentē. Ouid. in metamor. Sed altius extantem signis, multęq; in pōdere massę Ingētem manibus tollit cratera duabus. verg. in. v. Cratera impressum signis. Quem patiť, alia indignatio scribendę satyrę, turpitudinē sui tpis notat. Duo enim reprehendit, ꝛ q; Soceri, vt libidinenť nurus suas precio corrumpant, ꝛ q; nurus lucri cupiditate soceris suis nefando concubitu obsequantur. Alii vero (qđ non placet) exponunt, reprehēdi soceros, q pecunia nurus corrūperēt, vt pueris sui facerent copiā, qbus postea dephēsis, ipsi soceri abuterenť.

Corrūpere. Corruptor, stuprator, nā corrūpere plerūq; accipiť ꝑ adulterare ꝛ stuprare. Trāquillus in Cęsare. Cōstans opinio ē plurimas ꝛ illustres fœminas corrupisse. Idē in Domitia. Fratres filiam adhuc virginē nō multo post alii collocatā vltro corrupit. Idem in eodē. Nec defuerūt, q affirmarēt corruptū Domitia. ꝛ a Nerua successore mox suo.i. stupratū. Corrūpere item capiť, quū aliquē precio inducimus ad aliqd inhonestū faciendū, vñ dicimus corruptū eē iudicē. Corrūpere ēt dicimus, quū aliquē a virtute in vitia deflectimus, vñ appellamus mores vrbis esse corruptos.i. deprauatos, ꝛ a prioribus vestigiis obliquatos. Auarę, quę magis lucro q̃ puditię cōsulat. Quem.s. poetaꝝ.

Patiť dormire? silere, ꝛ nō moueri ad Satyrā scribendam? Quem sponsę turpes? quem.s. poetā patiuť dormire, ꝛ nō excitari ad satyram? aliud enim obscœnissimū vitium sui tpis notat, hoc est viros viris nubētes. Nam multi reperiebanť, qui solemni nuptiaꝝ ritu nuberent, qđ ꝛ a Nerone factū fuisse scribit Trāquil. qui ita Doryphoro liberto, vt ipsi Sporus denupsit, voces quoq; ꝛ eiulatus vim patientium virginum imitatus. Alibi Iuue. quadringēta dedit Gracchus sestertia dotē, ꝛ paulo infra Quę causa officii, qd quęris? nubit amicus. Spōsas igiť turpes, intellige viros, qui viris nuberent. Adulter ꝑtextatus. Illud ēt conqueriť poeta q; pueri in ea ętate, quę ab omni turpitudine, maxime resilire debet, iam adulteria nouerint, qđ ꝛ ętate nostra non sine q̃dam naturę iniuria fieri videmus.

Pretexta. Prętextatus.i. puer adhuc. Nam prętexta vestis erat, qua pueri vsq; ad quartū decimū ętatis suę annū vtebanť, dicta (authore Macrobio) q; ei purpura prętexereť, amicitiam puerilem prętextatā appellat Mart. Tu mihi simplicibus Manni dilectus ab annis. Et ꝑtexatata cultus amicitia, vt aūt prętexta vtereť ętas puerilis. Institutū fuit Tarquinii Prisci, q deuictis Sabinis triumphū egit, filiūq; suum annos. xiiii. natum, q; hostem iterfecisset, bulla aurea ꝛ prętexta donauit, vñ hec ingenuoꝝ pueroꝝ insignia esse cœperunt. Quum antea instituto Tullii Hostilii tertii Romanoꝝ regis, prętexta eēt magistratuū. Bulla vero gestamē triūphantium, sumpto vsu ab ethruscis superatis. Sed de hoc supra Latius dictū est ex authoritate Macrobii. Si natura negat. Tam multis inquit, tamq; variis cōtaminata est ciuitas vitiis, vt si a natura negatum sit carmen ad ea exagitāda, ipsa tñ animi indignatio carminis faciendi rationem subministret, bene aūt ait, si natura negat. Nam ex sentētia Democriti poetica natura magis q̃ arte cōstat. In qua persuasione est ꝛ Cicero pro Archia, vbi ait. Cęterarū rerum studia, ꝛ doctrina, ꝛ pręceptis, ꝛ arte constare, poetam natura ipsa valere, ꝛ mētis viribus excitari, ꝛ quasi diuino quodā spiritu inflammari. Est autem sententia generalis, quā tamē sibi accōmodat, vt dicat ipsam idignationem, posse vel facile vnicuiq; etiam rudi versum subministrare. Qualemcunq; potest, scilicet facere etiam si non sit decora elegantia. Quales ego vel cluuienus. Sensus est ꝛ ordo. Indignatio facit versum qualemcunq; potest, ꝛ talem qualem ego facio, vel Cluuienus facit. Satyrice autem meritum suum se nominando extenuat, vt licētius Cluuienum notet, vt malum poetam sui temporis. Solent enim poetę breuiter ꝛ vrbaniter per transitum homines notare, vt alibi Lausriam, vt mulierē bibacem, ꝛ ebriosam notat. Quantum Lausria bibebat. Horatius Damalim, Non multi Damalis meri Bassum threicia vincat amysthide. Ex quo Deucalion. Sēsus est ꝛ ordo. Quęcunq; vitioꝝ genera valuerunt inter mortales, ex quo genus humanum instauratum est a tēpore Deucalionis, votum.s. ira. Timor ꝛ cęteri affectus, sunt farrago ꝛ materia nostri libelli. Pollicetur se de omni genere vitiorum esse dicturum, quę inter mortales viguerunt, vsq; a temporibus Deucalionis.

Deucalionis ꝛ Pyrrhę fabula. Deucalion ascēdit montes, nota est fabula carmine Ouidii. temporibus enim Deucalionis ꝛ Pyrrhę eius vxoris diluuium fuit, quo vniuersus orbis submersus est. Deucalion vero solus cum Pyrrha in cacumen montis parnasi fugiens, illic tamdiu fuit, quo ad ęquor desedit. Mox cessante diluuio in planū descendentes oraculum Themidis de instauratiōe humani generis consuluerunt, acceperuntq; ossa matris post terga iacienda, sic enim posse genus humanum recuperari. Quum igitur diu anxii fuissent, vbi nam possent ossa matris inuenire. Demum intellexit Deucalion terram matrem esse omnium rerū, lapides vero ossa terre dici. Itaque quū ab vtrisq; lapides iacti essent post terga, qui a viro iacti sunt in viros, qui a muliere in fœminas conuersi sunt. Sicq; humanum genus est reparatum, veritas vero alia est. Nam vt scribit Iustinus lib. xi. Amphitheonis athenarum regis tēporibus aquarum illuuies maiorem gręcię partem absumpsit, superfuere quos refugia montium cœperunt, aut ad regem Thessalię Deucaliōem ratibus euecti sunt, a quo propterea genus humanum conditum dicitur. Montem, Parnasum. Nymbis tollentibus, hymbribus ęquor augentibus.

Nymbus pluuia. Nymbi sunt ꝑprie hymbres repentini, pręcipites ꝛ improuisi. Pluuię vero sunt inges. Sortes, oracula Themidis.

Caluerūt

Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit pyrrha puellas,
Quicqd agunt hoies, votū, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritię patuit sinus? alea quando
Hos aios? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulę, posita sed luditur arca.
Prelia quanta illic dispensatore videbis

Caluerunt anima, sm eos locutus est, qui igneam animam esse dixerunt. Quicqd agunt homines. omnes inquit animi affectus quibus hominum mētes perturbanť, ꝛ sic a ratione discedunt, sunt farrago ꝛ argumentū operis nostri.

votū Votum, desiderium, ꝛ appetitio alicuius boni, Poeta alibi quid tam dextro pede concipis, vt te Conatus non pœniteat votiq; peracti.

Timor Timor, opinio magni mali impendentis.

Ira Ira, ex phis quidā (vt scribit Seneca in primo de Ira) dixerūt iram breuem insaniā esse, vnde Hora. Ira breuis furor est. Alii vero (vt scribit Cicero in Thusculanis) Irā libidinē esse vlciscēdi eius qui videať se cisse iniuriā. Sene. in secundo de Ira, ita diffinit. Ira est cōcitatio animi ad vltionē volūtatis indicio ꝑgentis.

Voluptas Voluptas, duplicē scimus esse voluptatē, ꝛ honestā, ꝛ inhonestā. Honestā, quū illam ponimus ad demōstrādam animi hilarē affectionē, vt si dicamus, ex lectiōe Plinii nō solum fructū, sed ꝛ mirificā cœpi voluptatē. Inhonestā, quū ex turpi aliqua re dicimus nos voluptatem summā cœpisse.

Gaudium Gaudia, scri. Sene. ad Luciliū. Gaudiū nisi sapiēti nō cōtingere, est.n. vt inqt animi elatio suis bonis viribusq; fidētis, vulgo tñ sic loqmur, vt dicamus magnū gaudiū nos ex illius cōsulatu aut ex nuptiis, aut ex partu vxoris ꝑcepisse, q̃ adeo nō sunt gaudia, vt sępe initia futurę tristitię sint, gaudio aūt iunctū est nō desinere, nec in cōtrariū verti. Itaq; quū dicit Verg. ꝛ mala mētis gaudia, diserte qdem dicit, sed paꝝ ꝑprie. Nullum.n. malum gaudiū est, voluptatibus hoc nomen iposuit, ꝛ qđ voluit expssit. Cice. in. iiii. thuscu. appellat gaudiū, quū animus rōne moueť placide atq; cōstanter. Quū autē inaniter ꝛ effuse aīus exultat, tū illa letitia gestiēs, vel nimia dici potest, quā Stoici ita diffiniūt sine rōne animi elationē. Discursus, animi nostri vagatiōes, qbus ad varias rapimur cupiditates. Nam hominū mētes rōnis oblitę transuersę feruntť, eaq; cupiunt ꝛ appetūt, q̃ plerūq; magis nocēt q̃ ꝑsunt, potest ēt in rebus honestis discursus existere. Discursus ergo ad aīum, non ad corpus referas, vt sit. Ipsi affectus ꝛ ꝑturbatiōes animi, qbus q̃si qbusdam furiis mens hois, nūc huc, nūc illuc agitať, potest etiā referri ad labores matutinos salutādi potētiores, ꝑ verbum.n. discurrēdo salutādi officiū peragebant. Mart.

Aue li. vii. Discursus varios, vagūq; mane, ꝛ fastus ꝛ aue potentioꝝ. Idē alibi. Et matutinū portat ineptus aue, Sene. in libro de trāqllitate sic scribit. Circūcidēda ē cōuersatio q̃lis ē magnę parti hoīum domos ꝛ theatra ꝛ fora ꝑerrātiū, vñ sequiť Sportula, deinde forū iurisq; peritus Apollo atq; triūphales, sed prior snia magis placet.

Farrago Farrago, materia ꝛ argumentū, metaphoricos aūt dictū. Nā Farrago ꝑprie est id, qđ ex pluribus satis pabuli causa datur Iumētis, dicta sm Var. q; primū in farracea segete seri cœpta, aut q; ferro cęsa sit. Libelli nostri, operis nostri. Et qñ vberior? subaudi fuit, q̃ nūc ꝛ ętate nr̃a? ac si dicat nūquā fuere plura vitia ad reꝑhēdendū. Vitioꝝ.i. animi prauitatū. Maior sinus, metaphora sumpta a nauigātibus, quoꝝ vela quāto maiorē explicāt sinū, tanto maiorē vim ventoꝝ excipiunt. Alea qñ, subaudi magis vexauit, vel habuit, vel aliqd tale. In alea sunt talus, Tessera, Alueolus, ꝛ oīa id genus, q̃ in varietate fortunę consistant. Est.n. alea ipse casus sine euētus ludi. Pla. in Curculione, Talos poscit sibi in manum, ꝑuocat me in aleam vt ego ludā. Ouid. de nuce. Quatuor in nucibus nō amplius alea tota ē. Mart. Alea parua nuces, ꝛ nō damnosa videť, vnde ē Alea aliquādo ꝑ fortuna ꝛ euētu poniť. Liui. Nec tā celebrē aleā vniuersi certaminis timens, sic ēt illud Plinianū de Cicerōe extra oēm aleā ingenii positus.i. extra oēm sortē ꝛ euentū ingenii, vt nō possit euenire, vt qsq; sit Cice. ꝑstātior, vt sit metaphora ab alea.i. ludis, q oēs sunt in fortuna ꝛ casu. Apul. in. iiii. met. Ancipitis machinę subiit aleam.i. fortunā ꝛ dubium euētum. Neq;.n. loculis, tanto inquit studio alee tenenť, vt in ludum descendant, non cū modica pecunia, sed tota arca.

Loculi Loculi.n. capsulę sunt, ꝛ receptacula nūmoꝝ ꝛ annuloꝝ, ꝛ id genus ꝑciosaꝝ reꝝ. Alibi Gēmaq; princeps Sardonycus, loculis quę custodiť eburnis. Hora. in sermo, vt hęres iam circum loculos, ꝛ claues lętusq; ouansq; curreret. Apul. in. iiii. met. Iubet decē aureos (vt ipse hēbat) ex loculis annumerari. Fiebant ex ebore ꝛ ligno. Mart. Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet, argentū vilia ligna ferant. Ii aūt, vt modici in arca cōtinebanť. Loculis ēt alia seruari legimus, vt illud apud Pli. in vii. Pollicē Pyrrhi in dextro pede, cū reliquo corpore cremari non potuisse tradunt. Conditūq; loculo in tēplo. Loculo ēt efferri mortuos, docet diuus Lucas in euāgelio. Noli flere, ꝛ accessit ꝛ tetigit loculū.i. ipsum pheretrū. Casum tabulę, ad dubium ludi euētum, nā huiusmodi ludi, fortunę, ꝛ casui (vt diximus) sunt subiecti. Casum autē a cadendo dicimus, q; oīs casus positus sit in fortuna, nā in tabulā iacti tali casu efficiunt, aut Venerē, aut Caniculā, aut aliud punctū, sicq; cadere diciť punctū, qđ fortuitu non industria venit, vñ Teren. in Adelphis. Quasi quū ludas tesseris, si illud maxime qđ est opus, iactu nō cadit, illud qđ cadit forte, id arte, vt corrigas.i. qđ euenit. Cice. lib. i. de diuinatione. quatuor tali iacti casu venerē efficiunt, non ēt centū veneres, si quadraginta talos ieceris casu futuros putas? Idem alibi. Dixi multa de casu, vt venereū est. Tabulę, lusorię.s. in qua iaciunť tali fritillo, alio vocabulo ipsam tabulam alueolum appellamus. Prelia quāta, an rixas ꝛ altercationes, quę sępe inter collusores oriūť. Vnde est illud apud Trāquillū in Augusto. Nos mi Tiberi quinquatriis satis iucunde egimus. Lusimus.n. per oēs dies, forūq; aleatoriū calefecimus, frater tuus magnis clamoribus rē

gessit. Ovid. item in tertio de arte amandi, loquēs de ludis. Ira subit deforme malum, lucetq; cupido, Iurgiaq; ⁊ rixe sollicitusq; dolor. Crimina dicuntur, resonat clamoribus ether, Invocat iratos ⁊ sibi qsq; deos. An assiduū ludentium certamē queadmodū verg. nocturnos cōcubitus prelia vocavit. Dispensatore armigero, existente illic armigero, hoc est servo armigero, q officium prestat dispensatoris dño ludēti. Nam armigeri servi erant, q dñm suum sequētes scutum reliquaq; arma gerebant. Plautus in Casina. Potius q̃ illic servo des armigero nihili atque improbo. Et paulo post eundem scutigerulū appellat sic. Qui (malum) homini scutigerulo dari iubet. Trāquillus in Augusto. Germanoꝝ manuū vsq; ad cladem varianā inter armigeros circa se habuerat. Ait nunc poeta eum fungi officio dispensatoris, vtpote q ludenti dño nūmos subministret. Nam dispensatore servis eligebat, qui es dispēsabat curāq; habebat vniverse rei domestice, de quo illic sensit Iuve. Et qui dispenset frangit sibi, eum greci Oeconomō appellant, vñ ab aere dispensando dictus est. Nam pecunia pendebat, vnde ⁊ Stipēdium es qđ dabatur militibus dictū, ꝙ stipē pendebāt, ⁊ sic Dispendiū, ꝙ in dispēdendo solet minus fieri damnū significat, cōtra Cōpendium est lucrum, vñ Dispēdiosus damnosum. Cōpendiosus lucrosum significat. Simplex ne furor: an nō inquit ille censendus est, extra oēs rōnis terminos, qui centū sustinet sestertia ludo alee perdere, ⁊ servū frigentem negligit, nec vestit: Sestertia. Sestertiū primū fuit quarta pars denarii, quo tpe qndecim decusses is valebat, hoc est decem asses, fit aūt a semis ⁊ tertium, eo ꝙ cōtineat i se asses duos ⁊ dimidiū tertii, dicimus ēt genere masculino sestertios. Horrenti, frigenti. Persius. Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

(Margin: Armiger. — Dispensator — Stipendium — Dispendium — Compendium)

Armigero: simplex ne furor sestertia centum
Perdere, & horrenti tunicam nō reddere servo:
Quis totidem erexit villas: quis fercula septem
Secreto coenavit avus: nunc sportula primo
Limine parva sedet turbe rapienda togate.

Quis totidem erexit villas, nimiū ⁊ multiiugum in extruendis villis luxum notat, nā non vna cōtenti villa plures extruebāt, marmoribusq; adornabant. Villa ꝓprie est edificium erectū ruri. Pli. Neq; fundus villam querat, neq; villa fundum. Quis fercula septem, in luxum ciboꝝ ⁊ lauticiam privatā insurgit. Sic Sene. Deinde ad cœnas lauticia transfert, ⁊ illic cōmendatio ex novitate, ⁊ sola ordinis cōmutatione captat. Est ergo sensus ⁊ ordo. Quis avus fuit. i. quis ex antiquis, tā luxuriosus, vel in cibis, vel edificiis, vt nūc pene oēs sunt: ex frugalitate igitur ⁊ simplicitate antiquoꝝ damnat luxuriam, ⁊ ciboꝝ, ⁊ edificioꝝ sui tpis. Nam frugalitas antiquis fuit (authore Valerio) q̃si quedam mater bone valletudinis, inimica luxuriosis epulis, ⁊ aliena nimie vini abūdantie, ⁊ ab omni imoderato veneris vsu aversa. Coenavit secreto: non cōqueritꝰ ꝙ in ꝑpatulo nō cœnent, qđ ab antiquis factitatū est, qui mos tpibus Iuve. ⁊ multo ante desiverat. Sed ꝙ intra privatas edes multiiuge luxuriose q; ⁊ laute parent cœne. Secreto ergo in domo privata. Septem fercula, varia ⁊ diversa ciboꝝ genera, numeꝝ posuit finitū pro infinito. Cōmendat Augustus a Trāquillo ꝙ cœnā ternis ferculis, aut quū abundātissime senis ꝑberet. Appellatiōe aūt ferculoꝝ intelligimus epulas generali vocabulo. Horatius. Multaq; de magna supessent fercula coena. Seneca detestās luxum sui tpis. Hodie vtrum tādem sapiētiorem putas, qui versatilia cœnationū laquearia ita coagmētant, vt subide alia facies, atq; alia succedat, ⁊ totiens tecta quotiēs fercula mutentur, hoc est epule. Fercula ēt appellant quecūq; feruntur in pompa triumphoꝝ ludis, ⁊ sacris, vnde Cice. in officiis. Cavēdum est, ne tarditatibus vtamur ingressu mollioribus, vt similes pompaꝝ ferculis esse videamur. Trāquillus in Cesare, pontico triumpho inter pompe fercula trium verboꝝ ꝑtulit titulū, veni, vidi, vici. Nūc sportula primo. Cōsueverāt divites Romani, vt liberalitatem, ⁊ munificentiā suam ōnderent, ad rectam cœnam admittere pauperes clientes a qbus comitati fuissent. Rectam aūt coenam intelligo, ꝙ apud divitem splendide ⁊ laute coenarent. Sequit. n. Votaq; deponunt q̃q̃ longissima coene, nam cum dñis coenare cōsueverunt, vñ Trāquillus in Nerone ait, publice coene ad sportulas sunt redacte. Sed quū ea cōsuetudo forte fastidiosa videret, rectā coenā revocavit Nero ad sportulam. Postea vero Domitianus sportulam ad coenam rectam, vñ Mart. lib. viii. Promissa est nobis sportula, recta data ē, veꝝ apparet id nō servatum mortuo Domitiano quū poeta hec scripsit. Dabant igitur obsonia plerūq;, ⁊ pecunie ex sportula, vñ Trāquillus in Domitiano, ita scribit. Atq; inter spectacula muneris largissimum epulum septimōtiali sacroꝝ quidem die senatui equitiq; panariis plebei sportellis cum obsonio distributis. Martialis. Dat Baiana mihi quadrantes sportula centū. Ceteꝝ sportula non dabat tm̃ ex privato, quātum etiā ex publico vectigali cliētibus ⁊ pauperibus, dabaturq; etiā in nuptiis. Apuleus in secunda Apologia. Quippe ita placuerat in suburbana villa potius, vt iūgeremur, ne cives denuo ad sportulas cōvolarent. Quum igitur hanc tm̃ pauperes captarent, cōqueritur Iuve. nunc tantam esse Romanoꝝ avaritiam, vt ⁊ nobiles divites ⁊ magistratus eam quoq; captare nō pudeat. Sporte aūt ⁊ Sportelle, ⁊ Sportule nummoꝝ (authore Pediano) erant receptacula, denominate a sparto herba hiberica ex qua cōficiebant. Plautus in Menechmis. Sportulam cape, atq; argētum, eccos tris nūmos, habes: Veꝝ sportula nō tm̃ pro receptaculo nummoꝝ, quātum ēt pro muneribus, que clientibus (vt diximus) darent ponitur, vt sit continens pro contento.

Nūc hoc tpe, hac etate nr̃a avarissima. Parva, cōqueritur iminutam esse prioris sportule liberalitatē. Primo limine. Primo edium ingressu. Turbe togate. i. quā viliores ⁊ pauperes clientes deberent capere. Nam (vt scribit Asconius) Toga cōis habitus fuit, ⁊ marium, ⁊ foeminaꝝ, iuxta qđ appellavit Verg. Romanos gentem togatam. Sed postea ꝑtexta honestoꝝ tm̃ fuit, toga vilioꝝ, vnde pauperes clientes, vt

(Margin: Villa — Fercula — Sportula — Toga)

tes, vt viles quū ibant salutatum sumebant togam. Mart. Mane vel a media nocte togatus ero. Eiusdē distichon est in Apophoretis cui inscriptio est toga. Si matutinos facile est tibi rūpere somnos. Mentita veniet sportula multa toga. Ille tm̃, qui sportulam dispartit. Faciem prius inspicit. Hinc apparet sportulam nō omnibus pauperibus, sed tm̃ iis cōsuevisse dari, q in officio fuissent circa divitem, faciem ēt intuet, an ex clientibus sit, qui cū dño salutaverit. Suppositus, subditicius, ⁊ loco alterius positus. Falso noīe, expositio est subditicii. Agnitus, ex clientibus domini. Iubet a precone vocari, hinc ē oīs poete īdignatio, ꝙ sportula nūc nobilioribus erogetur, que antea dūtaxat dabatur, vt diximus pauperibus. A precone. Preco is dicitur, qui iubente magistratu, clara ⁊ elata voce aliquid ad populum enunciat a ꝑcinēdo. Idem etiam dicebatur Curio. Mart. in epistola secūdi libri. Epigrāmata curione nō egent, vt sit epigrāmata nō egent voce aliena, quū per seipsa se aperiant ⁊ manifestent. Apuleius in primo limine hoc eodem vocabulo vtitur. Non qdem curio sum, sed qui velim scire, vel cūcta, vel certe plurima, vt sit sensus. Non sum quidē preco, qui velim que audiverim vulgare, quo more (vt dixi) clara voce enūciat iubente magistratu ad populū. Ipsos troiugenas, satyrica indignatione dixit ipsos, q̃si quos rei pudere deberet. Troiugenas, nobiliores q̃si quoꝝ origo sit a troianis, ironicos aūt dictum. Vexant, celebrant, ⁊ frequētant.

Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat ne
Suppositus venias, & falso nomine poscas,
Agnitus accipies, iubet a precone vocari
Ipsos troiugenas, nam vexant limen & ipsi
Nobiscum, da pretori, da deinde tribuno.
Sed libertinus prior est, prior inquit ego adsum,
Cur timeam, dubitem ve locum defendere, q̃uis
Natus ad euphratē, molles quod in aure fenestre

Et ipsi. q. d. ⁊ ipsi, quos pudor rei absterrere deberet. Nobiscum. s. clientibus. Da pretori, verba sunt dispēsatoris. Veteres oēm magistratū cui pareret exercitus ꝑtorem appellaverunt, ꝙ preiret exercitui, teste Varrone, a quo ⁊ in castris tabernaculū ducis ꝑtoriū est appellatū, ⁊ porta ꝑtoria in castris, qua exercitus in prelium educitur, quia initio ꝑtores erant, qui nunc cōsules, ⁊ ii bella administrabāt. Eum etiam (vt tradit Livius libro. v.) ꝑtorem dixerūt, qui ex patribus creatus ius in vrbe diceret, penes quem magistratū omnis publici privatiq; iuris potestas, vt ⁊ novū ius cōdere, ⁊ vetera abrogare facultas esset. Idq; ob magistratus honorē ius honorariū est vocatū. Quū tamē regia illi essent insignia, vt apparatu consulibus par videret, lictores nō amplius sex habuit, de quo Pomponius de origine iuris sic scribit. Pretor creatus ē quū cōsules avocarent bellis finitimis, neq; eēt qui in vrbe ius redderet. Isq; vrbanus est dictus, ꝙ in vrbe ius diceret. Post aliquot deinde annos, nō sufficiente eo pretore, ꝙ multa turba etiam peregrinoꝝ in civitatē veniret, creatus est ⁊ alius pretor, qui peregrinus appellatus est. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, ⁊ Hispania, deinde Narbonēsi provincia, totidem pretores quot ꝓvincie in ditionē venerant creati sunt. Cicero in secūdo de legibus. Iuris disceptator, qui privata iudicet, iudicarive iubeat ꝑtor esto. Iuris civilis custos esto huic potestati pareto. Tribuno. Tribunoꝝ duo extitere genera, tribuni. s. plebis, ⁊ tribuni militū. Tribuni militū dicti sunt, ꝙ terni ex tribus tribubus. Ramniū, Lucerū, Ticiēsum olim ad exercitum mittebant. Tribunoꝝ aūt militū officiū est milites in castris cōtinere, ad exercitationē ꝑducere, claves portarū suscipere, vigilias interdū circuire, frumētationibus cōmilitonū interesse, frumētum ꝓbare, mēsure fraudem coercere, delicta castigare, principiis frequēter interesse, querelas cōmilitonū audire, valitudinarios inspicere, ex his etiam erāt Tribuni q̃ dicebant erarii ab eo (vt scribit Varro) ꝙ attributa illis erat pecunia, quā militibus redderent. Idq; qđ attributum erat dicebatur es militare. De tribunis erariis sic Tranqllus in Cesare. Tribunos erarios, qđ erat tertiū. s. genus iudicū sustulit. Tribuni plebis in monte sacro a plebe creati sunt, qui eam defenderent quū plebs a patribus secessisset, āno fere. xvii. post reges exactos. De tribunis multa leges apud iuriscōsultos. Livium, Vegetium, Appianū, Modestū, Varronē, Festum, Geliū, ⁊ Plutarchum. Sed libertinus prior est, verba sunt Iuve. Libertinū more satyrico ridētis, q magistratui nō solum se equet, sed etiam ꝑponat, adiuvandū aūt est ꝓnunciatione, libertinus aūt generaliter est accipiendū. i. ipsi libertini. Nec mirum libertinos eo potētie dignitatisq; fuisse ꝓvectos. Nam vt scribit Plin. lib. xxxv. cap. xvii. pretoria ornamēta a senatu decreta sunt iubente Agrippina, Claudii Cesaris libertis, vt cum laureans fascibus remitterent illo, vnde pedibus cretans advenissent, ad qđ oīo poeta respexit, vñ sequit. Vincant divitie sacro nec cedat honori Nup in hanc vrbem pedibus, qui venerat albis. Prior est, se potiorē magistratu facit, sequit enim, prior ego adsum. Libertini dicunt (authore Caio de statu hominū) q ex iusta servitute manumissi sunt. Defendere locū, tueri locū meum, sicq; poeta moraliter ostēdit hoīes ꝑ divitias efferri in superbiā. Natus, subaudi sum. Ad euphratē, in Armenia. i. ex servili sim cōditione. Nam Euphrates fluvius est (authore Strabone) q ex Niphate monte Armenie defluit in mare rubrū, prius tm̃ Babyloniā per mediū dividit, ⁊ Tygri cōiunctus Mesopotamiā facit, illinc servi multi mittebant. Molles, qđ in aure fenestre arguerint. i. quā rem. s. me natum eē in Armenia, sive Capadocia, que sunt cōtermine, arguerint molles fenestre. i. ōnderint ⁊ ꝓbaverint. i. mollia auriū foramina. Nā in Oriēte (vt scribit Pli.) lib. xi. cap. xxxvii. viris aurū gestare in auribus decus existimabat. Idē in ꝓhemio libri. xii. sic ait loquēs de vnionibus. Ad hoc excogitata sunt auriū vulnera, vñ ⁊ divus Hieronymus ad Principiā virginē sic. Ille ēt solent auribus ꝑforatis rubri maris ꝑciosissima grana suspendere, que aūt ad ornamēta auriū gestabant Inaures appellate sunt. Pli. lib. ix. cap. lv. Antonia Drusi mure

(Margin: Preco — Curio — Pretor — Pretorium — pretoria porta — Tribunus — Es militare — euphrates — Inauris)

nę quā diligebat inaures addidit. Plautus in pœnulo. Quia incedunt cū annulatis auribus. Vnde ⁊ in pētateucho Mosę sic scriptū est, dixitq; ad eos Aarō. Tollite inaures aureas de vxoꝝ filiorūq; ⁊ filiarum vestrarꝝ auribus ⁊ afferte ad me, vñ ⁊ Apuleius in libro de dogmate Platonis Platonē quoq; puerū in auribus gestasse aurum sic scribit. Auri tm̄ reliquit, quātum puer nobilitatis insigne i auricula gestauit. Licet ipse negem, etiā si velim ipse negare me ex seruili conditiōe esse ⁊ armenū.

Arguerint, licet ipse negem: sed quinq; taberne
Quadringenta parant, qd cōfert purpura maius
Optandum, si laurenti custodit in agro
Conductas corninus oues: ego possideo plus
Pallante, ẽ licinis, expectent ergo tribuni,
Vincant diuitię, sacro nec cedat honori

Sed quinq; taberne, hinc stultā hoīs elationē ostendit. q̄ diuitiis ⁊ bonis tm̄ fortūe gloriaꝝ. quinq; inquit sunt mihi taberne, quę parant mihi quadringēta, idest quę ex vectigali ⁊ pronētu reddunt mihi quadringenta. s. sestertia, quę summa erat census equestris, qui enim eam summā habebāt inter equites romanos numerabantur Tiberii edicto, vt scribit Pli lib. xxxiii. cap. ii. Qui constituit ne cui ius gestandi annuli aurei esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoq; paterno sestertia quadringēta census fuissent, ⁊ lege Iulia theatrali in. xiiii. ordinibus sedēdi. Rome autē quędam ędificia quinq; taberne appellantur iuxta forum, ędem septem dictę sunt, Liuius ab vrbe condita lib. xxxvi. Pluribus simul locis circa forum incēdium ortum. Eodem tempore septem taberne, quę postea quinq;, ⁊ argentarię quę nūc nouem appellant arsere. Quid confert purpura maius, Sensus ē Nobilis ipse qui p̄ pretextam designat (Nam vt diximus ex authoritate pediani pretexta erat honestorum, idest nobilium, toga viliorum. Et vt ostēdit Plinius pro maiestate pueritię erat pretexta, ⁊ curiam, idest senatores distinguebat ab equite) quid cōfert, quid affert: quid inuenit qd̄ maius optet, q̄ quod ego possideo, si ipse nobilis, qui p̄ Corninum designatur, ad paupertatem redigatur: idest quid inuenit ipse nobilis ⁊ senator, si pauper sit, qd̄ maius possit sibi optare, q̄ quod ego possideo, quasi ostendat non solum se censum equestrem, sed etiam senatorium suis opibus superare. Nam quum census equester esset quadringentorū mlium, vt diximus senatorius erat (authore Trāgllo) in Augusto octingentorum, quam tum summam quum Augustus ampliasset, duodecies centies sextertium taxauit. Videturq; poeta alludere ad. M. Valerium Corninum, qui ad cētesimum annum vitam perduxit, exactaq; iam ętate, in agris eos coluit. Purpura, idest pretexta, quę ideo pretexta dicebatur q̄ purpura authore Macrobio pretexeretur. Purpura autem piscis est, ex genere concharum ex cuius sanguine liquor, vt scribit Plinius, elicitur aptus ad tingendas vestes. Murex item eiusdē generis est, ⁊ conchylium, ostręa etiam in eadem significatione accipimus. Virg. Tyrioq; ardebat murice lana. Idem vt gemma bibat, ⁊ Sarrano dormiat ostro. Inue. Horum ego non fugiam conchylia, idest vestes purpura tinctas. Si custodit oues, si in paupertatem prolapsus est. Vt pascē de sint sibi oues alienę. In agro laurenti, laurentum oppidum fuit p̄pe lauinium in antiquo latio.

Corninus, nobilis, qualis fuit familia Corninorum quę cognomen sumpsit a Valerio coruino, qui Consule Camillo Furii Camilli filio singulari dimicans certamine aduersus p̄ferocem gallum cum confecit adiunāte corno, qui galeę Valerii insidens vnguibus ⁊ rostro i gallum isiliebat, ita vt p̄ta victoria Valerius Corui. sit cognomiatus. Pallante, Pallas ex arcadia fuit (authore Tacito) libertinę conditionis quem vnum ⁊ Narcissum alium libertū adeo dilexit Claud. authore Trāquillo, vt decreto quoq; senatus non p̄miis modo ingentibus, sed ⁊ quęstoriis, ꝓtoriisq; ornamentis ornari libenter passus sit, tantum pterea acqrere ⁊ rapere, vt querente eo quōdam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum abūdaturum si a duobus libertis in consortium reciperetur, eum postea Nero veneno sustulisse creditus est, q̄ imensam pecuniam longa senecta teneret. Nam ei Claudio cōsentiente senatus decreuit sestertium centies quinquagies. Lege epistolam Plinii iunioris ad Montanū. Hic habuit fratrē nomine Felicem, quē Claudius destinauit ad Iudęos, qui ⁊ eorum p̄uinciam cum Samaria ⁊ Galileā ⁊ per eum pcuraret, Iosephus. Et licinis, licinum diuitem fuisse ostendit Persius illic. Nunc licini in campos, nunc Crassi mittit in ędes. Iuuenalis alibi. Dispositis p̄dines armis vigilare cohortē seruorum noctu Licinus iubet attonitus pro electro signisq; sinis phrygiaq; colūna. Eiusdem sic meminit Sene. in epistolis, vbi notat eos qui assidue suum statum variant. Liciniū diuitiis. Apiciū cœnis. Mecœnatem diuitiis prouocat. Eum vnū, vt diximus apud Persium fuisse ex Augusti Libertis principis indulgentia p̄diuitem placet intelligere. Scribit enim Tranquillus sic. Multos libertorū in honore ⁊ vsu maxime habuit, vt Licinum, Enceladum, aliosq;. Non ignoro Crassum authoribus valerio ⁊ Plinio cognomento diuitem primum omnium Romanorum ditem fuisse. Sed nūc de diuitibus qui paulo ante fuissent loquit. Expectent ergo Tribuni, verba sunt Iuuenalis indignantis. Impudentem ⁊ petulantem superbiam in homine seruili. Vincant diuitię, ad iurandum pronunciatione ⁊ irrisione. Nimirum inquit diuitię p̄ferri debent. Honori sacro, idest tribuno. Nam veteres lata lege sanxerūt, vt tribuni inuiolabiles sacrosanctiq; haberentur, statuendo vt q̄ Tribunū lesisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad ędem Cereris venum iret, eum autem hominem sacrum appellauere, quem populus iudicauit ob maleficiū, ⁊ qui eum occidit parricidii nō damnatur. Nam lege tribunitia cauetur siquis eum qui sacer sit, occiderit parricida ne sit. Siquis ergo tribunum, vt sacrosanctum violasset morte pœnas pēdebat. Sacrosanctū dicebatur (authore Festo) qd̄ iure iurando interposito erat institutū, vt siquis violasset morte

pœnas penderet. Nuper, idest qui non dinenit in vrbem. Nam nuper dicitur de longiori tēpore, vt illud Liuianū in epistola. Nup diuitię auaritiā, ⁊ abūdantis opes, desiderium per luxum, atq; libidinem perendi perdendiq; oīa innexere. Hoc. n. potuit esse supra centū annos ex quo luxus ⁊ libido vrbem inuasere. Cicero in. ii. de natura deoꝝ. Atq; illa mirabilia q̄ ea q̄nuper, idest paucis ante sęculis medicoꝝ ingeniis rep̄ta sunt. De breuiore etiā tpe dicimus, vt de anno vel mēse, vel diebus paucis vt si dicam Cremonę quę nuper in ditiōem Venetoꝝ venit, studia virtutū maxime coluńt. Pli. M. ppenna, ⁊ Nuper. L. Volusius Saturninus oīum quos in cōsulatu sntētia rogauerant supstites fuerūt. Item Cicero in rhetoricis ad Herēniū, ⁊ qm̄ nuprime dictū facile memorię mādat. Pedibus albis, pedibus cretatis. Nam vt scribit Pli. lib. xxxv. cap. xvi. Est quoddam genus cretę, quę argentaria appellat nitorem argenteū reddēs est ⁊ vilissima, ⁊ qua pedes venalū seruoꝝ trāsmare aductoꝝ denotare instituerūt maiores. Vnde Tibullus Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Ouidi. in amoribus Ne tu siquis erit capitis mercede retentus. Despice gypsati nomen inane pedis. Quādo quidem, adiunādum pronūciatione. i. quādoquidē diuites pro diis ipsis habentur. Maiestas sanctissima, subaudi est, idest colitur, ⁊ in maxima est veneratione. Maiestas, appellatur ꝑm Valerium honor sine honore. Magna enim erat Catonis maiestas etiam sine honore. i. sine dignitate aliqua. Ergo maiestas honor est sine amplitudo ⁊ dignitas quędam per quam hoīem ipsum in veneratione habemus.

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis,
Quando quidem inter nos sanctissima diuitiaꝝ
Maiestas, ẽ si funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas numoꝝ ereximus aras,
Vt colitur pax, atq; fides, victoria, virtus,
Quę q̄ salutato crepitat concordia nido.

Pecunia, vocatiuus ē casus, dicta a pecude q̄ nota pecudis feriretur, author est Plinius. Funesta, exitiosa. Nam multis exitio est, dum aut paratur per pericula, aut custoditur domi. Vnde poeta alibi. Sed plures nimia cōgesta pecunia cura strāgulat. Vnde ⁊ Plinius ait aurū ad perniciem vitę repertū. Vt colitur pax. Antiqui enim, vt docet Cicero in. ii. de natura deoꝝ, eas res quaꝝ maior vis erat, vt fidei, mētis, virtutis, honoris, pacis, opis, salutis, cōcordię, libertatis, victorię, deoꝝ noīe appellauit, quia ius erat tanta vt sine deo regi nō posset, vnde ipsa res deoꝝ nomē obtinuit, quo ex genere cupidinis ⁊ voluptatis ⁊ Lubentinę veneris vocabula cōsecrata sunt viciosaꝝ rerum, neq; naturaliū, sicq; vtilitatū magnitudnei cōstituti sunt ei dii, qui vtilitates quasq; gignebāt, atq; his quidem nominibus q̄ paulo ante dicta sunt, quę vis sit in quoq; declarat deo, ipaci templum erexit magnificētissimū Vespasianus ⁊ Titus filius. Author est Plinius, Iosephus, ⁊ Tranquillus, Domitianus auxit. Papinius in Syluis. Et pacem p̄pria domo reponit. In eo vasa templi Hierosolymitani ⁊ vniuersa donaria constituere, atq; vniuersi fere suas illuc diuitias q̄si in thesaurū cōgerebāt, opus fuit cunctorū tota vrbe maximū atq; pulcherrimū, temporibus antē Cōmodi impatoris totū de improuiso exarsit. Herodianus. Atq; fides. Numa Pōpilius fidei sclēne istituit, ad id sacrariū flamines bigis curru arcuato vehi iussit, manuq; vsq; ad digitos involuta rem diuinā facere ad qd̄ Virg. respexisse videtur illic Cana fides, significātes fidem tutandam, sedemq; eius etiam in dextris sacratam esse. Fides vt scribit Cice. in partitiōibus ē firma opinio. Vnde dicimus fidem xp̄ianā, idest firmam opinionem de xp̄o, corde ea credimus, quę oculis ñ cernimus. Vnde diuus Augusti. scribit fidem virtutem esse qua creduntur, quę non videntur, dictaque vt idem Cicero est author in officiis a fio qd̄ id fieri debeat quod promissum est. Fides item est fida mādatorum executio. Templum fidei fuisse in capitolio ostendit Cicero in. iii. officiorum his verbis. Qui igit̄ iusurandū violat, is fidem violat, quā in capitolio vicinam Iouis optimi maximi, vt in Catonis oīone est maiores nostri eē voluerunt. Victoria. Templū in honore victorię extructū fuisse ab Arcadibus in colle Auentino docet Dionysius. lib. a quibus ⁊ sacrificia eidem sint cōstituta. Eam. n. filiam fabulant arcades fuisse pallantis qui fuit Lycaonis.

Virtus, virtuti ⁊ honori. M. Marcellus templum condidit, author est Plutarchus, Valerius ⁊ Liuius, Cice. in. ii. de natura deoꝝ. Concordia. Nonnulli in hac p̄suasione ferunt Concordiā sub imagine Ciconię coli. Inter quos fuit Geor. Merula p̄ceptor meus vir eruditissimus, qui in Cōmētariis suis sic scriptū reliquit. Ciconia auis est, quę vt Diuus Ambro. scribit Romano vsu pia vocat̄, ob hanc videlicet cām q̄ ciconiaꝝ pulli parētibus iam senio cōfectis ⁊ longa ętate invalidis, ⁊ opem, ⁊ alimenta ministrant in mutuā cōpensationē. Nam ⁊ greci antipelargosin retributionē appellāt, deducto vocabulo a ciconia quā illi pelargon dicunt. Proverbiū greci est antipelargosin p̄ referre grām. Vnde in regū sceptris superne ciconiā figurabāt, infirme vero hippopotamū qppe significantes vim instituę parere, quando hippopotamus animal sit violentissimū. Ciconiā aūt esse auē piā his verbis idicat Petronius Satyricus. Ciconia ēt grata pegrina hospita pietatis cultrix, qd̄ ⁊ Solinus cōfirmat his verbis. Eximia illis inest pietas. Etenim quātum temporibus impenderint foetibus educandis, tm̄ ⁊ ipsę a pullis suis inuicem aluntur. Angelus vero Politianus in miscellaneis suis scribit Cornicē eam esse, qua cōcordię effigies rep̄sentaret, cuius verba hęc sunt. Cornices inqt Helianus grecus scriptor, qui libro de animalibus tertio de hac aue scribit, inter se fidissime sunt, ⁊ qm̄ societatem inierint, maximo se opere diligunt. Neque id genus aialia videat quisq̄ licenter misceri ⁊ temere, qn hoc quoq; dictitant, q res istiusmodi calent, altera extincta cōparē vidua degere. Cęterū id quoq; audio veteres in nuptiis post hymenęū cornicē invocare, signūq; id cōcordię dari iis consuesse, qui liberoꝝ quęredoꝝ gra-

tia conuenissent, tum qui sedes auium, ⁊ volatus observant, inauspicatum esse captãtibus auguria dicũt vnius tantum cornicis obsequium. Sic ille additq, sed in numismatis aureis duobus Faustinę augustę manifestam prorsus imagunculam nup mihi Laurentius medicis ostẽdit cum titulo ipso concordię, nõ possem huic opinioni non suffragari, nisi id obstaret q cornix rostro non crepitat qđ facit ciconia. Nam vt scribit Plinius, fuere q ciconiis linguas nõ esse cõfirmarẽt, vnde rostro tm crepitant. Solinius Plinii secutus sic scribit. Aues istas ferũt linguas non habere sonum autem quo crepitãt, oris potius q vocis ee. vñ Ouid. in metamor. Ipsa sibi plaudat crepitãte ciconia rostro, quid de hac historia sentiẽdum sit alii diiudicent. Ego vo puto locum simpliciter esse accipiẽdum, vt dicat Rom̃e coli cõcordiam, quę quum a nido nostro, hoc est domiciliis nostris discedit, magnos faciat strepitus, nulla ẽt illic potest esse quies, vbi concordia non est. Ergo salutato nido, hoc ẽ destituto domicilio. Nam salutare domum dicimur, ⁊ quum venimus, ⁊ abimus, vnde dicimus. Ille abiit non salutato hospite. Et ille abiens mihi salutem dixit, hoc est vale, vnde Cicero ad volumnium vltima epistola septimi libri ait. Ego vero multam salutem, ⁊ foro dicam ⁊ curię tecumq, vinam multum, ⁊ cum oĩbus nostris amatoribus. Cõcordię autem ędem a diuersis Romanoꝝ extructam fuisse constat, eam. n. vouit Camillus, vt scribit Plutarchus in vita eius his verbis. Postridie autem congregati decreta tulere, vt concordię quẽad modum Camillus vouerat, in foro ⁊ in contione ingens pro rebus bene gestis templum moliret. De quo Ouidius primo fastoꝝ. Candida te nineo posuit lux proxima tẽplo, Qua fert sublimes alta moneta gradus, ⁊ paulo infra. Furius antiquũ populi superator ethrusci vouerat, ⁊ voti fecerat ille fidẽ. Postea vero Gn. ille Flauius scriba Appii Cęci Annio Libertino patre gẽitus, qui dies fastos publicauit, ęream fecit in grecostasi, qui tunc supra comitium erat. Inciditq, in tabula ęrea eam ędem. ccc. quatuor annis, post capitolinam dedicatã. Hęc Plinius libro. xxxiii. De ea sic Liuius libro nono. Flauius scriba ędem concordię in area vulcani summa inuidia nobilium dedicauit, ex quo apparet ędem illam cõcordię capitolinam fuisse eam, quam iuxta templum Iunonis monetę, vt dictum est testimonio Ouidii Camillus vouerat. Tertium templum concordię Tiberius dedicauit author est Tranquillus. Sed quum summus honos. Auaritiam sui temporis taxat. Sensus enim est. Si diuites inquit, ⁊ magistratus qui sportulam captauere finito anno computant quantum lucri sibi attulerit sportulę ratio, quid facient comites, quasi dicat in hoc comites magis occupati esse debebunt, vtpote qbus tota vita inde pendeat. Summus honor, prętor ⁊ tribunus propter illud da prętori, da deinde tribuno.

Computet, dinumeret ⁊ subducat. Quid referat, quid emolumenti afferat. Comites, clientes ⁊ togati. Nam vt diximus comites ii dicuntur sm Labeonem qui frequẽtandi cuiuscunq, causa, vt sequerentur destinati sint. Hinc, ex ratione sportulę.

Toga est ⁊ calceus, ex sportula enim omnia sibi coemebãt, quę ⁊ ad victũ ⁊ cultũ pertinerent. Vnde Mart. lib. iii. Sportula nulla dat, gratis conuiua recũbis. Dic mihi quid Romę Gargiliane facis? Vnde tibi toga est? ⁊ fuscę pensio cellę, vñ datur quadrans, vnde vir eschiones? Fumus q, domi, satyrice fumũ dixit ligna viridia, ex quibus magna vis exit fumi, nam talia paupęri emenda sunt. Densissima lectica, nouam captã dę sportulę notat artem, multi enim mariti collocatas in lecticis vxores suas, aut languidas, aut pregnãtes circunducebant, multi etiã lecticas vacuas simulantes in iis esse coniuges ęgrotas, eoq, modo sportulam captabant. Densissima, id est frequens lectica, vt oñdat id fieri a multis nõ aũt multis stipata. Cẽtũ q̃drates. i. sportulam ipam, ex qua, vt diximus, dabantur interdum nũmi. Martialis, dat Baiana mihi quadrantes sportula centum. Interdum obsonia, vt diximus ex testimonio tranquilli. Sequiturq, maritum, scilicet existens in lectica. Maritum, pedibus pcedentẽ. Hic, alius. Absenti, vxori. Arte nota, fraude iam omnibus manifesta. Sellam, lecticã Tranquillus in Nerone. Interdiu quoq, clam gestatoria sella delatus in Theatrum. Idem in Othone. Tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit, ac defficientibus lecticariis laxato calceo restitit. Nam instar, vt diximus, cubiculi erat, vt alibi. Namq, facit somnum clausa lectica fenestra. Tranquillus in Augusto A cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. Inquit. s. maritus. Galla mea est, scilicet vxor. Galla item est arbor glandifera. Galla etiam instrumẽtum est sutorium, cuius ita meminit sutor quidam apud Macrobium, quũ interrogaretur quo artificio se tueretur vrbane respondit. Gallam subigo. Galla item nominatus est pater Masinissę regis Masiliorum. Citius dimitte, verba mariti, vt cito dimittat erogata sportula. Moraris, idest si moraris ad dandam sportulam, ait citius dimitte nos, vel moraris cum interrogatiõe ⁊ leni increpatione, vt sit maritus qui leniter increpet dispensatorem, q, nimis cunctetur ad dandam sportulam.

Profer galla caput, verba dispensatoris volentis videre, an sit intus galla. Noli vexare, dicit maritus noli vexare, noli inquietare, dormit enim lassa.

Ipse dies, Ignauiã pariter ⁊ auaritiã diuitum Romanoꝝ carpit, qui hoc modo diem consumerent, vt clientibus semp comitãtibus primo sportulam caperent, mox in foꝝ, vt ociosi transirent. Vbi statua fuit Apollinis eborea, vñ sequitur iurisq, peritus Apollo. Et statuę oĩum triumphales, quę per multũ ocium viserentur, vt per Apollinem ⁊ statuas triũphales solum foꝝ intelligas Augusti, in quo omnia hęc erãt. Sicq, per summã indignatiõem dinitũ, vt diximus, notat auaritiã qui circunductis p varia vrbis loca cliẽtibus tam ingrati sint, vt ne quidem eos in cœnã quã summis votis sperauerant inuitent, sed eos omni spe cœnę destitutos a se amittant.

Distinguitur, diuiditur. Pulchro ordine, Ironicos. Sportula. s. petitur. Deinde foꝝ. s. Augusti, qđ is inter publica ⁊ plurima opera extruxit cum ęde Martis vltoris. Fori extruẽdi causa fuit hominum ⁊ iudicioꝝ multitudo, quę videbatur nõ sufficiẽtibus duobus etiam tertio indigere. Itaq, festinantius, nec dum perfecta Martis ęde publicatũ est, cautũq, vt se paratim in eo publica iudicia ⁊ sortitiones iudicum fierent. Hęc Suetonius. Iurisq, peritus Apollo, forum ipsum Augusti, vt dixi intelligit. Nam ibi statua Apollinis eborea fuit, vt docet Pli. li. vii. cap. liii. Vnde facete poeta peritũ iuris Apollinẽ noiauit, qua si qui assidue lites audiẽdo iuris factus esset peritus. Non placet, vt intelligas de templo Apollinis qđ extructũ fuit (authore Trãquillo) in ea parte palatii, quę a fulmine disiecta fuerat. Vbi colossus erat Apollinis ęreus quinquaginta pedum in bibliotheca templi, sed de foro, vt diximus, Augusti. Ibi enim, ⁊ non in templo Apollinis Iura reddebãtur. Et illic erat statua, vt dictum est, Apollinis eburnea, ita vt videret potuisse iura ciuilia discere. Ad qđ etiã respexit Horatius loquens de Garrulo tracto in ius. Sic me seruauit Apollo, id est iudices sedentes in foro Augusti.

Atq, triũphales. s. imagines petunt, ac per hoc ipsum foꝝ Augusti. Nam ibi, authore Trãquillo, statuas oĩum triumphali effigie in vtraq, fori sui porticu dedicauit. Legimus tm ⁊ in aliis foris ante Augusti statuas poni solitas, vnde Scipio Nasica (authore Plinio) statuas quas sibi quisq, per ambitionẽ in foro ponebat, sustulit. Inter quas, indignatur poeta, q, inter statuas triumphales quę non solum in foro, sed etiã passim per totã vrbẽ erectę erant Crispinus ęgyptius ⁊ cõditionis libertinę statuã triũphalẽ habuerit. Nam de Crispino intelligere oĩno videt quũ sequatur ęgyptius atq, arabarches. Nescio quis, satis cõtumeliose dictũ nescio quis, quasi vilis ⁊ ignobilis. Aegyptius aut arabarches, bene autem dixit ęgyptius, aut arabarches. Nam ęgyptus ⁊ arabia conterminę sunt, ita vt poeta videat nescire recte discernere patriam eius, dictũq, est cũ contẽptu patrię. q. d. vndecũq, fuerit patria ei fuit barbara, ⁊ ipse vir barbarus. Arabarches, arabũ princeps, irrisorie dictũ, aut princeps arabum, hoc est seruoꝝ qui essent Romę ex Arabia, ita etiã Cicero ironicos quẽdam appellat arabarches in quadã epistola ad Atticũ. Vellẽ et te ex theophane respicere, quonã animo in me sit Arabarches. Titulos, imagines cum titulis ⁊ inscriptionibus suis. Non tm meiere fas est, hinc maxime apparet poetę idignatio, est enim sensus. Adeo inquit statua illa Crispini contemnenda est, vt non solum vrina respgenda sit, sed ẽt spurciori re. Tali. n. notata affici solent, quę maxime contẽnũtur, vnde Tarentini alterũ ex legatis Romanorum vrina resperserunt. Nero itẽ, authore Trãquillo, in ludibriũ religiõis Deam Syriam vrina contaminauit. Meiere, dicimus ⁊ meieẽ ⁊ mingere. Persius extra meiete, Discedo. Iuuenalis, ⁊ fusco iam mictu riente a mingo. Horatius, veniant mictũ atq, cacatũ.

Sportula, deinde forum, iurisq, peritus apollo,
Atq, triumphales, inter quas ausus habere
Nescio quis titulos ęgyptius aut arabarches,
Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.
Vestibulis abeunt veteres lasiq, clientes,
Votaq, deponunt quãquã longissima coenę.
Spes hoĩum caules miseris atq, ignis emẽdus.
Optima syluarum interea pelagiq, vorabit

Vestibulis, a domo diuitis recedunt, quos comitati sunt p multos labores, hincq, est omnis poetę indignatio, vestibulum aũt quid fuerit docet sic Gellius in noctibus atticis. Qui domos amplas antiquitus faciebant locũ ante ianuam relinquebant, qui inter fores domus ⁊ viam medius esset. In eo loco qui dñm eius domus salutatũ venerant prinsq, admitterentur cõsistebant, ⁊ neq, in via stabant, neq, intra ędes erãt. Ab illa grandis loci consistione, ⁊ quasi quadã stabulatione vestibula appellata sunt, spatia grandia ante fores ędium relicta in quibus starent qui venissent prinsq, in domũ intromitterentur, vt ve in cõpositione valde significet. Vt illud Horatii. Ve pallida lecto desiliat mulier. Et apud Varronem in re rustica. Quod quę postea cõcipiunt fiunt vegrandes atq, imbecillę. Persius, vt ramale vetus vegrandi subere coctum, alii vero a vestiendo dictum putant vestibulum q, primas partes ędium vestiat, vel a vesta dea, cui oĩs ędium introitus sit consecratus. de vestibulis ẽt sic meminit Vitruuius in. vi. Cõmunia aũt sunt quibus etiã inuocati suo iure de populo possint venire. Virgi. vestibulum añ ipsum primoq, in limine pyrrhus. Lassi, longa erratione dũ comitant diuitem.

Clientes, dicunt quasi colentes qui patricios colant a qbus defendunt, patroni aũt dicti quasi patres. Cliẽtelas ⁊ patrocinia instituit Romulus. Veteres, hinc conquerit maxime Iuuenalis q, in veterẽ clientem ⁊ familiarem sint tam ingrati. Deponunt, abiiciunt. clients Patronus

Cœnę. s. rectę. Quãquam longissima. i. quę sibi in aĩo diu alnerũt. Spes hoĩum, Acclamatio poetę in miseriam clientũ qui diu sperauerant se apud diuitẽ, coenaturos. Caules, caulẽ accipimus sepenumero p Brasica, sed generale est vocabulum, significat enim scapũ ipsum in herbis ⁊ leguminibus, dicimus enim caulem ciceris, caulem fabę, ⁊ caulem betę. i. scapũ ciceris, fabę, ẽ betę. Interea, dum pauperes clientes infeliciter coenant domi suę. Optima syluarũ, in sordidam gulam romanorum insurgit qui opiparas sibi solis coenas pararent nullo prorsus adhibito nec cliente nec parasito. Vorabit, indignatione satyrica dictum quasi magnus Helluo. caulis

Rex horum, vacuisq; toris tantũ ipse iacebit;
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis vna comedunt patrimonia mensa.
Nullus iam parasitus erit, sed quis ferat istas
Luxuriȩ sordes? quanta est gula, quȩ sibi totos
Ponit apros, animal propter cõuiuia natũ,
Poena tamen prȩsens, cum tu deponis amictũ
Turgidus, & crudũ pauonẽ in balnea portas,
Hinc subitȩ mortes, atq; intestata senectus
It noua, nec tristis percunctas fabula coenas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.
Nil erit vlterius quod nostris moribus addat
Posteritas, eadem cupient facientq; minores.
Omne in prȩcipiti vitium stetit, vtere velis,
Totos pande sinus; dicas hic forsitan vnde
Ingenium par materia est; vnde illa priorum
Scribendi quodcunq; animo flagrante liberet
Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat mutius, an non?

Rex — Rex horum, rex alias regnatorem, alias diuitem significat, alias nomen habet, vt hoc loco ad aliquid dictum ad significandos clientes qui ȩque, ac parasiti dominum sequuntur vt cœnent. Nam sicut parasitus est regis, & libertus patroni, ita rex est parasiti, & patronus liberti. Vnde Terentius, nemo pro merito gratiã regi refert. Parasitus apud Plautũ in captiuis ita loquit. Nam post ꝗ̃ meus est rex potitus hostium, appellat eni parasitus philopolemũ regẽ suum, apud quẽ sȩpe cœnabat. Terentius alibi regem pro diuite posuit. Regẽ me esse oportuit. i. diuitẽ.

Vacuis thoris, lectis discubitoriis. Nam antiq tribus stratis lectis epulabantur. Horatius Sȩpe tribus videas lectis cœnare quaternos. Terentius, dedit lectulos pedibus iligneis faciendos vbi potetis vos, Martialis Imperat extructos frangere nona thoros. Vacuis, qa solus cœ̃nat, vt sordidus. Nam de tot pulchris, hoc dictum est in profundam gulam & luxuriam ciborum, est enim sensus, tam laute tantoq; impendio epulantur diuites Romani vt vna cœna absumant patrimonia. Vnde Seneca in detestationem gulȩ sic clamat, Nunc cõuiuiorum vigebit furor & foedissimũ patrimoniorum exitium culina. Vna mensa, vna cœna. Orbibus latis, mẽsis citreis orbiculatis, de quibus supra illic. Prȩtoria mensas. Antiquis. i. ꝗ̃ fuissent multorum per successiõem dominorum. Vnde Seneca, placet mẽsa nõ varietate macularũ cõspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones ciuitati nota. Nullus iam parasitus erit. Ita inquit diuitum auaritia adoleuit, vt soli tantum cœnent & laute & delicate, neq; vllo adhibito parasito, qui sȩpe ioci causa a diuitibus in cœnam admittebatur, fit aũt parasitus (Parasitus) παρὰ qd est iuxta & σῖτον cibus, est enim is qui nobiles & potentes sectatur gratia gulȩ paratusq; ad omnia assentari, vnde apud Terentium de gnatone parasito. Quicquid dicunt laudo. Si negant nego, aiunt aio. Inde est parasitor verbum. Plautus in Amphytrione. Amanti parasitor, hortor, asto, admoneo, gaudeo. Et ante supparasitabor patri. Sed qs ferat istas? Non cessat conqueri poeta diuites Romanos auaros pariter esse & luxuriosos, auari inquit sunt pauperibus clientibus, quibus nihil dant, luxuriosi vero sibi, qui tam delicatis tãq; pciosis epulis saginãtur, monet autem poeta nihil magis esse vitandum ꝗ̃ istam luxuriȩ & sordium turpem societatem. Sordes auariciam, quum nihil dant clientibus. Sordidi appellantur auari. Sumpta metaphora a sordibus vestium, qp non minus hominum vita auariciȩ morbo cõmaculetur ꝗ̃ vestimenta maculis & sordibus. Nã (Sordes) sordes proprie opponuntur mundiciis & lauticiȩ. Vñ (Sordere) Terentius. Harum videre ingluuiem, sordes, & inopiam salus est adolescẽtulis. Vnde etiã sordere apud (Sordidus) veteres vsurpatum est pro sordidum esse. Actius in ȩgystho, Cui manus materno sordet sanguine sparso. Sordere etiam capit pro eo quod est putere & male olere, vt illud Virgi. Sordẽt tibi munera nostra. i. tibi putent & sordida vident. i. foeda & immunda, poni antẽ sordidos pro auaris docet sic Cicero ad Aciliũ. Propter quosdam sordidos homines qui beneficia Cȩsaris vendunt. Horatius. Sordidus a tenui distabit victus ofella, & alibi. Sordidus ac diues populi contemnere voces. Luxuriȩ, tantȩ lauticiȩ & tãti apparatus, quum vẽtrem suum pciosis & multiiugis cibis opimet. Quanta est gula, acclamatio in derisionem gulȩ, quasi diues nõ possit sibi vẽtrem implere quũ oĩno modicȩ rei sit capax nisi integrũ aprum sibi apponat. Seruilius Rullus vt scribit Plinius lib. viii. pater eius Rulli qui in Cicerõis consulatu legem agrariam promulgauit primus Romanorum solidum aprũ epulis apposuit. Totos, integros. Tiberius tamẽ, authore Tranquillo, vt parsimoniam publicam exemplo quoq; iuuaret dimidiatum aprũ apposuit. Animal propter conuiuia natum, veluti acclamatio in detestatiõem gulȩ, quo vno vitio nihil putat homini turpius, & ideo multo carmine id insectat, quasi inquit aper ob nullam aliam sit natus rem, ꝗ̃ vt delicata de se prȩbeat pulpamenta. Videtur ad id respexisse quod scribit Varro. in. ii. de re rustica. Suillum pecus donatũ a natura dicunt ad epulandũ. (Ad epulandũ) Natũ, quasi ad hoc specialiter genitum & inuentũ. Hora. Natis in vsum lȩticiȩ scyphis pugnare thracum est. Pœna tamen pñs, quasi punitionem desideret poeta tãtȩ gulȩ, sed pœna inquit ab eis nõ abest, nã ex nimia repletione cõtrahunt morbos, quibus ẽt moriũt. Tale etiã est dictũ apud Pli. loquentem de ebrietate. Hinc pallor, & genȩ pendulȩ, oculorum vlcera, tremulȩ manus effundentes plena vasa. Et quȩ sit pœna pñs furiales somni & inquies nocturna. Seneca ad Luciliũ. Multos morbos multa fercula fecerunt. Prȩsens, subita & pñsentanea, quȩ non diu sit expectanda. (Pñs) Vñ pñsentissimum periculũ, pñsentissimum venenũ. i. subitũ & pñtaneum, qd statim. s. occidat, pñs ẽt significat, non modo qd est huius tpis, sed etiam alterius. Quintilianus loquens de Cicerõe iã mortuo ait. Postea vero ꝗ̃ triumuirali proscriptione cõsumptus est, passim qui oderant, qui inuidebant, qui ȩmulabant, adulatores etiam pñtis potentiȩ non responsurum inuaserũt, ergo pñtis potentiȩ, quȩ tunc erat pñs vt pteritum respiciat. Quũ tu deponis amictũ, quum in balnea descendis. Nã tunc ex nimia repletione & cibo crudo in balneis vis morbi iopinata obrepit, iuxta aũt balnea locus erat qui grȩce Apodyteriũ, latine vero spoliatoriũ vocabat (Apodyteriũ) ἀπὸ λύω. n. idẽ est quod exuo, vbi qui balnea ingressuri erant vestes deponebãt apud Capsariũ, qui, vt scribit Vulpianus, mercede seruanda in balneis vestimenta suscipiebat. Turgidus, nimia repletione. Aemulatio ẽ persiana. Turgidus hic epulis atq; albo ventre lauat. Crudũ pauoné. i. icõctum (Crudũ) non perfectũ in stomacho. Nam crudũ dicimus qd ad maturitatẽ non peruenerit, vt poma cruda. Et qd coctum non sit, vt Caro cruda. Martialis. Accusas rũpisq; coquũ, tãq; oĩa cruda attulerit. Crudum item hoiem qui cibũ non cõficiat. Hora. in sermonibus. Nãq; pila lippis inimicũ & ludere crudis. Crudũ ẽt cibum qui non conficiat in stomacho, in qua significatione hoc loco accipit poeta. Cicero lib. ix. ad petũ. Satius est, hic cruditate, ꝗ̃ istic fame. s. perire. Columella in. i. limine. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas quotidianã crudelitatẽ laconicis excoquimus. Plinius igit balneas ardentes his tpibus medici qdam instituerunt, quibus psuasere cibos concoqui, ita vt nemo nõ minus validus exiret obedientissimi efferunt ad sepulchrũ. Cicero ad Cassiũ. Ferũt P. Syllã alii a latronibus interfectũ, alii cruditate. i. crapula & cibo non cõcocto. Cruditates aũt scribit Macro. euenire aut qlitate succi, i quẽ cibus vertit, si non sit aptus humori, qui corpus obtinuit, aut ipsius cibi multitudine, non sufficiente natura ad oĩa quȩ congesta sunt concoquenda. Crudũ ergo pauonem appellat quẽ ob nimiam epularum ingurgitationem cõcoquere non potuit. Seneca oñdit cruditatẽ capi p nimia repletione quũ ait. Ede citra cruditatem, Bibe citra ebrietatẽ. Et Cice. in Catõe caret ergo senectus & vinolentia & cruditate. Pauonẽ, primus Hortensius augur vt scribit Pli. lib. x. cap. xx, posuit pauonem cœ̃na adiiciali. (Coena adiicialis) Nã ita appellabat cœna pontificum, authore Festo. De qua Macrobius & Varro de re rustica lib. iii. Primus inquit Hortensius pauones augurali adiiciali cœ̃na posuisse dicitur. Eãdem etiam adipalem appellauere. In balnea. Nã Romãi ante cœnam, authore Celso, exercebant, post eam exercitatiõem balnea ingrediebant. Appianus mentionem faciẽs de Catone sic ait, circa vesperam e balneo ad cœnam trãsit. Apuleius in. x. lib. de Asino aureo. Qui quum se refecturi clausa cellula balneas petiissent. Et idẽ in. viii. Disposita coenula balneas obeũt. De hac cõsuetudine plura diximus apud Persiũ illic. Turgidus hic epulis. Hinc subitȩ mortes, subaudi sunt ex nimia epularum ingurgitatione. Hic mõet poeta frugalitate nihil eẽ nec laudabilius (Intestatus) nec vtilius, multosq; ex nimia cibi & crapulȩ intẽperantia mori. Intestata, non facto testamento quia morte repentina intereunt. Intestatus aũt videtur dici non tantum is qui testamentũ non fecit, sed ẽt is qui testamento liberis suis tutores non dederit, quãtum enim ad tutelã pertinet, intestatus est. Author Paulus de legitimis tutoribus. It noua fabula. i. recens & subitus rumor dissipat per oĩa cõuiuia. Nam in conuiuiis de variis & nouis rebus solet esse sermo. Hora. Fabula quanta fui cõuiuiorum. Nec tristis, sine aliqua doloris significatione, nemo. n. ẽ qui de eo aliquã p se ferat tristitiã, quia nihil per testũ legauerit, sicq; poeta miseram humanȩ fragilitatis cõditionem ostendit. Ducitur, verbum est funebre. i. ad bustũ (Dicere) defertur. Virgi. Et tristia funera ducunt. Persius. Nerio iam tertia ducitur vxor. Plaudẽdum. In quo magis lȩticiȩ ꝗ̃ doloris ostendit significatio, quum nihil sit relictum vnde possint tristiciam simulare. Iratis amicis, quia nihil relictum sit. Horatius in sermonibus. Adde iratum patruum, vicinos. Irascunt eni quum omnia per luxũ sint absumpta. Persius. Sed coenam funeris hȩres Negliget iratus qp rem curtaueris.

Nil erit vlterius, adeo inquit inter mortales emersere vitia, vt putẽ nihil addi posse vlterius a posteris. Eadẽ sententia est & Claudiani in Entropiũ. Nil adeo foedum est, quod non exacta vetustas Ediderit, longiq; labor cõmiserit ȩui. Moribus, vitiis, est enim vocabulũ medium, dicimus eni bonos mores & malos mores. Minores, numero pluratiuo & genere masculino posteri dicuntur. In pcipiti, in sublimi, quasi omne vitiũ emerserit ex imo in altum. Vtere velis, hortat seipsum poeta ad scribendum, sumpta metaphora a nauigantibus, qui nacti prosperum ventum pandunt velorum sinus, quasi dicat explica librum tuum & vtere stilo tuo ad scribendum nactus huberem materiam. Dicas hic forsitan. i. possis fortasse dicere vnde sit mihi ingenium par materiȩ, quasi dicat materiã esse huberiorẽ ꝗ̃ ingenio suo possit explicari. Simplicitas, monitorẽ introducit antiquã illam scribendi libertatẽ nõ esse poetis, quȩ olim fuit & Lucillio & Horatio. Nã ante libertatem occupatã ab imperatoribus Lucillius mira carminis acerbitate nominatim etiã hoĩum vitia carpsit, de quo sic Horatius. At qui primores populi arripuit populumq; tributim. Persius. Secuit Lucillius vrbem. Te lupe, te muti, & geminũ fregit in illis Oẽ vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit, & admissus circum pcordia ludit. Simplicitas, libertas scribendi, qa simpliciter amoto omni velamento carpebantur vitia deliquentium, nam simpliciter ille dicit qui libere & aperte dicit quod sentit. Priorum. s. poetarum. Cuius. s. simplicitatis. i. libertatis. Non audeo dicere nomen, Ita inquit libertas scribendi periit, vt nõ audeam eam noiare, quasi nefas sit. Nam ea nõ audemus noiare quȩ foeda abominãdaq; sint, sicq; infoelicem suorum temporum notat conditionẽ, quũ omnino sublata libertate omnia nutu imperatorum gererent. Quid refert, Adeo inquit tuũ fuit Lucillio libere loq & scribere, vt paruipenderit irasceret ne Mutius Sȩuola an nõ, qp scriptis suis libere esset notatus, libere enim loqui poterat, quia libertas nõdũ oppssa erat ab Imperatoribus. Quid refert, quid inquit pdest. Ignoscat dictis, idest scriptis & carminibus qbus proscissus erat. Mutius, nã Mutiũ Sȩuolã insectatus est Lucillius & quẽdã Lupũ, vt diximus apud Persium. Secuit Lucillius vrbẽ. Te Lupe, te muti.

Pone Tigillinum. Potuit inquit libere ꝛ impune Lucilius notare vitia, qa libertas a tyrānis adhuc occupata non erat, veꝝ modo si volueris hominē potētem ꝛ gratū imperatori notare qualis fuit Tigillinus Neroni, non erit tibi tutum, quia afficieris supplicio.

Pone, scribe ꝛ nota. Tigillinū. i. boiem potentem ꝛ gratū imperatori qualis vt dixi fuit ipse Tigillinus Neroni, de Tigillino dictum est supra illic quum fas eē putet curam sperare cohortis.

Teda lucebis ī illa. .i. ardebis quidem vinus, quēadmodum multi imperante Nerone arserunt. Existimo id gēus supplicii designari, de quo Seneca ad Luciliū his verbis. Cogita hoc loco illam tunicam alimentis ignium ꝛ illitam ꝛ intextam, quicquid aliud prēter hęc cōmenta est sęuitia. Qui. n. afficiebant induti tunicam illā intextam ꝛ illatam fomentis igniū alligati palo adurebant. Talem tunicam appellat Iuuenalis molestā illic, tunica punire molesta, aliud genus non absimile supplicii notat a Vulcatio Gallicano in vita Auidii imperatoris his verbis, primus ēt id supplicii genus inuenit vt stipitem grādem poneret pedū octoginta ꝛ centum ꝛ a summo vsq; ad imum dānatos ligaret, ꝛ ab imo focum apponeret, incensisq; aliis alios fumi cruciatu timore etiam necaret. Teda, illo igne. Nam teda arbor est resinam desudās, ꝛ iō apta ad cōburendum. Ouidi. in heroidibus Ardet vt ad magnos picea teda deos. De ea lege Pliniū. Qua stantes ardent, aut quia alligabant stipiti circūiecto igne, aut quia, vt scribit Seneca, stipes per mediū hominem adigebat, vt per omnes artus emergeret. Et latum media, ordo est. Lucebis illa teda qua ardent stantes qui fumant fixo gutture. Et qua ardet ille qui ducit sulcum latum in media harena. Nam multi in media harena theatri cremabantur. Tranquillus in Caligula, Attellanę poetam ob ambigui loci versiculum media amphiteatri harena igni cremauit. Ducit sulcum, aut quia forte vnco trahebantur, aut q; damnati, ꝛ in media harena alligati stipiti pedibus sulcum faciebant, circum sē volentes terrore ignis admoti. Aliqui legunt deducis vt sit sensus. Si Tigillinum notare volueris afficieris eo supplicio quo ardent stantes. Et frustra laboras, ac si dicat notatio ꝛ reprehensio tua nihil omnino proficit, aras enim sterilem harenam, vt illud. Et littus sterili versamus aratro, vt ad prouerbium illud grecum alludat, quod de iis dici solet qui in difficili re laborant αμμον μετρεις boc est harenam metiris. Alii vero legunt, ꝛ latum media sulcum qui ducit harena, vt sic expōas. Ardebis in illa teda qua stā tes ardent, ꝛ qua ardet ille qui ducit sulcum media harena, vt conueniat primo sensui. Qui dedit ergo tribus. Cum indignatione legendum ꝛ adiuuandū gestu. Est. n. sensus ꝛ ordo. Ergo qui tres patruos suos veneno sustulit vehat pensilibus plumis, vt sit qua si concessio, id est in delitiis securus viuat ꝛ poetas cōtemnat, quando quidem nulla eis concessa ē libertas notandi viuentium flagitia. De Tigillino autē itel ligit, vt sit responsum ad illud pone Tigillinum. Nā is homo oīum negssimus tres patruos veneno, vt scribit Probus, necauit, vt eorū hęreditatibus potiretur, subtractisq; annulis, ꝛ falso tabulis signatis hęreditatis summo scelere consecutus est. Nec illud obstabit q; iam Tigillinus sub otbōe mortuus esset. Nā poeta non secus de mortuis loquit q; si viuerent ꝛ psentes essent, vt per taxationē scelerum pteritorum moneat recte viuendum esse. Aconita, venena. Nā aconitū oīum veneno; ocissimum herba est, qę in saxis nascit, ꝛ vt sensit Ouid. spuma cerberi respsa fuit, quū ad superos tractus est ab Hercule, dictum ακοντησ ακονησ. i. a cante, vnde Ouid. Qę quia nascunt dura vinacia cante. Mortales aconita vocāt. Plinius item ait dictū q; in nudis cautibus, quas aconas vocant nascunt, nullo iuxta ne puluere quidē nutriēte, Solinus vero ab Acone portu Heraclę. Pensilibus plumis. Lectica in qua erant lecti plumei, pēsilia appellant oīa qę in aere pendent aut colūnis, aut alia re suppositā ꝛ sustentante, ergo ꝛ lectica pēsilis q; seruoꝝ humeris sustentet. Vnas pensiles dicimus q; sus pendant, ꝛ hortos pēsiles qui in sublimi sint. Seruius tn ait plumas pensiles dici molles. Et contra molles pēsiles, vt illud Virgilii. Pilētis matres in mollibus.

Digito cōpesce labellū, verba sunt monitoris suadentis poetę tacendū esse, affore accusatorem illi qui dixerit veꝝ, vt sit sensus. O Iuuenalis silētiū tibi fac indicas, nā profecto nō deerit tibi accusator si veꝝ se qui volueris tuis carminibus, qui dicet hic est o Imperator. i. hic est illę qui boīum vitia notat. Qui verum, tacitę occurrit rnsioni, potuisset. n. dicere accusabit tn qui mendatio vsus fuerit ꝛ falso aliqnē notauerit, imo inquit accusabit ēt qui vera dixerit, vt legendum sit veꝝ ꝛ nō verbū. Securus licet Aeneā. Sensus est, potes inquit sine aliquo periculo tuo historias scribere, quales cōmemorāt de Aenea ꝛ Turno Rutuloꝝ duce. Commitas, vel carmini tuo ꝛ operi mādes, vel q̄ magis placet scribēdo cōmittas .i. cōponas ꝛ in certamen deducas. Nā cōmittere est aliquē cū aliquo in certamē deducere. Suetonius in Augusto. Spectauit autē studiosissime pugiles ꝛ maxime latinos nō legitimos atq; ordinarios, mō quos etiam cōmittere cū grecis solebat. Martia. Cū Iuuenale meo q̄ me cōmittere tentas. In qua significatione vr accepisse alibi Iuuenalis quū ait. Committit Vates, quasi dicat in certamen poetas deducit, quasi alter cū altero de virtute carminis certare possit. Cōmittere itē accipit pro tradere, vt illud. Cōmitto me tuę fidei. i. trado. Et illud Terētianū. Onem lupo cōmisisti. Cōmittere ēt pro cōsligere ꝛ certare lib. ii. Machabeoꝝ. Rex cōmisit cum Iuda, ꝛ superatus. Qui ergo

Pone tigillinum, teda lucebis in illa,
Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media sulcum qui ducit harena.
Qui dedit ergo tribus patruis acoita vehetur
Pensilibus plumis, atq; illinc despiciat nos:
Quū veniat cótra: digito compesce labellū,
Accusator erit qui verum dixerit, hic est.
Securus licet ęneam, rutulumq; ferocem
Cómittas, nulli grauis est percussus achilles,

ergo huiusmodi historias ꝛ bella scribunt committunt ꝛ in certamen deducunt Imperatores cum Imperatoribus quum describunt eos simul pugnantes.

Nulli grauis est percussus Achilles, nemo inquit offendit si de Achille vulnerato ꝛ huismōi historiis scripserit. Achilles aūt percussus fuit a Paride in tē plo Apollinis tymbrei, quum illic amatam Polyxennam vxorem acceptuus esset, insidiis enim paridis post simulachrū Apollinis latētis occisus est, fingit id factum Apolline arcum tenente, vnde Virgi. Dardana qui Paridis direxti tela manusq; Corpus in ęacidę. Aut multum q̄situs hylas, subaudi a supioribus grauis est. Nemo inquit offendit si talia a poetis describūt. Hylas Thiodamantis regis Driopū fuit filius quē Hercules cū argonautis nauigans rapuit, pre eius prius occiso q; poscenti sibi cibū denegasset. Sed quū Hercules Hylā ad Ascaniū flumen misisset ad hauriēdā aquā, a tribus Nymphis ob pulchritudinē in fontem raptus ē. Eum diu multūq; q̄situm quū Hercules nō inuenisset, sacra istituit vbi Hylas solēniter clamareē, ad q̄ illud dictum est a Virgilio. Hinc adiungit hylā nautę quo fonte relictum Clamassent, vt littus byla byla oē sonaret, fictum aūt est nomē a verbo υλαω q̄d est resono ꝛ latro. Diodorus vero ꝛ Stra. secuti magis historiā scribūt hylā Herculis comitē vnū fuisse ex argonautis, qui in Bithinia iuxta prusiadē vrbē pierit, vbi in memoriā eius festa q̄dam celebrabant, in quibus per mōtes vagi ac saltantes Hylā vocabant. Valerius vero Flaccus lib. iii. argonauticon narrat ab Iunone Herculi infensa, quū is in sylua vna cū Hyla remū sibi q̄reret Dryopem vnā nymphaꝝ cōuentam, monitāq; vt Hylam pueꝝ formosissimū q per saltus ꝛ fontē eius vagaret ad se raperet. Idq; vt facilius fieret cernū suscitauit, quē ilico conspectū Hylas insequit hortāte Hercule, cernus fugiēs pueꝝ protraxit ad fontem, ꝛ itactas leuis ipse supfugit vndas, puer amisso cerno cursuq; defatigatus ad fontem stetit, bibentē Nympha ad se sub aquas traxit, amissum q̄rebat Hercules rursus Hylā, ꝛ rursus hylā per longa reclamās auia. Quęsitus. s. ab Hercule. En se velut stricto. Dissuasio est ne scribat a terrore pericli iminentis. Solet inquit auditor quē scelęꝝ conscientia exagitat, quotiens a poeta notat affici rubore, q; vitia sua detegant, proindeq; in repbensorem incēdit ira, q̄d itētidem ēt accidit tpibus Lucilii quotiēs insremuit in vitia boīum. Lucilius, qui primus apud latinos vt diximus hoc genus Satyrę scripsit. Et tanta carminis acerbitate multos etiam nomina time est insectatus, vt veluti gladio secuisse vitia dicatur a Persio. Secuit Lucilius vrbem. Te lupe, te mu-

Aut multum quęsitus hylas, vrnamq; secutus
Ense velut stricto quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa,
Inde irę ē lachrymę, tecum prius ergo voluta
Hęc, animante tuba galeatum sero duelli
Poenitet, experiar quid concedatur in illos
Quorum flaminia tegitur cinis atq; latina.

ti, ꝛ genuinum fregit in illis. **Rubet auditor, sceleris conscientia afficitur rubore ac proinde ad vindictam iflammatur.** Mens frigida criminibus, qua si deficiens ꝛ pene mortua criminum conscientia, vt solet corpus frigere cum mortuum est. Præcordia, precor dicuntur proprie membranę illę quas greci phrenas appellant, quibus exta homini ab inferiore viscerū parte separant, dicta p cordia qa cordi ptēsa sunt. Hęc ex Aristotele de aīalibus, a quo ꝛ Plinius eadem, verum largo modo ab authoribus plerunq; accipiuntur pro corde ꝛ iis quę cordi sunt p xima. Inde ꝛ lachrymę, subaudi sunt ex reprehensione scelerū suorum, ꝛ hęc ē item dissuasio a terrore periculi consequentis. Sic Persius. **Vide sis ne maiorum tibi forte limina frigescant,** sonat hic de nare canina littera. Qui enim notantur, ex indignatione iram concipiunt prorumpuntq; in lachrymas. Horati. Qui me cōmonit melius non tangere clamo, Flebit, ꝛ insignis tota cantabitur vrbe, flebit enim quia sentiet se notari. Tecum prius, consilium est, quid sit ei agendum. Voluta, cogita ꝛ considera. Hęc, aut quę tibi proposui pericula, aut quę sequuntur scilicet animante tuba. Animante tuba, proponit exemplum alieni incommodi ne idem patiatur, ꝛ sibi caueat. Est enim sensus, militem ingt qui se stimulante tuba in aciem immisit, consilii sui pœnitet sed sero, quia aut vulneratur, aut interficitur, sicq; apte similitudinem accommodat poetę, ne idem patiatur. Sero pœnitet, sera pœnitentia parū prodest. Duelli, id est belli, vnde ꝛ perduelles apud veteres dicebantur hostes. Ex duello factum est bellum, vt scribit Fabius libro primo. Experiar, verba poetę ad monitorem. Si vivos inquit notare sine periculo nō potero, experiar quid mihi liceat in mortuos. Et ita pollicetur se tantum de mortuis dicturū. Vnde illud sciendum a poeta nullum potentem virum nisi nomine mutato fictoq; nominari. Flaminia ꝛ latina, plerq; vię fuerunt celebres, quę ab vrbe procul ducerēt, vt Latina, Appia, Valeria, Aemilia, Flaminia. In duabus autem ex his, scilicet in latina ꝛ Flaminia sepeliebantur mortui, extructis sepulchris ab vtroque latere viarum, vnde extant multa epigrámata ad viatores. Et Iuuenalis alibi, Clinosę veberis dum per monumenta latinę. Via latina media erat inter Valeriam ꝛ Appiam. Ad Casinum oppidum coniungitur Appię, ab Capua decem ꝛ nouem distans stadiis. Flaminiā strauit. C. Flaminius victor ligurum e Roma per Thusciam ꝛ vmbriam, vsq; Ariminum. M. vero Lepidus collega Flaminii in consulatu reliquam vsq; Bononiam, ꝛ ex ea in Aquileiam. Hęc Strabo in quinto.

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Secunda.

Vltra sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum, quotiens aliquid de moribus audent
Qui curios simulāt, & bacchanalia viuunt,
Indocti primum, quanq̄ plena omnia gypso
Chrysippi inuenias; nā perfectissimus hoꝝ,
Si quis Aristotelem similē vel pitacon emit,
Et iubet archetypos pluteū seruare cleantas.
Fronti nulla fides; quis enim nō vicus abūdat
Tristibus obscoenis? castigas turpia, quum sis
Inter socraticos notissima fossa cinędos.
Hispida mēbra quidē, & dura per brachia setę
Promittunt atrocem animū, sed podice leui
Cęduntur tumidę medico ridente mariscę.
Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,
Atq; supercilio breuior coma, verius ergo
Et magis ingenue peribonius, hunc ego fatis
Imputo, qui vultu morbum incessuq; fatetur.

Satyra Secunda. Vltra Sauromatas.

Vltra Sauromatas. Hac satyra eos insectatur, qui quū obscoenissime viuāt, dissimulata morum prauitate alios castigant, & quandam prę se ferunt bonitatem, qđ hominū genus est improbissimū. Verum eos in primis tangit, q per summam naturę iniuriā moř mulieꝝ nupserunt. Ait igitur poeta quum talia hominum mōstra ferre nō possit, in aīo sibi eē extremas orbis ptes petere. Libet, impetus ē. **Sauromatę** Sauromatas, quos latini Sarmatas, gręci (authore Plinio) Sauromatas appellant, populi sunt inhabitātes loca circa meotidē paludem spacio quindecim dieꝝ oceanū versus, regio arboribus vacua est, originē ducunt ex Amaçonibus & scythis. De iis Herodotus lib.iiii. Dionysius Halicarnasеus, Plinius, Lutius Florus, Strabo, Ouidius in pōto suo & tristibus. Glacialem oceanum .i. septētrionalem, **Oceanus.** quasi vbi nulla sint mortalium domicilia. Oceanus aūt appellatur oē mare quod ambit terrā. Audent de moribus, subaudi loqui, diserere, aut aliquid tale, tanquam viri boni. Qui curios simulāt, qui simulant se ea esse continentia & bonitate qua fuit Curius Dentatus, qui Terna agri iugera viritim populo diuidens, sibi deinde totidem cōstituit, dicens neminē esse debere cui non tantū sufficeret. Legatis Samnitum aurum offerentibus, quum ipse in foco rapa torreret, malo inquit hęc in fictilibus meis esse, & aurū habentibus imperare. Quum interuersę pecunię argueretur cadū ligneum quo vti ad sacrificia cōsueuerat in medium protulit, iurauitq; se nihil amplius **Sacra bacchanalia** de pręda hostili in domū suam cōuertisse. Bacchanalia viuunt, pro bacchanaliter, nomen pro aduerbio .i. more versantiū in Bacchanalibus, q̄ sacra noctu in vrbe & clanculo celebrabant a maribus & mulieribus, ibi stupra promiscua ingenuoꝝ & foeminarum erant, pluraq; erant viroꝝ q̄ foeminaꝝ, de iis Liuius lib.ix. de bello macedonico sic. Bacchanalia sacrum gręcum & quidem nocturnū sceleꝝ omnium maximū seminariū. Ibi enim horrēda dictu fiebāt.

Indocti primū, quum sint inquit indocti, neque vllam operā pręstent virtuti, volunt tñ videri magna eruditione & sapientia, habent enim domū variis philosophoꝝ imaginibus refertam, vt virtutis videantur cultores. Docti enim exornātes bibliothecas suas operam dabant, vt clarissimoꝝ viroꝝ imagines haberent. Vnde Cicero in septimo libro epistolarū ad Fabium Gallum scribit, vt signa sibi emat ad ornandā bibliothecam. Martialis item sic scribit initio noni libri ad Toranium. Aue mi Torani frater charissime. Epigramma quod extra ordinē paginarum est ad Stertinium clarissimum virū scripsimus, qui imaginē meam ponere in bibliotheca sua voluit. Plinius Iunior in epistola ad Iulium Seneꝝ sic scribit. Herēnius Seuerus vir doctissimus magni ęstimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuoꝝ Cornelii nepotis & Titi arii, petitq; si sunt istic vt esse credibile est exscribendas pingendasq; delegem. Gypso chrysippi .i. statuis chrysippi ex gypso. Nā ex gypso figurę ducunt̄. Est autem calci nō absimile, de quo Plinius lib. xxxvi. **Chrysippus** Chrysippi, chrysippus Solēsis seu vt alii dicunt Tarsensis Apolloni filius, Zenonis siue Cleātis fuit discipulus, vt Valerius vero scribit Cleantis pceptor ingeniosus quidem & acutissimus in omni genere oratiōis, & subtilitate disputādi adeo acer, vt illud iactatum sit deos si dialectica vti vellent non alia vsuros q̄ Chrysippea. De eo multa Laertius & Valerius maximus. Et nos plura recitauimus apud Persium illic. Iuuentus chrysippe tui finitor acerui. Nam perfectissimus hoꝝ subaudi est. Est autem ironia vt sit sensus. Existimat se perfectissimum omniū, modo sibi emerit statuā, aut Aristotelis, aut alterius philosophi ad bibliothecę suę exornationē. Aristotelē, Aristoteles Platonis fuit discipulus peripateticę sectę princeps. Alexandri magni pręceptor. Dicimus Aristotelem per e in penultima non Aristotilem, quod docet deriuatio Aristotelicus & non Aristotilicus. Aristotelem similem, idest statuam similem ipsius Aristotelis, hoc est, quę Aristotelem reddat. Pitacon, hic vnus fuit ex septem sapientibus mitylenens, qui a mitylenis sumptus dux aduersus athenienses singulari certamine **Pitacas** phrinonē ducem rete obuolutū interemit. Archetypos cleantas, idest antiquas cleātis imagines. Opera enim antiquis nominibus artificū nobilia archetypa sunt appellata, quasi quę principali eēnt forma & figura. ἀρχος enim principem significat & τυπος formam siue figuram. Ea enim in pcio fuisse ostendit (vt diximus in priore satyra) Plinius his verbis. Subito ars cęlandi argenti exoleuit, sola iam vetustate censetur vsq; attritis cęlaturis ne figura discerni possit. Cleantas, accusatiuus est gręcus. **Cleantes** Cleātes philosophus fuit stoicus qui Zenonis scholę successit, quam postea chrysippo reliquit. Inopia vrgente noctu ex puteis ad irrigandos hortos atheniēsium aquam hausit, qua mercede interdiu studiis liberalibus vacabat, vnde a gręcis phreantles est appellatus, idest hauriens puteos. Nam phrear gręce puteum significat latine, & antlao haurio. De hoc Seneca ad Lucilium. Patricius Socrates nō fuit. Cleantes aquā traxit & rigando horto locauit manus. Pluteum, posuit pro bibliotheca. **Pluteus** Sic Persius. Nec pluteum cedit nec demorsos sapit vngues, qua significatione videtur det accepisse Sydonius quum ait. Hic libri affatim in promptu videre te crederes aut grāmaticales pluteos, aut Athenei cuneos, aut armaria extructa bibliopolaꝝ & bibliothecaꝝ. Festus Pompeius scribit pluteos numero pluratiuo fuisse crates corio crudo intectas, quę solerent opponi militibus opus facientibus, quas militares appellarent. Nunc etiam tabulas significare quibus aliquid pręsepitur, possumus ergo ītelligere, aut bibliothecas, aut **Plutei Pinacotheca** pinacothecā .i. repositorium tabulaꝝ pictaꝝ. Nam p totam domū ostentabant tales imagines tanq̄ bonaꝝ artium cultores, vnde dixit q̄q̄ plēa oīa gypso. Victruuius tñ in Architectura sua lib. v. ostendit pluteū id esse quod inter superiores, & inferiores columnas est. Fronti nulla fides, subaudi habenda est. Sic Martialis. Nolito fronti credere, nupsit heri. Talis est sententia Luciani in Timore ουκετι πιστευτεα των νυν ουδενι παντες αχαριστοι και πονηροι, non amplius credendum cuiq; pñtium omnes ingrati & scelesti. Est enim sensus. Multi seueritate supercilii summam prę se ferunt bonitatē, quum turpissimis oīno sint moribus, & ideo inquit fronti fides nulla habenda est.

Quis enim, quis inquit in vrbe locus est q non abundet hoībus seueris eisdemq; obscoenis .i. iis qui **Vicus** tristi supercilio graues & censorii videri volunt, quū sint obscœnissimi & foedissimis moribus. Vicus, vici in vrbe fuerūt supra mille, dictiq; sunt a via, vt scribit Varro, q ab vtraq; parte vię sunt ędificia, a vico fit vicinus & vicinia, vicos etiā appellamus ipsas villas, hoc est pagos. Castigas turpia, hinc omnis est poetę indignatio, q quū ipse sit foedissimus aliena castiget vitia, vt ostendat id, quod ait Cicero in Salustium, oportere hoīem omni carere vitio qui in alterum paratus est dicere. Notissima fossa, notissimus paticus qui drancis abutaris a quibus fodiaris.

Socraticos cinędos, inter eos qui quum sint patici & vitiosissimi, de moribus disserunt more Socraticoꝝ, voluntq; videri philosophi Socratici. Nam Socrates primus vt recitauimus apud Persium authore Cicerone in Thusc. fuit q e cęlo philosophiam deuocauit, & in vrbibus collocauit, & in domos etiā introduxit, coegitq; de vita & moribus bonis & malis querere, quum antea philosophi in rerū natura perscrutanda essent occupati, quum igitur hi de moribus loquerētur Socratici videbantur. Cinędos pa- **Cinędus** ticos κινεω quod est moueo και αιδοια pudēda.

Hispida mēbra. Occurrit illis qui possent dicere eos ex cultu corporis videri & bonos & seueros. Verū inqt est mēbra hirsuta & pilosa pmittere seueritatē in illis, sed re vera cinędi sūt & turpissimi. Promittūt, pse ferūt. Atrocē, seuerū & ab oī turpitudine abhorrētē. Podice, podex capit̄ p circulo āni. Hora. i odis. Hiatq; turpis īter aridas nates podex velut crudę bouis, & Ausonius. Sed q & eliso plātaria podice vellis. Leui, depilato. Nā leue appellat̄ quū hēt primā longā, quod sine pilis est. Macro. leue aūt est mulieꝝ corpus quasi naturali frigore denset̄. Mariscę tumidę, metaphoricos vlcera innata ex turpi attritu **Marisca** mariscas appellat. Nec sine rōne. Nam vt author est Celsus in sede vlcus nascit̄ simile fungo, & ideo medici fungum appellauere, Iuniores vero ficum, ex genere aūt ficoꝝ est Marisca. Columella & ex eo Plinius ficos mariscas in loco cretoso serito. Martialis Infanti melimela dato fatuasq; mariscas.

Ridente, quia turpitudinis causam nouit.

Rarus sermo, illis subandi est, idest raro loquunt̄ quo seueriores videant̄, multiloquium enim hominē leuitatis arguit. Libido, cupiditas & magnum tacendi desideriū. **Libido** Nam libido pręter tritā illam & notā significationē, hoc est veneris pruritū, capitur pro cupiditate & veluti appetitu sine voluntate, vt hoc loco. Et apud Terentium in ecyra, neq; libidini tuę aduersabor. Itē infra, potiusq̄ aduersum animi tui libidinē eēt cū illo nupta. Et apud Plinium in .vii. Quis hunc iure fœlicē dixerit periclitatū ad libidinē inimici, hoc est ad arbitriū, volūtatē & nutū inimici. Cicero in Thusc. li. iii. ita diffinit vocabulum. Altera cupiditas quę recte vel libido dici pōt, quę est immoderata appetitio opinati magni boni rōni non obtēperans, vel cupiditas recte dici potest. Vnde in Rhetoricis ad Herēnium pro cupiditate. Modestię partibus vtemur si nimias libidines honoris, pecunię, similiūq; reꝝ vituperabimus. Atq; supercilio breuior coma, in cedūt inquit breui capillo vt infamiā vitent, quā solent subire comati. Nam puerbiū fuit apud gręcos. Nullus comatus qui idē cinędus non sit. Supercilio, Superciliū **Ciliū Supercilium** dictū est, quod sit supra cilium, est aūt cilium extremus ambitus genę superioris. In superciliis hominis pars animi est, negamus annuimus hęc maxime indicant, Fastus superbia hic sedē habet. Vñ poeta in carmine obscoeno. Carminis incompti lusus lecture pcaces conueniens latio pone superciliū. Verius ergo. Minus inqt peribonius reprehēdendus est, etsi pudicitiā suā vulgo prostituit, id enim facit vrgētibus sic fatis quibus aduersari nō pōt. Verius ergo, subaudi facit .i. apertius & simplicius amota oī simulatione. Imputo, ascribo. Fatis, sm eos loquit̄, vt est apud Senecā qui aiunt, ducūt volentē fata, nolentē trahunt. **Fatum** Fatū aūt chrysippus authore Gelio ita diffinit, fatū est inquit sempiterna quędā & indeclinabilis series reꝝ & cathena voluēs semetipsam, sese implicās per ęternos cōsequentię ordines, & quibus apta cōnexaq; est. Morbū, vitium & turpitudinē suam. **Morbi & vitii differētia** Iurisconsulti differentiam facientes inter morbū et vitiū tam varia sentiūt, vt nō facile intellectu relinquant significatū vocabuloꝝ. Modestinus de ver-

boꝝ significatione scribit morbū tēporalem esse corporis imbecillitatē, Vitiū vero perpetuum corporis impedimentū veluti si luscus sit, nā luscus vitiosus est, Sabinus vero refert Labeonē qd esset morbus ita diffinisse, morbus est habitus cuiusq; corporis contra naturā qui vsum eius facit deteriorem, sed morbum alias in toto corpore accidere dicit, alias in parte corporis. Totius corporis morbū esse veluti ēpthisis aut febris, partis autē veluti cœcitas aut pedis debilitas, multaq; addunt alia. Demum alii dicunt vitium esse perpetuū morbū cū accessu τ discessu, sed hoc si ita est, neq; cęcus neque eunuchus morbosus est cōtra labeonis sententiam.

Horum simplicitas miserabilis, his furor ipse
Dat veniam, sed peiores qui talia verbis
Herculis inuadunt, ē de virtute locuti
Clunem agitant, ego te ceuentē sexte verebor
Infamis varillus ait? quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, ęthiopem albus.
Quis tulerit gracchos de seditione querentes?
Quis cęlum terris non misceat, ē mare cęlo
Si fur displiceat verri? homicida miloni?

Hoꝝ, talium qualis est peribonius. Miserabilis, digna miseratione. i. cuius misereamur. Nam miserabilis est non qui miseretur sed cuius nos miseremur. Ipse furor, ipsa amētia qua vexatur vrgentibus fatis vt prostet. Sed peiores, Sensus est. Improbiores inqt sunt ii qui quū obscœne vitā agunt, alioꝝ vitia seuerissime reprehēdunt τ insectantur. Talia. s. vitia τ turpitudines.

Verbis Herculis. i. grauibus τ seueris, qualibus Hercules vsus est quum voluptatē incusando repulit a se, secutus virtutē. Nam Hercules (vt ē author Xenophon) in eo libello quē scripsit de dictis τ factis Socratis memoratu dignis, quod τ Diuus Basilius recitat, quum adolescens esset diu multumq; dubitauit quā viam teneret virtutis an voluptatis. Ambigēti duę matronę apparuere virtus. s. τ voluptas, quarū vtraq; sedulo instabat vt se sequeret. Audita vtriusq; cohortatione incusata grauissimis verbis voluptate virtutē secutus est. Hi ergo quum turpissimi essent de virtute multa disputabant, magnaq; verboꝝ grauitate vitia dānabant, quēadmodum τ Hercules voluptatem dānauerat secutus virtutē. Clunem agitant, obscena patiuntur τ muliebria. Ego te ceuentem, proponit poeta ridiculam satis cuiusdā Sexti Cinędi castigationē, qui quum Varillum alterū cinędum dissimulata sua ipsius turpitudine grauiter increparet ab eo reprehēsus est, τ delusus vt deterior se, sicq; poeta philosophice ostendit oportete alieni vitii correctorē omni prorsus vitio carere, vnde sequitur Loripedē rectus derideat. Est ergo sensus. Varillus infamia tēporibus poetę notissimus, quum a Sexto cinędo reprehenderetur remordens dixit, ego ne te ceuentē verebor quum te non sim deterior. Ceuentem verbum est, in obscenis, τ patici motantis clunē. Ad qd allusit Persius loquens de adulatore. An Romule ceues? Quo deterior te? subaudi sum. Loripedem rectus. Bonus inqt malum notet, sed nō malus. Est āt schema prouerbiale quod vsurpari solet in eos qui quum vitiosi sint aliena castigant vitia.

Ceuere

Loripedem, Plinius lib. v. cap. viii. ostendit in India esse loripedes qui anguium modo ingrediantur τ serpāt. Vnde loripedem dicimus qui tarde incedat

loripes

τ claudicet. Plautus in pœnulo. Nequicq̃ hoc patronos mihi elegi loripedes tardissimos, vbi locum correximus, nam procos scriptū est pro patronos, erit ergo sensus rectus derideat aut trahentē corpus per humum, aut reuera claudicantē obtortis pedibus. Vidēturq; dici a loro q̄ pedes habeant loreos, hoc est molles τ obtortos veluti est loꝝ molle τ obtortum, quos gręci, authore Plinio. Himantopodas appellarunt. ιμα enim lorū significat siue corrigiam, πους pedē. Vñ poeta i satyra. x. Nec ꝑtextum rapuit Nero loripedē. Eos q ita serpendo ingrediunt Solinus interpretat flexis cruꝝ nisibus ingredi. Aethiopē, ęthiopia vt docet Pli. lib. v. duplex est, altera circa occasum ad Athlantē mōtē mauritanię, altera circū ortū. Aegypto contermina, ęthiopum qui vicina ęgypti loca incolūt, alii vtrasq; nili ripas insulasq; in Nilo sitas habitant, hi Arabię proximi sunt, Alii mediterraneas tenent regiones versus arabiā sitas. Maior pars ęthiopum nigro colore est, de quibus plurima Diodorus lib. iiii. digna memoratu. Dicti autem sunt ęthiopes (authore Plinio) ab ęthiope Vulcani filio. Alii ꝓo tradunt nominatos q̄ sint solis calore adusti ab αιθω quod est vro. Quis tulerit, quis nō indignet si seditiosus vir quales fuerunt Gracchi seditiosum reprehendat? Tiberius enim τ. C. Gracchi fratres Africani superioris ex filia nepotes vtriq; tribuni plebis, quum leges agrarias nō sine nobilitatis indignatiōe tulissent cęsi fuerunt Tiberius in Capitolio a. P. Scipione Nasica fragmēto subselli. Caius in ponte sublicio aut sua aut serui Eupheri manu. Quis coelum terris? quis ira non confundat, τ clamet, vt est apud Terentium. O terra o cęlum o maria Neptuni. Sic enim faciunt qui ira vehementer incendunt. Displiceat Verri? C. enim Verres. Cn. Pompeio τ. M. Crasso cōsulibus in Sicilia quęstor fuit, quā per triēnium nemine succedente tenuit, vbi libidinose, auare, crudeliterq; versatus est, succedente tandē Metello reuersus Romā a Siculis repetundaꝝ est accusatus, cām egit Cicero, cuius actiones adhuc extant. Verrinęq; appellantur. Homicida Miloni, homicidam appellat Milonem q̄ occiderit. P. Clodiū. Nam Miloni cum Clodio summę erant inimicitię, ex eo maxime q̄ Milo Ciceronis erat amicissimus. In eo reducendo enixissime operā nauauerat. Et. P. Clodius restituto Ciceroni infestissimus. In petitione igit consulatus Miloni aduersatus est Clodius, τ sępe inter se Milo τ Clodius cum suis armatoꝝ factionibus Romę depugnauerant. Proficiscenti pręterea Miloni Lanuuiū, ex quo erat municipio occurrit Clodius circa horam nonā paulo vltra bouillas rediens ab Aricia. Vehebat Clodius equo Milo Rheda cum vxore fausta filia. L. Syllę dictatoris, sequebat eos magnū seruoꝝ agmen, inter quos gladiatores quoq; erant, cum seruis Clodii rixam cōmiserunt, ad quē tumultum

ęthiopia

tum, quum respexisset Clodius minitabundus humerum eius Byrria vnus ex gladiatoribus rumphea traiecit. Clodius vulneratus in tabernam ꝓximam Bouillis delatus est. Milo vt cognouit vulneratum Clodium, quū sibi periculosius illud etiam viuo eo futurum intelligeret, occiso autem magnum solatiū esset habiturus etiam si subeunda esset pœna exturbari tabernā iussit, atq; ita Clodius latēs extractus multis vulneribus conficit. Cadauer eius in via relictū, qa serui Clodii, aut occisi erant, aut grauiter saucii latebāt. Lege Pedianum, Appianū, Ciceronem pro Milone.

Clodius accuset mœchos? catilina cethegum?
In tabulam syllę si dicant discipuli tres.
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu, qui tunc leges reuocarat amaras
Omnibus, atq; ipsis veneri martiq; timendas,
Quum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, ē patruo similes effunderet offas?

Clodius accuset Mœchos. Nam Clodius de cuius cęde modo dictum est, quum Pompeiā vxorem Cęsaris perdite amaret, habitu muliebri ingressus est domum Cęsaris, tūc summi pontificis, vbi sacra bonę deę, q̄ quotānis in domo pontificis celebrari cōsueuerant nocte celebrabant. Inter mulieres primo latuit, deinde quū ꝑ ędes vagaretur cognitus est, sublato a mulieribus clamore fugit, pollutaꝝ cerimoniaꝝ reus factus est. Sed corruptis iudicibus est absolutus, licet testimonio Ciceronis oppugnatus esset, qui affirmauit Clodiū contendentem se ea die ab vrbe procul abfuisse, domi suę (qd verum fuerat) fuisse. Inde postea pestiferū illud in Ciceronem Clodii ortum est odium, nunq̄ enim destitit Clodius Ciceronem insequi, donec eum tribunus plebis vrbe expulit. Catilina cethegū. Nā L. Catilina vir Patricius inita conspiratione cū pluribus rem pu. opprimere conatus est. Eius consilium Cicero cōsul prudentia sua discussit. Inter Coniuratos fuit cethegus vir magnę audacię. Ait ergo poeta intollerandum esse, si Catilina coniurator ipse, τ coniurationis princeps accuset Cethegum sceleris conscium. In tabulam syllę. Sylla primus fuit qui tabulam proscriptionis proposuit, idq; superatis partibus Marianis, quem postea triumuiri Augustus, Lepidus, τ. M. Antonius imitati vnusquisq; aduersarios suos proposita tabula proscripsit. Ita ꝗ poeta eos discipulos Syllę appellat, quasi imitatores, q idem qd Sylla fecerunt. Qualis erat, Domiti unum a crudelitate notat, quem triumuiris comparat, τ eis cęde hominū non absimilem dicit. Qualis erat. Periphrasis est ipsius Domitiani, qui Iuliam Titi fratris filiā, iam Sabino collocatā corrupit, τ quidem viuo etiā Tito, mox patre τ viro orbatam ardētissime palamq; dilexit, vt etiam causa mortis extiterit coactę conceptum a se abigere. Vnde Plinius Iunior ad Corneliū sic scribit. Domitianum, vt illustraret seculū suū exemplo aliquo seueritatis Corneliam maximillam vestalem virginē absentem inauditamq; damnasse incesti, quum ipse fratris filiam incesto non polluisset solum, verum etiam occidisset. Nam vidua abortu periit. Philostratus libro septimo scribit, Iuliam Domitiani ex filia fuisse Neptem. Tragico concubitu, nefando, qualem tragici scribere solent, q stupra, incesta, parricidia, τ id genus nefanda flagitia i suis tragœdiis tractant. Reuocarat leges amaras. Nam legem Iuliam quę erat contra adulteros lata ab Augusto, vt mox dicemus reuocauerat. Lege item cauerat ne quis mas castraretur. Earum legum meminit sic Martialis. Ludus erat sacrę connubia fallere tedę Ludus τ immeritos execuisse mares. Vtraq; tu prohibes Cęsar, populisq; futuris Succurris nasci quos sine fraude iubes. Nec spado iam, nec mœchus erit te ꝓside qsquā. At prius o mores τ spado mœchus erat. Amaras omnibus. Nam dephēsi in adulterio ferro puniebātur ex lege Iulia, vt docet Iustinianus in institutionibus. Ipsi veneri martiq;, quasi qui, τ ipsi in adulterio sint deprehensi. Nam venus cum marte cōcubuit. Vulcanus quū id resciuisset, accusante Sole lectū tenuissimis τ adamantinis retibus cinxit, eosq; in amplexibus iacentes τ implicatos aperto cubiculo oībus diis prębuit vidēdos. Abortiuis, abortiuos appellamus immaturos foetus, τ ante legitimum tempus editos. Tranquillus in Augu. Illos senatores quos vulgus abortiuos vocabat ad modum pristinum τ splendorē redegit. Plinius in. xiiii. Aegyptus τ ecbolinā habet abortiuos facientem. Abortus etiā inuenitur alia significatione pro ipsa. s. abortione. Vnde Pli. in. vii. Vopiscum vnum appellabant e geminis, qui recenti vtero nasceretur altero interempto abortu. Idem in eodem. Vno abortu duo puerperia egesta. Iulia, Titi fratris filia. Vuluam. De vulua Plinius multa scribit libro vndecimo cap. xxxvii. sic. Quod alio nomine locos appellant hoc in reliquis animalibus vuluā. Hęc viperę τ intra se parientibus duplex. Oua generantium annexa pręcordiis. Et in muliere geminos sinus sub vtraq; parte laterū habet. Funebris quotiens versa spiritum inclusit. Quibus verbis ostendit Plinius in muliere locos, τ vuluam dici, idemq; esse, sed in reliquis animalibus vuluam tantum non locos. Est autem vulua cōceptaculum foetus in aluo dicta q̄ foetū inuoluat, vterus idem est qd vulua, idq; non solum in mulieribus, sed etiam in reliquis animalibus. Plinius in octauo de asinis loquens. Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit ni cogatur in cursum verberibus a coitu. Vuluā Lautę fuisse gulę constat. Horatius in epistolis Obeso Nil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla. Sed quū duplici nomine appellaretur eiecticia, scilicet τ porcaria, meliorem putauerunt eiecto partu q̄ edito. Eiecticia vocatur illa, Hęc porcaria. Eiici autem dicitur foetus quū ante tempus legitimum emittitur. Edi vero quum tempore suo. Eiectio differt ab abortu, q̄ illa grādioris foetus est. Abortus quem gręci εκτρωμα appellant, intra quadragesimum diem contingat. Quod autem Vergilius dixerit in equo, vterumq; armato milite complent, ideo fecit quia dicturus erat. Scandit fatalis machina muros foeta armis. Offas, id est frusta carnis, τ foetus immaturos. Nam offam appellamus quicqd in tumorem crescit, vnde Iuue

Abortiui
Abortus
vopiscus
vulua
vterus
Offa

nalis in vltima ſatyra. Et nigram in facie tumidis liuoribus offam, offam porcinã cũ cauda offam penitam dicebant. Pli. appellat offas amygdalas cõtuſas ⁊ in vnum cõuolutas his verbis. Amygdalinũ oleum qđ aliqui vocant neopũ areſactis, ⁊ in offam cõtuſis exprimit. Et in.xiii.cap.x. purgatũ enim pomum tundunt, ſeruantq; eius offas. Similes patruo, Domitiano q (vt dictum eſt) eã inceſtauerat. Nõne igitur. Sẽſus eſt. Merito inquit flagitioſi ⁊ ſcelerati cõtemnũt illos, q quũ ſint vitioſi diſſimulata morum turpitudine repſentãt Scauros viros graues ⁊ ſeueros, nam vbiq; a ſcriptoribus pro viris ſeueris ⁊ grauibus ponunt. Iuue. in ſatyra.xi. Quum tremerent antẽ Fabios, durũq; Catonẽ ⁊ ſcauros ⁊ Fabricios rigidiq; ſeueros Cẽſoris mores ẽt collega timeret. M.n. Aemyliũ ſcaurũ ſummę ĩtegritatis extitiſſe illud declarat apud Pli. q; a Vario Tribuno plebis poſtulatus q̃ſi ſocios ⁊ latiũ ad arma coegiſſet rñdit. Scaurus negat, vtri potius credendũ putatis? põt ẽt hic locus referri ad hiſtoriã. Nã vt ſcribit Saluſti. Aemylius ſcaurus ex omnibus cõiuratis nobilis homo fuit, impiger, factioſus, auidus potentię, honoris, diuitiaꝝ, cęterũ calide vitia ſua occultãs, vt ſit nõne vitioſi hi cõtemnunt iure fictos ſcauros.i. iprobos ⁊ ſceleratos, q vitia ſua nõ aliter occultãt q̃. M. Aemylius ſcaurus occultauit. Vitia vltima.i. hoĩes extremoꝝ vitiorum.

Nonne igitur iure ac merito vitia vltima fictos
Contemnunt ſcauros, ⁊ caſtigata remordent?
Non tulit ex illis toruum laronia quendam
Clamantem totiens, vbi nunc lex iulia dormis?
Ac quem ſubridens fœlicia tempora quę te
Moribus opponũt, habeat iam Roma pudorem,
Tertius e cęlo cecidit cato, ſed tamen vnde
Hęc emis hirſuto ſpirant opobalſama collo
Quę tibi? ne pudeat dñm monſtrare tabernę.
Quod ſi vexantur leges, ac iura, citari

Caſtigata, ab iis qui pręſe ferunt quãdam moꝝ ſanctitatẽ. Remordent, contra mordent, ſumptũ a canibus, q alieno laceſſiti morſu remordẽt. Non tulit. Satis vrbane poeta inducit mulierẽ, quę viroꝝ vitia inſectetur. Laronia. Martialis Laroniã oſtẽdit fuiſſe diuitem ⁊ viduam. Abnegat ⁊ retinet noſtrum laronia ſeruũ. Reſpondes orba eſt, diues, anus, vidua. Clamãtem toruum, pro torue, ideſt terribiliter, nomen pro aduerbio. Lex Iulia, hoc enim clamabat quaſi adulteria ⁊ cętera flagitia ſibi diſplicerent. Erat enim, vt dictũ eſt, lex Iulia lata ab Auguſto Cęſare, quę temeratores (vt modo diximus) nuptiarum ferro puniebat. Cuius legis ita meminit Suetonius. Ex integro leges ſanxit ſumptuariam, ⁊ de adulteriis ⁊ de impudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Vlpianus quoq; in titulo ad legem Iuliam ſic inquit. Hęc lex data eſt ab diuo Auguſto. Nec mirum appellatam Iuliam quum ab Auguſto ſit lata, conſtat enim ipſum. C. Octauiũ ab Iulio Cęſare teſtamento ex dimidia parte hęredem inſtitutum nomen. C. Cęſaris ſibi aſſumpſiſſe, poſtea rebus compoſitis ⁊ omnibus prouinciis in certã formam redactis Auguſtus quoq; cognominatus eſt, ⁊ menſis ſextilis in honorem eius appellatus, vnde ⁊ Iulium portum appella Suetonius quem Auguſtus effecit apud Baias. Quem portũ Virg. in.ii. Georgi. in laudẽ Auguſti Cęſaris ſic celebrat. An memorẽ portus Lucrinoq; addita clauſtra. Atq; idignatũ magnis ſtridoribus ęquor. Iulia q̃ ponto longe ſonat vnda refuſo. Tyrrhenusq; fretis imittitur ęſtus auernis. Et Hora. in fine q̃rti libri carminũ appellat Edicta Iulia edicta Auguſti ſic, Nõ q ꝓfundũ danubiũ bibũt edicta rũpẽt Iulia. Dormis? quę nõ excitaris ad coercendos adulteros. Ad quẽ intellige clamãtẽ. Subridẽs, parũ ridẽs velut ĩdignabunda. Sub Nam ſub in compoſitiõe plerũq; parum ſignificat, vt ſubtriſtis.i. aliquantulũ triſtis. Subiratus paululũ iratus. Perſius ſubriſit molle puella. Subridẽs ſubaudi ait. Fœlicia tpa, ironicos dictũ. Opponũt, tãq̃ qui obſtes vitiis.

Habeat iã Roma pudorẽ, Iam pudore inqt Roma vincat, ne qd turpe faciat quũ exẽplũ hẽat tam ꝓbatoꝝ viroꝝ, eſtq; ꝑ ironiã ꝓnunciãdũ, pudor eſt aũt pudor timor iuſtę repheſionis. Tertius e cœlo, licet plures vt ꝑclare docet Ge. fuerint catones, duo tñ magni fuere noĩs, vt grauiſſimi ⁊ ſeueriſſimi, Cato cẽſorius, q libros de re ruſtica edidit, ⁊ Cato q poſt mortem vticẽſis eſt cognominatus. Cuius tanta apud ciues ro. authoritas fuit, vt ẽt orator qdam in dicẽdo, quũ vnico teſti nõ eſſe credendũ diceret, nec ſi Cato inqt is foret, plerũq; ẽt ad res ĩcredibiles q̃ ꝓuerbii loco rñdebat. Nec ſi Cato ipſe diceret fidẽ eſſe adibẽdã. Cęteros quoq; ꝓdigos atq; luxurioſos, quũ qd ſeuere de cõtinẽtia loquerent deriſiue Catones appellabãt. Et ſiqs vt ſcribit Vale. ſanctũ ⁊ egregiũ ciuẽ ſignificare volebat ſub noĩe Catonis diffiniebat, recte igit hunc appellat tertiũ tanq̃ grauẽ ⁊ ſeuerũ cenſorẽ, q̃ſi cęlitus demiſſum in terras. Simulq; ad illud alluſit qđ Lactãtius meminit illos de cęlo cecidiſſe exiſtimatos quoꝝ virtus eẽt in admiratiõe. Cenſoriũ aũt Catonẽ oñdit Sene. ad Luciliũ nõ minus reip. fuiſſe vtilẽ q̃ Scipio. alter.n. cũ hoſtibus nr̃is bellum, alter cũ moribus geſſit. Quũ igit dicit Tertius e cęlo cecidit Cato, ꝓuerbialis ẽ ironia in viros valde ſeueros alienęq; vitę cẽſores. Sed tñ vnde. Hęc ĩterrogatio illuc tẽdit, vt oñdat illũ eſſe neqſſimũ qñ more ciuędoꝝ ⁊ molliũ vnguẽtatus ſit. Opobalſama, odores ꝑcioſiſſimos ex ſucco balſami, opobalſama.n. dicunt ſucci balſami, opos.n. ſuccũ ſignificat. Xylobalſamũ aũt appellat balſami lignũ. Xylon.n. grece, lignũ ſignificat latine. Carpobalſamũ, fructus. Carpos.n. fructũ ſignificat. Arbor ipſa balſamũ dicit, q̃ vt docet Pli. inciſa vitro, aut lapide oſſeis ve cultellis ſuccũ emittit, q oĩbus odoribus ꝑfert, ⁊ vni terraꝝ iudęę arbor cõceſſa. Hirſuto, hiſpido ⁊ piloſo ad diſſimulandã molliciẽ. Dñm, Pharmacopolam. Taberne, officinę vnguentarię, quã gręci myropolium appellant, dicta taberna q; tabulis claudat, vnde ⁊ tabernacula dicta ſunt, ⁊ inde cõtubernales.

Balſamum Opobalſamum Xylobalſamum carpobalſamum Taberna

Ne pudeat.

Ne pudeat, ironice dictum ⁊ geſtu adiuuãdum. Qđ ſi vexant leges. Senſus eſt, ſi exiſtimas inqt vt grauis cẽſor leges eẽ citandas in adulteria. Scatinia lex In primis lex Scatinia eſt citãda, q̃ lata fuit contra eos qui muliebria patiebant, nã poeta tota ſatyra inſectat tale genus hoĩum, vt ſpurciſſimũ, q lege Scatinia puniebant quam Scatinius qdam aricinus tulit, cuius ita meminit Cicero in tertia philippica. Qđ aũt municipiũ nõ contẽnit is q aricinũ tantopere deſpicit vetuſtate antiqſſimũ, hinc voconię, hinc Scatinię leges. Eius legis ſic meminit Auſo. ſcribẽs in mollem ⁊ effœminatũ Scatiniã, metuens nõ metuit ticiã. Lege Scatinia quoſdam ex vtroq; ordine cõdemnauit Domitia. author Tranquillus. Alii cõtra pedicones ſtatutam falſo cõtendunt nomenq; accepiſſe ab eo. C. Scatinio, q authore Vale. lib.vi. vim filio Marcelli inferre auſus eſt, ⁊ accuſante patre damnatus. Nam leges nomen accipiunt a latoribus, non autem a reis ⁊ ſontibus. Et tota indignatio poetę ẽ in molles ⁊ patiẽtes muliebria. Lex Leges ac iura. Lex a iure ciuili hoc modo differt, vt lex ſit tanq̃ iuris ciuilis mater. Nam vt ſcribit Papinia. Ius ciuile eſt quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſcõſultis, decretis principum, authoritate prudentiũ venit. Ius ciuile Eſt autem ius ciuile quod quiſq; populus ipſe ſibi cõſtituit, quaſi ius ꝓprium ipſius ciuitatis. Iuris pręcepta hęc ſunt, honeſte viuere, alterum non lędere, ius ſuum vnicuiq; tribuere. Ius authore Celſo eſt ars boni ⁊ ęqui. Huius ſtudii duę ſunt poſitiones. Ius publicũ ⁊ priuatum Ius publicũ ⁊ priuatũ, Publicũ ius eſt qđ ad ſtatum reip. ſpectat. Priuatũ qđ ad ſingulorũ vtilitatẽ. Ius nõnunquã pro neceſſitudine ẽt dicimus, veluti ẽ ius cognatiõis vel affinitatis. De iure aũt multa in digeſtis ex ſentẽtia Vulpiani, Modeſtini, Pauli, Cai, Martiani, Papiniani, ⁊ ꝑcipue Põponii de origine iuris. Lex Lex aũt eſt, vt diffinit Ariſtoteles in rhetoricis ſuis cõis ciuitatis cõſenſus, qui ſcriptis pręcipit qũo vnũqđq; agendũ ſit. Nã vt ſcribit Modeſt. virtus legis eſt iperare, vetare, ꝑmittere, punire. Plura, digna reprehenſione q̃ mulieres. Sed illos, occurrit tacitę q̃ſtioni, poſſet.n. dicere, quare nõ puniunt ſi plura ſcelera cõmittunt, rñdet illos defendi, qa multi ſint, ⁊ alterũ alterius viciũ occultare, nã qđ malo exẽplo fit a multis, ſolet impunitũ eſſe, ⁊ quodãmodo deſinit eſſe probri loco cõmune maledictũ malefactũue. Phalanx Phalãges iunctę vmbone, ſumpta eſt trãſlatio a re militari in qua pedites ſe inuicẽ tuent ab hoſte. Nam phalãx vt a Seruio diſſentiamus, nõ eſt vt ipſe exponit legio lingua macedonica, licet ꝑ quãdam ſimilitudinem apud Virg. in.ii. ita accipiat. Et iam argiua phalanx, ſed ꝓprie phalanx eſt, quũ pedites ita ſe inſtruunt aduerſus hoſtẽ, vt pares oẽs cõnexis ſcutis impetũ faciant in hoſtes. Vñ ſępe Cęſar in cõmẽtariis facta phalange. Sed qa hoc primũ fuit a Macedonibus inuentũ, vt ſcribit Liuius lib.iii. de bello macedonico. Ideo phalanx vocabulũ eſt macedonicũ, verba ſunt Liuii. Et cohortes inuicẽ ſub ſignis quę cuneũ macedonũ (phalangẽ ipſi vocant) ſi poſſent vi perrũperent emittebat, vñ ⁊ Vegetius lib.iiii. de re militari oſtendit phalangẽ cõſtructionẽ quãdam eſſe militũ, quã modo cuneatã, modo q̃dratã appellat, q̃ iſtar cunei ⁊ quadratę formę cõpoſita in hoſtẽ progrederet. Quĩtus ẽt Curtius huiꝰ rei ſic meminit. Macedões phalangem vocant peditũ ſtabile agmẽ vir viro, arma armis cõſerta ſunt. Plinius lib.vii. ait phalangas ſignificare fuſtes qbus afri ꝑlium cõtra Aegyptios primi fecerũt, phalangis, ſiue phalangium (nam vtrunq; dicitur) eſt authore Plinio genus aranei. vmbo Vmbone, hoc loco ſcuto. Vmbo aũt ꝓprie ꝑ media ꝑte ſcuti eminẽtiore capit. Non erit vllum, non inuenies inquit rẽ tam nefandã in ſexu fœmineo, vt mulier mulierẽ ineat, qđ inter viros frequẽti eſt in vſu, carpit tñ Iuue. alibi Lauphẽã ⁊ Medulinã q; tribades eẽnt inter ſe. Lenonũ ancillas poſita Lauphea corona Prouocat, ⁊ tollit pẽdentis ꝑmia coxę, Ipſa Medullinę frictũ criſſantis adorat. Tale monſtꝝ libidinis dicit Sappho excogitaſſe, vñ maſcula eſt appellata, Hora. in epiſtolis. Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho. Tedia nõ lãbit cluuiã. Fellatorẽ notat q ⁊ lambere ⁊ lingere alterũ dicit. Mart. lingas nõ mihi, nam ꝓba ⁊ puſilla eſt. Mulieres ẽt id turpitudinis exercuerũt, philenẽ.n. notat Mart. vndenas vorat in die puellas. Hiſpo ſubit iuuenes, nomẽ fictũ infamis. Subit iuuenes, vtꝝ ad fallandũ, an vt ineat a drancis. Vtroq; morbo, vtraq; turpitudine nefanda, quũ ⁊ falleret ⁊ pedicaret. Nunqd nos agimus, adeo inquit ĩpudentes eſtis, vt officia ẽt muliebria vſurpetis, qđ nos nõ facimus. Nam nos cãs in foro qđ veſtꝝ eſt nõ agimus. Id.n. turpiſſimũ habebat in mulieribus. Vñ impudentię notant Aphrania Licinii Buteonis vxor. Et Calphurnia ⁊ Ameſia q; cãs egerint, vt ſcribit Vale.

Ante omnes debet ſcatinia, reſpice primum
Et ſcrutare viros, faciunt hi plura, ſed illos
Defendit numerus, iunctęq; vmbone phalanges.
Magna inter molles concordia, non erit vllum
Exemplum in noſtro tam deteſtabile ſexu.
Tedia non lambit cluuiam, nec flora catullam,
Hiſpo ſubit iuuenes, ⁊ morbo pallet vtroq;.
Nunqd nos agimus cãs? ciuilia iura (muſ?
Nouimus? aut vllo ſtrepitu fora veſtra mone-

Cauſas negocia forẽſia. Nã cauſa, vt finit Apollodorus eſt negotiũ oĩbus ſuis ꝑtibus ſpectãs ad q̃õnẽ, aut cã eſt negociũ, cuius finis ẽ cõtrouerſia. Iſocrates cãm ait eẽ q̃õnẽ finitã ciuilẽ, aut reꝝ cõtrouerſiã in perſonaꝝ finitaꝝ cõplexu. Fora veſtra, tria.n. erant fora, vbi iura reddebant. Papi. in ſyluis. Nec ſaltem tua dicta cõtinentẽ. Quę trino iuuenis foro tonabas. Mart. lis te bisdecimę numerantẽ frigora brumę Cõterit vna tribus gargiliane foris. De qbus ſic Trãql. in Aug. fori extruẽdi cã fuit hoĩum ⁊ iudicioꝝ multitudo q̃ videbat nõ ſufficiẽtibus duobus ẽt tertio indigere, hoꝝ primũ appellatũ eſt Romanũ, vel vetus alteꝝ extruxit. C. Cęſar. Papi. in.i. ſylua. Cęſarei ſtat ſede fori. Tertiũ, vt dictũ eſt erexit Auguſtus cum ęde martis vltoris. Mart. in.viii. foroq; triplici ſparſus ante ęquos omnes.i. ante omnes iudices, qui ex eque-

stri ordine eligebant̃. Idem in.iii.ad sextum. Causas inquis agā Cicerone disertius ipso. Atq; erit in tripli- ci par mihi nemo foro. Dicta autē fora a ferēdo, ꝙ eo lites ferant̃. Fora item appellamus loca, vbi res vena

Forũ

les exponunt̃. Vñ dicimus forum frumentariũ, forũ olitoriũ, forum vinariũ, vbi frumēta, olera, ꝛ vina vendunt̃. Luctant̃ paucę, si forte inquit acciderit, vt mulieres luctent̃ paucę tñ luctantur, neq;.n.negare potuit, nā alibi a Iuue. notant̃. Endromydas tyrias, aut foemineum ceroma quis nescit, aut quis non vidit vulnera pali. Quē cauat assiduis sudibus scutoq; lacessit.

coliphium

Coliphia, vocabulũ est gręcũ scribiturq; sic κωλιφιον, ꝛ non forma, vt qdam falso putauerunt diminutiua, significat autē panem luctatoꝝ qui vim comedentiũ mēbris adderet, κωλον.n.mēbrũ significat, ꝛ ιφι robur. Plautus in persa, coliphia ne mihi incocta detis. Mart. notans philenē impudicissimā. Nec coena tprius, aut recũbit anteq̃ septē vomuit meros deunces. Ad quos fas sibi putat reuerti. Quam coliphia sexdecim comedit. Vos lanā trahitis, aut carminatis, aut e colo ducitis. Vellera, lanę dicunt̃ ꝛ lanicia a vellendo ꝛ laniādo, eo ꝙ ante inuentā tonsuram ex oue laniarent̃ vellerēturq;.

Calathus

Calathis dictio est gręca, apud nos non solum significat calicem vinariũ, vt illud Verg. vina nouũ fundam calathis aruisia nectar. Et in distichis Mart. calathi loquunt̃. Nos satyrus, nos Bacchus amat, nos Ebria tygris Perfusos dñi lambere docta pedes, sed ēt pro gñe cistę ponit̃, vt hoc in loco. Et verg. in Bucolicis Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphę calathis. Melius penelope torquetis, superatis inquit nendo penelopen ipsam, ꝛ Arachnē, vtraq; eni lanificii opere laudat̃. Penelope Icarii, ꝛ polycastę filia vxor Vlyssis summę pudicitię exēplo fuit sęculo suo, lanificio ꝛ telam texēdo absentiā, ꝛ mariti desiderium solabat̃ ꝛ procos frustrabat̃, qbus vt tradit Home. in odyssea ꝓmittebat se in matrimoniũ tradituram, quũ absoluta esset tela. Sed qđ interdiu texuerat noctu retexebat, qđ tetigit Ouidius. Nec mihi querenti spaciosam fallere noctē, lassaret viduas pēdula tela manus. Arachne, puella fuit Lyda, quę vt ferunt fabulę in lanificio cũ Pallade certauit, ꝛ quũ deam forte superaret ab ea in araneā est conuersa. Hęc authore Plinio. Linum ꝛ retia inuenisse fertur, filius vero Closter fusum.

Horrida, inculta. Quale.s.stamen. Facit pellex. Nam pellices quũ seruerint ab amatoribus desertę ad stamina lanificiumq; sese accōmodāt victum qęritātes. Vnde Horatius in odis de turpi anu. Te lanę prope nobilem Tonsę luceriam non cytharę decent. Pellex proprię appellatur illa quę consuetudinē adulterii cum eo habet, cui sit vxor, diciturq; pellex non tantum viri quantum etiam vxoris, vnde Sa

Pellex

lustius in inuectiuis in Cicerōem. Filia matri pellex tibi iucundior atque obsequentior q̃ parenti par est. Dolobella, vt scribit Suetonius, obiiciens Cęsari, ꝙ Nicomedi se obscęne summitteret eum appellat pellicem reginę. Horatius loquēs de medea sic sribit. Hoc delibutis vlta donis pellicē serpente fugit alite. Ouidius in sexto meta. pellex ego facta sororis. Idem in eodem Sed non attollere contra Sustinet hęc oculos pellex sibi visa sororis. Idem in decimo Tu ne eris ꝛ matris pellex, ꝛ adultera patris. Iustinus libro primo per internuncios quęrit a filia q̃ inter regias pellices erat a pellice, fit pellicatus, sicuti a cōcubina concubinatus. In codice.i. vili scamno.i. trunco. Nā vt scribit Theophrastus, ea pars arboris, quę terrę inhęret radix vocatur, supra radicē vsq; ad scamnum arboris codex, siue caudex, ꝛ trũcus dicitur, ex scamno exeunt rami, ex ramis surculi. Notum est cur soli. Satis verecunde Laronia eos insectatur, qui drancis abutebantur, qualis fuit Hister pacuuius, qui captatione testamentorũ locupletatus libertum drancum suum reliquit hęredem. De histro alibi poeta Mora nulla per Histrum pacuuium, quin illud ebur ducatur ad aras. Scimus inquit quare Hister pacuuius Libertum suum reliquerit solum hęredē. Tabulas.s. testamenti. Nam tabulę numero pluratiuo dicuntur quibus continentur contractus ꝛ conuentiones, vt Tabulę dotis, tabulę vēditionis, Tabulę emptionis, ꝛ testamēti. A tabulis fit tabularium ꝛ tablinum, quorum vtrunq; signat locum, vbi actus publici continent̃.

tabulę tabularium Tablinum

De quo est apud Verg. in Georgicis. Insanũq; forum, aut populi tabularia vidit. Pli. libro.xxxv. cap.secundo. Tablina codicibus implebantur, ꝛ monumentis rerum in magistratu gestarum, dicimus autem Tablinum sicuti figlinum, quod gręci pinacothecam appellant, differentia tamē illa est, ꝙ in pinacothecis tabulę pictę, in Tablino rerum, vt diximus, in magistratu gestarum monumenta continebantur. De extructione Tablini ꝛ pinacothecę Vitruuius libro sexto.cap.quarto. Cur multa puellę.i. vxori suę adolescenti, vt.s. turpitudinem taceret.

Luctantur paucę, comedunt coliphia paucę,
Vos lanam trahitis, calathisq; peracta refertis
Vellera, vos tenui pręgnantem stamine fusum
Penelope melius, leuius torquetis arachne,
Horrida quale facit residens in codice pellex.
Notum est cur soli tabulas impleuerit hister
Liberto, dederit viuus cur multa puellę.
Diues erit magno quę dormit tertia lecto,
Tu nube, atq; tace, donant archana cylindros.

Diues erit magno. Illa inquit ingentia munera consequetur a marito quę tacebit, quum is a drancis inibitur. Tu nube, cum indignatione dictum, q̃si puella auditis virorum sceleribus matrimoniũ aspernetur.

cylindra

Cylindros, lapillos esse oblongos ad ornatum mulierum ostendit Plinius libro.xxxvii.capitulo sexto. Loquens de Beryllis, qui mira longitudine placebant, ꝛ setis elephantorum religabātur, ait enim sic. Cylindros quidam ex his facere malunt q̃ gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Quidam ꝙ angulosos putant statim nasci, ꝛ perforatos gratiores fieri medulla cādoris exempta, additoque auro repercussa, aut oīno castigata causa perspicuitatis ad crassitudinem. Cylindros autē appellant ꝙ

pellant ꝙ formati sint ad speciem cylindri, idest columnellę, qua area ęquari solet. Vergili. in primo Georgicorum. Area tum primum ingenti est ęquanda cylindro, nomen autem accepit a volubilitate, nam κυλινδω idem est, quod voluo. Post hęc, scelera vestra quum deberetis vos ipsi de vobis sumere supplicium. Censura, animaduersio & punitio, nam censores moribus ciuitatis pęrant, Cornis, sceleratis, impuris & spurcis quales habētur corui, qui foeda sequuntur, & qui ore coire dicuntur. Martia. Corue salutator quare fellator haberis. Columbas, simplices, & bonos quales sunt columbę, vt sit sententia catholica. Stoicidę, Impuri & flagitiosi, qui prętferebāt stoicorum integritatem & more stoico de virtute disputabant contendentes virtutem solũ bonum esse, dicti απο της στοας, idest porticu. Zeno enim in porticu athenis primus coepit docere, ad quem audiendum discipuli eo confluentes quum antea Zenonii dicerentur postea ab ipsa porticu stoici sunt appellati, de qua porticu intellexit Persius noster. Quęq; docet sapiens bracchatis illica medis porticus īsomnis, vbi pluscula de porticu diximus. Stoicidę, secundum formam patronymicam, sicuti Priamidę in prima declinatione.

De nobis post hęc tristis sententia fertur.
Dat veniam coruis, vexat censura columbas.
Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem
Stoicidę, quid enim falsi laronia, sed quid
Non facient alii, cum tu multitia sumas
Cretice, & hanc vestem populo mirante perores
In proculas & pollineas, est moecha labulla,
Damnetur si vis etiam corphinia, talem
Non sumet dānata togam, sed iulius ardet
Aestuo, nudus agas, minus est insania turpis.
En habitum quo te leges, ac iura ferentem

Quid falsi, subaudi dixit. Sed quid, hoc etiam in molliciem virorum dicit poeta, quos vel orantes in impudicitiam mulierum non pudebat vestes tenuissimas induere, vt corpus etiam transluceret. Vnde Plinius in reprehensionem tantę molliciei sic ait. Nec puduit has vestes, scilicet bōbicinas, ēt viros leuitate vsurpare propter onera ęstiua, in tantum a lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes. Ait ergo poeta, mulierum impudicitiam accusas quum ipse tu multo magis fores condemnandus, qui ea mollicie aliis sis futurus exemplo. Non facient alii. Argumentum a maiori ad minus.

Multitia

Multicia, Vestes tenuissimas dictas a mollicie, vt quibusdam placet, vt aliis vero a mulcendo, ꝙ mulcerent, & gratę essent tenuitate sua, bombicina autem videtur intelligere, de quibus ex Plinii authoritate diximus. Nam bombices telas aranearum modo texunt ad vestem luxumq; foeminarum quę bombicina appellantur, tantę tenuitatis, vt denudet foeminam vestis bombicina. De vestibus multiciis sic meminit Flauius vopiscus in Aureliano scribente pręfecto ęrarii. Dabis ad editionem Circensium tunicas multicias viriles decem, lineas ęgyptias viginti. Mātelia cypria paria duo. Cretice, Aliqui legunt, sed falso Critice, vt dicant. Tu iudex qui in aliena vitia insurgis ꝛ notas. Nam κριτης Iudicem signat. Cicero in epistola ad Dolobellam, vt docet Tranquillus de claris grammaticis. Ego tanq̃ criticus antiquos iudicaturus sum. Sed animaduertendum est syllabę rationem repugnare, vt nullo modo legi possit Criticus, est enim prima syllaba breuis. Horatius in prima epistola secundi libri, vt Critici dicunt, Illud autem apud Martialem in septimo. Aequalis liber est cretice, qui malus est, nomen est proprium, legendumq; est Cretice non critice. Cretice igitur legendum est a Creta, quę primam habet syllabam longam. Vt per Creticum intelligat Aeacũ, de quo illic. Quas torqueat vmbras Aeacus, vt sit sensus. Quid non facient alii quum tu, qui tanquā Aeacus iudex ꝛ cognitor vitiorũ sumas tales habitus vestium, posset etiam referri ad vnum quemq; primarium Romanum quem per Metellum Creticum designaret, vt sit sensus, quid non facient alii quum tu ex primariis ꝛ principibus ciuitatis sumas tales vestes. Nam Metellus Creticus is fuit, qui Cretam Imperio Romano adiecit. Perores, Oratione vrgeas, nam peroratio fit in fine oratiōis qua maxime aduersarius vrgetur. In proculas ꝛ pollineas, idest in adulteras proculę ꝛ pollineę similes. Mirante, cum admiratione contemplante, ac per hoc damnante, vt inhonestum habitum. Est moecha labulla, Sensus ē. Labulla ꝛ Corphinia, quę adulterę sunt, si adulterii admissi conuincantur in iudicio, maius tamen pręse ferant honestatis studium, non enim talem sumant togam, vt indecentē habitum. Mulieres enim conuictę adulterii cogebantur toga virili indutę in publicum procedere. Authores sunt Porphirio ꝛ Asconius. Vnde Horatius in sermonibus. Quid interest in matrona ancilla peccesne togata. Contra vero stola erat matronarum.

Damnetur, conuincatur adulterii. Talem togam, tam tenuē vestem, qualia sunt multicia tua.

Sed Iulius ardet, Introducit Creticum excusantem turpem habitum. Nudus agas, verba poetę, idest nudus eas si te calor vrget, quasi innuat non minus turpe esse vti tali corporis amictu quam nudum agere. Minus est insania turpis, respondet iis qui possent dicere, illum iudicatum iri insanum, qui nudus ambulauerit, ait ergo poeta, insania minore est digna reprehensione, quam talis habitus. En habitũ, indignantis sunt verba poetę, ꝛ insultantis, quasi dicat, o q̃ dignus habitus in quo te spectarent Prisci Romani illi, qui agricolationi intenti erant, ꝛ q paucis annis ante victores pro re.p. crudelia vulnera accepe, o q̃ riderent te, vt ostēdat illum fuisse futuꝝ ludibrio ꝛ Priscis Romanis, ꝛ qui pauloante sua tpa pro re.p. multa pręclara gessissent.

Modo victor.i. paucis annis ante.i. nostris fere tpibus, ac si dicat nostro sęculo, quo ꝛ Augusto Cęsare ꝛ aliis impantibus populus in rebus bellicis se exercuit.

Vulneribus crudis populus mō victor, ē illđ
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid non proclames in corpore iudicis ista
Si videas, quęro an deceant multitia testem?
Acer ē indomitus libertatisq; magister
Cretice pelluces, dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures, sicut vt grex totus in agris
Vnius scabie cadit, ē porrigine porci,
Vuaq; contacta liuorem ducit ab vua.
Foedius hoc aliquid qñq; audebis amictu,
Nemo repente fuit turpissimus, accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula sumūt
Frontibus, ē toto posuere monilia collo,
Atq; bonam tenerę placant abdomine porcę.

Vulneribus crudis, idest p crudi vulnera victor, idest aspera & crudelia, nam a crudo fit crudelis. Illud vulgus montanum, rudis ille populus, qui priscis fuit temporibus, qui cessantibus bellis agricolationem exercebat, vt de Quintio Cincinato legitur & aliis ciuibus Romanis. In corpore iudicis. Argumentum est a minore ad maius, quasi dicat si multitia testem non decēt, multo minus iudicē decebunt. Nam quāto qs excellentior est, tanto magis eum decet honestatis esse amplexorem, & tanq̄ ceteris virtutis speculū. Quero an deceant, quasi dicat non decent, si ergo non decēt testem, minus cōueniūt iudici. Acer & idomitus. Insultat sepe poeta molliviro Libertatisq; magr̄ qui videat moꝝ grauissimus Censor, & q in libertatem velit asserere flagitiosos. Nā de animi libertate intelligit non corporis.

Pelluces, trāsluces, compositio est a per & luceo, sed mutatur r in l, est enim ex corrupto & integro. Dedit hanc contagio labem, Sumpta est translatio a pestilenti animali, cuius contactu & consuetudine reliqua animalia facile cōmaculantur. Ergo vitia inqt aliena te in hanc labem deduxerunt, & plures in dies deducent. Vnde Seneca de Tranquillitate vitę. Serpunt enim vitia & in proximum quēq; transiliunt & contactu nocent, vnde & contagium dictum est & cōtagio, & contages, omnis morbus, qui contactu facile contrahitur. Labem, maculam & vicium. Labes ꝓprie dicitur in vestimentis, sed per translationem vitiā quoq; animi labes appellamus. [Grex] Sicut grex, ita inquit vitia serpent in vnum quemq;, vt porrigine vnius porci reliquus grex contaminat. Qui parum considerate loquuntur, dicunt gregem tātum de minoribus intelligi animalibus. Quum constet gregē indifferenter non solum de omni animalium genere, sed etiam de hominibus dici. Terentius, vt me in gregem vestrum recipiatis. Et alibi Iuuenalis Cum grege chaldeo. Seneca ad Lucilium Elephantorum gregem excelsissimus ducit. [Scabies] Scabie. Scabies authore Celso est durior cutis rubicunda, ex qua pustulę oriuntur quędam humidiores, quędā sicciores. Exit ex quibusdam sanies fitq; ex iis continuate exulceratio pruriens, serpitq; quibusdam cito, atq; in aliis quidem ex toto desinit, in aliis vero certo tempore anni reuertitur, quo asperior est quoq; prurit magis eo difficilius tollitur. [Porrigo] Porrigine, est autem porrigo morbus quo non solum porci sed & homines infestantur, de qua sic Cornelius Celsus. Porrigo est vbi inter pilos quędam quasi squāmulę surgunt, hę quoq; acute resoluuntur, & interdum madent, sępius siccę sunt, fereq; id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiā in supercilio. Vnaq; cōtacta. Vna enim facile corrumpitur contactu corrupti acini. Foedius hoc aliquid. Futurum inquit est, vt aliquid etiam in posterum turpius facias hoc amictu, hoc est longe etiam indecentius committas q̄ quę per turpem habitum peccasti. Accipient te paulatim, In eam & tu turpitudinem laberis, qua inter se sacerdotes Minerue viuunt. Sicq; poeta descendit in reprehēsionē sacerdotum, quorum collegium (authore Trāquillo) Minerue in Albano Domitia. instituerat, ex quo forte ducti magisterio fungerētur, redderentq; eximias venationes, & ludos scenicos. Horum epulas, Luxum, molliciē scenicam, & reliqua turpia insectat, ostenditq; eos nihil differre a mulieribus colentibus bonam deam, aut a sacerdotibus cotyttia celebrantibus, gulamq; eorum maxime reprehēdit, qui lautissime epularent. Vnde & a Martiale Dapes Lautę Albanę appellant. Deniq; indignat ex sacerdotibus quendam cornicini, cuius opera in ludis illis Albanis vtebantur, nupsisse. Omnis ergo poetę fremitus est in turpitudinem & molliciem sacerdotum Albanorum. Accipient te. s. in cōsortium suū. Qui longa domi redimicula, ostēdit eos a mulieribus nō esse absimiles, quę celebraturę sacra bonę deę sumūt redimicula, idest ornamenta & vincula capitis conuenientia sexui muliebri, & monilia aptant collo. Idē inquit faciūt isti sacerdotes in Albano, vt more mulierum sacrificia colant bonę deę, & quod proprium est mulierum sibi vsurpent. [Bonę deę sacra] Nam sacra bonę deę fiebāt (vt scribit Plutarchus in vita Ciceronis & Cęsaris) quotannis in domo maximi pontificis pro salute populi Romani. Iis nemini viro interesse licebat, a mulieribus tantum celebrabātur. Vnde Cicero ī oratione in. P. Clodium sic. Hominemq; eum qui puluinaribus Bōę deę stuprum intulerit, eaq; sacra quę viri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est, nō solum aspectu virili, sed flagitio stuproq; violaret. Alii tn̄ ita interp̄tantur, non q bonam deam illi sacerdotes colant, sed q illoꝝ ritus & ludi scenici nihil pene differant a sacris bonę deę, quę mulieres operātur. Deam aūt bonam etiam Maiam & Terram dixere eandēq; etiam Faunam, Opem, & Fatuam. Bonā q oīum nobis ad victū bonoꝝ cā est. Faunam q oī vsui animantiū fauet. Opē q ipsius auxilio vita constet. Fatuam a fando q infantes partu editi non prius vocem edunt q̄ attigerint terram. Atq; bonam, ordo est. Atq; placant bonā deam. [Abdomen] Abdomine tenerę porcę. Omnia inquit in sacris bonę deę faciunt quę ad eius cultum pertinent. Nā sus pręgnans ei, vt scribit Macrobius, mactabat quę hostia propria est terrę.

Abdomine

Et magno cratere deam, sed more sinistro
Exagitata procul non intrat foemina limē.
Solis ara deę maribus patet, ite prophanę
Clamatur, nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt orgia teda

Abdomine. i. sumine. Plini. in. xi. capite. xxxvii. Ait antiquos vocauisse abdomen quod nūc sumē, Aristoteles lib. i. de natura aīalium de Abdomine ita scribit. Venter infra pectus est parte priore eiusq; radix vmbilicus est, cui radici pars subiecta in latus vtrūq; Ilia dicit, quę autem recte subiungit sumen est sine abdomen. Magno cratere. Nā in sacris eius authore Macrob. erat vas vini quod mellarium appellabatur, & vinum Lac dicebat. Sed more sinistro. Sed in iis sacris contrario se gerunt ritu. Nam quum sacra a mulieribus tātum celebrentur, ipsi contra ritum sacrorū eas excludunt, & soli inter se molles & effoeminati celebrant. More sinistro, more contrario, quum a mulieribus soleant excludi mares, ita vt ne effigies quidem maris eo in loco sit fas conspici. Nam & picturę marium velis integebant, vnde alibi, Testiculi sibi conscius vnde fugit mus. Varro enim tradit eam adeo pudicam fuisse, vt extra gynecęum nunq̄ sit egressa, nec nomen eius ī publico fuerit auditum, nec virum vnq̄ viderit, vel a viro visa sit, propter quod nec vir templum eius ingreditur. Ite pphanę, clamatur. Iubent inquit magno clamore mulieres abesse. Prophanę. [Prophanum Sacrū] Sacer & Prophanus vocabula sunt contraria. Sacrū enim est (vt Trebatius lib. primo de religionibus refert) quicquid est quod deoꝝ habetur, vnde Virgilius huius diffinitionis memor vbi sacrum nominauit, admonitionē deoꝝ pene semper adiecit. Sacra dioneę matri diuisq; ferebam. Item sacra Ioui stygio q̄rite īcoepta parari. Prophanum omnes pene consentiunt id esse qđ extra phanaticā causam sit, quasi porro a phano ē religione secretum. Vnde Cicero ad Herenniū. Locus q̄ritur celebris an desertus. Sacer an Prophanus, publicus an priuatus, vbi liquido ostendit vocabula esse opposita. Porphyrio exponens illud Horatii Odi prophanum, vulgus ait Prophanos eos dici qui sacris initiati nō sunt, qui phanū intrare non poterant. Gemit hic tibicina. Nam in eius sacris adhibebant modulationes & Tibicinę canentes cornibus. Sed hic inquit non sunt Tibicinę, non sunt mulieres, sed viri tantum. Talia orgia. Ostendit poeta eorūdem sacerdotū molliciem nihil differre a mollicie sacerdotum deę Cotyttus, est enim sensus. Nō dissimilia inquit sunt sacrificia quę sacerdotes instituti a Domitiano Minerue in Albano colunt, ab iis quę feruntur ab Atheniensibus culta, quę Cotyttia appellata sunt. Nam Athenienses instituerāt Cotyttia sacrificia peregrina sumpta a Thracibus, quę nocturnis peruigilationibus celebrarentur. In quibus impudica turpiaq; multa fiebant. De quibus videtur intellexisse Horatius in Epodis. Inultus vt tu riseris Cotyttia vulgata sacrum liberi cupidinis? Canidia enim saga minatur Horatio, quia talia sacrificia ei cōmissa ridens diuulgauerit. Cotyttia autem, vt scribit Porphyrio, sacrum cupidinis esse dicit, quia maleficia hęc quę per inferna sacra sunt ad amorē pertineant, vnde apparet & hos sacerdotes talia sacrificia vt impudica & amorem pertinentia tractare. His ritibus p̄uigiliisq; deā Cotytto p̄esse voluerunt, & proinde Cotyttia noīata sunt. [Cotytto] Vn̄ Strabo sic inquit. Athenienses aūt sicuti reliquis in rebus hospitū & externorum studiosi p̄stiterunt sic & in deis, externa. n. multa suscepere sacra, ita vt ī comoediis cōplura & Thracia & Phrygia decantata sint. Eam tn̄ deā alii Cotytto, alii ꝓo Cotyn appellauere. Vn̄ Stra. lib. x. Similia inquit sunt q̄ apud thraces celebrant q̄ Cotyttia & Bendidia apud quos & Orphica initiū habuerūt. Ipsam sane Cotyn, q̄ apud Edonios colit & eius īstrumēta memorat Aeschylus. Sic & Synesius appellat his verbis θαρρον αποφαι νου τον ανδρα ημισυνον αυτοχρημα και πιασωτην της κοτυος. Cōfidens demōstra viꝝ semimarē statim sodaleq; Cotys, quē locū exponēs Suidas cotyn deā coli ait turpiū p̄sidē. Alibi tn̄ Idē Synesius Cotytto appellat vbi ait ερμη μεν και ηρακλι της παλαις τρας εφοροισ ουδε κατα μικρον πρεπικοισ τουτοισ δε και τοισ αλλοισ αττικοισ κοινωσ αλοισ νεοκορει Mercurio qdē & Herculi palęstrę p̄fectis neutiq̄ cōgnuit. Cotyttoni aūt & aliis apđ atticos despicatissimis admīstrat, qbus ꝓbis declarauit eū, de quo agit in epistola foedissimis eē moribus q Cotyttoni inseruiat. Cōtra igit hęc nocturna Cotyttia Eupolis poeta Comicus (vt referūt qdā cōmētatores) Aristophāis scripsit comoediā, quā Baptas appellauit, de q̄ sic Plato meminit, vbi de comoediaꝝ differentiis agit. ισ μεν γουν τον ευπολιν τωδ ηδ αξαι τουσ βαπτασ αποπνιγεντα εισ την θαλλατταν εισ ουσ κατηκε τουσ βαπτασ Scimus inqt Eupolim quū Baptas fabulā docuerit ab iis ipis ī mare submersum cōtra quos Baptas emiserat. Lucianus quoq; ī ea orone, q̄ iscribit ad ierudītū multos emptitātē libros in hāc ferme sniam. Dic mihi iqt ēt ne Aeschinis orone aduersus Timarchū legis, an ꝓo oīa illa scis & nosti singula? Aristophanē ꝓo & Eupolim subsisti Baptas integrā fabulā pellegisti? [Baptę] vn̄ ēt Probus sic scri. Baptę comoedia inqt fuit ī qua Eupolis īducit viros Atheniēses ad imitationē foeminaꝝ saltantes lassare psaltriā Cotytto. Cotytto apud Atheniēses psaltria quā effoeminati colūt noctu illā adeūtes. De Baptis & Cotytto Angelus Politianus ī miscellaneis suis elegātissime disseruit. [Orgia] Orgia, pprie nūc dn̄r sacrificia bacchi οργιαζω. n. orgia celebro. Vn̄ Stra. li. x. scri. sic. Plurimi igit grecoꝝ totū cerimōiale negociū qđ orgia vocāt. Bacchanaleq; & choricū & sacroꝝ mysteria libero pr̄i attribuerunt. Cęteꝝ aū orgia p oībus cerimōis capiēt, vn̄ idē Stra. Cybelē p̄cipuo venerāt honore eius orgia freqntantes, orgia putat Euse. de p̄paratiōe euāgelica dcā απο της οργης. i. ira quā aduersus Ionē ceres suscepit veꝝ postea & alioꝝ deoꝝ dcā sūt orgia ipa mysteria, vn̄ orgia dicius veneris, orgia corybantiū. Secreta te. i. mystica face, nā noctu talia sacrificia p̄agebant.

Bapte, sacerdotes molles ⁊ effoeminati a quibus Eupolis denominauit comœdiam suam a Βαπτο quod significat tingo ⁊ lauo, q̄ qui sacris initiabant lauarent aqua calida primum. Aristophanes, primum ex ritu veteri me lauerunt. Lasare. Nam in sacris saltantes fictam fortasse personam Cotyttus lasabant. Probus vt diximus ait suisse psaltria quā effoeminati Athenie ses noctu colunt eam adeuntes. Cotytto, accusatiuus ē grecus.

Cecropiam, attica a Cecrope rege q primus Athenien sium rex regnauit in Attica ante Deucalionis tēpora quem ois antiquitas fabulata est biformem fuisse, quia primus marē foemine matrimonio iunxit. Ille supercilium, mollicie adhuc insectat in iisdē sacerdotibus, qui more mulierum decoris essent studiosi, supercilia enim suligine denigrabant, q̄d solitū fieri oēdit Pli. lib. xxviii. Vbi ait Capilli de fluuia Virsimus adeps misto Ladano ⁊ Iantho continet, alopeciasq, emendat ⁊ raritatem supercilioꝝ cum fingis Lucernaꝝ ac suligine, quę est in rostris eaꝝ. Producit, extēdit ⁊ emē dat. Obliqua acu, calamistro. Pingit, oculos. n. sibi tingebāt. Pli. in. xi. Palpebrę ī genis hoi vtrinq, mulieribus etiā infectę quotidiano tanta est decoris affectatio, vt tingant oculi quoq,. Cui. in arte amandi. Nec pudor est oculos tenui signasse fanilla. Vel p pe te nato lucide Cidne croco, per oculos igit intelligę genas quę inficiebant. vnde diuus Ciprianus in tractatu habitus virginū de impudicis viris sic scribit. Illi docuerunt ⁊ oculos circūducto nigrore fucare, ⁊ genas mendacio ruboris inficere ⁊ mutare adulterinis coloribus crinē ⁊c. Sic ⁊ diuus Hieronymus ad matrē ⁊ filiā in gallia commorantes scribit. Oculos stibio linit. Imperator Antonius secūdus author e Herodiano p̄cedebat in publicū pictis oculis, genisq, purpureis satis. Ille, alius ex sacerdotibus. Vitreo priapo, nihil inqt omittūt, q̄d ad molliciem nequitiāq, pertineat. Nam ⁊ poculis inquit vtunt in conuiuio effigiatis instar inguinū, quā obscoenitatem notat ⁊ Pli. lib. xiiii. Loquens de ebrietate. Iā vero quę vasa adulteriis cęlata: tāq̄ per se paꝝ docent libidines temulentia ita vina ex libidine hauriuntur. Idem etiā in prohemio libri. xxxiii. his verbis. In poculis libidines cęlare inuit ac per obscoenitates bibere, panibus etiam per obscoenitatē sic formatis vescebant. Martialis Si vis esse satur nostrū potes eē Priapū. Ipsa licet rodas inguina tutus eris. Reticulum, tegmen est capitis muliebris a rete dictū, a cuius similitudine est factū, quali ⁊ nūs tpibus matronę vtunt ⁊ aureis ⁊ sericis grece καμπυξ appellat. De eo sic Lampridius. Matronas aūt regias contētas eē debere vno reticulo atq, inauribus ⁊ baccato monili, genere Masculino protulit Plinius lib. xii. Vbi de natura thuris, sic. n. scribit persona adiicit capiti, densiusue reticulus. Nam apud veteres capillos puelę aut humeris diffluentes, aut reticulo collectos gestare consueuerunt. Propertius. Nec de more comę p leuia colla fluentes. Scutulata. i. vestes scutulis distinctas, quas galli instituerunt, vnde sic Pli. Plurimis vero liuis texere quę polymita appellant Alexādria instituit, scutulis diuidere gallia. Cęrulea, color cęruleus inter viridē ⁊ nigrū est, proprieq, thallassicus, vnde poetę mare reliquasq, aquas cęruleas appellant. Idem etiam dr̄ color venetus, vñ Vegetius lib. iiii. de re militari scribit nautas veste veneta eē induendos ⁊ vela nauium exploratoriarū colore veneto esse tingēda hoc est cęruleo. Nam vt Idem inqt Vegetius similis est fluctibus marinis, ita vt color cęruleus, ⁊ venetus ⁊ Thalassicus idem sit. i. color similis marinis fluctibus. Thalassam. n. vocant greci mare. Rasa, vestimenta quę pilo carerent. Nā absolute positū est rasa ⁊ numero plurali apud psiscos in vsu fuit Toga rasa ⁊ pexa, quę contrarię erant. Nam rasa sine pilis erat, pexa vero villosa. De quibus sic Martialis Rasam tu mihi mitte togā. Et alibi. Togā ve pexā. Plinius item scribit Lanā histrię libumięq, lino propiorem q̄ lanę esse, alienā pexis ⁊ quā sola ars scutulato textu cōmēdat, ita vt bene conueniat togę rasę quę scutulato textu conficiebatur, id est breuibus scutis distinguebat. Galbana. Galbanū genus est coloris albi, vt aliq putant ⁊ subnigri, q̄d molliū ⁊ delicatoꝝ fuisse oēdit non solū Iuuenalis sed ⁊ Martialis, quū hoiem muliebriter idutū galbanatū appellat, vñ ēt Idem Martia. Mores appellat galbinos. i. molles ⁊ effoeminatos. Tunicā galbinā a colore galbano appellat, sic Flauius vopiscus in Aureliano iter hęc fuit tetricus clamyde coccea tunica galbina. Galbanū, itē vt scribit Pli lib. xii. arbor ē syrię in Amano monte similis ferulę resinā p̄ducens purā ⁊ trāslucidam. Suetonius in Galba scribit primū sulpitioꝝ cognominatū Galbā, eo q̄ facibus galbano illitis oppidum hispanię succenderit. Plinius itē lib. xi. propolis est odore graui vt qua plerię, pro galbano vtant.

Et per Iunonē dñi. Omnia inqt faciunt q̄ mulierum sunt, vt ēt non per geniū, sed pro Iunonē dñi iurēt. Nā placuit q̄busdā vt author ē Sene. ad Luci. lib. xix. epistola. cxi. Vnicuiq, nostrū p̄dagogū dari deū non q̄dē primariū, sed hunc īferioris notę ex eorum numero, quos Oui. ait de plebe deos. Stoici vero affirmarunt singulis ⁊ geniū ⁊ Iunonē dari, vñ ⁊ Pli. lib. i. capi. vii. sic inqt. Quāobrē maior cęlitū populus ēt q̄ hoium intelligi, pōt quum singuli ex semetipsis totidem deos faciant, Iunones geniosq, ad optando sibi. Ex quo videtur innuere mares consuesse per deos masculos, foeminas vero per deas iurare, vnde modo poeta ait sacerdotes ipsos more foemineo per Iunonē iurare, sicuti iurat sine imprecatur Quartilla apud Petronium his verbis. Iunonē meā iratā habeā, si vnq̄ me meminerim virginē fuisse. Licet Socrates apud Platonē ī Gorgia, iuret per Iunonem, ita vt de hoc adhuc q̄rendum censeam.

Cecropiam soliti baptę lassare cotytto.
Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu, pingitq, trementes
Attollens oculos, vitreo bibit ille priapo,
Reticulumq, comis auratum ingentibus iplet
Cęrulea indutus scutulata, aut galbana rasa
Et per iunonem domini iurante ministro.

Ille

Ille tenet speculum. Ex sacerdotibus īquit alius tam grande habet speculū quo se polit q̄ grande fuit illud Othonis, quo se in acie videbat. De quo ita ⁊ Sydonius Apollinaris, post speculi immanis pompā, quo se ille videbat. Hinc turpis q̄ pulcher Otho. Idē alibi Galbam sternis Otho speculo qui pulcher haberi dū captas, sicq, p trāsitū mollicie Othōis suggillat, qui vt scri. Trā quil. adeo mollis fuit ⁊ mundiciaꝝ muliebriū studiosus vt vulso corpore ⁊ galericulo capiti, p̄pter raritatē capillorū adaptato ⁊ adnexo īcederet ⁊ nemo dignosceret, quin ⁊ faciē quotidie rasitabat ⁊ pane madido, Lacte Asinino linebat. Idq, īstituit a prima lanugine ne barbatus vnq̄ esset. Gestamen, expositio est, hoc est q̄le solebat gestare Otho studiosissimus formę. Patici Othonis. i. patientis muliebria. Nā, vt scribit Tranquillus) Neroni consuetudine mutui stupri cōciliatus est. Actoris arū ei spoliū, alia expositio. Hoc aūt Hemistichium Virgilianum in dedecus dicit Othonis, qui non iam in gētem hastā more Actoris viri fortissimi portabat, sed ingens speculū vt mollis ⁊ effoeminatus, legendum, est Ironicos. q. d. non iam spoliū ablatū hosti quale fuit hasta quā Turnus Actori abstulit. Ille. s. Otho. Quū iam tolli vexilla iuberet, quū iā in hostes acies dirigeret sublatis signis. Res memorāda. Acclamatio est ī derisum Othōis, vt sit nō memorāda sed supprimēda. Nouis annalibus at, recē ti historia. Inter ānales ⁊ historiā hoc ītercst. q̄ Annales quātū potuimus colligere ex verbis Ciceronis ⁊ Gelii sunt libri cōtinētes res gestas pluriū ānoꝝ, ob seruato cuiusq, āni ordine, vñ ⁊ nomē accepe, nndi aūt sunt ⁊ simplices, velutiq, cōmētarii q breuiter rē cō plectētes materiā p̄beant volētibus scribere historiā, neq, n. affectus monēt, neq, alacriores ad rē pu. defendendā, neq, segniores ad rem p̄perā faciendā annales cōmouere p̄nt. Historia vero ē rerꝝ gestaꝝ narratio vel demonstratio dicta ab ιστορεω quod est idē quod narro, vnde Cicero in scdo de oratore. Erat historia annaliū confictio, res oēs singuloꝝ annorum mandabat lris pōtifex maximus, efferebatq, in albū ⁊ p̄ponebat tabulā domi, potestas vt esset populo cognoscendi, hiq, annales maximi noīantur. Virgili. itaq, oīum rerꝝ peritissimus inducit Aeneā tanq̄ pōtificem dicere Et vacet annales nostroꝝ audire laborum. Quum ergo Aeneas vt pontifex inducat, merito annales appellat historiā. Historia (vt scribit Gellius) qua rē quoue cōsilio gestę sint res demōstrat. Ex annalibus igit tanq̄ ex breui nudaq, materia sumebat historia, quę rem Huberius p̄scribit, quę affectuum plena est. Ergo annales id oīno sunt quod historię, sed historię nō oīno id quod annales sunt, tāq̄ altez sit speciale nomen, altez generale, sicuti q̄d est homo id necessario aīal est, q̄d est aīal non id necesse est vt sit homo. Speculū ciuilis sarcina belli, velu-

Ille tenet speculum patici gestamen Othonis
Actoris arunci spolium, quo se ille videbat
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus atq, recenti
Historia, speculum ciuilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia ciuis,
Bebriaci in campo spolium affectare palati,
Et pressum in faciem digitis extendere pane,

ti acclamatio in contēptum tantę molliciei q̄ inter cętera belli machinamenta speculum quoq, gestaret.

Belli ciuilis, bellum appellat ciuile quod inter Othonem ⁊ Vitellium gestum fuit ad Bebriacum vicum inter Cremonam ⁊ Veronam, vbi duabus Otho cladibus acceptis superatus est. De quo bello ⁊ loco Plinius meminit libro. x. capi. xlix. Venerunt in Italiam Bebriacenses bellis ciuilibus transpadum ⁊ nouę aues. Nimirum insultatio est in Othonem vt effoeminatum, quasi dicat rē facit monstruosam Otho qui Imperatores de regno eiicit, ⁊ cutem more mulierum curat ⁊ polit quasi contraria. Nam quum ab Galba adoptari expectaret, isq, Pisonē p̄tulisset, indignatus ad vimq, cōuersus eū a suis desertū iteremit. Galba autem septimus fuit Imperator qui Neroni successit, nullo gradu contingēs Cęsarum domum, lege Suetonium. De cęde item Galbę ⁊ Othonis ⁊ pugna Bebriaca meminit Iosephus de bello iudaico in quinto libro sic. In medio namq, Romanorum foro Galba perempto, creatus Otho Imperator cum Vitellio imperāte pugnabat, quem germanoꝝ tunc manus elegerat. Habito autē apud Bebriacum galaciq̄ plio cum Valente ⁊ Cecinna Vitelli ducibus, primo die Otho superauit, altero vitellii milites multisq, trucidatis ⁊ aduersę partis audita victoria Otho apud Brixellum semet occidit, postq̄ biduū tresq, menses imperiū tenuit. Curare cutem, faciē (vt diximus) quotidie rasitare ⁊ corpus vellere. Affectare, est aium habere intētum ad aliquid habendū, vt gigantes Affectauerunt cœlū. i. aium intentum habuerunt ad habendū cœlū, ⁊ Cęsar affectat imperiū. i. aium intētū habet ad hn̄dum imperium. Spoliū palati, pro palatii vbi sedes erat īperatoꝝ. Nā p̄mus fuit Romulus) author Liuio in primo) qui palatiū vbi educatus ipse fuerat munii. Sic. n. dixit quēadmodū alibi purpureus magni rectaret scurra palati. Et Petronius. Fama volat summiq, petit iuga celsa palati. Ex septem. n. collibus vrbis fuit palatiū, vnde Cicero in officiis ait. Cn. Octauium p̄claram ędificasse in palatio ⁊ plenam dignitatis domum, ⁊ inde domum palatinam appellauerunt domum Imperatoꝝ. Dictum palatium vel q̄ ibi pecus pascens balare cōsueuerit ⁊ quasi balantiū, vnde Neuius balantium appellat, vel q̄ palare. i. errare pecudes solerent, vel q̄ ibi Hyperborei filia Palāto habitauerit, quę ex Hercule latinum peperit, vel q̄ ibi Pallas Euandri filius sepultus fuerit, vel q̄ etiam Palatini ⁊ Aborigines ex agro rheatino qui appellatur palatium ibi consederint, vel a pale pastorali dea (vt scribit Solinus). Et extēdere panem scilicet madidū lacte asinino. Nā vt scribit Pli. li. xxviii Cutē in facie erugari ⁊ tenerescere ⁊ candorē custodiri lacte asinino putāt. Proide poppea vxor Nerōis qūocūq, ire cōtegisset secū sexcentas asellas ducebat.

Quod nec in assyrio. Fecit inquit Otho ea ad curandã cutem & se molliendũ in castris, quę Nec Semiramis regina Nec Cleopatra fecerunt, vt ostendat ipsum etiã foeminis molliorem extitisse. Mollis.n. ornatus & expolitio cutis virũ non ornat, sed mentẽ eius indicat, vnde est illud Ciceronis in officiis, ergo & a forma remoueat omnis viro nõ dignus ornatus. Ouidius. Sint procul a nobis iuuenes vt foemina compti. **Semiramis** Semiramis, Nini regis assyriorum fuit vxor, magni mulier aĩ, quę occiso marito non ausa tradere imperium filio Nino adhuc impuberi, nec ipsa palã tractare, mutato habitu cũ filio regni moderationem suscepit. Hęc Babylonem condidit, nõ contenta acquisitos a marito terminos tueri, Aethiopiam quoq; suo imperio adiecit. Indis etiam bellum intulit, libidinis adeo impatiens vt adamasse ẽt equũ ferat. Ad postremum quum concubitũ filii petiisset, ab eodẽ interfecta est, duos & triginta ãnos post Ninũ regno potita, quo tempore constat fuisse Habraam & Zoroastem magũ apud Bactrios. Orbe assyrio, in ea parte **Assyria** Assyrię, vbi Babylon ẽ. Nam Babylon & Nisibis vrbes Assyrię sunt maximę, quę aũt Assyria antea **Syria** dicta fuit, postea dicta est Syria terrarum maxima & pluribus distincta noĩbus. De qua abunde Pli. lib. v. Et Stra. xvi. **Pharetra** Pharetrata, pharetra armata, quali habitu in bellum descendebat, est.n. pharetra reconditorium sagittarũ. **Cleopatra** Cleopatra, ęgypti fuit regina soror illius Ptolomęi, qui Põpeium neci tradidit. Eã pmo amauit Iulius Cęsar, ex qua puerum suscepit Cęsarionẽ. Mox eã post mortẽ Iulii Cęsaris. M. Antonius ardenter dilexit, ex q̃ libertos duos suscepit, quos solẽ & lunã appellauit. Eũ postea aduersus Augustũ cũ exercitu pficiscentẽ quatuordecim cũ triremibus secuta est ad Acciũ pmontoriũ, vbi cõmissa pugna vincẽteq; Augusto ipsa prior cũ suis triremibus aufugit in ęgyptũ, quã fugientẽ Antonius relicto exercitu pditus amore cõsecutus est. Sicq; Augustus potitus victoria in ęgyptũ secutus est vtrũq;. M. Antonius gladio suo seipsum interemit. Cleopatra ne viua ab Augusto in triũphũ duceret, admotis corpori serpẽtibus mortẽ sibi cõsciuit, lege Plutarchũ. Florum, Strabonẽ, & Sueto. Moesta, quia victa irã Cęsaris Augusti timebat. **Actiũ** Carina actiaca, qua pugnauit apud Actiũ pmontoriũ epirri. Hic nullus verbis pudor. Redit poeta ad sacerdotes de quibus cœperat. Ait ergo inter ipsos oĩa turpia fieri, nec vllum existere pudorem quominus & verbis & factis vtant obscœnis. **Pudor** Nã pudor ẽ veluti obstaculũ ne qd turpe faciamus, vñ philosophi sic diffiniunt (authore Gellio) pudor est iustę vituperationis siue rephẽsiõis timor. **Cybeleia sacra** Turpis cybeles. i. oĩa obscœna fiũt hic. i. inter ipsos sacerdotes, qualia fieri solẽt in sacris cybeleis, vbi turpissima queq; fiebant, & pcipue solẽni die lauationis eius in Almone Fluuio. Nã (vt scribit Augustinus li. ii. capi. iiii. de ciuitate dei) ante deę lecticã talia p publicum cãtitabant a nequissimis scęnicis, qualia nõ deceret matrẽ ipsorum scęnicorum audire, vnde Augustinus subdit illã pinde turpitudinẽ obscœnorum dictorũ atq; factorum scęnicos ipsos domi suę pludendi causa coram matribus suis agere puderet, quã per publicum agebãt corã deorum matre, spectante & audiente vtriusq; sexus frequẽtissima multitudine.

Q̃d nec i assyrio pharetrata semiramis orbe,
Moesta nec acciaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus verbis pudor, aut reuerẽtia mensę.
Hic turpis cybele est, & fracta voce loquendi
Libertas, & crine senex phanaticus albo
Sacrorũ antistes, rarũ ac memorabile magni
Gutturis exemplũ, cõducendusq; magister;
Quid tñ expectant phrygio quos tps erat iã
More supernacuam cultris abrũpere carnẽ?

Fracta voce, aut molli & effoeminata, aut in oẽm effusa turpitudinẽ, sumpta trãslatione ab equis q fracto & soluto freno toto ipetu ferunt. Apuleius lib. viii. de sacerdotibus deę syrię. Fracta rauca & effoeminata voce clamores absonos intollunt. **Phanaticus** Phanaticus senex. i. Phanaticus sacerdos non absimilis Gallo sacerdoti cybeleio. Nã phanaticus epitheton est galli. i. afflatus numine, nã spiritu quodam videbant agi diuino & futura pdicere, vnde Horatius in Satyris. Hunc circũ tonuit gaudens bellona cruentis, & in odis Non dindimene nõ adytis quatit Mentẽ sacerdotũ incola pythius Nec liber ęque. Quũ igit quodã furore diuino agant caput iactãt rotãtq; crines. Lucanus in primo Crinẽq; rotantes sanguineũ populis cecinerunt tristia galli, vnde Liui. lib. xxxvi. sic scribit. L. Scipionis legatus classem in Europã ad Sexton oppugnandã traiecit. Iãq; subeuntibus muros phanatici galli primũ cũ solẽni habitu ante portã occurrerunt. **Lymphatus** Lymphatus ẽt & lymphaticus vocat insaniens & laruatus. i. dęmonia phatus co spiritu afflatus. Pli. de helleboro. Medet ita comitialibus morbis, vertigini, melancolicis, insanienti **Lymphaticus** phatibus lymphaticis, elephantię albę. Idẽ in. viii. ca. liiii. Loquens de Api boue. Hi greges repente lymphati futura pcinunt, vnde lymphare qd est vesanũ facere **Exemplum** Valerius Flaccus lib. iii Deus ancipitẽ lymphauerat vrbẽ. Sacrorum antistes, dñs & magister talium sacrorum. Rarum & memorabile magni. Ironicos dictũ, quasi dicat, raro inuenias tam boni exẽpli magistrũ conducendũ mercede ad voluptatẽ gulę. Nã exẽplũ id est qd nobis ppositũ monet qd nobis fugiẽdũ imitandũue sit. Est.n. vt diffinit Cice. ad Herẽniũ, alicuius facti aut dicti pteriti cũ certi authoris noĩe ppositio. Exẽplũ itẽ dicimus id quo demõstrat i rebus venalibus cuiusmodi sit ea res venalis, vñ Cice. ad Herẽniũ. Si merces ipsi q vẽditãt aliũde exẽplũ q̃ritãt mercis, aut si acernos dicãt se tritici hẽre & eorum exẽplũ pugno nõ hñt qd oñdãt. Quid tñ expectãt, ex quo iqt vitã agũt obscœnã & muliebrẽ nec magis indigẽt genitalibus q̃ galli q castrati erãt, qñqdẽ nubũt, qd ergo expectãt cur nõ castrent & p oĩa similes sint cybeleis sacerdotibus, quos i reliqs imitant? More phrygio, more gallorum sacerdotũ cybeles, q testa samia, au **Galli sacerdotes** thore Pli. virilitatẽ sibi ãputabãt ad imitationẽ atys pueri, quẽ Cybele ipudice dilexit, q cũ castitatẽ suã deę pmisisset, eãq; cõmisso stupro cũ nympha sangaritide non seruasset, & dea irata suppliciũ de nympha sumpsisset, correptus furore & putãs domos ruere solitudinẽ petiit, & p sũma Dindimi mõtis phrygię discurrens arrepto lapideo cultro scipm castrauit, vñ Oui. Ha peant ptes q̃ nocuere mihi. Ha pereãt dicebat adhuc, onus iguinis aufert. Nullaq; sunt subito signa relicta viri. Catullus tñ aliter scribit puerum quũ ex aqua Galli fluminis phrygię bibisset i furorẽ ex aquę natura cõpulsum silice sic castrasse. Tãdẽ e monte in vallẽ pcipitatus i arborẽ pinũ cõuersus ẽ. Phrygio. Nã phryges troesq; ppe Idã habitãtes, authore Strab. Deã pcipuo venerantur honore, eius orgia frequentantes. Carnẽ supernacuã, superfluã, & minime necessariã, qñ oĩa muliebriter agãt, & nubãt, sicq; per irrisionem a poeta dicũtur. Cultris, nõ ferreis, sed lapideis. Nã silice vt dicimus virilia sibi amputabãt.

Quadringenta dedit gracchus sestertia dotẽ
Cornicini, siue hic recto cantauerit ęre,
Signatę tabulę, dictum foeliciter, ingens
Coena sedet; gremio iacuit noua nupta mariti
O proceres censore opus ẽ, an aruspice nobis?
Scilicet horreres, maioraq; monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
Segmẽta & longus habitus & flammea sumit
Arcano qui sacra ferens nutantia loro

Quadringenta dedit, Notat poeta mares sui tpis quo multi fronte inuerecũda nubebãt, vñ Mart. Barbatus rigido nupsit callistratus afro Hac qua lege solet nubere virgo viro. Nupsit & Nero Doryphoro liberto, & Neroni Sporus Author Tranqllus, oñdit ergo ex sacerdotibus Gracchũ nobilẽ, & potẽtẽ virum nupsisse oiaq; fecisse, q̃ in nuptiis ẽt virginalibus fieri solẽt, vt dotẽ ẽt dederit marito. Quadringẽta sestertia, ac si dicat tãtã dotẽ quę capiat ẽt summã eqtis ro. Neq;.n. qsq̃ haberi poterat inter equites romanos q summã quadringentorum sestertiũ non habuisset. Gracchus, vnus ex sacerdotibus nobilis & potens, quales fuerũt Gracchi. Nã gracchorum familia nobilitate pstabat, & potẽtia. **Sestertium** Sestertia, Sestertiũ primũ fuit, vt diximus in superiore satyra, quarta pars denarii, quo tpe qndecim decusses is valebat, hoc est decẽ asses, fit aũt a semis & tertiũ eo q; cõtineat in se asses duos & dimidiũ tertii. Declinatur ẽt genere masculino Sestertius. Cornicini, siue hic recto cantauerit ęre, hoc in infamiã & dedecus est nubẽtis. Nã ille inquit cui nupsit, fuit aut Cornicẽ aut Tubicẽ, vt oñdat parẽ oĩno ex ea re trahi infamiam. **Tubicen** Nã in castris legio habet tubicines, cornicines, buccinatores. Tubicines ad bellum vocant milites, & rursum **Cornicen** receptui canẽtes reuocãt. Cornicines, & buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu conflictus, **Buccinator** & eius reditu. Quotiens ad aliqd opus exituri sũt milites soli tubicines canunt, & soli milites ad signa eorum obtẽperãt, quotiẽs mouẽdi sunt signa cornicines canunt, quotiens pugnatur & tubicines, & cornicines pariter canũt, vñ illud ẽ Ouidii i metamorphosi. Nõ tuba directi non ęris cornua flexi. **Tabulę** Signatę tabulę, subandi sunt. Nam matrimonium non fiebat sine publica scriptura, vñ Alibi poeta. Si tibi legitimis **Tabularii** pactam iunctãq; tabellis Non es amaturus. Tabulę aũt nũero tñ plurali dicuntur vẽditionum, emptio**Tabularius** nũ, dotiũ, & id genus contractuum, vnde Tabulariũ locus vbi reponuntur ipsę tabulę, & Tabularius ipse tabularum scriptor, & notator, quem vulgo notariũ appellamus, de quo ẽt pauloante diximus. Dictũ foeliciter, subandi est, vt sit foeliciter cedant nuptię, ita enim dici solebat in nuptiarũ celebratione. Tranquillus in Domitiano. In reducenda post diuortiũ vxore acclamari audiit libenter Domino & dominę foeliciter. Romani enim causa boni ominis, vt docet Cicero in lib. de diuinatione in omnibus rebus agendis quod bonum, faustum, foelix, fortunatumq; esset presabantur. Sedet, ponitur. **Cẽsor** Censore opus est. Turpitudinẽ rei hac ambigua percunctatiõe aggrauat, quasi dicat flagitium esse nihilomagis dignum castigatione q̃ expiatione. Censore, q mores corrigat. Nam censor pẽrat moribus ciuitatis. De quo ita Plutarchus in vita pauli ęmylii. Censura maxime oium magistratuum reuerentię est, plurimęq; potestatis, cũ in aliis rebus tum maxime ad morum emendationem. Nam e senatu remouere potest, equitibus auferre equos, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Asconius pedianus Regendis moribus ciuitatis censores quinto quoque anno creari solebant, hi prorsus ciues sic notabant, vt qui senator esset eiiceretur senatu, qui eques ro. equum publicum perderet, qui plebeius in Ceritum tabulas referretur, & ęrarius fieret, ac per hoc non esset in albo centurię suę.

Haruspex Haruspice, qui sacrificiis expiet tantum naturę portentum. Haruspex enim is dicebatur qui inspectis extis victimę futura predicebat, portentaque sacrificio expiabat, denominaturque ab haruga, idest victima, & haruga ab hara, idest stabulo. Scilicet horreres, cum ea interrogatione legendum est qua increpamus male intelligentes, quasi dicat hominem nubere multo monstruosius est, quam si bos agnum pareret, & mulier vitulum. **Segmenta** Segmenta, ornamenta esse muliebria declarat Valerius maximus libro quinto capite de gratis. Permisit quoque bis purpurea veste & aureis vti segmentis. Iuxta quod dixit Seruius segmentum esse monile & ornamentum gutturis. quod etiam Sydonius comprobare videtur his verbis. Et illam sarranis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmatam conuenustauit, quibus verbis ostendit ornamenta esse quę constarent, aut argento & auro, aut margaritis, aut preciosis lapillis crepitãtibus. Iuuenalis Et segmẽtatis dormisset paruula cunis. Plinius libro. vii. oñdit Segmenta significare circulos his verbis, plura autem sunt segmenta mundi, quę nostri circulos appellauere, gręci paralelos, vocabulum autem deductum est a secando sicut & segmina. Longos, muliebres. **Flameũ** Flamea, flameum veli genus erat coloris luthei, quo caput nouę nuptę velabatur. Martialis lib. xii. Prœluxere facis velarunt flamea vultus. Sacra ferẽs, nobilẽ eẽ oñdit sacerdotẽ, q nupsit. Nam Salii sacerdotes martis ex nobilioribus tñ creabant, sicq; oñdit poeta eũ q in mõte albano sacerdos sacra mineruę mistrabat, & nupserat antea martis sacerdotẽ extitisse.

Qui sudauit clypeis ancilibus, hoc est clypeis, q̄ ancilia sunt appellata, de quibus talis extat historia. Regnante Numa Pompilio cęlo in terram decidit breue scutum ex ære, dictum ancile, q̄ vndiq; esset re-
Ancile cisum, vnde Ouid. in fastis. Atq; ancile vocat, q̄ ab omni parte recisum est. quaq; oculis spectes angulus ois abest. Et vna vox edita oium potentissimā fore ciuitatē quādiu id in ea seruaret. Rex igitur ne furto locus esset, adhibito fabro Mamurio iussit ad illius similitudinē vndecim alia scuta fieri, simulq; misceri ne cęleste inter nosci posset, adhibitiq;
Salii sunt sacerdotes Salii duodecim, qui Ancilia ferrent, ac per vrbē irent canentes carmina cum tripudiis solēnique saltatu, vnde & nomen accepere, ii autem Marti erant consecrati, eoq; primus presul vocabatur, authore Plini. Ancilia autem nomē est tertię declinationis, legitur tñ & anciliū & ancilio, sed illud rōne analogię, hoc autem authoritate defenditur, sic etiā vectigalium & vectigalio. Saturnalium & saturnalio, multaq; ad genus. Arcano loro, q̄ nulli alii liceret ferre & ptractare q̄ Salio. O pater vrbis, exclamatio est qua & rei indignitas & indignatio poetę exprimit. Pater vrbis, s. mars, ex quo & Ilia rhea Numitoris filia nati sunt Romulus & Remus vrbis conditores. Vnde nefas tūc subaudi est. i. tanta morum prauitas vt vir viro nubat? Latiis pastoribus, Romanis, qui a pastoribus originē traxerūt, & qui oium antea voluptatum ignari fuerūt, vt rudes & agrestes pastores. De quibus scribit sic Varro. Romanum vero populū a pastoribus esse ortum quis non dicit? qs faustulum nescit pastorē suisse nutricium, qui Romulum & Remū educauit, non ipsos suisse pastores obtinebit? Sicq; poeta foedam sui tpis molliciem notat. Hęc vrtica, hic libidinis pruritus vt etiam nubant. Gradine, mars, vel quia gradatim & per ordines eatur in bellum, vel a verbo greco γραδιλαειν, quod est vibrare, q̄ in bello hastę vibrentur. Nepotes, posteros. Quereris patri. i. nec quereris apud Iouem patrē tuum de luxuria & mollicie romanorū.

Vade ergo, acri indignatione dictū. Campi seueri, campi martii, in quo comitia fiebant & magistratus creabant, militesq; noui exercebant, vt dicemus illic Aut vulnera pali. Quem negligis, quē minime curare videris. Officiū, Ad irrisionē cōtemptūq; tempoꝝ suoꝝ hoc dicit, qbus multi abiecta verecundia nubebāt. Introducta est psona quę oñdat operā
Officium sibi dandā esse viro nubenti. Officiū, Nemini dubium est officiū dictum esse ab efficiēdo, vt id sit, q̄d vnusquisq; teneat efficere, vnde Cicero librū suū de officiis inscripsit, q̄ ibi doceat qd in omni reꝝ actiōe sit efficiendū. Est ergo sensus, quoddam mihi negocium (quasi debitū & quod teneat efficere) est mihi peragendū. Tranquillus in Caligula. Liuiam horę stillam. C. Pisoni nubentē, quum ad officiū & ipse venisset ad se deduci imperauit. Primo sole, primo ortu solis. In valle Quirini, vtrū ad templū Quirini, de quo meminit Pli. li. xv. ca. xxix. Inter antiquissima namq; delubra habentur Quirini, hoc est ipsius Romuli, an ad portum Quirini. i. Romuli, quo multi conueniebant, Marti. lib. xi. Vicinā pete porticū Quirini. Turbā nō hēt ociosiorē Pompeii vel Agenoris puella. Quirinus aūt dictus est romulus sine ab hasta q̄ quiris a Sabinis dicebat, qua semp armatus incedebat, sine a Curibus ciuitate Sabinorū, quos pcuso foedere in vrbē recepit, populūq; a Curibus quirites vocauit, ipsiq; post mortē eum pro deo coluerūt qrinūq; appellauerūt, vnde Ouid. in fastis li. ii. Proxima lux vacua est, at tertia dicta quirino, Qui tenet hoc nomē Romulus ante fuit. Sine q̄ hasta quiris priscis est dicta Sabinis. Bellicus a telo venit in astra deus. Sine suo regi nomen posuere quirites. Seu quia Romanis vinxerat ille cures. Fient fient, quasi cum suspirio dictū. In acta referri, hoc est vt describantur in libris actorum. Nam negocia tam priuata q̄ publica, hoc est, quę ad rem pub. pertinebant in libris describebantur, qui libri actorum dicebantur, quod probe docet Iuuenalis in nona satyra quum ait. Et libris actorum spargere gaudes Argumenta viri, ex quo liquido apparet acta non dici ipsos libros sed negocia & gesta ipsa q̄ libris mādabantur, vnde Trāquillus in Tiberio. Interim quum in actis senatus legisset dimissos, ac ne auditos quidem quosdam reos. Idem in Cęsare. Fuerat animus conuiuratis corpus occisi i thyberim trahere bona publica re, acta rescindere, idest libros quibus gesta Cęsaris continerentur. Idem in Caligula. Quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit iussitq; in acta referri. De hoc Huberius in nona satyra dicemus illic. Et libris actorum spargere gaudes Argumenta viri. Interea tormentum ingens. Dum sint inquit matrimonio coniuncti nullam tamen ex matrimonio capiunt voluptatem, sed ingentem dolorem & animi cruciatum, quia quum nuptię institutę sint gratia prolis, & liberi sint pignus amoris inter virum & vxorem, nequeunt parere & partu mariti amorem retinere. Sed melius, Ironicos, quasi poeta eorum incōmodis gaudeat. Quod nil animus, Sensus est. In animo quidem habent. i. cupiunt concipere, sed natura vetat. Ordo est. Natura nil iuris, nil potentię indulget animis. i. voluntatibus & animi desideriis. Nam eorum animus est, & voluntas vt concipiant. In corpora. s. gignenda in vtero.

Sudauit clypeis ancilibus, o pater vrbis
Vnde nefas tantum latiis pastoribus, vnde
Hęc tetigit gradiue tuos vrtica nepotes?
Tradit ecce viro clarus genere atq; opibus vir,
Nec galeam quassas, nec terrā cuspide pulsas,
Nec quereris patri? vade ergo & cede seueri
Ingeribus campi quem negligis, officiū cras
Primo sole mihi peragēdum in valle quirini.
Quę causa officii? quid quęris? nubit amicus,
Nec multos adhibet, liceat modo viuere; fient
Fient ista palam, cupient & in acta referri.
Interea tormentum ingens nubentibus hęret
Quod nequeūt parere, & ptu retinere maritos.
Sed melius quod nil animis in corpora iuris

Steriles, sine liberis, dicuntur a στερεω, quod est primo. Turgida Lyde, Aliqui hoc ad araneam referri existimarunt. Alii vero ad mulierem vnguentariam, vt legatur sic versus. Turgida non prodest cōdita pyxide lyde. i. lyde mulier vnguentaria turgida ventricosa non prodest subaudi sterili pyxide condita. i. vnguentis plena, vt sit a condio quarte coniugationis. Qui autem ad araneam referūt ita exponūt, Lyde turgida. i. aranea tumens in ventre cōdita in pyxide. i. inclusa in pyxide non prodest sterili. Scribit enim Pli. lib. xi. ex araneis qui phalangia dicuntur tricenos vermiculos parere, vnde existimatur gestare araneam inclusam pyxide quasi foecunditatis exemplo prodesse sterilibus & fieri foecundas. Sed quum contra videatur sentire. Idem Plini. xxix. ex authoritate Cecilii. x. vbi sic scribit. Tertium genus est eodem phalangii noie araneus lanuginosus grandissimo capite, quo diśecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, alligatiq; mulieribus ceruina pelle ante solis ortum prestant ne cōcipiant, de hoc ad hunc q̄rendū cōseo. Lyde, si de aranea intelligis. Arachne puella fuit Lydia, quę cum palade in lanificio ausa concertare, a dea in araneam multis concisa verberibus est conuersa, vnde nunc poeta Lyde posuit pro aranea. Prima autem, vt scribit Plini. lib. vii. reperit linum & retia. Et eius filius Closter fusos in lanificio.

Natura indulget, steriles moriuntur, & illis
Turgida non prodest in pyxide condita lyde,
Nec prodest agili palmas prębere luperco.
Vicit & hoc mōstrū tunicati fuscina gracchi.

Pyxide, dictio est greca, capit aūt pro vase, vt scribit Quintilianus lib. viii. cuiuscunq; materię, quo vase vngūēta, venena, aliaq; id genus medicamenta recondunt. Agili luperco. Lupercalia ludi erāt, in quibus luperci per lasciuiam discurrētes pellibus se inuicem cedebant. De origine lupercalium. Varia ab authoribus traduntur. Sed quod sensit Ouidius in fastis sequemur. Romani inquit beneficii memores, quod lupa nutriēdis infantibus Romulo & Rhemo prestitit, templum illi ad ficum ruminalem extruxerunt, quod lupercal est appellatum. Venit ad expositos mirum lupa foeta gemellos. Illa loco nomen fecit, locus ipse lupercal. Magna dati nutrix pmia lactis hēt. Eius templi sacerdotes (authore Varrone) luperci dicebant, rem diuinam nudi agebāt, nec in templo solum, sed per vicos vibis, ac compita discurrentes, sed prętor sacerdotes licebat oibus tam viris q̄ mulieribus ludos celebrare, vnde scribit Plutarchus. M. Antoniū nudū in lupercalibus curru per vrbē suisse vectum a matronis, & virginibus oīa membra nuda tis, nudos autem suisse lupercos docet & Virgil. libro viii. enei. Hic exultātes salios nudosq; lupcos, vt aūt a nudis lupercalia celebrarentur hinc orta est ratio, quum in honorem panos ludorum solēnitas celebraretur pecora romanoꝝ subito a latronibus rapta sunt. Illi abiectis vestibus latrones insecuti animalia recuperarunt, ob rem a nudis prospere gestā permansit cō suetudo vt nudi lupercalia celebrarent, mense autem februario post brumā celebrabantur. Erat mos vt luperci discurrentes pellibus obuias quasque foeminas verberarent, existimantes talibus verberibus foecundas fieri, vñ & Crepi sunt dicti (authore Festo) a crepitu pellicularum quem faciebant verberantes. De his autem Liuius in primo. Plutarchus in Romulo. In. M. Antonio. In Cęsare. In problematis. Varro. Diuus Augustinus. Valerius libro secundo. Vbi de institutis antiquis scribit, sic tradit Lupercaliū mos a Romulo & Remo inchoatus est, tunc quum lętitia exultātes, q̄ iis anus Numitor rex Albanorum eo loco vbi educati erāt, vrbem condere permiserat sub monte palatino hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Argeis consecrauerat, facto sacrificio, cęsisq; capris, epularū hilaritate ac vino largiore proiecti diuisa pastorali turba cuncti ouinis pellibus immolatarum hostiarū iocantes gestierunt. Aliqui vero putarunt dicta lupercalia a lupis arcendis, q̄ tali sacrificio (quod in honorem panos dei arcadici celebrabatur) lupi a pecoribus arcerentur. Prębere palmas, verberandas, vt fiant foecūdę. Nam id putabant maxime ad foecunditatem pertinere, vñ Ouidius, Nupta quid expectas, non tu pallentibus hebris, Nec prece nec magico carmine mater eris. Excipe foecundę patienter verbera dextre. Iam socer optatum nomē habebit aui. Vicit & hoc mōstrum, Hactenus de sacerdotibus. Nunc vero de nobilitate polluta ludis gladiatoriis & opera scęnica. Nam temporibus poetę quum Domitianus edidit pugnas virorū & mulierum multi nobiles illic prestiterunt operam, vnde poeta in satyra octaua in eosdem. Quanti sua funera vendant quid refert, vendunt nullo cogente Nerone. Nam Nero, vt scribunt Tranquillus & Eusebius, exhibuit ad ferrum quadringentos senatores, sexcentos equites Ro. Domitiani vero tempore nobiles non coacti sed iam antea sub Nerone educati inter ludos scęnicos sponte in theatrū veniebant, quod Iuuenalis conqueritur etiam alibi Cytharoedo principe natus Nobilis hęc vltra quid erit nisi ludus? per Gracchum autem, vt supra diximus, Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem. Nobilem vbiq; & potentem intelligit, alibi. Cum Gracchо iussus pugnare secutor. Nam Gracchorum domus nobilitate prestabat & potentia populari seditione comparata. Dicēdo autem poeta Vicit & hoc monstrum, ostendit tur pius quidem esse virum ad artem scęnicam descendere & digladiari q̄ nubere, neq; enim quicq̄ existimabatur flagitiosius q̄ ludis scęnicis harenaque foedari, vnde vt ignominiosum Iuuētus quę probris cooperta fuisset senatuscōsulto scęnicis artibus & harenę solita est teneri, Tranquillus in Tiberio. Ex iuuentute vtriusq; ordinis profligatissimus quisque quominus in opera scęnę harenęq; edenda senatusconsulto tenerentur famosam iudicii notam sponte subibant. Vnde Cornelius Tacitus. Cautum seuere ne equites Romani ludo & harena polluerentur. Vicit, superauit Mōstrū rei turpitudine. Hoc monstrum, q̄ vir nuberet vi Fusciro. Monstrum appellatur quicquid est pręter naturam a monstrando, quod aliquid futurum monstret Retia terrificum. Fuscina, telum erat Retiarii. Nam gladiatorum alter dicebatur Retiarius, alter Murmillo si Murmillo secutor, Retiarius fuscinam & rete gestabat, quo lo

Steriles

Luperci

Crepi

Lustrauitq; fuga mediam gladiator harenā.
Et capitolinis generosior & marcellis,
Et catulis paulisq; minoribus, & fabiis, &
Oībus ad podiū spectantibus, his licet ipsum
Admoneas, cuius tunc munere retia misit,
Esse aliquos manes & subterranea regna,

Mirmillonē implicitū caperet, vnde inferius cuius nunc munere retia misit. Nam in summitate ga eę Mirmillonis, qui aduersus retiariū pugnabat piscis erat effigiatus, in quē Retiarius rete imittēs dicebat piscem peto, non te peto, **Fuscinula** fuscina item instrumentum est ferreū instar tridentis ad capiēdos pisces, a fuscina per diminutionē fit fuscinula, quod i veteri testō numerat inter receptacula igniū sic, Fuscinulas, tridentes, vncini et batylla. Et in lib. i. regum sic. Habebat fuscinulam tridentē in manu ꝛ mittebat eam in lebetē, ꝛ quod leuabat fuscinula sibi tollebat.

Tunica Tunicati, Tunica vestis erat, authore Marcello, sine manicis, ea vtebant gladiatores retiarii, vt fortasse ad dimicandū essent expeditiores. Tranquillus in Caligula. Retiarii tunicati quinq; numero gregatim dimicātes sine certamine vllo totidē secutoribus succubuerant quū occidi iuberent, vnus resumpta fuscina oēs victores **Capitolini** interemit. Generosior Capitolinis. Nam Capitolinoꝝ familia nobilissima fuit ducta origine ab. M. Illo manilio qui capitoliū a gallis obsessum seruauit. Nam quadā nocte clangore anseris excitatus gallos ascēdentes deiecit patronus a ciuibus appellatus, verū postea quū affectati imperii reus factus esset de saxo tarpeio ꝑcipitatus est. Et cautū nequis ex ea familia Mar. appellaret, q; is regnū occupare conatus necatusq; est. Marcellis, Marcelloꝝ familia duobus maxime Marcellis claruit, altero quintū cōsule. Altero qui Hannibalem vicit, de qbus Plutarchus. Catulis. Nam ꝛ Catuloꝝ familia fuit antiqssima, principiumq; nobilitatis accepit a. Qu. Catulo Luctatio, q primo bello punico trecētis nauibus aduersus Carthaginenses ꝓfectus, inter Siciliam ꝛ Africam ad egates insulas sexcentas eoꝝ naues cōmeatibus ꝛ aliis oneribus impeditas Duce Himilcone deuicit finemq; bello imposuit. Fuit item. Qu. Catulus Luctatius tēporibus Syllę ꝛ Marii, qui triūphante Mario ex Teutonis, ex cimbris ipse triūphum gessit, de quo in octaua satyra pleraq; dicemus, hic ille fuit a quo (vt testatur Cicero in oratione de signis) Capitoliū non solū dedicatū sed etiā magnificentius restitutū q̄ antea fuit, quū incēdio absumptū fuisset quadringentis ꝛ qndecim annis post dedicationē eius factam ab Horatio puluillo cōsule, vnde est illud Martia. in. v. Et laudāt Catuli iulia tēpla senes. De quo etiam sic Tranquillus in Cęsare, primo ꝑturę die Qu. Catulū de refectione Capitolii ad disquitionē populi vocauit rogatiōe ꝓmulgata. Paulisq; minoribus, pauli nobilitatē acceperunt ab eo Paulo ęmilio quē pythagorę (authore Plutarcho) discipulū fuisse arbitrant. Ille enim ꝑmus dictus ęmilius αϖο τησ ομιλιασ. i. e colloquio ꝛ cōuersatione, cuius lepore grauissimus **Pauli duo** erat. Duo aūt fuere pauli, qui maxime familiam illustrarunt, quoꝝ alter inito ꝓlio apud cānas Duce Varrone maluit mori ex vulnere q̄ fugere quum liceret. Alter vero eius filius persam regem Macedonię deuicit, duxitq; in triūphum cū vxore ꝛ liberis. Huius filius a Scipiōe filio Africani superioris adoptatus carthaginē deleuit. Hos igitur posteriores minores intelligimus nō iam virtute, sed tpe, quēadmodū dicimus Scipionē maiorē, ꝛ Scipionē minorē. **Fabii** Fabiis, Familia fabioꝝ nobilissima fuit, ex ea trecenti ꝛ sex Duce Fabio cōsule cōtra veientes pugnarunt, ꝛ sępe victoriam reportarunt, tādem hostiū insidiis oēs occisi fuerūt. Oui. in fastis. Vna dies Fabios ad bellum miserat oēs. Ad bellum missos perdidit vna dies. Oībus spectantibus. i. oībus nobilibus qui in podio sedebant ꝛ orchestra. Nam (vt scribit Victruui.) In theatris, podium, orchestra, ꝛ pulpitū extruebantur. De podio Tranquillus in Nerone. Spectauit primū ex paruis foraminibus, **Podiū** deinde toto podio adaperto. De podio lege Victruuiū lib. v. ca. vii. His licet ipsum admoneas, verba sunt poetę ad monitorē introductum. Sensus est. Non est inquit mirum Domitianū polluere nobiles viros ludis scęnicis ꝛ gladiatoriis ꝛ turpiter viuere. Nō enim credit esse inferos vbi manes pro meritis puniunt, potes itaq; o monitor referre imperatori oīno inferos esse ꝛ supplicia iis statuta qui turpiter vixerint, vt sic Domitianū terreat cuius imperio tam multa flagitiosa fiebant, nullo modo legi pōt Admoneas, sensus enim non ꝓcederet, vult enim Domitianū admoneri esse aliquos manes ꝛc. Vbi poeta cōfutat opinionē eorum qui inferos esse negauerunt. In qua fuit Lucretius et Pythagoras, qui vt scribit Oui libro vltimo metha. Negabat inferos. O genus attonitū gelidę formidine mortis. Quid styga? quid tenebras ꝛ noīa vana timetis Materiam vatū falsiq; pericula mundi? Morte carent aīę, semperq; priore relicta sede, nouis domibus viuunt habitantq; receptę. Seneca in libro de cōsolatione ad Martiā. Illa inquit quę nobis inferos faciūt terribiles fabula est. Luserūt ista poetę ꝛ vanis nos agitauere terroribus. His. s. verbis sequētibus, videlicet esse aliquos manes. Ipsum, Domitianū. Illud antē attendendum Domitianum nō aliter admoneri q̄ si viueret. Nam poeta mortuos in toto opere (vt diximus) notat quasi viuant, vt sic doceat quid aliis faciendum fugiēdumue sit. Cuius munere. s. gladiatorio. Nam munus pro ludo gladiatorio ponitur, vt munera nunc edunt. Retia misit, Gracchus enim fuit retiarius, qui in Mirmillonem fuscinā ꝛ rete tendebat. Manes, inferos, antiqui manes siue lemures appellauerūt animas, quum ex corpore humano migrassent, ex quibus (vt Apuleius scribit) qui posteriorum suoꝝ curam sortitus pacato ꝛ quieto numine domū possidet lar dicitur familiaris. Qui vero ꝑpter aduersa vitę merita nullis bonis sedibus in terra vagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terricula mentum bonis hoībus cęteꝝ noxiū malis, hunc plerique larnam perhibent. Sed dū in corpore nostro sunt genii ꝛ dęmones nuncupant. **Manes Lemures Lar Larua Genii Demones** Subterranea regna, Inferos qui vt publica est opinio sub terra sunt ꝛ in centro terrę, ad quod respexit ꝛ Virgilius. Sed nō ante datur telluris operta subire, idest inferna. Diuus Augustinus

Et contum, & stygio ranas in gurgite nigras,
Atq; vna transire vadum tot milia cymba,
Nec pueri credūt, nisi qui nōdum ęre lauantur.
Sed tu vera puta, curius quid sentit, & ambo
Scipiadę? quid fabritius manesq; camilli?
Quid cremerę legio, & cānis cōsūpta iuuentus
Tot bellorū animę quotiens hinc talis ad illos
Vmbra venit? cuperēt lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tedis, & si foret humida laurus.
Illuc heu miseri traducimur, arma quid vltra
Littora iuuernę promouimus & modo captas
Orcadas, ac minima cōtentos nocte britanos?

Augustinus affirmat esse inferos, sed in qua mundi **Cōtus** porta sint, neminē scire arbitratur. Contum, lignū cuspidatum quo vtuntur nautę ad tentādum aluei fundum ꝛ ducendū nauē, ac per hoc significat Charonta quē animas in vlteriorem ripam stygię paludis naue transuehere credidit stulta antiquitas. Virg. Portitor ille Charon, hi quos vehit vnda sepulti. Et ipse ratem conto subigit velisq; ministrat. Et ferruginea subuectat corpora cymba. Ranas nigras, fictio poetica, quasi ibi in palude sint ranę. Vna cymba, vno lembo, vna scapha, sunt enim nauiculę fluuiatiles. Nec pueri credunt. Sensus est. Ita omnes hoc tempore ipii sceleratiq; sunt, vt ne pueri quidē credant inferos esse, ꝑter eos qui nondū lauantur ęre. i. a quibus in thermis non exigitur ęs, qbus facile est vanissima queq; persuaderi. Aere lauantur. i. qui sunt impuberes, ab iis enim quadrans non exigitur in thermis, immo nec lauātur in publicis thermis. Qui lauabantur quadrantem soluebant, poeta alibi. Cedere siluano porcum, quadrante lauari. Hora. Dum tu quadrante lauatum rex ibis. Sed tu vera puta, o Domitiane nō fabulosa. s. inferos eē.

Curius quid sentit, cum interrogatione leguntur, vt sit sensus. Cuius sententię credis esse hos illustres viros apud inferos, quum vident manes ꝛ aīas sceleratoꝝ illuc descēdere? q. d. huius sunt sententię vt cre**Curius**dant eoꝝ cōtagiōe esse sordidatos ꝛ maculatos ac proinde velint lustrari ꝛ purgari. Curius, hos noīat, vt viros bonos. Nam. M. Curius exactissimę fuit abstinentię, vtpote qui legatis Samniuū aurū offerentibus quū ipse in foco rapa torreret, malo inqt hęc in fictilibus meis esse ꝛ auꝝ habētibus imperare. Quūq; interuersę pecunię argueret cadū ligneū quo vti ad sacrificia cōsueuerat in mediū ꝑtulit, iurauitq; se nihil amplius de ꝑda hostili in domū suā cōuertisse. De Sabinis bis triūphauit. De lucanis ouans vrbē introiuit. Pyrrhū epirotaꝝ regē italia expulit. Ambo Scipiadę, vtrū superior ꝛ inferior quoꝝ alter carthaginē fecit tributariā, alter vero deleuit. An. Cn. ꝛ. P. Scipiones fratres, q in hispania ingētibus ꝑliis Hānonem ꝛ Asdrubalē fratrē Hannibalis ceciderunt, raptaq; erat ipetu hispania nisi fortissimi viri in ipsa victoria ꝑpe cū totis exercitibus Punica fraude oppressi cecidissent. Lege Liuiū. xxv. ab vrbe cōdita, forma aūt patronymica dixit Scipiadę ꝑ Scipiōibus, hocq; necessitate metri quēadmodū ꝛ Vir. Scipiades geminos dixit.

Fabritius Camillus Fabritius, Fabritius Licinius honoribus ꝛ authoritate oī ciue ꝑibus suis fuit maior, censu par vnicuiq; pauprimo. Bello tarentino missus ad pyrrhū legatus de redimēdis captiuis frustra vt ꝑriam desereret ab rege tētatus est, ꝑtēq; sibi iperii oblatā repudiauit. Manesq; Camilli, Furius Camillus patrię amātissimus fuit. Quū Ardeę exularet q; ei datū eēt crimini q; albis eqs triūphasset de vehis, ꝛ ꝑdam inique diuisisset, dictus absens dictator collectis reliquiis gallos senones capitolium obsidentes improuisos internitione occidit. Populum Roma. migrare veios volentē retinuit. Sic ꝛ oppidū ciuibus, ꝛ ciues oppido reddidit.

Quid cremerę legio. Trecentos ꝛ sex fabios, de quibus pauloante dixi intelligit, qui cum seruis ꝛ clientibus aduersus veientes dimicarunt, a quibus insidiis ītercepti iuxta Cremeram fluuium thuscię sunt trucidati.

Consumpta cannis. Nam iuxta cannas vicū appulię quadraginta hominum milia cū Paulo ęmilio altero consule sunt interempta commissa pugna suasu Varronis collegę. Talis vmbra, qualis erat vmbra Domitiani.

Cuperent lustrari, purgari vt maculati contagione illius. Siqua sulphura, purificabant enim antiqui siquo piaculo essent polluti sulphure, aqua, ouo, igni, ꝛ lauro. Apuleius lib. xi. Nauem summus sacerdos teda lucida ouo ꝛ sulphure, solēnissimas ꝑces de casto ꝑfatus oīe ꝗpurissime purificatā deę nuncupauit. De purgatione ignis sulphuris ꝛ aquę. Ouidius, Omnia purgat edax ignis, vitiumq; metallis Excoquit, iccirco cum duce purgat oues. Alibi Terq; senē flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat. Tedis, purificationem intelligit quę fit per ignem. Nam teda arbor est resinam ferēs quę facile ardet. Humida laurus. Plinius lib. xv. scribit, honorem lauris habitum in triumphis, quia suffimentum sit cędis hostium ꝛ purgatio (vt tradit Massurius.) Ouidius Nuda fit hinc laurus, lauro sparguntur abunda Omnia quę dominos sunt habitura nouos. Illuc heu miseri. Hoc pendet ex illo versu esse aliquos manes, ꝛ subterranea regna, vt sit sensus Domitianum, omnesq; nobiles, qui tam obscœne viuunt meminisse debere inferos omnino esse, ꝛ omnes illud traduci, vbi pro delictis puniuntur. Sic ꝛ Ouidius. x. metamor. Tendimus huc omnes, hęc est domus vltima. Arma quid vltra. Ex stomacho nobilitatis polutę ludis scęnicis ꝛ gladiatoriis, nimiaque mollicie fluentis. Quid inquit prodest armis ꝛ virtute nostra extremas orbis partes esse subiectas, quum in vrbe nostra iam neglecta omni honestate ea committantur vitia, quę in ipsis prouinciis quas vicimus non cōmittuntur, quamuis tamen quidam externus flagitiose viuat, sed hoc inquit est ex commertio nostro. **Iuuerna Orcades** Inuernę, Iuuerna insula est oceani britannici, de qua Pōponius Mella. Orcadas, orcades inter insulas oceani britanici cōnumerant, dieꝝ (vt scribit Solinus) septē totidemq; noctiū cursu numero tres. Ab orcadibus vsq; tylen qnq; dieꝝ ꝛ totidem noctiū est nauigatio. Modo captas, ex historia est. Nā (vt scri

bit Hieronymus in Cronicis Eusebii.) Claudius imperator de Britannis triumphauit ⁊ orcadas insulas imperio Romano adiecit. Britannos, Britãnia insula vltra oras gallici littoris octingentis ⁊ amplius milibus passuum longa porrigitur, vt nomen pene alterius orbis mereretur, a qua oceanus nominatur britannicus. Virgi. Et penitus toto diuisos orbe britannos. Contentos minima nocte. Cęsar in cõmentariis ostendit Britãnos breuiores habere noctes. Illudque prorsus falsum est, quod alii sensere nullam illic esse noctem ęstino solstitio. Sed quę nunc, sensus est. Ea vitia q̃ nos committimus in vrbe nostra, ipsi populi quos vicimus non committunt domi suę, sicq; mores sui temporis notat. Populi victoris, scilicet Romani.

Britannia.

Quos vicimus, quasi dicat ipsi prouinciales. Nã prouincia (vt diximus) dicta est quasi procul victa.

Et tamen vnus Armenius Zalates. Astute poeta ostendit mirum non esse si ⁊ in prouinciis alia committantur flagitiosa. Nam ex seminario inquit Romano scelerum radices ad reliquos ꝓpagatę sunt populos, per Zalatem autem armenium intelligit ⁊ reliquas gentes externas ⁊ longinquas contagione romanorum esse corruptas. Armenius Zalates, obses armenius. Est enim nomen proprium obsidis. Nam obsides ex Armenia traditos fuisse romanis scribit Cor. Tacitus. Tradebantur etiam aliunde ⁊ pręcipue ex nationibus lõginquis, Tranquillus in Augusto. Quodam autem muneris die parthoꝝ obsides tunc primum missos per harenam mediam ac spectaculum ĩduxit. Idem in Caligula prę se ferens Dareum puerum ex parthorum obsidibus. Quosdam caligula (vt scribit Idem Tranquillus) obsides dilexisse fertur cõmertio mutui stupri. Mollior, effoemĩatior. Ephebis, nam εφηβοσ puber dicitur, εφηβεω pubesco, εφηβια ętas est prima adolescentię. Indulsisse, exhibuisse in turpe obsequium. Ardenti tribuno, impatienter amanti. Aspice quid faciant, veluti exclamatio poetę tangentis mores sui seculi.

Obses. Obses, is est qui a patria principibus dari solet cũ honore custodiendus de fide seruãda, vñ Festus Põpeius ait obsidem dictum quasi obfidem .i. ꝓpter fidẽ, qa ob fidem patrię pręstandam datur. Hic fiunt homines, ironicos, idest hic fiunt homines scelerati.

Nam si mora longior, sensus est si forte pueri externi diutius Romę manserint statim aderunt qui eos ament, mittantq; munera quibus soleant delectari etiam domi suę. Talibus enim rebus facilius q̃ pecunia videntur capi posse. Aliqui ita exponunt. Mittentur Braccę cultelli, pro omittentur ⁊ relinquentur vestimenta qualibus in patria vtebantur ⁊ studia

Sed quę nunc populi fiunt victoris in vrbe,
Non faciunt illi quos vicimus, & tamen vnus
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse tribuno.
Aspice quid faciant commercia, venerat obses,
Hic fiunt homines, nam si mora longior vrbẽ
Indulsit pueris, non vnquam deerit amator.
Mittentur braccę, cultelli, frena, flagellum,
Sic pretextatos referunt artaxata mores.

exercendorum equorum, ⁊ virilis disciplina dediscetur, reportabuntq; in patriam mores romanos perditissimos, placet magis intelligas ab amatore adolescẽtulis obsidibus mitti talia munera qbus in patria sua delectãtur, sicq; muneribus corruptos in omnem turpitudinem romanam labi, domumq; ⁊ in patriam tales mores romanos reportare.

Braccę. Braccę, Braccas scribit Diodorus esse vestes quas galli ad terrorẽ intonsas ⁊ varii coloris ferũt. Easdem q; grecos anaxiridas vocare, Cor. item Tacitus a Diodoro non dissentiens ait sic. At Cecinna velut relicta post alpes sęuitia ac licẽtia modesta agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius municipia ⁊ colonię in superbiam trahebant, q; versicolori sagulo braccas barbarum tegmen indutus togatos alloquereť. Braccas item docet Suetonius in Cęsare vestes esse quũ ait. Gallos Cęsar in triũphum ducit. Idẽ i curia galli braccas deposuerunt, latũ clauũ sumpserunt. Flauius vopiscus in Aureliano iter hęc fuit Tetricus braccis gallicis ornatus. Flagellũ, quo equi excitantur ad cursum, diminutiuum est a flagro.

Sic, per commertia romanorum, ⁊ longam moram manendi in vrbe.

Pretextati. Mores pretextatos, aut mores Romanos .i. qualibus instructi sunt nobiles Romani quũ pretexta habitus fuerit Romanoꝝ, ⁊ vt testať Asconius honestoꝝ, ⁊ toga vilioꝝ, vnde Sene. ad Luci. Parem aũt deo pecunia nõ faciet, deus nihil habet, ꝓtexta nõ faciet deus nudus est. Pretextam itẽ diximus vestem fuisse qua puerilis ętas vtereť vsq; ad quartumdecimum annum. Erat etiam magistratuum, sed non tribunorum, vnde apparet tribunum non fui se magistratum. Aut mores pretextatos .i. sordidos ⁊ obscœnos, vnde Suetonius in Vespasiano. Erat enim dicacitatis plurimę, ⁊ sic scurrilis, ac sordidę, vt ne pretextatis quidem verbis abstineret. Nam pretextatum sermonem veteres dixerunt obscœnum ab eo dictum q; pretextatis nefas sit obscœno verbo vti. Alii dici existimant q; quum in nuptiis a Sponso ⁊ sponsa pretextę deponerentur a multitudine puerorum obscœna clamarentur. Macrobius item in secundo Saturnaliũ pretextata verba obscœna eẽ ostẽdit his verbis. Hęc nobis sit litterata lętitia ⁊ docta cauillatio Vicem planipedis ⁊ Subulonis impudica ⁊ pretextata verba iacientis.

Artaxata. Artaxata, idest in ꝓuincias suas. Artaxata autẽ numero tãtum pulrali vrbs est maioris Armenię, sita iuxta araxem fluuium, caput gentis, eo Imperante Nerone Corbulo quũ bellum aduersus Tiridatem regem Armenię gereret delenit ęquanitq; solo, quia teneri non poterant sine valido presidio ob magnitudinem mœnium.

¶ Explicit Satyra secunda.

Satyra Tertia. Quamuis digressu.

QVamuis digressu. Reprehẽsurus poeta hac satyra varia vrbis vitia illud imprimis cõquerit nullũ esse in vrbe locũ viris bonis, sed tñ peregrinis maximeq; grecis, seruilibus, assentatoribus. Introducitq; vmbriciũ haruspicẽ sui tpis amicum suũ parantẽ ob prauitatẽ moꝝ ab vrbe discedere, cui ad notãda vitia dat partes suas. Ait ergo poeta. Quãuis nõ possim non cõmoueri q; amicus meus vmbricius ab vrbe discedat, tñ habita discessus rõne laudo eius cõsiliũ q; relicta vrbe Roma statuat migrare cumas. Confusus, subaudi extrĩsec9 sim, vt sit q̃uis sim totus ꝑturbatus ⁊ commotus.

Cõfundo. Nam cõfundi est contristari ⁊ cõmoueri Valerius lib. iii. Alcibiades interrogauit Periclem auunculũ qd ita tantã in vultu cõfusionẽ gereret. Amici, vmbricii, haruspicem fuisse docet Pli. lib. x. cap. iiii.

Destinet, statuat, paret. Alias mittere significat, vt alibi. Destinat hoc monstrũ cymbę liniq; magister põtifici summo. Destinare itẽ attribuere, vt marmora destinata sunt tẽplo Dianę .i. attributa. Cumis,

Cumę. Cumę in cãpania ciuitas est, quę antiquitate cũctas ⁊ Italię ⁊ Sicilię vrbes antecellit, quã Hippocles cumęus ⁊ megasthenes calcidẽsis condiderũt, qua ex re Cumę nũcupanť a Cumęis, q ex Euboia venerant. Nõnulli Cumas ob κυματα .i. fluctus nomẽ duxisse memorãt, littus .n. ꝓximũ frequẽtibus abũdat tergoribus qbus illisę fremũt vndę. Hęc Strab. lib. v.

Sibylla. Ibi Sacellũ authore Solino fuit Sibyllę quę cumęa est cognominata. Vacuis, nõ tã plenis hoĩum q̃ ẽ Roma, vt sit honesta rõ illic habitãdi. Sibyllę, Nã illic, vt dixi Sacellũ hẽbat Sibylla. Nomẽ est ãt officii nõ ꝓpriũ. Nã antiq Sibyllas appellauere oẽs puellas q̃ numine afflatę deoꝝ cõsilia enũciarẽt. σιοσ .n. deũ significat ⁊ βουλη cõsiliũ quasi σιουσβουλη.

Ianua Baiaꝝ .i. Cumę ciuitas est Ianua Baiaꝝ, vt euntibus Baias ab vrbe Roma necesse sit transire Cumis, ⁊ ita est tanq̃ q̃dã ianua q̃ excipiat, ⁊ emittat ꝓficiscẽtes ad oppidum Baias. Eo multi ro. tpe ęstatis aĩ cã migrabãt. Ibi .n. erãt calidę aquę ⁊ ad voluptatẽ ⁊ sanãdos morbos accõmodatissimę. Horatius, nullus in vrbe locus Baiis ꝓlucet amoenis. Baias inquit Seneca ad Luciliũ, sapiẽs vir nunq̃ eliget q̃ diuersoriũ vitioꝝ eẽ coeperũt, illic sibi plurimũ luxuria permittit.

Baię. Baię ãt ciuitas est cãpanię a socio Vlyssis Baio illic sepulto denoĩatę. Silius Italicus. Primores ad sunt capuę docet ille tepẽtes, vñ ferãt nomẽ Baię cõmiteq; dedisse Dulychię puppis stagno sua noia mõstrat. Et gratũ littus .i. totus ille tractus littoralis q est inter Baias, ⁊ Cumas amoenissimus est. Nam de Cumęo littore intelligit, quũ dicat Cumas eẽ iannã baiaꝝ ⁊ littus amoenũ. Illud deniq; cõstat oĩum siqdẽ nõ mõ Italię tñ sed pene toto orbe terraꝝ pulcherrimã cãpanię plagã esse, nihil hospitalius mari. Hic illi nobiles portus. Caieta, Misenus, tepẽtes fontibus Baię, Lucrinus et Auernus, q̃dam maris ostia. Hic amici vitibus montes. Ego vel ꝓchytã ꝓpono suburrę. Antipophora est, q̃ si aliqs dixerit Cumas locũ esse desertũ ⁊ parũ frequentatũ ⁊ ipse rñdeat. Ego ẽt ꝓchytam .q.d. vilissimũ quẽq; locũ ꝓpono Suburrę regiõi vrbis. ro. frequentatissimę.

Procbyta. Nã ꝓchyta insula est in littore cãpano, de qua ita Plin. Inarimes mons fuit q terrę motũ passus alterã fudit insulã, q̃ ꝓchyta ab effusiõe dicta est. Nã ꝓcheo effundo significat. Ouid. Inarimẽ ꝓchytamq; legit. Strab. in. vi. sic scribit. Prochyta ⁊ pithecusę auulsę de terra partes sunt eodẽ modo ⁊ Capreę. Suburrę, ac si dicat amoeniori ẽt loco vrbis. Nã regio erat, vt diximus celebratissima in vrbe. Nam qd tã miseꝝ, rõ q̃re pluris faciat hęc loca tã deserta q̃ romã. Nã qd inqt tã solitariũ vidimus, vt nõ sit lõge melius illic eẽ q̃ romę, vbi quotidie multa varii gñis ꝑicula ⁊ incõmoda oĩbus imminẽt ꝑcipueq; pauꝑibus. Tã solũ, tã solitariũ ⁊ desertũ. Horrere incẽdia, q̃ crebra in vrbe videbanť non sine multoꝝ calamitate. Nã ĩperãte Nerone cẽtũ triginta duę domus. Insulę q̃tuor, sex diebus, vt scribit Seneca arsere. Lapsus assiduos, assiduas ędificiorũ ruinas. Sęuę vrbis, magnę, aut sęuę vbi quotidie sęua multa acciderẽt. Et augusto recitãtes mẽse poetas, subaudi extrinsecus audire. Nã ⁊ hoc iter alia vrbis ĩcõmoda cõnumerat, referť .n. ad fastidiũ audiẽdi poetas passim recitãtes, vt dicat. Nihil qdẽ tã solitariũ ẽ tãq; desertũ quo nõ putes eẽ deterius ꝑpeti vrbis ĩcõmoda, vbi horremus ĩcẽdia, deniq; cogimur audire poetas recitãtes ẽt mẽse augusto, q nobis occurrẽtes velint audiri. Mẽse aũt aug. dixit ex stomacho .q.d. eo tꝑe quo ro. migrãt, vt sit sensus, ciuitas nũq̃ ẽ adeo ciuibus exhausta qn semꝑ hẽat poetas q mense augusto quũ oẽs fere migrarũt recitatiõe sua te vexẽt. Nã vt diximus Initio opis nõ sine molestia audiebanť. Tota domus, tota supellex domestica vmbricii. Rheda, genus ẽ vehiculi, vocabulũ ẽ authore Quin. in. i. gallicũ sicut ⁊ petoritũ quoꝝ altero hoc est Rheda vsus ẽ Cicero, altero Hora. in satyris. Atq; caballi pascẽdi, ducẽda petorita. Est ãt ⁊ petoritũ genus vehiculi, qd' vulgo carrũ dr. Author Porphyrio. Substitit, restitit expectãs Rhedã. Ad vete-

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Tertia.

QVamuis digressu veteris cõfusus amici,
Lando tum vacuis quod sedẽ figere cumis
Destinet atq; vnum ciuem donare sibyllę.
Ianua baiarum est, & gratum littus amoeni
Secessus, ego vel prochytam ꝓpono suburrę,
Nam quid tam miserũ, tã solũ vidimus, vt nõ
Deterius credas horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula sęuę
Vrbis, & augusto recitantes mense poetas?
Sed quum tota domus rheda cõponitur vna,
Substitit ad veteres arcus, madidãq; capenam,

Arcus res arcus, Aliq̃ itelligũt arcus quos Romulus cõstru
veteres xerat Latericios, quos postea romani florẽtes opibus
in marmoreos mutauerũt ne cõditoris sui memoria
piret, possemus ẽt itelligere arcus tergemino⁹ Oratio
rũ, q ad portã capenã erãt, vbi ⁊ cãpus eo⁹ erat. Mar.
Capena grãdi porta qua pluit gutta, phrygieq̃ mris
almo qua lauant fr⁹, Oratio⁹ qua nitet sacer cam
pus, hocq̃ melius, nã
ait vmbritiũ subsitis
se ad portã capenam,
iuxta q̃ erat cãpus ter
gemino⁹ cum arcu
bus. Locũ ẽt fuisse ro
me, q diceret sub ve
teribus, docet Pli. lib.
xxxv. sic Hinc Marci
Crassi oratoris ille le
pos agẽtis sub veteri
bus quũ testis cõpel
latis instaret. Eiusdẽ
meminit ⁊ Plaut. in
Curculione. Sub ve
teribus ibi sunt q dãt,
quiq̃ accipiũt. Madidãq̃ capenam, Capena porta
erat, quę ẽt Appia, vt author est Frontinus de aquę
ductibus, dicta est p quã itur Capuã. Propertius Ar
maq̃ quũ tulero portę votiua capenę. Madidam,
ideo qa vt scribit ꝑbus sup eã erat aquę ductus. Q d
⁊ Martia. cõprobare vr carmine antedicto. Capena
grandi porta qua pluit gutta. Hic, pro illic substi
tit. Vbi nocturnę Numa cõstituebat amicę. Nu
ma Põpilius secũdus post Romulum rex romano⁹
quo efficacissimũ deo⁹ metũ rudi ⁊ Impitę multi
tudini icuteret, simulauit se cõgressus nocturnos cõ
nubiũq̃ habere cũ Egeria dea, eius monitu nõ mo
do rempu. administrare, sed ẽt quę acceptissima diis
essent sacra instituere sacerdotesq̃ suos cuiq̃ deo⁹ p
ficere. Erat aũt lucus extra portã capenã, quẽ mediũ
ex opaco specu fons perẽni rigabat aqua, vbi nym
pha habitare ferebat, eo Numa se persepe sine arbitris
velut ad cõgressum deę iferebat, camœnis eum lucũ
sacrauit, q ea⁹ sibi cõcilia cũ cõinge sua egeria eẽnt, ⁊
soli fidei solẽne istituit. Ait nũc poeta lucũ illũ ⁊ de
lubra musis sacrata Indęis mẽdicis locari. Et sic ana
ritiam sui tpis flagellat, quę ꝑs ẽt ex tãta inopia exige
ret, ⁊ pauptatẽ oñdit indeo⁹, q euersis hierosolymis a
Vespasiano p orbẽ pfugi mẽdicare cogebant, ⁊ edicto
Domitiani pulsis vrbe necesse fuit colere syluas.

Amicę nocturnę. Nã noctu cõgressum cũ ea si-
mulabat. Quo⁹ cophinus, subandi est, adeo ingt
pauperes sunt indęi, vt nihil aliud habeãt q̃ cophinũ
⁊ foenũ, nã foeni fasciculũ gestabãt ⁊ cophinũ, vñ i
satyra. vi. cophino foenoq̃ relicto. Cophinus aũt vo
cabulũ est grẽcũ, apud nos, authore Prisc. corbẽ signi
ficat. Sydonius de eo ita meminit. Ordinis res est, vt
egyptius Pharao icedat cũ diademate, Israhelita cũ
cophino. Sacri fontis nemus. Nã fons ex opaco spe
cu mediũ, vt diximus, lucũ rigabat perẽni aqua. Sa
crũ aũt fontẽ appellat, aut qa oẽs piter fontes sacri ha
bent, vñ Hora. Nũc ad aquę lene caput sacrę, aut qa
Numa, authore Plutar. nõ solũ camœnis lucũ ⁊ pra
ta quę circũ erãt sacrauerat, sed ⁊ fontẽ ipm q sacris
vestalibus ꝛginibus erat cõstitutus. Delubra, Ca
mœnis antea ab Numa cõsecrata. Delubrũ, Var. lib.
viii. re⁹ diuina⁹, vt recitat Macrobi. lib. i. satur. Ait
alios existimare in quo ꝑter ędẽ sit area assumpta de
um causa, vt est in circo flaminio Iouis statoris. Ali
os in quo loco dei simulacrũ dedicatũ sit, ⁊ adiecit, si
cut locũ i quo figerẽt cãdelã cãdelabr⁹ appellatũ, ita i
quo deũ ponerẽt noiatũ delubrũ, de quo ita accepit
Verg. in. ii. At gemi-
ni lapsu delubra ad sũ
ma dracones effugi-
unt, ⁊ vt mox simula
crũ noiaret subtexuit
Seneq̃ petũt Tritoni
dis arcẽ. Sub pedibus
q̃ deę clypeiq̃ sub or
be tegunt. Festus ꝛo
sic ait. Delubrũ dice-
bãt fustẽ delibratum, delubra
hoc est decorticatum,
quẽ venerabant pro
deo. Asconius itẽ Pe
dianus sic scribit. Sũt
ẽt q delubra ligna de
librata. i. decoriata pro simulacris deo⁹ more veterũ
posita existiment, sed male. Illud tñ cõstat. Delubra
poni generaliter ꝑ tẽplis, vñ Plini. lib. xxxvi. Durat
Cyçici delubr⁹ quo filũ aureũ cõmissuris oĩbus poli
ti lapidis subiecit artifex. Omnis arbor inscia est pẽ
dere mercedẽ, hinc exit summa indignatio poetę, q
ẽt ob auariciã. Loca sacra romani ꝓphanarent locan
do ea Indęis. Pendere mercedẽ, soluere. Nã pensio
ẽre ⁊ non numerato debitũ soluebãt. Populo. s. ro
mano. Oĩs sylua. i. oẽs Indęi habitantes in sylua.
Eiectis camœnis, qbus lucus erat sacratus. Camœnę camœ
aũt dicunt musę quasi canenea canẽdo. In vallẽ nę.
egerię. i. in lucũ, de quo diximus camœnis cõsecra-
tũ, ⁊ in quo simulabat colloquiũ habere Numa cũ
egeria. Et in spelũcas, in specũ de quo dictũ est.

Dissimiles veris, Naturalibus nõ similes. Nã quę
ex topho antea erant, auctа romano⁹ luxuria ⁊ am-
bitione marmoribus sunt adornata. Numẽ aquę,
fontis. Quanto prestantius esset. i. excellentius ⁊ ꝑ
inde ꝑsentius, si i natura sua mãsisset, ⁊ non marmo-
re icrustatũ esset, vt oñdat deos rebus humanis non
capi, sed bona synceraq̃ hoĩum voluntate gaudere,
vñ ait Sene. ad Luciliũ. Cogita deos quũ ꝓpitii eẽnt
fictiles fuisse. Clauderet vndas, vestiret. Viola-
rent tophũ. Nã vis inferri videt topho, qui ex loco
suo detruditur appositis marmoribus. Tophũ, To
phus lapis est leuis ⁊ cauernosus. Ingenuum, ibi
natum, vñ ⁊ Lucretius. Ingenuos appellat fontes ibi
natos, nec aliunde ductos. Vnde mare ingenui fon-
tes extremaq̃, lõge flumina ꝛppeditant, trãslatio est
ab iis q liberi nati sunt. Nam ingenuus dicit, qui vt
statim natus est, liber est, siue ex duobus ĩgenuis ma
trimonio cõstante editus est, siue ex libertinis duo-
bus, siue ex altero libertino ⁊ altero ĩgenuo, lege Iusti
nianũ. Hic, pro illic. Tũc vmbritius, subandi
dixit. Quando artibus, Sensus est ex quo nullus
iam locus est viris bonis in vrbe, nec iam vllus fru-
ctus sequtur labores, ⁊ oĩa iam in deterius labunt sta-
tui migrare Cumas. Sic ⁊ Martialis lib. iii. ostendit
viro bono nullum esse locũ in vrbe, quid faciã sua-
de, nam

Hic vbi nocturnę numa constituebat amicę.
Nunc sacri fontis nemus, ẽ delubra locantur
Indęis, quorum cophinus foenumq̃ supellex.
Omnis enim populo mercedẽ pẽdere iussa est
Arbor, ẽ eiectis mendicat sylua camoenis.
In vallem egerię descendimus, ẽ speluncas
Dissimiles veris, quanto prestantius esset
Numẽ aquę, viridi si margine clauderet vndas
Herba, nec ingenuũ violarẽt marmora tophũ,
Hic tũc vmbritius, qñ artibus inqt honestis

de, nam certum est viuere Romę. Si bonus es, casu
viuere sexte potes. Viris honestis, viris honestas
artes exercẽtibus. Nulla emolumenta, nulla vtili-
tas, nullus fructus laborũ nostro⁹ est. Res hodie
minor est, videnꝫ. n. oĩa per ꝓcessum tẽpo⁹ in deteri
us labi, vñ Hora. Dãnoso qd nõ ĩminuit dies? He-
re, ꝑ heri, Quintilianus ostẽdit magis dicendũ here
q̃ heri. Inqt enim he-
re nũc e littera termi-
namus. At vete⁹ co-
mico⁹ adhuc libris i
uenio heri ad me ve-
nit, qd idem in epistо
lis Augusti quas sua
manu scripsit, atque
emẽdauit deprehendi.

Deteret, diminuet
ex cõsequenti, qa quę
deterunt cõminuun
tur. Dędalus exuit
alas, cumas intelligit,
vbi Dędalus fugiens
Minoem cõdidit tẽ
plũ Apollini. Virgi.
Dędalus vt fama est
fugiẽs Minoia regna
Prępetibus pẽnis au-
sus se credere cęlo. Insuetum per iter gelidas enauit
ad arctos. Calcidicaq̃ lenis tandem superastitit arce.
Redditus his ꝓmum terris tibi phœbe sacrauit Re
migiũ alar⁹ posituq̃ ĩmania tẽpla. Dum nona ca-
nicies, subaudi est. Canicies homini tãtũ est ⁊ equo.
(Author Plinius.) Ordo est. Cedamus patria dũ no
na canicies. Recta, nõ curua. Dũ supest, dum ad-
huc aliqd vitę mihi supest. Nam lachesis vna est ex
tribus parcis, quę vitã humanã summa disponere cõ
cordia dicunt. Vna. n. ea⁹ dicit nere vitam hoĩs. Al-
tera filũ ipsum vitę colligere. Tertia abrumpe, vnde
bñ poeta dixit qd torqueat. i. neat. De lachesi sic Mar
tialis. Nil adiicit penso lachesis, fusosq̃ sororũ explі-
cat, ⁊ semp de tribus vna necat. Bacillo, paruo ba
culo. Est aũt diminutiũ ⁊ generis neutri. Cicero de
finibus bonorũ ⁊ malorũ, vt bacillũ aliud est infle-
xũ ⁊ incuruatũ, aliud ita natũ. Apuleius in ꝓmo li-
mine primi libri methamor. Qua bacillũ inuersi teli
ad occipitiũ per inguen subit. Cedamus patria, mi
ra ĩdignatione dictũ. Vinat Artorius, Catulus ⁊
artorius noĩa sunt vilissimo⁹ hoĩum, qui ex humi-
li fortuna ad summas puenerãt opes. Vmbritius nũc
cõquerit in vrbe tales hoies fauorabiliores esse q̃ ho-
nestos. Meminit Eusebius de tpibus cuiusdam Arto
rii medici Augusti, quem ait naufragio piisse, post
victoriã acciacã. Maneant, acri bile dictũ, ꝓbos
aũt ⁊ versutos hoies designat, qui virtutẽ in vitiũ,
⁊ vitium in virtutẽ vertũt. Nã per nigrũ malũ acci
pere debemus. Horatius, hic niger est hũc tu roma-
ne caueto. Albũ vero ꝑ bono. Persius, Per me eqdẽ
sint oĩa ꝓtinus alba, vñ est illud Ouidii de Antoly-
co in. xi. metha. Candida de nigris, ⁊ de candentibus
atra. Sicq̃ poeta oñdit tale genus hoĩum gratius esse,
vñ ⁊ Teren. in phormione. Hic ꝓciũ nũc est q̃ recta
prana faciunt. Quis facile est ędem cõducere, desi
gnat cũ portitores, tũ alios vilissimo⁹ re⁹ redẽpto-
res, qui habent infames ob vile lucrũ qd sectantur.
Non enim eos pudet conducere ędes reficiendas, flu-
mina purganda, ⁊ vectigalia portus. Quis, pro
quibus. Eluuiem, sordes quę per cloacas, aut flu- eluuies
mina labuntur ⁊ residere solent, ab eluendo dictę.
Nam residentes eluuntur aqua dilabente. Condu
cere portus. i. portoria redimere, quę in portu exigun Portи-
guntur, vnde ⁊ porti tor
tores sunt nominati,
qui vectigalia exi-
gunt ad portus, qua si
gnificatione, ita acci-
pitur illud Virgilia-
num, portitor ille cha
ron, de hoc huberius
dicemus ifra. Quem
porrigat ore trientem.

Portandum ad bu
sta cadauer. Libitina Libiti
rios designat qui ca- narios
dauera sepeliẽda con-
ducebant. Nam in
templo libitinę ea vẽ-
di solebant quę ad se-
peliendum mortuum
fuissent necessaria. Fu
nera enim locabãtur,
vnde Plinius. xxi. libro. Loquens de Scipione fia-
rio. Asses ergo cõtulit populus, ac funus elocauit, iiq̃
qui vendebãt libitinari dicebantur, polinctores ve-
ro qui sepeliebant, vnde Vlpianus de institoria actio Polin-
ne. Si libitinarius seruum polinctorem habuerit, isq̃ ctor.
mortuũ spoliauerit dandã in eum quasi institoriam
actionẽ. Quũq̃ ex hac re lucrum sectarentur mortẽ
multo⁹ optabant, vnde Seneca de Beneficiis. An tu
Aruntiũ ⁊ Ateium, ⁊ ceteros qui captando⁹ testa-
mento⁹ artem ꝓfessi sunt, nõ putes eadẽ habere, quę
desiguatores ⁊ libitinarii vota? Ad busta. Bustum Bustũ
proprie dicebatur locus in quo mortuus erat cõbu-
stus, ⁊ bustum dicitur quasi bene ustum. Nunc vero
busta dicũtur sepulchra. Festus. Et prebere caput,
multi enim patiebantur se vendi, quod Martianus
in digestis de statu hominum sic ostendit. Serui in
dominium nostrum rediguntur, aut iure ciuili, aut
iure gentium. Iure ciuili siquis maior. xx. annis se ad
precium participandum venire passus est. Iure gen
tium serui nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur, aut
qui ex ancillis nostris nascuntur. Plautus in Curcu
liõe. In Thusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese
venditant. Apud germanos, (vt scribit Tacitus in li
bro de situ Germanię) hęc consuetudo seruatur, vt
quum in alea omnia amiserint extremo ac nouissi-
mo iactu de libertate ⁊ corpore contendant, victus
voluntariam seruitutem adeat. Sub hasta, nam pu Sub
blica auctione, in foro ponebatur hasta, quę pręci- hasta.
puum erat signum auctionis, eiq̃ subiiciebantur om
nia quę publice venderẽtur. Vnde Valerius libro se-
cundo. Cęterum (authore Plini.) Scipione nassica
omnem apparatum operis scenicorum subiectum
hastę venire placuit. Tranquillus in Cęsare. Et bel-
lo ciuili sup alias donatiões amplissima prędia ex au
ctiõibus hastę minimo addixit. Dña, quasi cuius
potestati ⁊ imperio oĩa essent subiecta in venditione.

Quondá hic cornicines, & municipalis harenę
Perpetui comites, notęq; per oppida buccę,
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter, inde reuersi
Conducunt foricas, & cur non omnia, cū sint
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quotiens voluit fortuna iocari?
Quid romę faciam? mentiri nescio, librum
Si malus est nequeo laudare, & poscere, motus
Astrorum ignoro, funus promittere patris,

Quondam hic cornicines, Conqueritur Iuuenalis eos qui cornicines, & tubicines non modo Romę, sed etiam in municipiis fuerunt eo diuitiarum peruenisse temporibus suis, vt tanq̄ magnifici & potētes viri ludos gladiatorios edant in vrbe, cędantq; quos velint. Nam facile erat eiusmodi homines principum liberalitate locupletari, vñ Menecratē Cytharoedū, & Spectulum mirmillonem scribit Trāquillus a Nerone triūphaliū virorum patrimoniis ędibusq; donatos fuisse. Martialis. Artes vult discere pecuniosas fac discat cytharoedos, aut choraulas.

Hic cornicines, legēdum est hic, & nō hi, vt sit. Qui hic cornicines quōdam fuerūt.i. Romę, & comites perpetui harenę municipalis, hoc est & in municipiis. Munera nūc edunt.i. ludos gladiatorios, vt potētissimi viri. Perpetui. assidui. Comites harenę municipalis. Nam tubicines nō solum theatris romanis, sed ēt municipalibus buccas suas locabant, ludis.n. canētes tuba seruiebant. Municipia, vt Gellius diffinit dicta sunt, q' quum oīno suis iuribus, & legibus viuerent munera cum populo Ro. habebant.i. tanq̄ Romani habebantur. Sicq; idem fuisse videnť cum foedere in ciuitatē accepti, vnde Cicero in oratione pro Aulo cluentio sic dicit, Equitem Romanū in municipio suo nobilem. Festus Pompeius sic scribit. Municipes erāt, qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent, qbus non licebat magistratum capere, sed tm̄ muneris ptem, vt fuerunt Cumani. Acerrani. Arcellani, qui & ciues Romani erant, & legione merebant, sed dignitates nō capiebant. Vlpianus iurisconsultus pprie inquit municipales appellanť muneris participes recepti in ciuitatem, vt munera nobis cū facerēt. Sed nūc abusiue municipes dicimus suę cuiusq; ciuitatis ciues, vt si Brixianus sis alios ciues brixianos municipes tuos appelles. Harenam ergo municipalem itelligit, quę in municipiis esset, quę munera cum populo Ro. caperent. (Municipia)

Notę buccę.i. ipsi tubicines, qui etiā buccinatores dicūtur a buccis quas canentes inflant, est enim bucca ea pars oris infra malā quę inflatur. Vnde Horat. Quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet. Munera, ludos gladiatorios, nam multi ex infima conditione ad summas opes puecti munera gladiatoria ędebant. Martia. lib. iii. Das gladiatores sutorum regulę cerdo. Quodq; tibi tribuit subula, sica rapit. Idem alibi Succēsus ad vilibus ede munera clamat Sutor cerdo dedit tibi culta Bononia munus. Fullo dedit mutinę, nunc tibi copo dabit. Et verso pollice vulgi. de eisdem tubicinibus intelligit, qui quum arte & quęstu suo locupletati sint, non modo munera edāt gladiatoria suis impensis, sed etiam conciliato sibi fauore populi occidant quem velint, quales multi in seditionibus interempti fuerunt a potentioribus. Populariter, populo fauēte, quasi dicat omnibus applaudentibus. Nam popularis is appellať, q gratus est populo, popularis etiam ciuis, hoc est qui ex eodem est populo, vnde Terētianus ille Samio, Obsecro populares ferte misero atq; innocenti auxilium, popularis etiam qui nobilis non est, sed ex plebe. Plautus p̄stat diuitem esse ac popularem, q̄ nobilem & mendicum. Cicero in secundo officiorum, popularibus enim verbis est agēdum & vsitatis quum loquamur de opiniōe populari. Verso pollice vulgi.i. verso ad se & conciliato fauore vulgi, sequtur enim populariter, idest fauente, vt dixi populo, hoc que ex prouerbio tractum ostendit Plinius libro xxviii. in magicis, pollices inquit quum fauemus p̄mere etiam prouerbio iubemur, vnde etiam illud est Horatii in epistola ad Lolium. Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum. vbi Porphyrio ait per vtrunq; pollicem intelligi vtranq; manum a parte totum, aut quia qui laudat vehemētius manus iungens iungit pollicem cū pximo. Inde reuersi, scilicet a ludis gladiatoriis & cędibus hoium. (Buccinator) (Popularis)

Conducunt foricas, ad res viles descendunt.i. foricas purgandas, foricę enim sunt latrinę, in quas ventris excrementa deiicimus. Foria enim (authore Nonio) veteres dixerunt stercora liquidiora, vnde Diomedes Laberius in paniceis, foriolus esse videris, in coleos cacas. Et cur non omnia? subaudi faciunt sordidissima. Quum sint quales ex humili. Quādoquidem sunt ex numero eorum quos fortuna solet per ludū ex humili loco ad altiora puehere. Quid Romę faciam? verba sunt vmbritii. Mentiri nescio. Antipophora, idest nec simulare, nec dissimulare noui, sicq; cōditionem sęculi sui taxat, quasi aliter agi vita non queat. Librum si malus est, assentari se dicit nescire, quod multi in gratiam diuitum & nobilium faciebāt, qui laudibus alienis delectari laudatores conducebant & cœnis & muneribus, vnde Persius. Calidum scis ponere sumen. Et comitē horridulū trita donare lacerna. Et verum inquis amo, & verum mihi dicito De me quis populi sermo? Horati. Laudato carmina vecors. Idem in poetria. Vt pręco ad merces turbam q cogit emēdas, Assentatores iubet ad lucrū ire poeta Diues agris diues positis in fœnore nummis. Et poscere, per adulationē transcribendum, tanq̄ qui mirabiliter placeat. Motus astrorum ignoro, vt possim futuram p̄dicere, hoc aūt dicit, vt ōndat magos & chaldeos qui futuri cognitionem pfitebātur & id genus hoies Romę gratia & authoritate apud oēs valere, ac p hoc dites fieri, vulgo.n. cōsulebanť, vnde poeta in sexta satyra. Chaldeis, sed maior erit fiducia, quicquid dixerit astrologus credet a fonte relatum Hamonis, Horatius in odis. Nec babylonios tentaris numeros. Funus promittere patris. Iniquitatem ostēdit filiorum sui temporis, qui mortem parentum multis plerunq; optabant votis, inquirebantq; (foricę foria)

Nec volo, nec possum, ranarū viscera nunq̄
Inspexi, ferre ad nuptam quę mittit adulter
Quę mādat norint alii, me nemo ministro
Fur erit, atq; ideo nulli comes ex eo, tanq̄
Mancus & extinctę corpus non vtile dextrę.
Quis nūc diligitur nisi cōscius, & cui feruēs
Aestuat occultis animus, semperq; tacēdis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet vnq̄
Participem, qui te secreti fecit honesti.
Carus erit verri, qui verrem tēpore quo vult
Accusare potest, tanti tibi non sit opaci
Ois harena tagi, q̄dq; in mare voluitur aux
Vt somno careas, ponendaq; pręmia sumas
Tristis, & a magno semper timearis amico.
Quę nūc diuitibus gens acceptissima no-
Et quos p̄cipue fugiā properabo fateri (stris
Nec pudor obstabit, non possum ferre qrites
Grecā vrbē, q̄uis quota portio fecis achęe.

a diuinatoribus, vnde Ouidius. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Ranarum viscera nunq̄ inspexi, vt ex iis aliquod pararem veneficiū, sicq; ostendit tale hominum genus in vrbe esse & gratum & fauorabile. Nam ex visceribus ranę, hoc est liene, Iecinore, corde, lingua, & officulo multa veneficia fieri posse tradit Plini. li. xxxii. Nam inter alia docet ex officculo, q̄d sit ī sinistro latere amorem concitari & iurgia addito in potionem, venerem alligatum stimulare. Ferre ad nuptam. Alii inquit internūtii sint ad cōcilianda adulteria, ego vero hoc nō fecero. Nemo.n. erit adulter me ministro.i. sequestro & medio. Mittit, munera intellige & litteras. Mādat, hoc est verba & mandata. Me ministro, me authore, conciliatore, & internuntio. Cicero in Lęlio, vt aut libidinis ministri, aut adiutores essent ad iniurias. Fur erit.i. adulter. Nam & furtum adulterium appellať. Propertius. Noli furta pudica thori. Atq; ideo nulli comes ex eo. Sēsus ē. Et quia tales inquit artes mihi non placent, discedo ab vrbe nulli comes.i. sine comite, ac per hoc solus quasi qui a cunctis repudier, tanq̄ mancus & tanq̄ corpus inutile extincta dextra.i. tāq̄ homo iners, nullius p̄cii, nullius q; ingenii, vtpote qui nouas viuendi artes vt cęteri non calleā, & ita quod animi est transtulit ad corpus. Extincta ergo dextra.i. extinctis ingenii viribus, legendūq; ē extincta dextra non extinctę dextrę. Mancus, dr̄ q̄si manu carens. Nisi conscius, nisi qui secreta diuitis scelera nouit. Feruens, coniunge feruens occultis & tacendis. Aestuat, agitatur taceat ne an pferat vspiam. Nil tibi se debere putat. Non eris inquit gratus neq; acceptus illis, quorum secreta honesta noueris, sed tantūmodo iis quorum scelera tibi nota erunt, afficieris enim muneribus ne secreta eorum reueles. Verri. Sensus est. Ille erit carus viro scelerato & furi qualis fuit verres qui potest furti eum accusare. Nā verres, vt dictum est superiore satyra, quęstor Siciliam per triennium tenuit, vbi libidinem, auaritiam, crudelitatemq; exercuit, succedente tandem Metello repetūdarum postulatus est a siculis. Eam causam egit Cicero pro siculis. Adhuc extant actiones quę verrinę appellantur. Tanti tibi non sit opaci. Etsi inquit cōscii scelerum diuitis afficiuntur muneribus vt taceant, tamen tu noli quęrere vt diuitis secreta scias, ne semper solicitus sis, & nequeas dormire, veritus ne aliq̄ndo tibi obiiciat q ea patefeceris, quorum eras conscius. Tagi. Tagus hispanię est fluuius auriferas habens harenas. Opaci, vmbrosi propter arborū densitatem in ripis. Martialis Aestus serenos aureo frangens tago obscuris vmbris arborum. In mare voluit, defertur ex fluminum profluuio. Vt somno careas. Nam dormire nequit solicitus ne aliquo afficiatur incommodo a diuite. Pręmia ponenda, quę postea cogaris ei reddere. Amico magno, diuite & potente. Alibi ante. Magni delator amici. Quę nunc diuitibus. Oñdit poeta in vrbe viros bonos non esse gratos, sed tātūmodo versutos, assentatores, scelerum ministros, & id genus homines, sed si quęras qui maxime grati sint, sunt inquit gręci. Ii enim acceptissimi sunt diuitibus, & tota ciuitas grecis referta est. Quos fugiam, deuitem, habeam odio. Nec pudor obstabit, pudor inquit nō me ipediet quominus aperte dicam, quę sentiam de gręcis. Est.n. ita dictum quasi aliquis monuerit non te pudebit tam insolenter gręcos insectari. Pudor autem est metus iustę reprehensionis. Quirites, Romani. Nam qui orationem habebāt ad populum Romanos q'rites appellabant, a Curibus ciuitate Sabinorum sunt dicti quirites, ex qua Acciti Titus Tatius & Numa Pompilius Romę quandoq; regnantes. A quiritibus fit Quiritare quod idem est quod clamare, quo vsus est Apuleius & Plautus. Gręcam vrbē, mores grecorum, quibus tota ciuitas corrupta est. Quamuis quota portio, quāuis sit minima pars gentis gręcę, ac si dicat gręcorum vitia adeo sunt magna vt vel pauca multitudo eorum possit etiam vrbem corrumpere. Quota, minima. Plinius l. iii. vbi de Italia & Roma mentionem facit. Ipsi de ea iudicauere gręci, genus in gloriam sui effusissimum, quotam partem ex ea appellādo gręciam magnam. Alibi Iuuenalis. Hęc quota pars scelerum. Martia. libro. viii. Pars quota parrhasię labor est mareoticus aulę. Quotus item nomē est quod numerum refert sicut quot. Horatius Tu quotus esse velis rescribe. Plinius lib. xi. capi. xxxvii. Murium iecusculis fibrę ad numerum lunę dierum in mense congruere dicuntur, totidemq; & inueniri quotum eius lumen sit. Martia. lib. ix. Scis quota de libyco littore puppis eat, idest quot naues eant. Fecis, in contemptum est grecorum, q. d. sordidę & vilissimę gentis, sic & Pli. lib. xxix. medicos grecos fecē appellat. Ne fecē quidem aut inscitiam eius turbę arguamus ipsorūq; intēperantiam in morbis. Achęe, sm̄ grecā declinationē dixit. Nā & Achiuū dicimus ae diphthōgo in i pducta cōuersa, & u digama iterposita. Est āt dictio deducta ab Achaia quę pars est pelopōnesi incipiēs ab Isthmo, antea

(Tagus) (Pudor) (Quirites) (Quiritare) (Quotus) (Achaia)

Aegialos vocabaſ ppter vrbes in littore per ordinem dispositas αἰγιαλὸσ. n. littus significat. Iampridem in Thybetim. Non solũ inquit greci in vrbem venere, qui diuitibus sint acceptiſſimi, sed etiã alię gentes barbarę ex Syria in vrbẽ nouos gentis sue mores inuexerunt, sicq; vmbritius indignaſ peregrinos gratiores esse, qui non virtute sed nouis delitiis & artibus placeãt, simulq; oñdit Romãos, ex quo ad summum diuitiaꝝ culmen peruenere in oẽm ita luxũ prorupisse, vt ex peregrinis oĩa ẽt voluptatum blandimẽta perdiscerent, vnde in sequentibus. Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerũt sęcula luxu.

Orontes

Orontes, hoc est ipsi Syrii qui ad Orontem habitant. Est enim fluuius qui Syriam ab Antiochia diuidit, dictus ab Oronte qui primus eum ponte inuxit. Legendũq; est Syrius non Syrus, prima. n. corripiť. Tibullus, Alba paleſtino sancta colũba Syro. Et ante Iuuenalis. Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe. Syrius vero quũ pro sydere põitur primá habet longã. Virgi. Tũ ſteriles exurere Syrius agros. Thyberim, Romã. s. Linguã, sermonem Syrium quę discant Romani. Et mores. s. patrios. Et cum tibicine chordas obliquas, & instrumenta musica quibus placeant. Nã per chordas obliquas intelligimus cytharam cui chordę intenduntur obliquę. i. obtortę, aut obliquę pro forma cytharę, vt ostẽdat non solũ tibię sed & cytharę cantũ a barbaris introductũ. Cytharoedi. n, apud Romãos extitere q lyras septicordes eburneas, & quę barbita dicunť intẽ debant, Dionysius. Tympana gentilia, quibus domi suę vtunť. Nam gentilis dř einsdẽ gentis, vt hoc in loco, gẽtiles item dicunť (authore Cice. in topicis) qui inter se eodẽ sunt noie ab ingenuis oriundi, quorum maioꝝ nemo seruitutem seruiuit, & qui capite diminuti non sunt. Inssas ꝓstare puellas, ꝓter alia inquit turpia in vrbẽ etiam inuexerunt puellas quę ſtuarias, quę prostant ad circũ maximũ, vbi ędificiũ erat ad id accõmodatũ. Propertius in. ii. lib. Et quas Euphrates, & quas mihi mĩsit Orontes Me capiãt, nolim furta pudica thori. Prostare aũt dř mulier q̃ turpitudine corporis quęstũ facit. Ite, cũ indignatione legendũ. Ite vos ad libidinandũ, quibus gratę sunt meretrices istę barbarę, vel ite vos ad spectandas puellas meretricias saltantes qui delectamini ludis.

Lupa

Lupa, meretrix, quasi quę ad rem non minus sit auida q̃ lupa ad cibũ. Barbara, non greca sed Syria.

Mytra

Mytra picta, ornamentũ erat capitis non mõ lydioꝝ & Phrygũ sed & Assyrioꝝ. Herodotus loquens de assyriis. Assyrii capita crinita hñtes mytris redimunt. Virgi. de phrygibus. Et nunc ille paris cũ seminiuro comitatu Meonia mentũ Mytra crinẽq; madentem Subnixus rapto potiť. Ait Seruius pileũ fuisse curuũ, de quo penderet buccaꝝ tegmen. Rusticus ille tuus. s. Romanus, qui superioribus sęculis summa frugilitate vinebat & agricolationi intentus erat, ducta origine (vt diximus) a pastoribus sumit trechedimna. i. in gymnasiis versať & paleſtra, vbi sumit trechedimna. i. vestes peregrinas post exercitationẽ quum desudauit. Sicq; indignatur contagione grecorum Syriorumq; Romanam iuuentutem corrumpi, in Gymnasiisq; exerceri, vbi authore Pli. lib. xxxv. ca. xii. aĩoꝝ vires perderẽtur, ita enim scribit de mollicie paleſtrę, plura de hac parte nõ sum dicturus, non Hercules magis, q̃ de terrę vſu in ceromatis, quibus exercẽdo iuuentus nostra corpora viresq; animorum perdidit. Trechedipna, vestis ẽ de qua mẽtionem facit Atheneus lib. vi. dipnosophiston quum de parasitis loquitur. Plutarchus itẽ mentionẽ facit in symposiacis. Quirine, Romule, de quo supra, In valle quirini. Et ceromatico, idest vnctо ceromate, est enim vnguentum athletarum, fit ex oleo & terra in speciem luti, quod ostendit Seneca ad Lucilium loquens de via lutosa. Tãtum luti tota via fuit vt possim videri nihilominus nauigasse. Totum athletarum fatum in illo die perpetiendum fuit A ceromate nos hąbe accipit in crypta neapolitana. A ceromate igitur a luto per similitudinem. Martia. lib. v. Et castigatum Libycę ceroma paleſtrę, idest ipse paleſtrita Anteus ceromate perunctus castigatus est ab Hercule. De ceromate intellexit Plini. xiiii. Loquẽs de ebrietate vitanda. Ad hec pertinẽt peregrinę exercitationes, & voluptatio in ceno, ac pectoroſa cernicis repandę ostentatio, quibus verbis athletarum certamen designauit, nam athletę (vt diximus) luto. i. terra oleo mista vngebantur, quorum mos erat cernicem dilatare, pectus exporrigere, vnde illud est qđ sequitur. Et longum inualidi collum cernicibus ęqt Herculis Antęum procul a tellure tenentis. Niceteria. Insignia victorię pugillũ, qui in Gymnasio alios vicissent, νίκη enim victoriã significat. Hic alta, rediit ad grecos quos ait ex diuersis grecię locis in vrbem venire, inscrẽtes se domibus diuitum, vbi assentatione aliisq; artibus se gratos reddunt.

Sicyone

Sicyon vrbs est Achaię, item vrbs in Laconia, vnde Laconia dicta est Sicyonia, insula est etiam in mari Aegeo contra Epidaurum, quam altam eẽ & eminentem docet Plinius.

Amidon

Amidone. Amidon insula est inter Sporadas & ciuitas Peonię.

Andros

Andro. Andros insula est ex cycladibus cum oppido eiusdẽ nominis, dicta postea cauros deinde antãdros.

Samos

Samo, Samos insula in mari Icario, vbi Iuno maxime colebatur.

Trallis

Trallibus. Trallis oppidũ Phrygię, a quibus sit possiſſium Trallianus. Cicero in oratione pro Flacco. Vidi ego in quodam iudicio nup Philodotum testem Trallianũ. Ex ât terręmotu consederũt eo anno, quo Cornellius Gallus Forouilienſis propria manu se interemit.

alabanda

Alabandis. Alabãda oppidum Ionię, quam Apollonius molon ciſtã inuersam appellauit scorpionum plenam. Nam eorum illic est copia, homines sunt molles, & psaltrię multę (vt scribit Strabo) ab Alabandis possessiũ fit Alabandensis. Cicero in epistola ad Thermum. Quare peto a te, vt & eos & Alabandenses inbeas ecdicos Romam mittere, sit etiam Alabandicus, vt est apud Plinium libro. xxxvii. capite. vii. De carbunculis. Alabandicos in orthosia caute nascentes. Vitruuius vero libro. vii. Alabandos vocitat.

Exquilię Vimi-nalis

Exquilias, idest collem exquilinum. Nam in vrbe septem fuere colles, de quibus sic Tibullus Carpite nunc tauri de septem montibus herbas. Exquilię dictę sunt secundum Varronem, aut ab excubiis regiis, aut q̃ excultę sint a rege Tullio, vnde Ouidius in fastis. Adde q̃ excubias vbi rex Romanus agebat. Qui nunc exquilias nomina collis habet. Collem a vimine, idest Viminalem denominatum a Ione Vimineo, q̃ ibi arę sint, & ibi nata Vimina fuerint. Festus Pompeius ait portam viminalem & collem appellari, q̃ ibi viminum fuisse sylua videatur. Viscera magnarum domuum, appositio est, hoc est qui artibus suis in diuitum familiaritatem se insinuant, eorumque secreta condiscunt. Dominiq; futuri, tam callidi inquit sunt vt a diuite in amicitiam & familiaritatem recepti quasi domini omnia in domo moderentur.

Iseo

Ingenium velox, ad omnia solers & prõptum. Torrentior iseo. Huberior, copiosior, sumptum a torrente qui magna fertur aquarum habertate. Nam iseus Orator fuit, de quo Plinius in epistolis ad nepotem secundo libro. Magna iseum fama precesserat, maior iuentus est, summa est facultas, copia, hubertas, dicit semper ex tempore & cętera, fuit item Iseus alter pręceptor Demosthenis. Ede quid illum? hoc quasi argumenti loco positum ad probandum q̃ versuti sint greci ad omnia. Ait ergo Dic quid censes, scilicet esse grecum hominem, quasi dicat, tam astutus tamq; vafer est vt nulla sit prorsus ars quã ipse non profiteatur, secum enim attulit omnem hominem, idest omnia professurus, quę homo possit facere & scire. Erit enim grammaticus rhetor, vnde est illud apud Senecam in secundo controuersiarum. Hoc autem vitium aiebat Scaurus a grecis declamatoribus tractum, qui nihil & non promiserint sibi & penetrauerint.

Grammaticus rhetor

Grammaticus, subaudi est, grammaticus autem circa curam sermonis (vt scribit Seneca) versatur, & si latius euagari vult circa historias, iam vt longissime fines suos proferat circa carmina.

orator

Rhetor, qui rhetoricam docet & qui pręcepta artis tradit. Orator vero qui secundum pręcepta agit.

geometres

Geometres, primę est declinationis. Est q̃ is qui numeros mensurasq; persequitur & supputat qua ratione constent cęlestia, quę illis sit vis quęque natura, vnde Horatius de Archyta tarẽtino geometrię perito. Te maris & terrę numeroque carentis harenę Mensorem cohibent Archyta.

aliptes

Aliptes. Is erat qui descendentes in balnea quique paleſtritas in Gymnasio vngebat, ab ἀλείφω, quod est vngo vellebatque alas, vnde Seneca ad Lucilium Aliptum cogita tenuem & stridulam vocem, quo sit notabilior subinde exprimentem, nec vnquam tacentem, nisi dum vellit alas & alium pro se clamare cogit. Cicero ad Lentulum ostendit vnctiones illas solitas fieri ab Aliptis ad corroboranda corpora quum ait. Sed vellem non solum salutis męę quemadmodum medici, sed vt Aliptę est, virium & coloris rationem habere voluissent.

augur

Augur, qui futura prenoscit ex auium obseruatione, vnde aliqui ab auium garritu ductum putant, alii vero ab augendo. Ouidius. Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur Templa sacerdotũ rite dicata manu. Huius & augurium dependet origine verbi. Et quodcunque sua Iuppiter auget ope.

Schœnobates

Schœnobates, ille dicitur qui per funes ambulat σχοινοβατὴσ enim funẽ significat & βαίνω ascendo, & vado. Latini vero funambulum dixere, qua dictione vsus est Terentius in Ecyra. Funambuli expectatio accessit. Et populus in funambulo animum occuparat, primus Messala vsus & iã pro latina recepta, pro funambulo dixit Apuleius

Feuerepus

funerepum, vnde vbique apud ipsum pro funepeus siue funereplus correximus funerepus, vt dictio sit deducta a fune & repo, quod ita scribendum sit innuit Apuleius in primo floridorum, vbi scriptum est Funereplus pro funerepus, vt omnino funerepos appellemus & non funepeos, quum a fune & repo deducatur, sicut dicimus funambulum a fune & ambulo, & pinnirapum a pinna & rapio. Bustirapum a busto & rapio, quo vsus Plautus in pseudolo. Foedifragum a foedere & frango. Legirupam a lege & rumpo, quo Idem Plautus vsus est in pseudulo.

Magus

Magus, lingua persarum magus est qui nostra sacerdos, qui rite sciat & calleat leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum. Siquidem Magiam Plato interpretatur artem esse diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram piam, scilicet & diuini scientem iam inde a Zoroastre & Ormace authoribus suis nobilem, Cęlitum Antistitam, quippe inter prima regalia docetur, nec vlli temere inter persas concessum est magum esse haud magis q̃ regnare. Et Cice. in primo de diuinatione Et in persis augurant & diuinant magi, qui congregantur in phano cõmentãdi cã atq; inter se alloquendi. Nec quisquã rex Persaꝝ potest esse, qui non ante maioꝝ disciplinam scientiamq; perceperit. More vero vulgari is proprie magus existimatur, qui cõmunione loquendi cum diis immortalibus ad omnia quę velit ĩcredibilia quadam vi cantaminum polleat. Hec ex prima Apuleii Apologia. Gręculus esuriens. Gręculus inquit ꝓmente rerum egestate omnium rerũ sciẽtiam profitebitur. In cęlũ inseris ibit. Affirmabit etiã (si inbeas) se i cęlũ volaturum, hocq; dicit respiciẽs ad Dędalũ Atheniẽsem, qui (vt diximus prima satyra) volauit ꝑ aerea sibi & filio Icaro fabricatis alis.

Iapridẽ in thyberim syrius defluxit orõtes,
Et linguam ẽ mores, ẽ cũ tibicine chordas
Obliquas, necnon gentilia tympana secum
Vexit, ẽ ad circum inssas prostare puellas.
Ite qbus grata ẽ picta lupa barbara mytra.
Rusticus ille tuus sumit trechedipna quirite,
Et ceromatico fert niceteria collo.
Hic alta sicyone, ast hic amidone relicta,
Hic andro, ille samo, hic tralibus, aut alaba
Aesquilias dictũq; petũt a vimine collẽ (dis
Viscera magnarũ domuũ, dñiq; futuri.
Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus, ẽ iseo torrentior, ede quid illum
Esse putes? quẽnis hoiem secũ attulit ad nos.
Grãmaticꝰ, rhetor, geometres, pictor, aliptes
Augur, schoenobates, medicꝰ, magus oĩa no
(uit

Adſummã, ad collectionẽ, ad concluſionem. Sic Cicero in epiſtolis Summa huius epiſtolę hęc eſt. Plinius ad ſeptitiũ clarũ potes cœnare apparatius apud multos, nusq̃ hilarius, ſimplicius, incautius, in ſumma experire. Non maurus erat, vult probare exemplo Dędali facile eſſe græco volare in cęlum. Mauritania. Maurus. Mauritania poſita eſt in extrema parte Africę occidẽtẽ verſus vbi mõs ẽ athlas. Sarmata. Latini Sarmatas appellãt, quos græci Sauromatas, populi ſunt ſcythię loca iuxta tanaĩ & meotidem paludem incolẽtes, de quibus ante.

Thraces

Thrax. Thraces populi ſunt ſeptẽtrionales, quorum plerique trans amnem Strymonem vſq; ad ponticum oſtium atque Hęmum montem habitant. Quidam etiam in propontide ſiti, plerique vero ad Helleſpontum, de quibus abunde Strabo lib. vii. Qui ſumpſit pẽnas, ideſt Dędalus. De quo ſupra Et mare percuſſum puero ſabrumque volantem. Horum ego non fugiam conchylia. Inter alias cauſas fuĩ ab vrbe diſceſſus vnam hanc ꝓcipuam eẽ oſtẽdit ꝙ nequit ferre græculos, qui nup ex græcia aduecti ita ſuis artibus locupletati ſunt, vt nunc inter primores vrbis habeant. Nam purpurati incedunt, priores etiam teſtamenta ſignãt, honoratiore loco diſcumbunt. Conchylia, hoc eſt veſtes cõchyliatas, quibus induti in publicum procedunt tanq̃ nobiles Rომani. Nam conchylium piscis eſt, ex genere cõchylium charum ſicut purpura & murex, ex his autem piscibus eliciebatur liquor ille tam ꝓciosus ad tingendas Purpura Murex veſtes. Iulius Cęſar (vt ſcribit Tranquillus) conchyliatę veſtis vſum ademit niſi certis perſonis & ętatibus. Plinius lib. ix. Conchylia & purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria paria pene etiã margaritis ꝓcia fecit, & infra. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem eſt materia. Alibi in quinto. Mentionem faciens de Tyro. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura conſtat. Conchylium etiam capimus pro omni pisce concha contecto. Seneca libro. xiiii. epiſtola prima. Quantulum ex to, conchyliis tam longe aduectis per iſtum ſtomachum inexplebilem labitur. Ergo per conchylia veſtes intellige conchyliatas & purpureas. Me prior ille, ſumma indignatione pronunciandum. Si gnabit. s. teſtamenta. Fultuſq;, ſuſtentatus. Melio re Thoro, meliore & honoratiore parte triclinii. Nam poſita menſa conuiuę duodus aut tribus lectis discũbentes epulabatur. Vnde non ſolum lectos ipſos, ſed & locum & Biclinium & tricliniũ appellauere vbi comedebant, a numero lectulorum κλινη enim lectũ ſignificat. Aduectus romam, cauſas vndiq; colligit ſidignationis, ꝙ. s. Romam non venerint honeſto aliquo negocio aut nauigio, ſed vt rerum viliũ mercatores & illiberalis lucri ſectatores, venerũt. n. inquit Romã eo vẽto, i. ea nauę qua pruna & coctana aduecta ſunt, ac ſi dicat oneraria & plena viliũ merciũ quales ex Syria veniũt, vnde pruna damascena & coctana veniunt, non autem Romę nati ſunt. Sic Papinius in ſyluis lib. ii. de Glaucia puero loquitur. Nec miſſus phariis venalis mercibus infans. Pruna, intellige Damascena, quę ex Damasco vrbe Syrię ſicca vehebantur. De quibus ſic Plinius libro tertiodecimo. Syria peculiares habet arbores. In ficorũ autem genere caricas & minores eius generis, quę coctana vocãt. Item pruna in Damasco mõte nata. Martialis de coctanis. Hęc tibi quę torta venerunt cõdita mensa. Si maiora forent coctana, ficus erant. Vsque adeo nihil eſt, Antipophora, quaſi aliquis dixerit, nõ ne prodeſt vos eſſe natos Romę: & ipſe respondeat, vſq; adeo nihil eſt, ideſt minime quidem prodeſt, ideſt in tantum nihil eſt. Hauſit cęlum auentini, nutrita ſit Romę vbi collis eſt auentinus, partẽ poſuit pro toto, eſt autem Auentinus dictus ſecundum Varrõem, aut ab auibus ꝙ eo ſea Thyberi ferrent, aut a rege Anũtino Albano, qui ibi ſepultus fuit, aut ab aduentu hominum, quod cõmune ibi latinorum templũ fuerit, aut ab aduectu. Nam olim paludibus mons erat ab reliquis diſcluſus. Bacca ſabina, cibis italicis, at per hoc Romanis, vt ſit species pro genere. Sic Horatius. Quod mare daunię non decoloranere cędes, ideſt cędes Italicę, ac per hoc Romanę, per baccam autem intellige omnem fructum omneq; eſculentum. Nam appellatione baccę intelligimus fructus, qui i arboribus diſperſius & rarius nascuntur, vt ſunt fructus lauri, fructus oleę, corni, loti, Myrti, lentiſci, ſimiliumq;. Sabina, nam Sabini & Romani cõmune habuere Imperium. Vnde Romãi quirites ſunt appellati, de quibus ſupra. Quid, ſubandi dices ſi aliud de græcis grauius addidero, ꝙ ſcilicet artificio adulatiõis, quo nihil eſt turpius oẽs excipiũt & fallaces ſunt, de quibus ita Cicero ad. Q. fratrem in ſecundo volumine ad Atticum. Atq; etiam e græcis ipſis diligenter cauendę ſunt quędam familiaritates ꝑter hominum perpaucorũ, ſi qui ſunt vetere græcia digni. Sic vero fallaces ſunt permixti & leues & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi &c. Et longum inuallidi collum, hoc ſumptum eſt ex Athletis, quibus mos erat in Gymnaſiis collum dilatare. Vnde Seneca libro ſecundo epiſtolarum ad Lucilium. Stulta eſt enim mi Lucili & minime conueniens litterato viro occupatio exercendi lacertos & dilatandi cervicem ac latera firmandi. Plinius lib. xiiii. capi. vltimo loquẽs de ebrietate vitanda ſic ſcribit (vt ante diximus) Ad hęc pertinent peregrinę exercitationes, & voluntatio in ceno, ac pectoroſa cervicis repandę oſtentatio. Aequat, græcus inquit adulando, collũ etiam inuallidi amici & comparat Herculi qui collum dilatabat, quũ Antęum lacertis apprehenſum ſublimem teneret, vt dicat per adulationem vix etiã imbecillum per omnia Herculi fortiſſimo ſimillimum. Antęum. Nam Hercules ſecundum laborem conſumans Antęum fabula filium terrę in libya hospites paleſtra ſuperantem occidit. Nam is quum ab Hercule in paleſtra ſuperaretur ſimulato caſu terram matrem ſuam manibus cõtingebat, a qua vires ei ſuggerebantur. Hoc cognito Hercules amplexibus hominem ita reuinxit, vt nec manibus, nec pedibus terram contingeret, ſicq; coactus eſt animam reddere. Miratur, plus eſt ꝙ ſi diximus inquit & nos hęc facere quę faciunt græci p aſſentationem, ſed nobis non tam creditur ꝙ illis, ac p hoc inquit, non tam apti ſumus ad aſſentandum.

Antęi nus

Carica Coctana

Bacca

Agere

Actio

Doris

Pallium

Gręculus eſuriẽs, in cęlũ inſperis ibit. (thrax
Ad sũmã nõ maurus erat, neq; ſarmata, nec
Qui sũpſit pẽnas, mediis ſed natus athenis.
Horũ ego nõ fugiam cõchylia? ne prior ille
Signabit, fultusq; thoro meliore recumbet
Aduectus romã, quo prũa & coctana vẽto?
Vsq; adeo nihil eſt qđ noſtra infantia cęlũ
Hauſit auentini bacca nutrita ſabina.

Quid qđ adulandi gens prudentiſſima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum cernicibus æquat
Herculis Antęum procul a tellure tenentis?
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.
Hęc eadem licet ẽ nobis laudare, ſed illis
Creditur, an melior cum thaida ſuſtinet, an cum
Vxorem comœdus agit, vel dorida nullo
Cultam palliolo? mulier nempe ipſa videtur
Non perſona loqui, vacua & plana omnia dicas
Infra ventriculum, & tenui diſtantia rima.
Nec tamen antiochus, nec erit mirabilis illic

Aeſchylus eam primus inuenit. Horatius. Poſt hũc perſonæ pallęq; reptor honeſtæ Aeſchylus & modicis inſtranit pulpita tignis. Vacua & plana, tam bene inquit perſonam mulieris ſuſtinet, vt non ſolum voce, ſed etiam toto corporis habitu videat mulier. Nã veteretum ita habet depreſſum & planum, vt viri formam habere non cenſeatur. Reſpõdet autem iis qui poſſent dicere quomodo poteſt perſonã Doridis nudę ſuſtinere, quum ſexum maſculum occultare nequeat, immo inquit probe. Nam ita plana & vacua habet omnia inter femina, vt mulier indubitanter cenſeri poſſit niſi tenuis deſit rima. Infra ventriculum, infra ipſum vẽtrem vbi pubes eſt. Diſtãtia, quę tantummodo diſtant a ſexu fœmineo parua rima, quaſi dicat genitalia viri per omnia ſimilia ſunt genitalibus muliebribus, quum ſint admodum depreſſa & inter femina abſcondita, niſi ꝙ in mulieribus tenuis eſt rima. Nec tamen Antiochus, licet inquit hi omnes fabularum actores fœliciter omnia repreſentent, tamen illic non ſint mirabiles, adeo oĩbus notum eſt eos eſſe agẽdi peritiſſimos. Nam Antiochus. Stratocles, & Demetrius, & Oemus nomina ſunt comœdorum, de Demetrio & Stratocle. Quintilianus lib. vndecimo ſic. Maximos actores comœdiarum Demetriũ & Stratoclem placere diuerſis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirũ ꝙ alter deos & iuuenes, & bonos patres ſeruosq; & matrõas & gra-

mulierum. Martialis. Hanc volo quę facilis quę palliolata vagatur. Idem alibi, Succida palliolo vellera quinque petit. Suetonius in Claudio. Palliolatus nouo more ꝑſedit, vnde palliolatim aduerbium, quo vſus eſt Plautus Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibũdus. Caper grammaticus oſtendit velum ſuis ſe capitis quum ait, vir ducit, mulier nubit, qui a palliolo obnubit caput ſuum genasq;. Lam pridius ſcribit. Matronas regias contẽtas eſſe debere vnico pallio auro ſparſo. Flauius vopiſcus in Aureliano. His accedit ꝙ ex palliolo purpureo, quod ſoli ſui temporis imperator obtulerat ſacerdos mulier crepũdia filio fecisſe perhibetur. Mulier nẽ pe ipſa videt. Adeo bene inquit mulieres reddit græcus, vt putes mulierem ipſam eſſe quę loquat non perſonatum mimum. Nam mimi quo liberius omnia peragerent perſonas induebant. Tranquillus in Nerone, Tragœdias quoq; cantauit perſonatus heroum deorũq;, item Heroidum ac dearum perſonis effectis ad ſimilitudinem oris ſui. Eſt autem perſona velamentum oris, dicta a perſonando, ꝙ facit vocem claresscere & reſonare. Vox enim non vaga neq; diffuſa in vnum tantummodo exitum collecta coactaq; magis canoros clarosq; ſonitus facit. Lege Gellium.

nes anus optime, alter acres senes, calidos seruos, parasitos, lenones, τ oia agitatoria melius, sunt enim natura diuersa. Nam vox quoq; Demetrii iucundior illius acrior erat. De Oemo alibi Iuuenalis. Mollius Oemo quamquã τ carpophoro. Natio, ista greca. Natio autem dicit̃ grecus an barbarus, patria Atheniensis an Lacedemonius. Cognatio, quibus maioribus, quibus consanguineis, Cicero author est libro. i. Rheto. veterum.

Natio
cognatio

Aut stratocles, aut cum molli demetrius hemo.
Natio comoeda est, rides, maiore cachinno
Concutitur; flet si lachrymas conspexit amici,
Nec dolet, igniculũ brumę si tempore poscas;
Accipit endromydem, si dixeris ęstuo, sudat
Non sumus ergo pares, melior qui semp ẽ omni
Nocte dieq; potest alienum sumere vultum,
A facie iactare manus, laudare paratus
Si bene ructauit, si lectum minxit amicus;
Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo,

Trulla aurea p dimitis ventrie

Comoeda est, ita iquit ad fabulas agendas est apta, vt id a natura habere videat̃. Rides, q̃ ꝑiti sint greci ad adulandũ ostendit multis modis. Est ergo sensus. Si rides ipse statim tibi applaudendo ridet. Cachino, solutiore risu, ẽ enim Cachinus risus immoderatus, a quo est Cachino verbũ, quo vtat̃ Trãquillus in Vespasiano. Nec illam quicq̃ aliud q̃ Cachinasse ferunt. Cicero in. iiii. Thusculana. ostendit Cachinũ esse rep̃hensibilem, quũ ait, vt si ridere concessum sit, vituperetur tamen Cachinatio. Et Cachino nomen tertię declinationis. Nec dolet, quãuis inquit fleat, non tamen dolet sunt enim omnia ĩ eo ficta. Endromydem, vestis est gallica q̃uis nomẽ sortita sit grecũ, ad arcendum frigus sumebat̃. Martialis. Hanc tibi sequanicę pinguem textricis alumnam. Quę Lacedemonium barbara nomen habet. Aspera sed gelido non aspernenda decẽbri. Dona peregrinam mittimus Endromyda. Ea vtebant̃ in gymnasio τ Theatro post ludoꝝ exercitationem, ne lusores calefacti refrigescerent. Vnde Martialis. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Neue grauis subita te premat iris aqua Ridebis ventos hoc munere tectus τ imbres. Non sumus ergo pares. Ergo inquit quum gens greca adulandi sit peritissima, idq; mihi minime placeat non sumus pares, idest ego lõge sum dissimilis a natura grecorum. Alienum sumere vultum, sed ille inquit primum in adulatione obtinet locum, qui vultu suo scit alienos exprimere affectus, vt aliquando in gratiam diuitum tristitiam gerat, aliquando leticiam. Tales enim sunt versutissimi, vnde Terentius vultus quoq; hominum fingit scelus. A facie iactare manus, solent enim adulatores vtraq; manu faciem amici adulando demulcere. Videturq; ad id alludere, quod antiquis grecię (vt author est Plini. lib. xi.) in supplicando mentum attingere mos erat. Laudare paratus, sensus est. Grecus ad omnia versutus si amicus ructauerit, aut lectũ minxerit, aut crepitum ventris emiserit paratus est hęc oia tanq̃ salutaria laudare. Si lectũ minxit amicus, locus hic corrigendus est, nam legendum ẽ lectum nõ rectũ, estq; imitatio Horatiana, q sic scribit in sermone tertio, cõminxit lectum potus, lectum aũt discubitoriũ intellige. Si trulla, trua vas est secundum Varronem, quo aqua e culina in lauacrinam fundebant dicta a traiiciendo, ꝙ per eam aq̃ traiiciatur, a qua Trulla per diminutionem dicta a similitudine truę, quę ꝙ magna τ hęc pusilla, inde etiam Truleum aliud vas aquarium, a quo vocabulo deflexit Apicius verbum Detrullare, quod est de trulla in trullam diffundere. Trullam item capi pro vase potorio ita docet Seuola iurisconsultus de auro τ argẽto legato. Poculum aureum Seię dulcissimę, quod elegerit fidei hęredum committo vt dent, quero quum ĩ hereditate nõ sint nisi Trullę, Scyphi, modioli phialę, an Seia de his speciebus eligere possit, respondi quũ omnia potui parata pocula dicuntur, posse eam ex iis eligere. Plinius lib. xxxvii. capi. ii. Titus Petronius consularis moriturus inuidia Neronis principis, vt mensam eius exhęredaret trullam murrinam. ccc. sestertiis emptam fregit. Horatius in satyris. Qui veiẽtanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamq; profestis. De trulla alio genere vasis crebra fit mentio a Catone in re rustica. Trulla item appellatur instrumentũ illud quo fabri parietarii vtuntur ad extruendos parietes, tectoriaq; leuiganda τ cõplananda, vnde verbum trulissare apud Victruuium. Quum ergo Trulla pro duplici genere vasis accipiatur, hinc fit vt diuersis etiam sensibus locus exponatur. Aliqui enim dicunt grecum laudare quũ crepitus fit sordibus alui decidentibus in Trullam, quę inuerso fundo exciperent. Aliqui laudare quũ crepitus fit bibendo inuerso fundo Trullę. Ego vero neutram secutus sententiam, ita interpretor, vt ex cõsuetudine vetere τ quasi prouerbio dicatur, grecus paratus est laudare siue recte mingat, siue pedat. Nã metaphoricos omnia sunt accipienda, idest si Trulla aurea, idest venter diuitis dedit crepitum hoc est pepedit. Inuerso fundo. Nam tunc vas dicitur habere fundum inuersum, quum os ima spectat τ fundũ sublimia. Vẽtris ergo os, idest anus ima spectat, fundum vero superiora. Nam proprie crepitum ventris appellamus sonitum illum, qui exauditur non emissis tamen sordibus, vbi vero sonitus nullus exauditur appellamus flatum ventris. Suetonius in Claudio. Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret, τ flatum crepitumq; ventris in cõuiuio emittendi, quum periclitatum quendam prę pudore ex continentia reperisset. Nec mirum quidem est Trullam vas poni pro ventre, quando talibus metaphoris crebro vtantur poetę. Nam τ carmen extat ex Apollinis oraculo apud Plutarchum in vita Thesei in primo limine, in quo pedem pro membro genitali, τ vtrem pro ventre posuit sic. Neue prius vir magne pedem, qui prominet vtri soluas, cecropidũ q̃ sacram accesserim vrbem, quod sane carmen libẽter in medium attulimus, atq; etiam exposuimus, ꝙ eius sensus

Cachinari
Cachinones
Endromys
Trua
Trulla
Truleum
Detrullare
Trulissare

eius sensus vt obscurus multorum sępe ingenia defatigauit. Preterea sanctum, nulla inquit illic tuta est castitas, vbi grecus versatur. Sanctum, dicitur (authore Martiano de re diuina) qd' ab iniuria hominum defensum atq; munitum est, vt hoc loco. i. nihil est quod sit munitum τ defensum ab iniuria grecorum. Macrobius etiam ait Sanctum dici sacrũ τ religiosum τ omni obseruatione inuiolatum.

Sãctũ

Preterea sanctum nihil est ẽ ab inguine tutum,
Non matrona laris, non filia virgo, neq; ipse
Sponsus leuis adhuc, non filius ante pudicus.
Horum si nihil est, aulam resupinat amici.
Scire volunt secreta domus, atq; inde timeri
Et quoniam coepit grecorum mentio, transi
Gymnasia; atq; audi facinus maioris abollę.
Stoicus occidit Baream delator amicum,
Discipulumq; senex; ripa nutritus in illa,
Ad quam gorgonei delapsa est penna caballi.

Ab inguine, libidine grecorum. Inguen ꝑ parte genitali tam in mare q̃ in foemina accipitur, de quo diximus ĩ prima satyra. Filia virgo, illa proprie dicit̃ virgo quę nũq̃ nupsit. Añ pudicus, q pudicus ante erat q̃ grecus ĩ eius domo versaretur. Spõsus leuis adhuc. i. adhuc sine pube, q adhuc inferiora pube non vestiuerit, leuis enim prima producta sigñat sine pilis. Aulã resupinat amici, si nihil inquit est hoꝝ quod agat, resupinat aulam. i. omnia quę in domo sunt euoluit τ euertit scrutans secreta domini, sequitur enim scire volunt secreta domus. Statius in. vii. Theb. Aut cyrrham tauris Anemoriamq; supinat. i. arat τ euoluit. Vnde Actius in Antigõa (vt tradit Marcel.) Quid agis perturbas rem omnem ac resupinas sorori. Statius item in nono Theba. Te quoq; sublimi transnantem flumina curru. Dum socios pharsale petis resupinat ademptis Dorica cuspis equis. i. euertit. Propertius. Nec mora quũ totas resupinat cynthia valuas, idest peruertit τ prosternit. Resupinare item accipit pro erigere τ eleuare. Seneca. Qui per pronum eunt resupinant corpora, qui in arduum incumbũt. Plinius loquens de gruibus, ait eas resupinato collo bibere veluti per fistulam ĩfundentes aquam. Et alibi de columbis τ turturibus, ita scribit, proprium generis eius τ turturum quum bibant, colla non resupinare, large bibere iumentorum modo. Inde timeri, a dominis ne secreta reuelent, ac per hoc consequi eorũ gratiam τ munera, tales enim dubitantur. Martialis vis fieri diues Bithynice conscius esto. Et quãdo cœpit, quandoquidem inquit de grecis facta est mẽtio, volo Cymnasia, idest certamina gymnica, prętereamus quasi quę leuiora τ tolerabiliora sint prę aliis quę ab iis fiunt, sicq; poeta per transitum ostendit exercitationes gymnicas damnandas esse, quarum vsus a grecis in vrbem inuectus iuuẽtutem Romanam eneruauit. Nam (vt scribit Plinius) Iuuenes se exercendo τ vngendo animi vires ꝑdiderũt. Gymnasia (vt docet Cicero in secundo de oratore) instituta sunt a grecis causa exercitationis αγυμναζω qd' est exerceo, in quibus postea philosophi coeperũt disserere τ philosophari, vnde τ Gymnastica appellat̃ disciplina exercitationis, quã laudat Plato, vnde in q̃nto de re pu. foeminas quoq; iubet exerceri gymnastica. Maioris abollę, abolla vestis fuit, qua τ philosophi vterentur, de qua Martialis loquens de Cynico philosopho. Cęrea quem nudi tegit vxor abolla grabati. Seruius exponens illud Virgilianum Duplicem ex humeris reiecit amictum, ait duplicem amictum esse abolla, qua philosophi τ milites vterẽtur. De qua etiam Horatius intellexisse videtur, quum ait loquens de Diogene. Cõtra quem duplici panno patientia velat. Nonius Mar. ait vestem eẽ militarem. Iuue. alibi ostendit esse senatoriam. Rapta ꝑperabat abolla Pegasus. Ergo maioris abollę, idest nõ militaris, sed philosophicę, τ ideo maioris τ grauioris authoritatis, vt sit audi quę fecerit grecus philosophus vir magnę authoritatis. Stoicus occidit Bareã, excandescit poeta in perfidiam grecorum, ostendens τ eos qui studia sapientię profitẽtur pecunia corrumpi ad perniciem vel amicorum τ familiarium, notatq;. P. Aegnatium qui falso testimonio pecunia corruptus Baream Soranum amicum circũuenit. Nam quũ Torius Seuinus eques Romanus Baream Soranũ accusasset per calumnias Neroni ꝙ detecta coniuratione pisoniana, nihil proconsul in Asia minore ex communi vtilitate fecisset. Immo seditiones in prouincia aluisset. Nero in eum commotus est. Itaq; cognitione senatui mandata, accitaq; Seruilia filia, quę τ ipsa facta est rea, ꝙ pecuniam dilargita esset ad deuotiones τ veneficia pro salute patris. Adducti testes sunt, quorum vnus. P. Aegnatius emptus ad opprimendum amicum Baream Soranum falso testimonio oppugnauit. Sorano igitur τ Seruilię filię datum est mortis arbitrium, fuerat autem. P. Aegnatius cliens Sorani. Lege Cornelium Tacitum in Nerone. Stoicus, idest. P. Aegnatius Stoicę philosophię ꝑfessor. Nam (vt scribit Cornelius) authoritatem Stoicę sectę ꝑferebat habitu τ ore ad exprimendam imaginem honesti exercitii. Stoici denominati απο της στοας, idest porticu iqua (vt diximus) ante commorantes disputabant. Occidit Baream, falso testimonio. s. Discipulũq; senex, hinc maxime indignatur poeta ꝙ magister discipulum oppresserit. Nutritus in illa, natus in boeotia ad heliconẽ montem, vbi equus Pegasus Neptuni τ Medusę gorgonis (authore Higino) filius, vt alii vero tradunt ex Medusę sanguine τ ceruice a Perseo resecta procreatus ad Heliconem montem deuolauit, vbi vngula saxum feriens aperuit fontem, qui caballinus latine, grece vero Hippocrene est dictus. Penna caballi, idest Pegasus equus alatus, hic autem est quẽ Bellerephon (authore Strabone) deprehendit potantem ad pirenem fontem in acrocorintho, quo que Pegasus est ad interficiendã chymeram in Lycia. Plisus

Inguẽ
Resupinare
Gymnasia
Abolla
Stoicus inde

nius ait equos pennatos ⁊ cornibus armatos pegasos vocari, de quibus etiam videtur intellexisse Cicero in oratiõe pro Quintio. O hoīem fortunatum qui eiusmodi nuncios seu pegasos habeat. Non est romano, in ea inquit domo vbi aliquis habitat ⁊ cõuersatur grecus, nullus Romanus habitare potest. Nam inde falsis greci criminationibus eliminatur.

Protogenes Protogenes, aliqs grecus, spẽs pro gñe noīa propria ⁊ cõuenientia grecis, protogenes aũt interpretat̃ quasi primus genitus. Protogenis pictoris meminit Pli. lib. vii. **Diphilus** Diphilus, interpretat̃ amicus Iouis. ἀπὸ τοῦ διός .i. Ioue ⁊ φίλου amore. **Erimãtus** Erimãtus, dici põt qui lites disseminando diuinat ἔρις enim lis dicit̃ ⁊ μάντις diuinus vates, hoc est q suis diuinatiõibus lites disseminat. Facilẽ stillauit in aurem.

Non est romano cuiquam locus hic, vbi regnat
Protogenes aliquis, vel diphilus, aut erimantus,
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum,
Solus habet, nam quum facilem stillauit in aurẽ
Exiguum de naturę patrięq́ veneno.
Limine summoueor, perierunt tempora longi
Seruitii, nusquam minor est iactura clientis.
Quod porro officiũ (ne nobis blandiar) aut quod
Pauperis hic meritum? si currit nocte, togatus
Currere, cum prętor lictorem impellat, & ire
Pręcipitem iubeat dudum vigilantibus orbis,
Ne prior albinam, & modiam collega salutet.
Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum
Filius, alter enim quantum in legione tribuni

Imitatio Horatiana, pręceptum auriculis hoc instillare memẽto. Limine summoueor, a familiaritate ⁊ amicitia diuitis reiicior. Nam a poetis limẽ ꝓ amicitia poni docet Seruius illic apud Virgi. de Turno. **Limẽ ꝓ amicitia** Se limine pelli. Seruitii, seruitutis meę, qui tanq̃ seruus in obsequiis ⁊ negotiis sui diuitis. Nusq̃ minor est iactura cliẽtis, adeo inquit parua habet̃ amissio clientis Romę vt nusq̃ sit minor. Quod porro officiũ, sed ne forte inquit nobis videar nimis blandiri ⁊ rõnes nostras nimium tueri ꝙ nihil nobis sit, quod agamus in gratiã diuitũ ⁊ potentũ. Id tñ nobis pauperibus relictũ est negocii, vt diuitibus officium salutãdi occupatis, simus comites nõ sine multo labore ⁊ animi anxietate. Sicq́ oñdit pauperis cliẽtis in vrbe difficilẽ esse vitę rõnem, qñ eius labores maximi sint ⁊ inanes, estq́ legendũ cum interrogatione. Quod meritũ pauperis? quod bñficium est, quod possit pauper diuiti ꝑstare, vt inde aliqd vtilitatis cõsequatur. Si currit nocte, subaudi diues vt salutet. Togatus currere. i. hoc est officiũ pauperis currere togatus. i. vt sumpta toga diuitẽ comitetur. Nam diuites ante se habebant (vt diximus) cliẽtes togatos, qui appellabant̃ anteambulones. **Anteambulones** Habebant ẽt qui pone sequebant̃, dicebant̃ aũt cliẽtes togati, quia toga erat viliorꝫ, quam in officio salutandi sumebãt mane, vnde Martia. lib. iii. ad candidũ. Exigis a nobis operã sine fine togatã. Non eo, libertũ sed tibi mitto meum. Et alibi Mane vel a media nocte togatus ero. Obseruãdum est autẽ genus locutionis, vt dicat currere togatus non aũt togatum. Sic etiã apud Virgilium in. xi. de camilla. Et ęneadum ꝓmitto occurrere turmę Solaq́ tyrrhenos equites ire obuia contra. Hocq́ est ex rõne verę latinitatis, quę in his verbis absolutis a parte posteriore sibi nominatiuũ asciscit, vt ego curo viuere iustus. Et officium tuũ est ire obuius patri. Vnde Terenti. in Andria. Quę sese inhoneste optauit parare diuitias potiusq̃ in patria honeste pauper viuere, ait. n. pauper non pauperẽ. Quare audiendi non sunt qui legunt togatũ quasi verbo absoluto nominatiuus adiungi nõ possit a parte posteriore. Quũ prętor lictorẽ impellat, nam ⁊ magistratus nõ pudebat vt hęreditates captarẽt salutare potissimum viduas diuites ⁊ orbos. Sex aũt lictores ꝑtorem. Duodecim consulẽ ꝑcedebant cũ fascibus virgarꝫ ⁊ securi colligata. Plutarchus rõnem q̃rens quare fasces virgarꝫ cũ securibus ligatę pręferrent̃ ait, signũ fuisse non oportere magistratus iracundiã promptã ac dissolutã esse, aut quia virgarum dissolutio mora ⁊ tarditate iram frangit ⁊ impetum moderatur.

Sed malitia qm̃ partim medicabilis est, partim curari non põt, virgę quod mutari põt corrigunt. Secures aũt quod emẽdari non põt abscindunt. **Lictor vnde** Lictorem, scribit Valgius Ruffus appellatũ a ligando, ꝙ quũ magistratus populi ro. quẽpiam verberari iussisset crura eius ⁊ manus ligari vinciriq́ a viatore solita sint. Itaq́ qui ex collegio viatorꝫ officiũ ligandi haberet lictor sit appellatus. Cicero in orõne pro. C. Rabirio. Lictor inquit colliga manus. Festus vero ait a ligando ꝙ fasces virgarꝫ ligatos imperantibus magistratibus gerit. Tyroni vero Ciceronis liberto a lino vel licio deriuari placuit. **Orbus** Orbis, orbus dicit̃ ꝓprie qui ⁊ oculis ⁊ liberis priuatus est. Et filius etiã qui parentibus sit priuatus, Teren. Orbę qui ꝓximi sunt iis nubant. **Orbitas** Persius. Quis potior iudex puerisue quis aptior orbis. Inde est orbitas ⁊ orbare verbũ, q̃ꝗ **Orbare** est aliqua re chara priuare. Orbis autẽ aut viris aut viduis vigilãtibus iã luce appropinquãte. Ne ꝑor albinã, imitatio est Horatii in sermonibus. Ne prior officio quisq̃ rñdeat vrge. Sine aquilo radit terras, seu bruma niualẽ Interiore diem gyro trahit, ire necesse est. Albinã ⁊ modiam, anus diuites ⁊ orbas. Diuitis hic serui, conquerit̃ poeta iniquã tporꝫ cõditionẽ incidisse, vt ingenui sint togati, ⁊ comites hoīum diuitũ libertinę cõditionis. Claudit latus, comitẽ se prębet. Nam illi dicunt̃ claudere siue tegere latus q exterius aliquẽ comitant̃, vt sit honoratior. Horatius in sermonibus, Ne tegam spurco damę latus? Ordo aũt est. Filius ingenuorꝫ claudit latus diuitis serui. i. illius qui nuper seruus fuerat, nunc autem libertinus hiperbolicos autẽ dicit diuitis serui ex nimio stomacho, quasi qui adhuc oleat seruitutem. Hic. s. romę. Alter enim, ex libertinis inquit sunt aliqui adeo diuites, vt donent caluinę vel catienę mœchis quãtum Tribuni militares accipiunt ex stipendio. At tu. s. O Iuuenalis, per quem oẽm intelligit romanũ pauperem. Scorti vestiti, vestibus ornati vt pulchrius appareat, vt sic ostendat vix licere pauperi cõducere turpem meretricem. **Chion** Chionem, nomen meretricis. Chion autẽ grece niuem significat, in cuius nomen hoc disticho iocatus est Mart. Digna tuo cursus indignaq́ nomine dicã. Frigida es, ⁊ nigra es, non es, ⁊ es chione. Idẽ in tertio de chione. Vnde dat̃ quadrans, vnde vir es chiões? Da testem romę, cõ querit̃ Romę fidem non haberi pauperibus licet viri boni sint, sed diuitibus tãtum licet sceleratis. Est ergo sensus. Si testem ꝑduxeris tã sanctum, tãq́ iustũ q̃ fuit Scipio nasica. Numa Pompilius, ⁊ Metellus, nulla ei fides habebit̃ nisi diues sit, nam statim percunctant̃ quo cẽsu sit, de moribus ãt (quod primum eẽt

Accipiunt, donat caluinę vel catienę,
Vt semel atq́ iterum super illam palpitet, at tu
Cum tibi vestiti facies scorti placet, heres,
Et dubitas alta chionem deducere sella.
Da testem romę tam sanctum, q̃ fuit hospes
Numinis idęi, procedat vel numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex ęde mineruam,
Protinus ad censum, de moribus vltima fiet
Quęstio, quot pascit seruos, quot possidet agri
Iugera, q̃ multa magnaq́ paropside cœnat.
Quantum quisq́ sua nũmorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei, iures licet & samothracum
Et nostrorum aras, contẽnere fulmina pauper
Creditur, atq́ deos diis ignoscentibus ipsis.
Quid quod materiam prębet, causasq́ iocorum
Omnibus hic idem, si foeda & scissa lacerna,

inquirendum) nulla fit mentio. Hospes numinis idęi. i. Scipio Nasica, qui hospitio cybelẽ excepit, quã ⁊ Rheam ⁊ matrem deorꝫ ⁊ vestã ⁊ deam phrygiã magnam, a locis aũt Idęam ⁊ Dindymenam ⁊ phylenam ⁊ pessinuntiam noīauerunt. **Cybelis nomina** Gręci ministros eius nũcupant vno vocabulo Curetes, eosdem ⁊ corybantes vocãt, lege Strabonẽ. **Curetes Corybantes** De cuius historia ita Liuius li. xxviii. Oratores ro. Pergamum ad regẽ venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiam deduxit, sacrumq́ iis lapidẽ quem matrem deum esse incolę dicebant tradidit, ⁊ deportare Romam iussit, quẽ Thyberi aduectũ Scipio Nasica optimus vir a senatu indicatus per portã capenã duxit in vrbem, eãq́ hospicio excepit, qm̃ ita rñsum habebatur vt numen id ab optimo viro reciperet̃ cõsecraretq́, ⁊ quum Nasica tẽplum ei vouisset, Metellus incoepit, Augustus perfecit. Vnde Ouidi. Illa sedens plaustro porta est inuecta capena. Sparguntur iunctę flore recente boues. Nasica excepit templi non extitit author. Augustus nũc est, ante Metellus erat. De simulachro cybeles quod cęlitus demissum constat multa scribit Herodianus lib. i. Vel, etiã quasi Numa longe fuerit sanctior Scipione. Numa. n. Põpilius ob inclytam eius religionẽ ex curibus ciuitate Sabinorꝫ accitus est Romam, ⁊ creatus rex secundus post Romulum sacra plurima instituit, ędem vestę confecit. Virgines vestales elegit Flamines tres Dialem, Martialem, Quirinalem. Salios martis sacerdotes pontificẽ maximum creauit. Seruauit trepidã. L. Metellum intelligit, qui orbam luminibus exegit senectam amissis incendio, quum ex ęde vestę ardẽti pontifex palladium raperet memorabili causa, sed euẽtu misero. Tribuit ei (authore Plinio) populus ro. quod nunq̃ vlli alii ab condito ęuo, vt quotiẽs in senatum iret curru veheretur ad curiam magnum et sublime sed pro oculis datũ. Ex ęde flagranti. s. vestę. Mineruã, palladium. i. ipsius deę simulachrũ. Nam Palladem ⁊ Mineruam eãdem esse dixere veteres, ipsum aũt palladis simulachrũ Romani occultum, neminiq́ vidẽdum colunt, immo tumq́ vsq́ ad eã diẽ conflagrationis, ex quo ab ilio auectũ fuit. Protinus ad censum, subaudi deuenit, vt interrogẽt q̃tas possideat opes. Quot pascit seruos, hoc autẽ est ex luxu romanorꝫ, qui (vt scribit Pli.) tãtã seruorꝫ multitudinẽ habebat, vt iustum exercitus numerum diceres. Pudentilla uxor Appulei (vt ipse docet in. ii. Apologia) seruos haud minus quadringentis dõauit filiis suis. Quam multa, q̃ magno ciborꝫ luxu cœnet. **Paropsis** Paropsis enim hoc loco pro vase escario positum est, vt apud authores tam grecos q̃ latinos sępe vsurpantur ἀπὸ τὸ παρὰ ὄψον, idest ad cibum. Licet proprie paropsis genus sit iuris (authoribus Polluce ⁊ Eustachio). Vnde Plau. in pseudolo. Terrestres pecudes, aut cecimandro condio, aut paropside, vbi liquido ostendit Plau. genus esse iuris ⁊ condimenti. Iures licet ⁊ samothracum, licet inquit pauper per deos iuret peregrinos, ⁊ romanos existimatur omnino vti mendacio, ac per hoc esse periurus, per deos samothraces deos penates intelligit, quos ex Samothracia insula maris ęgei in Phrygiam Dardanus, ⁊ ex Phrygia Aeneas in Italiam peruexit. **Samothraces dii** Dionysius Halicarnasseus scribit in primo lib. deos penates duos fuisse adolescentes ligneos sedentes, ac pila tenentes veteris artis opera, multaq́ subdit de Samothracia ex sententia Callistrati ⁊ Satyri. De diis ipsis intellexit Virg. in secundo. Hos cape fatorum comites, his mœnia quęre. Pleraq́ etiam de ipsis tradit Macro. Et nostrorum aras, per Iouem, Iunonem et Palladem. Nam ii pręcipue ab Romanis colebantur. Diiq́ magni sunt appellati. Contẽnere fulmina, creditur inquit pauper nõ timere deos, ac per hoc securus esse ad periuria. Quid ꝙ materiam, proponit poeta aliam pauperum miseriã ꝙ omnibus sint deridiculo. Hic idem. s. pauper. Exeat inquit, q̃ infoelix sit pauper ab exemplo etiam theatri oñdit. Conqueritur enim ꝙ quum antea in theatro omnes promiscue sederent, theatralem nunc illam spectandi promiscuam licentiam in contemptum pauperũ esse sublatam. **Roscius otho** Lucius enim Roscius otho tribunus plebis legem tulit, vt in theatro quatuordecim ordi-

ues spectandi gratia equitibus tñ romanis darent, ii aũt in ordinem equestrem trãsibant quoꝝ census quadringentoꝝ suis set sestertium, multi ergo viri boni ⁊ nobiles, qui aut ad integrũ illum censum nõ pernenissent, aut forte aliquo casu decidissent iubebant magno dedecore oibus fere spectaculis surgere ab iis qui sperant. Tota indignatio est in Domitianũ, qui tũ. C. Principẽ qui idem fecerat. Lenones dicũt (auLeno thore Vlpiano) qui q̃stuaria mãcipia habent, sed ⁊ q in liberis q̃stum hunc exercẽt i eadẽ cã sunt, sine aũt hoc principaliter negociũ gerunt, sine alterius negociatiõis accessione vtunt, vtputa si caupo fuerit vel stabularius ⁊ mancipia talia habuit ministrantia, et occasione ministerii q̃stum faciẽua. Lenocinium faLenoci cere nõ minus est, q̃ nũ facere. Fornice, lupanari, ⁊ loco fornicato, qualia domicilia solẽt inhabitare scorta. Alibi. Nudũ olido stans fornice mãcipiũ. Nitidi, lauti ⁊ splẽdidi opibus.

Si toga sordidula est, ẽ rupta calceus alter
Pelle patet, vel si consuto vulnere crassum
Atq; recens linum ostendit non vna cicatrix,
Nihil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit, exeat inquit
Si pudor est, ẽ de pulnino surgat equestri
Cuius res legi non sufficit, ẽ sedeant hic
Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.
Hic plaudat nitidi p̃conis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistę.

Pului nus Pului nar

Plaudat, nam spectatores in theatro plausu victoribus fauebãt, excipiebantq; in theatrum p̃cipes, de qbus bñ sentiebãt, de quibus aut̃ male sibilo. Vnde Horatius loquens de Auaro. Populus me sibilat, at mihi plaudo ipse domi, simul ac nũmos contemplor in arca. Pręconis, pręco a p̃cinendo est dictus. Est enim is qui clara voce edicta magistratuum, quiq; pcia rerum in publicis venditionibus pronunciat. Inter pinnirapi, ordo duplex esse potest, vt sit vnus. Filius nitidi p̃conis plaudat inter iuuenes cultos pinnirapi, ⁊ iuuenes lanistę, i. inter eos q ex gladiatoribus ad magnas opes puecti sunt, ⁊ nunc sedẽt vt nobiles in quatuordecim, vt exponas iuuenes p filiis. Alter vero sic. Filius p̃conis hic plaudat ⁊ iuuenes pinnirapi ⁊ iuuenes lanistę plaudãt inter cultos. i. inter comptos ⁊ nitidos, ac per hoc diuites Romanos, ⁊ equestris ordinis, pinnirapus autem dictio est composita ex duobus corruptis ex pinna ⁊ rapio sicut apud Plautum in pseudolo Bustrapus, signatq; retiarium alterũ ex gladiatoribus, qui pinnã, ⁊ summitatem galeę Mirmillonis imisso rete capiebat, quum cantaret piscem peto nõ te peto, quid me fugis galle, nam Mirmillonicũ genus armaturę gallicum est, ipsiq; Mirmillones ante galli vocabantur, in quoꝝ galeis piscis effigies inerat, quod genus pugnę institutum fertur a putaco vno ex septem sapientibus, qui aduersus phrinonem dimicaturus propter cõtrouersias finium, quę erant inter atticos ⁊ mitylenęos rete occultato impediuit phrinonem. Lanistę, genitiuus est casus, lanistę, lanii, laniones denominati sunt a laniando, sed ita inter se differunt, vt lanii sine laniones dicant qui carnes vẽdunt populo, easq; concidant ⁊ lanient, vnde Apuleius lanienam formauit vocabulum, quod pro cruciatu ⁊ veluti quadam laniatione sępe posuit. Plautus vero in Epidico lanienam appellat locum vbi pecudes mactant a laniis his verbis. Defessus sum quęrere per medicinas, tonstrinas in Gymnasio, atq; in foro, per myropolia ⁊ lanienas. Lanistę vero erant qui gladiatoꝝ familias habebant venales, easq; digladiari docebant, vt de Trãquillus in Cesare. Tyrones neq; in ludo, neq; per lanistas, sed in domibus per equites romanos ac etiam

Pinni rapus
Bussi rapus
Mir millo nes
Lani stę
Lanii
Lanio nes
Laniena

etiam senatores armorũ peritos erudiebat, dicti ergo lanistę q̃ prę esset hominibus laniandis. Sic libitum, subaudi esse, cum indignatiõe dictum, quasi dicat nulla fuit huius distinctiõis honesta ratio, sed sic libuit. Sicq; poeta ostendit contumelioſam diuitum aduersus pauperes superbiam. Est autem libet vnum ex verbis quod apud veteres geminauit pręteritum vt libuit libitũ est, licuit, licitũ est, placuit placitũ est, puduit puditũ est, nupsit ⁊ nupta est, prædit ⁊ prædius est, cœnauit ⁊ cœnatus est. Et dicimus libet et libent in forma tantum tertię personę in singulari ⁊ plurali, sic etiam licet ⁊ licent. Vano, stulto ⁊ modicę prudentię, quum id per nimiam ambitionem fecerit. Virgil. Vane ligur, frustraq; animis elate superbis. Quis gener. Alia est q̃rela pauperem vbiq; contẽni. Nam si ducẽda inquit vxor est, repudiatur genus ni sit opibus par, sicque ostendit bonum fortunam non virtutem q̃ri. Censu minor, qui diuitiis non sit par puellę. Quando in consilio est ędilibus, conqueritur poeta pauperem ab omni rei pub. administratione ⁊ cura tanq; nulli rei aptum arceri a magistratibus, quando inquit est in consilio ędilibus? quasi dicat, ędiles qui minimi sunt magistratus quiq; res minimas in vrbe curant, siquid consilio publico facturi sunt pauperem in cõsilium nõ admittunt. Nam ędiles perant mensuris, vt in sequentibus. Et de mensura ius dicere vasa minora frangere. Et minimi erant magistratus adolescentes prima cõmendatione creabantur. Cicero legum secundo. Suntoq; ędiles curatores vrbis, annonę ludorumq; solẽnium, ollisq; ad honoris amplioris gradum primus accessus esto. Erit ergo argumentũ a minore ad maius, vt sit sensus. Si a minore magistratu pauper contemnitur, multo magis a maiore. Per quod poeta secundum suum institię dãnat, quod boues tantum ex censu considerandos putet. Hincq; est illud Plinii in probemio. xiiii. libri. Postq; senator censu legi cœpit, index fieri censu, magistratum ducemq; nil magis exornare q̃ census, pessimum iure vitę precia, omnesq; a maximo bono liberales dictę artes in contrarium cecidere. Agmine facto, dãnat ex nimia indignatione cõsilium priscoꝝ pauperum, qui quum per seditionem in montem sacrum secessissent. In vrbem tñ hortatu agrippę redierunt, quũ debuissent omnino migrare. Plebs enim quũ tributum ⁊ militiam tolerare non posset a patribus secessit in montẽ, qui postea ob id sacer est dictus. Et quum inde reuocari nequiret Menenius agrippa legatus recitata fabula ęsopi, q̃ ostendantur artus humani a vẽtre discordasse, moxq; quum oia ob discordiam deficerẽt in gratiam rediisse, sic populum cum senatu reconciliauit, creatis tñ tribunis plebis qui libertatem

Libuit pro libitũ ẽ.

Sic libitum vano qui nos distinxit othoni.
Quis gener hic placuit censu minor, atq; puellę
Sarcinulis impar? quis pauper scribitur hęres?
Quando in consilio est ędilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues migrasse quirites.
Haud facile emergunt, quoꝝ virtutibus obstat
Res angusta domi, sed Romę durior illis
Conatus, magno hospitium miserabile, magno
Seruorum ventres, ẽ frugi coenula magno.
Fictilibus coenare pudet, quod turpe negabit
Translatus subito ad marsos mensamq; sabellam

Ędiles

fiam aduersus superbiam nobilitatis defenderent.

Migrasse, ita abiisse vt nunq̃ rediret in vrbẽ, vbi tãto sint contẽptui. Olim, superioribus tẽporibus.

Facto agmine, oĩ collecta multitudine vel facto impetu. Nam agmẽ sermo est polysemus, significat enim impetũ, vt illud Virg. Illi agmine certo Laocoonta petũt. Et multitudinẽ, vt vocat agmina seuaAgmẽ foroꝝ, etiã exercitũ incedentẽ agmẽ vocamus. Haud facile emergunt. Snia est gñalis qua ostendit quũ vbiq; tum maxime romę difficile eẽ pauperi emergere e miseriis, est aũt translatio a naufragis, qbus difficile est ex pfundo emergere in aquaꝝ superficiẽ. Res angusta domi, tenuis facultas rei domesticę.

Virtutibus obstat, impedimẽto ẽ, licet optimis artibus sint instructi. Illis. s. pauperibus. Durior, difficilior. Magno hospitium, ratio est quare ad foelicitatẽ durior sit conatus romę. Magno, subaudi cõstat, dicimus. n. magno, paruo, plurimo ⁊ minimo absolute, quũ verbis significantibus pciũ sunt adiuncta, sed non tãto ⁊ quãto, veꝝ tanti ⁊ quãti, pluris ⁊ minoris. Liui. lib. ii. primę decadis. Magno illi ea cunctatio stetit. Valerius, magno vbiq; virtus estimat. Hospitiũ, domus cõducticia. Miserabile, quod te ẽt possit ad misericordiã monere. Nã Misera miserabilis ille est, qui sua miseria nos vt sui miserea bilis mur monet. Vnde Ouid. monet amantẽ vt se miserabilem puellę ostentet. i. ita plenum erũnaꝝ vt puella eius miserescat, vt voto potiare tuo miserabilis esto.

Fictilibus coenare pudet, cõqueritur ita auctum esse per diuitias oĩum rerũ luxũ, vt pauperes etiã pudeat cœnare in fictilibus ne sint ludibrio, vt sit sensus, pauperẽ inquit pudet coenare fictilibus romę, quod negabit esse turpe si ad marsos mensamq; sabellam se cõtulerit, vbi crassioribus etiã cõtentus erit vestibus, vt ostẽdat vrbem incolentibus magna ambitione magnoq; luxu oĩno viuendum. Hocq; melius q̃ vt ad historiam referas, legendumq; est negabit ⁊ non negauit. Cucullo, genus est vestis villosę ad arcendas pluuias ⁊ frigora. Columella lib. i. cap. viii. cultam vestitumq; familiã magis vtiliter q̃ delicate habeat munitã diligenter a vẽto, frigore, pluuiaq;, quę cuncta prohibent pellibus munitis, centonibus confectis vel sagis cucullis. Sidonius eius ita meminit, per quos noctumalẽ cucullum, quo mẽbra cõfecta ieiuniis inter orandũ cubandũq; dignãter tegare trãsmisi, q̃q̃ non opportune spẽs villosa mittat byeme finita, iamq; tpibus estatis appropinquantibus. Iulius capitolinus in vita Veri. Vagabat nocte per tabernas ⁊ lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio. Diuus Hieronymus ostendit cucullum tegmen esse capitis, scribens sic de monachis. Edentes autem cucullis capita sua velent, ne alter alterum aspi-

Cucul lus

Contentusq; illic veneto duroq; cucullo.
Pars magna italię est,si verũ admittimus,in qua,
Nemo togam sumit nisi mortuus ipsa dierum
Festorum herboso colitur si quando theatro
Maiestas,tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium,cum personę pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans,
Aequales habitus illic,similemq; videbis
Orchestram,ẽ populũ,clari velamen honoris
Sufficiunt tunicę summis ędilibus albę.
Hic vltra vires habitus nitor,hic aliquid plus
Quam satis est,interdum aliena sumitur arca,
Cõmune id vitium est,hic viuimus ambitiosa
Paupertate omnes,quid te moror? omnia Romę

Color venetus

ciat manducantem,ne loqui quidq̃ liceat dum manducant,Cucullus item genus est auis,de qua Horatius in satyris.Magna compellans voce cucullum.

Veneto,coloris veneti. Est enim marinis fluctibus similis.Vegetius in re militari. Ne tamen exploratorię naues candore prodantur,colore veneto q̃ marinis fluctibus est similis vela tingunt, nauteq; vel per noctem,sed ẽt p diem facilius lateãt exploratores. Eũ colorem aliqui putant illum esse quẽ baluum dicimus, quo vestes viliores tingunt. Martia. Si veneto prasinoq; faues qui coccina sumis? Duro, crassiore lana. Pars magna italię, ostendit poeta longe minori ĩpensa alibi viui q̃ Romę. Nemo sumit togã, ista non viuit ambitione, vt cliẽtes togati adsint diuitibus salutãtibus vt fit Rõę Nã(vt diximus supra) toga erat viliorũ,quę sumebatur a clientibus quũ ibant ad salutandũ,supra Si curret nocte, togatus currere. Nisi mortuus, nã toga ornabãtur mortui.Mart. Aut pallens toga mortui tribulis. Ipsa dierũ festorũ,ordo est ⁊ sensus. Tu videbis inqt habitus ęq̃les ⁊ orchestrã similẽ, ⁊ populũ.s.similẽ in municipiis,si qñ maiestas dierũ festorũ colit theatro herboso ⁊c.i.nullã videbis differentiã inter senatores ⁊ plebeios, vt est Romę.Vt oĩa referas ad parẽ habitũ vestiũ, vt nulla inter eos sit per vestes distinctio, sed nobiles ⁊ plebei sint similes,per orchestrã ãt designat senatores ⁊ nobiles.Nam orchestra locus erat in scęna vbi senatores sedebant.De q̃ Victruuius his verbis,ĩ orchestra aũt senatorũ sunt sedibus loca designata, ⁊ eius pulpiti altitudo sit ne plus pedũ qnq;, vti q̃ orchestra sederint spectare possint oĩum agentiũ gestus.Nam scęnici artifices suas per orchestram pstant actiones,sicuti scribit Victruuius in.v. de architectura ορχεομαι apud gręcos idẽ est qđ salto. Aeq̃les illic habitus,ęqualia oĩbus vestimẽta,ita vt senatores a plebeis habitu vestiũ non distinguant vt fit romę.Vnde ορχηστης.i.saltator, ⁊ ορχηστρια saltatrix, ⁊ ορχηστρα.i.orchestra.Nã purpura(vt scribit Pli.lib.ix.)distinguit ab eqte curiã Est.n.ptexta senatorũ. Ea ẽt fuit magistratuũ. Et pueritię, de qua alibi buberius. Theatro herboso, nã in municipiis theatra in pratis ex cespite plerũq; extruebant. Vnde Propertius.Curia ptexto quę nunc nitet alta senatu. pellitos habuit rustica corda pres. Buccina cogebat priscos ad verba qrites Centũ illi in prato sępe senatus erat.Nec sinuosa cauo pẽdebãt vela theatro, Pulpita solẽnis non oluere crocos.Theatrũ aũt gręcũ est a θεορουμαι qđ est inspicio, latine spectaculũ dr̃. Ad pulpita,nã e regione theatri extruebant scęnę ⁊

Toga

Orchestra

Theatrum

Exodium

pulpita ad cõmodũ spectantiũ lege Victru. Notum exo.sępius recantatũ.Nã(vt scribit Liui.li.vii. ab vrbe condita) exodia ridicula fuere intexta versibus,quę iuuentus inter se more antiquo iactare cœpit,eaq; cõserta sunt fabulis potissimum attellanicis, quod genus ludorum ab oscis acceptum tenuit iuuẽtus. Alibi poeta. Vrbicus exodio risum mouet attellanę. Tranquillus in Tiberio, vnde nota in Attellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit,dictũ exodiũ ab εξω τοδου quasi extra viam ⁊ cãtilenã institutã ⁊ numerum aliorum versuum. Quum rusticus infans,pueri enim qui vna cũ matribus spectabãt ludiones personatos expauescebant, pueros antẽ solitos ferri spectatũ docet Plautus in penulo. Nutricis puerorũ infantis anniculos domi, vt procurent, neq; spectatũ afferãt. Ne ⁊ ipsę sitiãt ⁊ pueri pereant fame. Neue esurientes hic quasi hędi obuagiãt. Hiatum, os ĩpm. Personę,persona indumentum est oris,dictum a personando,q; vocẽ in vnum coactam collectamq; emittens sonitus clariores magisq; sonoros faciat. Eam histriones sumebant in agendis fabulis. Aeschilus primus tragœdis cothurnos, Syrma ⁊ personam dedit. De quibus sic Horatius in poetica Post hunc personę,palleq; repertor honestę Aeschilus, ⁊ modicis instrauit pulpita tignis. Edocuit magnumq; loqui nitidiq; cothurno.

Persona

Pallentis, terrificę. Sufficiunt tunicę, sensus est in municipiis, non omnes viuunt ea ambitione qua in vrbe, vt omnes habeant in Theatro tunicas albas,sed tantum ędiles qui ludis pręsunt. Romę autem omnes spectantes lacernas habent albas. Martialis. Et plebs ⁊ minor ordo maximusq; sancto cum duce candidus sederet. Idem in distichis de lacernis. Amphiteatrales nos commendamur ad vsus. Clari velamen honoris, appositio est,scilicet albę tunicę,quę sunt velamen clari honoris, hoc est quę lacernę dantur ędilibus,qui ludis pręsunt. Nam ędiles fuisse in municipiis paulo ante ostendimus. Hic vltra vires,tanta inquit in vrbe viuitur ambitione, vt vnusquisq; etiam supra vires studeat ornatui. Nitor,splendor subandi est. Habitus, vestitus. Hic, scilicet Romę. Aliquid est plus q̃ est satis, tantus est rerum luxus, vt plus etiam faciant q̃ oporteat. Interdum aliena sumitur arca,alibi, vt spectet ludos conducit Oculina vestem, conducit comites,sellam,ceruical amicas. Ambitiosa paupertate, vt quum simus pauperes velimus videri diuites ⁊ alicuius precii. Est enim ambitio honoris cupiditas. Omnia cum precio,deest sunt.

Ambitio

Quid

Cum precio,q̃d das vt cossum aliqñ salutes?
Vt te respiciat clauso veiento labello?
Ille metit barbam,crinẽ hic deponit amati.
Plena domus libis venalibus,accipe ; ẽ illud
Fermentũ tibi habe,pręstare tributa clientes
Cogimur,ẽ cultis augere peculia seruis.
Quis timet,aut timuit gelida pneste ruinã,
Aut positis nemorosa inter iuga volsiniis,aut
Simplicibus gabiis,aut proni tyburis arce,
Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam

Quid das,conqueritur tantam esse diuitum superbiam, vt pauperes in amicitiã suã non admittant,nisi per multa munera,per Cossum aũt ⁊ veientonem intelligit nobilissimum quemq;.Nam Cossorũ familia nobilis fuit.De veientone fabritio autem alibi Iuuena.Et quũ mortifero prudens veiento catullo. Alibi accepta rude coepisset veiento videri.Fabritii veientonis meminit Plinius ĩ.iiii.epistola, vixit sub Domitiano ⁊ Nerua.

Salutes, admittaris vt visites ⁊ salutes.

Clauso labello,superbiam ostendit potẽtis, qui ne salutantem qui dẽ resalutet. Ille metit barbam, eo miserię vẽtum est inquit, vt si forte puer diuitis, aut barbam, aut capillũ deponat,statim pauper in gratiam diuitis mittit munera vt.s.diem festũ celebret.Nam qui barbam,aut capillum deponebant solẽni quodammodo alicui numini dedicabant. Suetonius de Nerone Inter Buthysię apparatum barbã primam posuit conditam in auream pyxidem ⁊ pciosissimis margaritis,ad ornatam capitolio consecrauit. Mart. Hos tibi phœbe vouet totos a vertice crines Encolpus dñi Centurionis amor. Idem loquens de Earino liberto Domitiani,qui Aesculapio crines suos in pyxide aurea reconditos misit sic scribit. Accipe laudatos iuuenis phœbeie crines. quos tibi cęsareus donat habere puer. Et alibi Cõsilium formę speculum dulcisq; capillos Pergameo posuit dona sacrata deo. Ille.i.alius diues metit barbam amati.s.pueri. Amati,quẽ habet in deliciis. Hic,alius. Plena domus libis.i.statim pauperes vt gratiam dñi ineant donant liba ⁊ alia quę puer deinde vendat, ⁊ peculium sibi cõparet ⁊ augeat,sequitur enim cogimur augere peculia seruis. Libis,libũ genus erat placentę quod offerebatur diis,dictum a libando. Ouid. Noĩe ab authoris dicunt libamina nomen. Libaq; quod sanctis pars datur inde focis. Mittebant igit liba quasi quę die festo diis offerrent. Cato in re rustica docet confecturam eius sic. Libũ hoc modo facito casei pondo.ii.in mortario bene disterat, vbi bene distriuerit,farinę sigilineę libram,aut si voles tenerius esse selibram similaginis solum eodem indito,permiscetoq; cum caseo bene,ouum vnum addito ⁊ vna bene permisceto inde panem facito , folia subdito,in foco calido sub testa coquito leniter. Accipe ⁊ illud, Accipe inquit ⁊ illud malum, vnde tibi sit indignandum ⁊ irascendum,sumpta translatione a fermento quod intumescit. Illud fermentum,illam indignatiõem. Pręstare tributa clientes, ⁊ hęc est indignatio q; etiam clientes ⁊ familiares domini coguntur in gratiam eius dare munera seruis qui grati sint ei. Quod ⁊ Horati.in satyris sic meminit. Difficiles aditus primos habet,haud mihi deero. Muneribus seruos corrumpam,non hodie, si exclusus fuero, desistam,tempora quęram. Peculia, peculium ait Vlpianus dictum quasi pusillam pecuniam, sine pa-

Barba prima alicui numini dedicabat

Libũ

Peculium

trimonium pusillum,quod seruus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet,deducto inde siquid domino debet. Cęterum apud authores peculium pro omni patrimonio identidem capi manifestum est.Plinius li.xxxiii.Romę simulachrum ex ęre factum cereris primũ reperio ex peculio.Sp.Cassii,quem regnũ affectantẽ pater ipsius interemerat.

Seruis cultis, dilectis a domino.Cicero in paradoxis. An eorũ seruitus dubia est,qui cupiditate peculii nullã conditionem recusant durissimę seruitutis?

Quis timet,a contrario per comparationem ostendit cõmodius habitare pauperem foris q̃ in vrbe. Pręneste gelida,ita dixit vt Virgi. Aciẽ pręneste sub ipsa Straui, vt genere fœminino protulerit referens adiectiuum ad vrbem non ad nomen vrbis,quod generis est neutri,oppidum est, vt scribit Strabo in.v. In conspectu romę situm ĩ colle, nomen autem accedit(authore Solino) a Pręneste Vlyssis nepote latini filio, vel vt placet festo q; pręstet montibus is locus quo conditum est, vel απο των πρινων,idest ab ilicibus quarum magna illic est copia. Eam ciuitatem docet Virg. Aedificatã fuisse ab Ceculo filio Vulcani. Nec pręnestinę fundator defuit vrbis Ceculus,gelidam autem appellat,qa in monte sita est. Volsiniis,oppidum hetrurię. Strabo.Cęterum in mediteranea pręter iam dictas vrbes extãt Arretiũ, Perusia, Volsinii, Sutrium. Gabiis, Gabii(authore Strabo.) Extant in via pręnestina siti, vbi latomię sunt. Simplicibus, ex historia simplices appellat,q; Tarquinius superbus quum virtute superare gabios non posset, dolis aggressus est, quum enim velut posito bello fundamentis templi faciendis aliisq; vrbanis operibus intentũ se esse simularet Sextus filius eius qui minimus erat transfugit excõposito gabios,patris in se sęuitiam intolerabilẽ cõquerens iam ab alienis in suos vertisse superbiã, se quidẽ inter tela ⁊ gladios patris elapsum,nihil vsq; sibi tutũ nisi apud hostes tarquinii credidisse. Et ne errarent ĩminere iis bellũ quod positũ simulat, ⁊ per occasionẽ eũ incautos inuasurũ. Benigne itaq; a Gabinis excipit,duxq; constituit aduersus patrẽ,qui mox monẽte patre primoribus vrbis partim interfectis, partim in exiliũ actis gabios in manũ patris tradidit. Ergo simplicitate sua capti sunt. Proni tyburis, oppidũ est nõ longe ab vrbe roma sitũ in monte,quod cõditum fuit a tribus fratribus Tyburto, Catillo, ⁊ Cora, quos Virg. arginos fuisse oñdit. Catillusq; acerq; Coras argina iuuẽtus. Hora.itẽ. Tybur argeo positũ colono. De Tybure ita Strabo lib.v. In romę vero cõspectu sunt Tybur,pneste, ⁊ Thusculũ. Tybur quidem Herculeum est. Proni,penduli veluti in suspicientes ruituri. Nos.s.pauperes. Vrbẽ.i.domos vrbis,

Fultã,sustẽtatã ac per hoc veterẽ ⁊ iã casus minantem. Tibicine,sustẽtaculo.Nam Tibicines(authore

Pręneste

Volsinii

Gabii

Tybur

Tibicē Festo) ī ędificiis dici existimant a similitudine tibicinum ędificiis canentiū, qui vt cantantes sustineant, ita illi ędificia teneant. Itaq; apparet Tibicinē capi pro oī sustentaculo, vt apud Ouidium in.iiii.fastoꝝ. Hęc modo versabat stantē tibicine telam, a grāmaticis etiam tibicines appellant particulę quibus versus replentur.

Sic obstat, per sustentacula. Labētibus.s.tectis, **Villicus** quę in eo sunt vt labi videant. Villicus, seruus ille qui ruris curā habebat villicus appellatus est. Quum texit hiatum. Ordo est τ sensus. Et iubet dormire securos pēdēte ruina quū texit hiatum veteris rimę.i.vbi rixiosos parietes operuit τ texit, vt quum particula aduerbium sit tēporis. Pendente, pro impēdente τ iminente. Vbi nulla incendia, eleganter ostēdit in vrbe crebra τ horrenda incēdia oriri, nō sine summo pauperum dāno. Nam plerūq; inquit iam cœpto incēdio diues qui inferiores ędiū partes tenet bona sua ab igne trāsfert, quum interea pauperē ignis absumit ignaꝝ, vtpote qui domus superiora incolat. Nam inquilinis τ pauperibus supiora domus locabant. Mart. Et tribus habito scalis sed altis. Vcalegō.i.dñs domicilii tui, qui subter te habitat in primis tabulatis, alludit autē ad carmē illud Virg. Iam proximus ardet vcalegō.

Frinola Friare Frinola, etiā vilissima queq;, τ fragilia a frio verbo, quod significat aliquid attrectando in puluerem τ partes minutas cōuertere, quo verbo sępe vtit Pli. vt est illud in.xiii. vbi loquit de palmis. In ipsa quidem ęthiopia friatur hęc tāta est siccitas, τ farinę modo spissat in panē. Idem in.xii. Friatum amomū appellat.i.contritum. Idem in eodē loquens de ladano. Id quoq; terrenū est friabile. Ab imis gradibus, ab imis scalis, τ pmis tabulatis. Tegula sola tuet.i. qui habitat in suprema parte ędium sub tegulis, designat aūt **Cœnacula** cœnacula, quę superiores partes domus dicunt, quę inquilinis locari cōsueuerant. Vnde alibi. Rarus venit in cœnacula miles. **Colūbę vñ** Columbę, nam in culminibus solēt columbę habitare, τ a culminibus sunt denominatę. Lectus erat Codro, ostendit vmbritius pauperē vbiq; infoelicem esse exēplo Codri. Nam si pauper inquit bona sua, aut incēdio, aut alia calamitate amiserit neminē inuenit a quo iuuet. At si diues ardeat statim psto sunt qui subueniant. Lectus, subaudi discubitorius. Nam τ vasa cōmemorat pertinētia ad Triclinium. Codro, pauper fuit poeta tragicus, de quo initio opis Rauci Theseide Codri.

Procula minor, tam modicus vt vix caperet proculam vxorē discūbentem. Vrceoli sex, Vasa sex potoria quę in abaco sena tm̄ reponi ōndit poeta. Vnde Plinius lib.xxxvii.cap.ii. De Pompeii triūpho. Vasa ex auro τ gemmis abacoꝝ nouē. Cicero in.v.Thusculanarū. Abacosq; q̄plures ornauit argento auroq; cęlato, quibus verbis colligitur abacum mensam esse

Magna parte sui; nam sic labentibus obstat
Villicus, & veteris rimę quum texit hiatum.
Securos pendente iubet dormire ruina.
Viuendum est illic, vbi nulla incendia, nulli
Nocte metus; iā poscit aquā, iā frinola tr s-
Vcalegō, tabulata tibi iā tertia fumant (fert
Tu nescis, nam si gradibus trepidat ab imis
Vltimus ardebit, quem tegula sola tuetur
A pluuia, molles vbi reddunt oua colūbę.
Lectus erat codro procula minor, vrceoli sex
Ornamētū abaci, necnō & puulus infra (rō,
Cātharus, & recubās sub eodē marmore chi-

Abacus vbi vasa escaria potoria ve reponerent. Vnde Plinius eodē libro τ capite. Abacis etiā escariisq; vasis inde expetitis. Et paulo infra eodē capite. Murrina humorem putant sub terra calore densari, amplitudine nusq̄ paruos excedunt abacos. Ausonius. Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem. Atq; abacū samio sępe onerasse luto. Abacus item appellat planicies superior quadrata capitelli in colūna, cui ad singulos āgulos sub sunt sue volutę. De quo sic Victruuius. Tāta sit altitudo capituli cum abaco, abaci latitudo ita habeat ratiōem, vt quanta fuerit altitudo tāta duo sint diagonia ab angulo ad angulū. Dictio autem est deducta a genitiuo gręco abacos. Capitur itē pro tabula in qua calculatores τ geometrę nūeros τ figuras designāt. Persius. Nec qui abaco numeros. Eaq; etiā fiebat ex marmore appellabat delphica, sequitur enim sub eodem marmore chiron.i.sub delphica, ita enim exponit Porphirio apud illud Horatianum. **Delphica** Et lapis albus pocula cum cyatho duo sustinet. De qua mensa delphica, ita meminit Cicero in sexta verrina, Pręterribo q; iste mensas delphicas e marmore, crateras ex ęre pulcherrimas ex omnibus ędibus sacris Syracusis abstulit. **Cātharus** Cantharus, gręcum est vocabulū, estq; genus vasis potorii ansati, de quo sępe apud Plautū fit mentio, vt illic in pseudulo. Datur cātharus, bibi, quod Virg. (authore Macrobio) propriū liberi patris poculum assignat Sileno. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa, ponit etiā eodem authore pro genere nauigii. Infra.s.abacum.i.sub abaco τ mensa marmorea erat τ cantharus. **Chirō** Chiron, aliqui intelligūt Chironē marmore sculptum sustinentē delphicam, sed melius est intelligas opus cōpositū de chirone, vt planius paupertas codri ostendat, qui ne qdem haberet cōmoda libroꝝ suorum repositoria. Chiron autē cētaurus fuit Saturni ex philyra filius. Nā (vt scri. Aratus) Saturnus quum per thraciā filium Ionē q̄reret in equum cōuersus cum philyra cōcubuit inde natus chiron, qui priore parte spēm habebat hoīs, posteriore vero equi. Nauigauit (teste Orpheo) cū argonautis, quoꝝ etiam fuit medicus, τ vsum multaꝝ herbaꝝ inuenit, inter quas τ centaureā. Achillis magister fuit. Ad hunc in monte pelio quū diuertisset Hercules τ sagittas eius manibus mirabūdus pertractaret e manibus vna sanguine hydrę lerneę tincta in pedem decidit, cuius vulnere quum angeret miseratione deoꝝ in cęlum post nonē dies est translatus inter astra. Vnde Ouidi.in fastis. Nona dies aderat quum tu iustissime chiron Bis septem stellis corpore cinctus eris. De hoc ergo a poetis fabula cātata erat. Multa etiam apud Achilleida statii diximus. Mures opici, hoc autē per lusum dicit quasi rudes τ barbari, nec qui latine sciant, vnde Sydonius. Turbida

τ pceps

Opici popu. τ pceps τ opica translatio, deducto vocabulo ab Opicis populis cāpanię, qui eā regionē priscis tpibus tenuerunt. De qbus Stra.in.v.sic scri. Anthiochus sane **Osci** reliquit scriptū, hanc olim ab opicis regionē habitatā fuisse. Istos aūt Ausonios appellatos, iidē etiā vocati sunt osci, de qbus sic festus Pompeius. Opicū quoq; inuenimus pro osco. Opicos ēt populos antiquissimos italię fuisse docet sic Thucidides in.vi. Siculi aūt ex Italia (ibi nāq; habitauere) fugientes opicos in eandē insulā traiecerunt. De opicis item meminit Diony.Halicar. primo lib. Thucididē secutus Opicos ergo siue oscos rudes τ incultos fuisse, docet Titinius poeta his verbis. Osce τ volsce fabulant, nam latine nesciunt. Vocabulū ergo vsurpabat ad exprobrandā verę latinitatis ignorantiā, vnde τ in.vi. **Opica mulier** saty. appellat mulierē opicā quasi latine nescientem illic. Atq; opicę castigat amicę. Verba vnde extat τ illud dictū Catonis in gręculos. Nos spurios dicunt τ opicoꝝ cognomēto dedecorāt. Ausonius Eunus syri- **opicus** scus inguinū liguritor Opicus magister, sic eū docet phyllis. Alii dicūt opicos appellari eos, qui gręce nesciant, licet latine nō sint indocti, vt p lusum mures poeta appellat opicos, q carmina gręca rodebant q̄ nec intelligebāt, in qua opiniōe vr̄ esse Gellius li.x.cap.xvi. vbi sic scri. percūctanti cuipiā qui litteraꝝ τ vocū gręcaꝝ expers fuit cuiusnā liber τ qua de re scriptus esset. Et paulopost subdit. Tūc ille opicus verbis meis inchoatis τ incōditis adductus. Nil ha.co. Eo inqt paupertatis redactus erat, vt nihil oīno hēret. Et tn̄ illud nihil totū amiserit, nec inuenerit alicūde calamitati suę subsidiū, adeo paupertas infoelix est. At si īquit diues aliquo fortunę ipetu de foeliciore statu deiiciat, statim hēt suppetias amicoꝝ paratas. Vltimus aūt erū.cu. sed hoc inqt est oīum miserrimum q; q̄rendo petēdoq; nihil inuenit. Frusta ro. melius est frusta esse nomē, quam frustra aduerbiū. Si magna arcturi, hinc tota est indignatio poetę, q; hoīes vel sceleratissimi modo diuites sint magis respiciant q̄ pauperes honesti. Nam supra Illic viuant Arcturius istic τ Catulus, maneāt qui nigrū in cādida vertunt, ōndit Arcturiū τ catulū vilissimos fuisse τ sceleratos hoīes, qui p scelera essent locupletati, per Arcturiū igit diuitē quēq; τ facinorosum intelligit.

Horrida mater, subaudi est.i. mulieres romanę sq̄lide **Pullus** hunc q̄si cōem casum lugent, quēadmodū cōstat τ publicas calamitates sępe luxisse. Pullati, subaudi sunt.i.atrati, τ vestes lugubres induti, pullū.n.nigrū significat. Virgil. Ne maculis infuscet vellera pullis. Tranqllus in Augusto. Sanxitq; ne quis pullatorū **Pullare** media cauea sederet. Pullū etiā appellamus nouellū. Hora.in odis. Gaudeat pulla magis atq; myrto, vnde etiā dicimus arbores pullulare, quū ramos nouellos exerunt. Pli.lib.xvi. Senescunt velociter vites aquaticę, sed e radicibus repullulant. Differt va.p. Differt dictionē iuris, siue sponsiones sistendi se in iudicio, ac per hoc iura ipsa. **Vadimoniū** Vadimoniū vocabulū quidem occursu freqūs est apud authores, sed difficile intellectu, variis.n.modis vsurpari ab scriptoribus dubiū nō est. Videt aliqn̄ capi posse pro spōsione ad certū diē sistēdi se in iudicio vel p se vel p aduocatos, vt in orōne Cice.pro quintio dat intelligi, vbi longa est altercatio de vadimoniis, altera pte dicēte fuisse sibi vadimonia deserta, altera vero nequaq̄ a se fuisse facta, q̄ significatiōe vr̄ accepisse Tranqllus in caligula, vbi sic ait, vt litigatoꝝ pleriq; q; occurrere absentes ad vadimoniū nō possent cā caderent, quasi ad spōsionē factā sistendi se in iudicio ad diē cōstitutum. Aliqn̄ pro citatione in ius, Plautus in Curcul. vbi tu es qui me vadatus es vadimoniis venereis.i. q me citasti in iudiciū citationibus venereis. Valeri. lib.iii. Nam quum oppidū badiā circunsederet Scipio tribunal suū adeūtes in ędem quę intra moenia hostiū erat vadimoniū in posteꝝ diem facere iussit. Seneca lib.de ira. Quid si pter vsurā, aut millesimā valitudinarius foenerator distortis pedibus τ manibus ad cōparandum nō relictis clamat, ac per vadimonia asses suos in ipsius morbi accessionibus vindicat, hoc est asciscit τ consequit per citationes τ iura forensia, vnde τ Porphyrio in Horatium sic scrib. Horatium cōsulit an pmittat attestari iniecta manu extracturus ad ptorem, q; vadimonio non paruerit hoc est citationi. Idem Porphyrio alibi refert se incidisse in hoīem molestum, neq; se ab eo auellere potuisse, nisi aduersarius superuenisset, a quo vadimoniū sibi dictum est.i.citatio in ius. Capi etiam videtur pro iurisdictione Liuius lib.tricesimo tertio Pretores quoꝝ iurisdictio erat, tribunalia ad disciplinā publicā posuerunt, eo vadimonia fieri iusserūt, ibiq; eo anno ius dictū est. Gellius li.vii. Tū e militibus q in iure apud eū stabāt interrogauit quispiā ex more in quē diē locūq; vadimoniū pmitti iuberet, vbi liquido apparet vadimoniū poni per iurisdictiōe, vt sit quo die quone loco velit me dicere. Macro.in primo Satur. Comperēdini dies sunt, qbus vadimoniū licet dicere. Pli.lib.vii. Bebius iudex dum vadimonium differri iubet mortuus est, hoc est dictionē iuris. Seneca lib.vii.episto.ad Luci. Tam ridicule facio q̄ ille quisquis vicisse se putat, quum vadimoniū distulit. Idem li.i. Non videor tibi plus prodesse q̄ quū ad vadimoniū aduocatus descenderem. Apul. vero lib.x. pro effectu posuisse videt quum sic scribit, promissę libidinis flagitat vadimoniū.q.d.effectum.i. vt efficiat quod pmisit. Idem lib.xi. Iamq; dies aderat diuino destinatus vadimonio, hic videt poni vadimonium pro promissione, quasi deus pmisisset ei pristinę formę recuperatiōem. Tunc gemimus.s. ardente arcturio homine diuite. Tunc odi.ignem, Tunc inquit ignē detestamur tanq̄ rē dānificam.

Iamq; vetus grecos seruabat cista libellos,
Et diuina opici rodebant carmina mures.
Nil habuit codrus, qs enim negat? & tn̄ illud
Perdidit infoelix totum nihil, vltimus autē
Erūnę cumulus, qd nudū & frusta rogantem
Nemo cibo, nemo hospitio, tectoq; iuuabat.
Si magna arturi cecidit domus, horrida mr̄
Pullati proceres, differt vadimonia pretor.
Tūc gemimus casus vrbis, tūc odimus ignē,

Ardet adhuc,& iā occurrit,q marmora dóet,
Cōferat ipensas, hic nuda & candida signa.
Hic aliqd preclaꝝ euphranoris,& polycleti.
Hic asianorum vetera ornamenta deorum.
Hic libros dabit & forulos,mediāq minervā
Hic modiū argēti,meliora ac plura reponit
Persicus orboꝝ lautissimus,& merito iam,
Suspectus,tanq̄ ipse suas incenderit ędes.
Si potes avelli circensibus,optima sorę

Hic,subaudi ab inferioribus dabit. Signa candida,simulachra marmorea candida. Euphranoris,Euphranor ⁊ Polycletus,athenięses fuere,de quibus multa Plinus,ambo statuarii mirę celebritatis. Euphranoris est Alexander paris,in quo laudatur q omnia simul intelligantur,iudex deaꝝ amator Helenę,⁊ tamen Achillis interfector. Lege Plinium libro.xxxiii.capitu. viii.

Vetera ornamenta, subaudi dabit ab inferioribus, vt dixi.i. quę antea diu fuerant in tēplis deoꝝ. Deorum phe. Huius loci duplex potest eē expositio. Alii enim deorum phecasianoꝝ legunt.i. deorum quos Phecasii sacerdotes colebant. **Phecasii sacerdotes** Nam Phecasios sacerdotes fuisse ostendit Appianus lib. v.de bello civili loquēs sic de.M.Antonio. Calciamēta candida q̄lia Atheniensiū sacerdotes ⁊ Alexandrinoꝝ quos Phecasios vocant deferre cōsuevérunt. **Phecasia** A calciamentis igitur quę phecasia dicebātur appet tales sacerdotes esse denoīatos. Calciamenti meminit Sene.lib.vii.de bñficiis. Pythagoricus qdam emerat a sutore phecāsia. Item ad Luciliū. Siquē palliatū,aut phecasiatū cōspexeris. Divus quoq Hiero. cōtra Iovinianū,ita inqt de phecasianis. Bactrianis ad hoc ipsum nutritis obiiciūt senes,q cū Alexādri pręfectus phecasianoꝝ emēdare voluisset pene amisit provinciam. Alii vero ex veteri codice quoꝝ sensus magis mihi placet non phecasianoꝝ deoꝝ legendum putant,sed hic asianoꝝ, vt hęc particula hic quies,nec ēt sine ornatu rhetorico repetatur, vt dicat hic,idest alius dabit signa candida. Alius aliqđ pręclaꝝ Euphranoris, aut Polycleti. Alius vetera ornamenta deoꝝ asianoꝝ. Alius libros ⁊ forulos. Alius modium argenti ⁊ cętera, vt per vetera ornamenta deoꝝ asianoꝝ ītelligamus signa,aut tabellas pictas, aut vasa aurea sive argentea,quibus rebus deoꝝ templa ornari solent,ac p hoc satyrice ostendit romanos ob avariciam temploꝝ expilationibus non parcere, vnde legimus apud Plutarchū Syllā quę i donariis ornatissima ⁊ preciosissima fuerāt,tum ab epidauro, tum ab olympia,tum ex Delphis datis ad Amphictyonas litteris dei pecunias ad se deferri iussisse. Quę furta quęq expilationes,q̄ ⁊ publice ⁊ privatim fierēt monet Cicero ad.Q.fratrem his verbis,Pręclaꝝ est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium sic, vt nullum te signū,nulla pictura,nullū vas, nulla vestis,nullum mácipium,nulla forma cuiusquā, nulla cōditio pecunię,qbus rebus abundat ista pvincia,ab summa integritate cōtinentiaq deduxerit. Cęsar(vt scribit Tranqllus) In gallia phana tēplaq deū donis referta expilavit. Et forulos,armaria ⁊ repositoria libroꝝ. Sueto.in Augusto,libros sibyllinos delectu habito condidit duobus forulis auratis sub pallatini Apollinis basi. **Fori** Fori vero dicunt tabulata navtū ab eo qđ incessus ferant. Hęc Servius in Virgili.in.iiii. Implesq foros flāmis,ab Apul.vero lib.iiii.capitur pro sedilibus vbi sic scrib. Hi simili lavacro refoti inter foros socioꝝ sese reponūt. Tūc forte ducti ministerium faciūt,estur,ac potatur incōdite. Mediāq Minervā,mediam statuam Minervę ad exornādam bibliothecam. Persicus orboꝝ lautissimus, Persicus,pactius,gallita,⁊ laronia p nobilibus ⁊ ditissimis orbis ponunt. Reponit, reparat,⁊ quasi lucrifacit ⁊ recōdit,eadem significatiōe posuit Quintilianus libro.ii.loquens de aīalibus. Quinetiam reponere in hyemem alimēta videmus. Si potes avelli circensibus,notat populum roma. q ludis circensibus,ita delectabat, vt nihil illi maiori curę esse videret, vnde alibi. Atq duas tm̄ res anxius optat pana ⁊ circenses,alibi. Totam hodie Romā circus capit. Itē alibi. Illa mœstitia est carnisse anno circēsibus vno. Nam ii ludi q tanta oīum spectabantur delectatione, in Circo maximo fiebant. Vnde ⁊ nomen sortiti sunt. Idem ēt appellati sunt Romani ⁊ magni. Circo aūt qui maximus dicitur Tarquinius priscus, vt docet Livius lib.i.romę primus locus designavit,in quo ludos longe instructius opulentiusq fecit q priores reges. **Circus maximus** Circum aūt maximū dictum esse, scribit Varro q circum spectaculis ędificatis ibi ludi fiunt, ⁊ q ibi circum metas fertur pompa,⁊ equi currunt. Maximus autem appellatus vnde est, q amplitudine longe maior esset q̄ circus itinus, ⁊ circus flaminius. Nam(vt scribit Plini.lib.xxxvi.) longitudine fuit trium stadioꝝ,latitudine vnius,sed cum ędificiis quaternū ingeꝝ. Capiebat aūt ducenta ⁊.lx.milia hoīum sedentiū. Ludi aūt instituti fuerūt in honorem Cybeles magnę deoꝝ matris,qui vocabulo gręco dicti megalenses,latino magni, ατωοτυς μεγαλησ μητροσ, hoc est a magna matre. Vnde est illud apud Iuvena.in.xi.satyra. Interea Megalesiacę spectacula mappę Idęū solēne colūt. Asconius tn̄ Pedianus ait. Ludos magnos esse appellatos q magnis impensis sint dati,tunc p̄mum ludis īpensa sunt ducenta milia nūmū, vel q diis magnis.i. laribus vt bis Romę dati sint,qbus aiunt raptas sabinas esse, vt videat pp hoc dicere Virg. Magnis circensibus actis, **Ludi circēses** nam ⁊ circenses ludi sunt,iidem ēt plebei sunt appellati, q initio veris stato solēniq die celebrabant magno totius plebis studio ⁊ delectatione, vnde ait alibi. At mihi pace imensę nimięq, licet si dicere plebis. Et alibi. Atq a plebeis longe megalesia, plebeios aūt ait Asconius appellatos q exactis regibus p libertate plebis fecerunt,aut p reconciliatione plebis. **Ludi magni Romani** Ludi etiā circenses in honorē Cereris celebrabantur, vnde Cor. Tacitus lib.xvi.de Nerone p̄ncipe loquens. Tādem ⁊ inqt statuere circēsium ludoꝝ diē,qui Cereri celebrat,exequi destinata,qa Cęsar rarus egressu domoq, aut hortis clausus ad ludicra circi ventitabat. Et paulopost, vtq circēsium cerealium ludicrum pluribus equitum cursibus celebraret. Ovidi.in.iiii.fastorū. Circus erit pompa celeber numeroq deoꝝ. Primaq ventosis

Aut fabraterię domus,aut frusinone paratur,
Quanti nunc tenebras vnum conducis in annū
Hortulus hic puteusq brevis nec reste movendus
In tenues plantas facili diffunditur haustu.
Vive bidentis amans,& culti villicus horti,
Vnde epulum possis centum dare pythagoręis.
Est aliquid quocunq loco,quocunq recessu.
Vnius sese dominum fecisse lacertę,
Plurimus hic ęger moritur vigilando sed illum
Langorem peperit cibus imperfectus & hęrens
Ardenti stomacho nam quę meritoria somnum
Admittunt,magnis opibus dormitur in vrbe.
Inde caput morbi,rhedarum transitus arcto

vētosis palma petet equis. Hic cereris, ludi nō est opus indice cā. De quibus ēt Iuvenalis intellexit.xiiii.saty.illic. Ergo oīa flore. Et cereris licet,⁊ cybeles aulęa relinquas,illic vt de iis aliquid huberius dicatur, **In circēsibus Factiones aurigaꝝ q̄ttuor** quattuor exhibebant aurigaꝝ factiones denoīatę a quattuor diversis pāni coloribus,qbus ipsi agitatores induti erant. De quibus sic Sydonius Apollinaris. Micāt colores albus ⁊ venetus,virens,rubensq,vestra insignia cōtinent. Ministri ora ⁊ lora manu iubasque totas Cogunt flexilibus latere nodis, Hortaturq obiter, iuvatq blādis Vultus plausibus ⁊ voluptuosum dictant q̄drupedantibus furorē,impellunt,trepidant,trahunt, repugnāt. Ardescunt, saliūt, timēt, timentur. Nam spectatores diverso currentibus aurigis favebāt studio, aliiq, alium hortabantur ad victoriam, vnde est illud,apud Pli.ad Calvisium. Nunc favent pāno,pānum amant. Et si in ipso cursu non mediocri certamine hic color illuc, hic huc transferat, studium favorq transibit,et repente agitatores illos,equos illos quos procul noscitant, quoꝝ clamitant noīa relinquet,tanta gratia,tāta auctoritas in vna vilissima tunica. Quibus verbis ostendit Pli.tanto studio coloribus Romanos diversis favisse, vt non hoīes sed colores ipsos,quibus induti erant adamarent, ita vt si coloꝝ mutatio facta eēt ī ipsis agitatoribus ⁊ ab vna factione ad alteram translata,itidem ⁊ favorē spectatorum transituꝝ, vt plane ostendat illos non personis sed coloribus favisse. Prasinę hoc est viridi factioni Caligula ⁊ Nero ita addicti deditiq fuerūt, vt Caligula cœnarent in stabulo assidue ⁊ maneret, viciesq sestertium agitatori cythico contulerit. Nero vero inter discipulos conquereret quondā tractum Prasinū agitatorē ⁊ quū a magistro obiurgaret de Hectore tracto se loqui ementitus sit, Venetę p̄o factiōi adeo favit vitelius, vt quosdam de plebe ob id ipm q venetę factioni clare maledixerant interemerit. Mart.in distichis de Prasino ⁊ veneto mentionem facit. Si veneto prasino ve faves q coccina sumis. Ne fias ista transfuga veste vide. Nā coccinatus pro transfuga haberet qui relictis prasino ⁊ veneto ad purpurei panni factionem abiret. Iulius capitolinus in vita Veri sic scribit. Circensium tantam curam habuit, vt frequenter provincialibus litteras cā eorum ⁊ miserit ⁊ acceperit deniq, ēt p̄sens ⁊ cum Marco sedēs multas a Venetianis passus ē iniurias q turpissime cōtra eos faverit. Nam ⁊ volucri equo prasino aureū simulacrum fecerat quod secum portabat. Duas ēt Domitianus circensibus gręcū factiones aurati purpureiq pāni ad quattuor pristinas addidit Trāquillus in Domitiano. Est ergo sensus. Si potes inquit relinquere istos ludos circēses quibus tota civitas tantopere delectat optime tranquilleq, habitabis in cāpania. **Sora Fabrateria Fabraternus** Sorę, Sora. Fabrateria ⁊ frusino oppida sunt volscoꝝ in campania a fabrateria fit fabraternus. Tenebras, locum tenebrosum ⁊ obscuꝝ, Sensus est. In aliis Italię oppidis tanti tibi poteris parare domum optimā quanti Romę conducis domiciliū tenebrosum. Hic, per illic in oppidis.s.

Aqua brevis Puteus brevis,nō profundus, sic etiam dicimus aq̄s breves non altas nō profundas. Talem puteum p̄cipit ⁊ Columella habendum. Aut fons illachrymet putei non sede profundi. Vive bidentis amans. Satius inquit est agricolationi vacare q̄ habitare intra vrbem iter tot vivēdi difficultates ⁊ molestias. Ergo amans bidētis.i. rei rusticę ⁊ imprimis cultus hortorū. **Bidens** Bidentis, Bidens genus est sarculi. Pythagoręis, pythagoras quum carnibus abstinendum doceret legumine oleribusq vescebatur, vt mortales ad faciliorem assuefaceret victum, ⁊ cibos semp parabiles, quod institutum discipuli servanere. De quo plura illic dicemus, Ventri indulsit non oē legumen. Faba abstinuisse docet Cicero in primo de divinatione quasi vero ⁊ cibo mens non venter infletur.

Est aliquid, venusta suasio, operępcium inquit ē alicuius rei, vel vilissimę dominum se facere, vt oīo ostēdat longe melius esse in loco deserto habitare q̄ in vrbe.

Vnius lac. vnius(vt dici solet) vermiculi hocq, melius q̄ vt ad mensuram referas terrę. Plurimus hic ęger. Aliud incōmodum affert paupeꝝ. Plurimi īquit moriuntur contracta ęgritudine ex noctibus insomnibus. Nam pauperes in ea inquit parte ędium divitis habitāt quę publicis est proxima viis, vt dormire nō queant nimio ⁊ iumentoꝝ ⁊ plaustroꝝ strepitu,sicq interrupto sępe somno in ęgritudines lętiferas incidunt. Hoc etiam conqueritur Mart. Numerare pigri damna quis potest somni, item alibi. Ocia me somnusq iuvāt, quę magna negavit Roma mihi. Cibus īperfectus, non concoctus in stomacho, qui causa est langoris. **Meritoria** Quę mer. loca meritoria dicunt quę mercede locantur inquilinis a merendo, vnde ⁊ tabernę meritorię ipsa stabula dicuntur hoc est cauponę. Nam mereri est causa q̄stus aliquid operari, vnde ⁊ meretrices sunt appellatę q turpitudine corporis ęs merent. **Merces** Mercesq p̄mium appellat quod datur pro laboribus susceptis a merendo. **Meritorii pueri** Inde ēt dicuntur pueri meritorii qui aut sponte sua, aut iubēte dño prostant turpiq q̄stu ęs merent. Vnde ⁊ Suetonius in caligula appellat vehicula meritoria quę mercede locantur. Magnis opi.i.divites ⁊ potentes dormiunt,q sibi de loco remoto prospiciunt. Inde ca.mor.subaudi est.q.s.non dormiunt. Rhedaꝝ transitus, rō somni interrupti. Nā transitus inquit rhedaꝝ in arcto viarum inflexu adimunt somnū. Arcto infle.vi. Vici adeo coniuncti obliquiq erant vt difficilem transitum vehiculis darent. Tacitus arctis itineribus hucq ⁊ illuc ⁊ enormibus vicis qualis vetus Roma fuit. Vnde Nero auctore Trāquillo. Offensus angustiis ⁊ flexuris vicorum incendit vrbem,q aūt vici obliqui essent,docet Livius in fine quinti lib.ab vrbe condita his verbis. Fe

stinatio curam exemit vicos dirigendi dum omisso sui alieniq; discrimine in vacuo edificant, ea est causa vt veteres cloacę primo per publicum ductę, nunc priuata passim subeant tecta, formaq; vrbis sit occupatę magis q̃ diuisę similis. Conuicia stantis mãdrę, hoc est conuicia quę fiunt mandrę stanti ꝛ remorãti, nam genitiuus mandrę stat passiuę, genitiui enim ponũtur ꝛ actiue ꝛ passiue, vt si dicam verbera magistri prosunt pueris, idest verbera quę infligit magister ꝛ quia magister agit actiue ponitur genitiuus, passiue vero verbera puerorum, idest quę pueri patiuntur. Conuicia ergo mandrę, idest quę mulio facit in mandram, solent enim muliones multis conuiciis ꝛ minis agere iumenta. Conuicium Cõuicium dicitur auctore Vulpiano vel a concitatione, vel a conuentu hoc est collatione vocum, quum enim plures voces in vnum conferuntur conuicium appellatur quasi conuocium. Fecisse conuicium dicitur non tam is qui vociferatus est, verum is quoque qui concitauit ad vociferationem alios, vel qui submisit vt vociferetur, non tam omne maledictum conuicium est, sed id solum quod cum vociferatione dictum est, ꝛ siue vnus, siue plures dixerint conuicium est. Quod in coetu dictum est, quod autem nec in coetu nec vociferatione dicitur, conuicium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum. Mãdra Mandrę, gregis iumentorum stantis, significat enim mandra multitudinem iumentoꝝ. Martia. lib. v. Vixq; datur longas mulorum vincere mandras.

Eriperent som. vr. Omnes quos adhuc vidi codices legunt Druso, sicq; commentatores Drusum exponunt pro homine somniculoso. Ego vero vrso legendum contenderim, hac maxime ratione, q; quum dicat somnum eripi vitulis marinis, recte procedat, vt de aliis beluis quę alte dormiunt loquatur q̃ de homine. Nam vrsi vt scrib. Plini. lib. viii. ca. xxxvi. primis diebus bis septenis tam graui somno ꝓmuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Vitulisq; ma. quę phocę dicuntur, quo animali nullum grauiore auctore Pli. premitur somno. Virgi. Sternunt se somno deserto in littore phocę. Si vocat officium. Aliud ẽt incõmodum proponit pauperum. Nam si forte aliquo eundum sit ita officio postulante, diues super ora paupeꝝ lectica feret sine aliquo eius incõmodo, sed cũ magna paupeꝝ pernicie, qui a seruis lecticariis cęteraq; seruoꝝ turba prosternunt cõculcanturq; pedibus in luto.

Curret super ora. i. sublimis in lectica vehet supra capita hominum. Vnde Sene. ab Luci. loquens de diuite sic ait. Quos supra capita hoium supraq; turbã delicatos lectica suspendit. Pli. in panegyricis. Traiani luxum ꝛ superbiã sui tpis damnãs sic scribit. Ante te ꝓncipes fastidio nostri ꝛ quodã ęqualitatis metu vsum pedum amiserant, illos ergo humeri ceruicesq; seruoꝝ super ora nostra vehunt, sic. n. diues, nec solum in vrbe, sed ẽt foris gestabat. Seneca itẽ ad Luci. Non turba seruorum lecticam tuã per itinera vrbana ac peregrina portantiũ. Cice. in. ii. philip. At iste operta lectica latus est per oppidũ, vt mortuus. Ingenti li. Ingenti ꝛ ꝓcero lecticario. Alibi Tarde venisse liburnus dr̃, Nã ex liburnia quę dalmatię est contermina magnę staturę mittebant serui, vñ alibi. Primus clamante liburno Currite. Atq; obiter, hinc est indignatio vmbritii, q; quum ipsi pauperes in itinere luto pronoluant, diues tanto ocio gestet, vt ẽt in lectica legat ꝛ dormiat. Obiter Obiter. i. simul ꝛ vna vt sit sẽsus. Curret inquit super ora ꝛ simul leget aut scribet, sic etiã alibi. Verberat, atq; obiter faciem linit ꝛ audit amicas, eodẽ significatu vbiq; accipit. Pli. li. xxxvii. Libet obiter vanitatẽ magicã hic quoq; coarguere. Idẽ in eodẽ. Nec vero id solũ agemus, sed ad maiorẽ vtilitatẽ vitę, obiter coarguet magoꝝ insania vanitas. Idẽ lib. xxxiii. Illud quoq; obiter indicari cõuenit, hoc est simul ꝛ vna. Intus, nã vt diximus lectica erat instar cubiculi, vñ Pli. li. vltimo natu. histo. cubiculũ viatoꝝ appellat, quod alibi Iuuenalis satyrice appellauit antrũ. Ante tñ ve. Licet inquit legat, aut scribat, aut dormiat cũ multo ocio, tñ nos ẽt ꝓcedet. Vnda, multitudo quę vndã maris imitat in tumultu. Virgi. in. ii. geor. Mane salutantũ totis vomit edibus vndã. Assere du. Asseres ligna dicunt oblonga, vtputa pali, ꝑticę. Vnde Cęsar in. ii. lib. de bello ciuili ait. asseres Asseres. n. pedũ duodecim cuspidibus prefixi. Hircius lib. iiii. de bello alexandrino. Asseres remorum vsum obtinebãt. Sueto. in Caligula ad primũ tumultum lecticarii cũ asseribus accurrerunt. Cato in re rustica. Duobus asserculis appositis parieti quibus gallinę in nidũ possint irrepere. Victruuius l. vii. Asseres directi disponant inter se ne plus spacium hñtes pedes binos ꝛ hi maxime cuꝑsseos, q; abigeni a carie ꝛ vetustate celeritate vitiant. Idem lib. v. Deinde insuper sub tegulas asseres ita prominentes vti parietes proiecturis eoꝝ tegant dicti asseres q; assideant parietibus trabibusq;, asseres vt Festus scribit. Tignũ Tignũ, Scribit Vulpia. appellatione tigni contineri oẽm materiã ex qua ędificiũ cõstet, vineęq; necessaria, vnde qdam aiunt tegulã quoq; ꝛ lapidẽ ꝛ cemẽta cęteraq; si qua in ędificiis sunt vtilia. Tigna. n. a tegendo dicta sunt, hoc amplius ꝛ calcẽ ꝛ arenã tignoꝝ appellatione cõtineri, sed in vineis ẽt tigni appellatione oĩa vineis necessaria cõtinent, vtputa ꝑticę, pędamẽta vñ ẽt fabri tignari appellant qui ędificia Faber tignarius extruũt. Metretã, vas certę cuiusdã mensurę. Martia lis. Plurimus hispanas misit tibi nauta metretas. Cato Metreta in re rustica, Ahenũ vnũ hẽat qd capiat metretas triginta Diuus Ioãnes in euãgelio scribit sic, erãt lapidee hydrię sex capientes singulę metretas binas vel ternas. Magna plãta. i. pedibus magnoꝝ militũ ꝓculcor ꝛ pauior. Nã ꝛ alibi appellat grãdes suras milites ipsos magnos ꝛ ꝓceros. Pinguia crura luto, subandi extrinsecus sunt.

Vicorum inflexu, & stantis conuitia mandrę
Eripiunt somnos vrso, vitulisq; marinis.
Si vocat officium, turba cedente vehetur
Diues & ingenti curret super ora liburno,
Atq; obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus,
Namq; facit somnum clausa lectica fenestra,
Ante tamen veniet. nobis properantibus obstat
Vnda ꝓor, magno populus ꝓmit agmie lũbos
Qui sequitur, ferit hic cubito, ferit assere duro
Alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam
Pinguia crura luto, planta mox vndiq; magna
Calcor, & indigito clauus mihi militis heret.

Caliga eius sunt. Clauus militis. Milites caligas gestabant Clauus multis clauis subfixas, vñ alibi Iuuenalis. Quũ duo Caliga crura habeas offendere tot caligatos milia clauoꝝ. Claui autẽ quibus caligę suffigebant caligares dicti sunt. Caligares Plinius lib. ix. pisces existunt squamis conspicui crebris atq; ꝑacutis clauoꝝ caligarium effigie. Cuius calciamenti ita meminit Iosephus in. vii. de bello Iudaico loquens de cęde Iuliani hecatõtarchi. Calceos nãq; hñs creberrimis atq; acutis (vt cęteri solẽt milites) clauis fixos, dum strato saxeis crustis solo occurreret labitur magnoq; cum armoꝝ sono deiectus in tergum fugientes reduxit. Valerius li. ix. loquens de luxuria exercitus regis Antiochi sic scrib. Magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos habuit. Caligam Diuus etiam Hieronymus scribens ad Geruntiã ostẽdit genus esse calcei quũ ait. Apostoli toto orbe peregrini nõ ęs in çona nõ virgam in manu, non caligas habuere in pedibus. Festus ait Clauata clauata dicunt aut vestimenta clauis intexta aut calciamenta clauis infixa. Quo calciamẽti genere nostris etiã tẽporibus turci gentes barbarę gręciq; stratiotę vtuntur. calceos. n. multis clauis habent suffixos. Heret, figitur. In digito. s. pedis dum calcatur. Nõ ne vides, confirmatio est pauperes nimia multitudine in itinere conculcari. Quanto fumo, nonne inquit vides quãta sit multitudo petentiũ sportulã, vt demonstret mirũ non esse si pauper in itinere elidat. Nã obsonia quę distribuebant ex sportula miro hoium cõcursu ꝛ studio petebant, vtq; ea calida conseruarent cum foco domũ ferebantur a seruis. Seneca ad Lucilium. Tumultus coquoꝝ ipsos cum obsoniis focos transferentium, hoc. n. iam luxuria cõmenta est, ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso paꝝ fieret, coenam culina prosequitur, hinc igit ait poeta. Sequit sua queq; culina.

Centũ cõuiuę, subandi adsunt, qui sportulã celebrẽt.

Corbulo. i. vir fortis ꝛ validus qualis fuit Corbulo, is. n. temporibus Neronis rebus in armenia gestis clarũit de cuius viribus. Cor. Tacitus sic. Ne si ad capiendas copias syriã intrauisset Corbulo oium ora in se verteret. Corpore ingens erat ꝛ supra experientiã sapientiãq; etiam validus. Ordo est ꝛ sensus Corbulos vir fortis ꝛ validus vix ferret tot vasa ingentia ꝛ tot res impositas capiti suo, quot portat seruulus infelix recto vertice. Legendũ aũt est quot ꝛ non quas. Seruulus infe. pathos a mirabili labore. Ventilat, hoc est cursu facit vẽtum igni. Scindunt, hoc totũ refert ad incõmodum pauperis qui nimia hoium turba vbiq; cõculcat. Tunicę sar. mõ. i. paulo ante domi cõsutę ꝛ refectę. Abies, spẽm posuit ꝓ genere. i. lignũ maximũ. sic Sene. detestans luxuriã vrbis lib. xiiii. epistola. ii. Nec in hunc vsum pinus aut abies deferebatur longo vehiculoꝝ ordine vicis intrementibus, vt ex illa lacunaria auro grauia penderent. Coruscat, nutat ꝛ tremit. Sarraco, Sarracum genus est vehiculi infra in quinta satyra. Frigida circũagunt pigri sarraca bootę. Sidonius. Mille graues sarcinę ad ꝓdium ex oppido ductę, nulla sarraca, nulla esseda subuehendis oneribus attrahebant. Nutant alte. s. plaustra vehentia pinũ. i. tremũt. deductum ab iis qui capite nutãt. Apu. loquens de asino. Et occipio nutãti capita claudere. Populo, quasi pauperibus. Nam si procubuit, sensus est si forte inquit plaustrum quo magnę lapidũ moles vehunt procubuerit super pauperes, ita eoꝝ corpora atterũt, vt nulla quidem inueniãtur membra. Axis, partẽ posuit pro toto. i. plaustrum ipm. Saxa ligustica. i. marmora lunẽsia quę in liguria excidebant tantę magnitudinis ꝛ ponderis, vt fortuito casu hoies obtererent. Aemulatio est oratiana. Torquet nũc lapidẽ, nunc ingẽs machina tignũ. Tristia robustis luctant funera plaustris. Montẽ, hyperbole est. i. ingens saxũ. Quid superest de cor. q. d. nihil cũ interrogatione legendũ. More aię, ita corpus pauperis obterit, vt de eo nõ plus cõspicias q̃ de aia, quę nusq̃ apparet. Interea, dũ expectat, aut (quod magis placet) naturę concessit. Domus, familia. Secura, nihil de dño timẽs, Patella sed sine aliqua cura quũ eũ incolumẽ putet. Iã la. pa. Bucca ad rẽ diuinã faciendã nã patella vas erat fictile sacrifi- Bucci- ciis faciendis aptũ, post. n. rem diuinã lauabant, anteq nacoenarent, patella ẽt accipit ꝓ quocũq; vase escario. Buccinator Persius Quę tibi summa boni? vncta vixisse patella. Ora. Nec modica coenare times holus oẽ patella, patel- Buccella la aũt ꝛ patina dicta sunt a patulo, sunt. n. ꝓprie vasa q̃ patula sunt. Bucca, ea pars oris infra malã q̃ inflat bucca appellat. Vñ Hora. quin iuppiter ambas iratus buccas inflet. Inde fit buccina. i. tuba ꝛ buccinator. i. tubicẽ ꝛ bucella siue buccea. i. quãtũ cibi ore capias. Vnctis stri. De strigilibus multa diximus apud Persium Illici Puer ꝛ strigiles crispini ad balnea defer. Instrumenta. n. erant ferrea qbus in balneis vtebant ad detergendũ sudorẽ a stringẽdo. i. radendo dicta, vñ Pli. Dũ distringit tergiturq; audiebat aliqd aut dictabat. Scribit Suetonius Augustũ lęsisse cutem nimio strigilum vsu, Apuleius in primo limine secundi libri floridoꝝ. Strigilẽ ꝛ ampullam cęteraq; balnei vtẽsilia nundinis mercari non inficias eo. Illud obseruandum est a Iuuenale primam produci, quã Persius corripuit illic. Puer ꝛ strigiles crispini ad balnea defer. Nec mirum quando etiam alia videmus ab auctoribus diuersis poi modis. Nam Persius primam syllabam produxit in hoc verbo rudere, quum dixit pecuaria rudere credas, quã Ouidius corripuit, vt rudit a scabra turpis asella mola. aliqui legunt Strigilibus, ꝛ pleno componit lintea gutto per concisionem. i. vt periclis pro periculis. Vnctis. s. oleo, quo minus cutem lederent.

Nonne vides quanto celebret sportula fumo?
Centum conuiuę, sequitur sua queq; culina
Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res
Impositas capiti, quot recto vertice portat
Seruulus infelix, & cursu ventilat ignem.
Scinduntur tunicę sartę modo, longa coruscat
Sarraco veniente abies, atq; altera pinum
Plaustra vehunt, nutant alte, populoq; minant,
Nam si procubuit qui saxa ligustica portat
Axis, & euersum fudit super agmina montem,
Quid superest de corporibus? quis mẽbra, qs ossa
Inuenit? obtritum vulgi perit omne cadauer
More animę; domus interea secura patellas
Iam lauat, & bucca foculũ excitat, & sonat vnctis

Strigilibus, pleno componit lintea gutto.
Hęc inter pueros varię properantur, at ille
Iam sedet in ripa, tetrumq́ nouitius horret
Porthmea, nec sperat coenosi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.
Respice nunc alia, ac diuersa pericula noctis.
Quod spacium tectis sublimibus, vnde cerebrũ
Testa ferit, quotiens rimosa & curta fenestris
Vasa cadunt, quanto percussum pondere signẽt
Et lędant silicem, possisq́ ignauus haberi,
Et subiti casus improuidus, ad coenam si
Intestatus eas. adeo tot fata quot illa
Nocte patent vigiles te pretereunte fenestrę.
Ergo optes votumq́ feras miserabile tecum
Vt sint contentę patulas effundere pelues.
Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit

Componit, parat. Lintea, quibus corpus madidũ ex balneis siccabant. [guttus] Gutto, guttus vas ex cornu erat denominatum a gutta, nam guttatim oleum fundebat lauantibus se in balneis. Id etiam prima ęstimatiõe fiebat ex cornu rhinocerotis, ide idem dicitur rhinoceros, De hoc Martialis. Gestauit fronte modo me iuuencus. Verũ rhinocerota me putabis. Guttus itẽ vas erat ligneum, quo ĩ sacris vtebant, vinũ guttatim fundens, de quo ita Varro ĩ sacris remãsit guttus & simpuuiũ. Inter pueros. i. filios more gręco quos παιδας vocant. In ripa, stygis, quã dicunt animas transire vectas cymba a charonte portitore. Virgi. Corpora viua nefas stygia vectare carina. [Nonicius] Nouicius, nouicius appellat in oĩ arte rudis & nouus, & qđ nuprime inuentum sit nouicium dicitur, vnde Pli. lib. xiii. appellauit mensas citreas nouicias his verbis. Homerus de mẽsis tamen tacuit, & alias nullus ante Ciceronianã vetustior memoria est, ex quo nouicię apparent. [porthmea] Porthmea. i. charontem qui portitor apud inferos est Virgi. portitor ille charon, porthmos. n. significat fretum. Et [porthmeus] porthmis porthmidis nauiculam. Et porthmeus transfretatorem hoc est qui hoĩes nauigio traducit Petronius arbiter satyricus. Vix nauita porthmeus sufficiet simulacra viꝝ traducere cymba, vbi locus est emendandus, nam scriptum est protheus pro porthmeus. Nec sperat cenosi, non sperat inquit qui ita mortuus est posse a charonte traiici, hoc ideo quia dicunt animas eoꝝ q insepulti iacuerint vltra stygiam paludem non trãsuehi. Sed illis errandum centum annos circa ripas, eoq tpe completo quasi legitimo cursu vitę humanę traduci a charonte, vnde Virgi. Portitor ille charon, hi quos vehit vnda sepulti. Nec ripas dat horrendas, nec rauca fluenti trãsportare prius q̃ sedibus ossa quierunt. Centũ errant annos, volitantq hęc littora circũ. Tunc demum admissi stagna exoptata reuisunt. [Alnũ] Alnũ, cymbam quę fit ex alno arbore. Cœnosi gurgitis. i. stygię paludis. Virgili. Turbidus hic cœno vastaq voragine gurges Aestuat. Porrigat ore trientem. Finxerunt gręci auctore Diodoro animas mortuoꝝ ad inferos trãsire vltraq stygiã, vt diximus paludem transuehi, vnde ęgyptii id representãtes corpora mortuoꝝ p fluuium & acherusiã paludem ad sepulchrum mittebant. Nauis qua vectabant varis appellabat, hęc apud gręcos epibathra. Obolũ dabant mortuo dandum portitori, cui nomen inditum ẽ ab incolis charon. Huius superstitiosę opinionis meminit, & Apule. lib. vi. de asino aureo his verbis. Apud inferos charon est expetẽs portorium, sic ad ripam vlteriorem sutili cymba deducit commeantes & inter mortuos auaritia viuit. Ex quo manifestissime apparet portitores proprie dici qui portoria & vectigalia exigunt, qua signignificatione ita accepit Virgi. in. vi. quum charontem portitorem appellauit, quasi qui ab oĩbus transeuntibus obolũ exigat, deflexumq est vocabulum a portu [Portitor] q ibi portitores considant exigentes vectigalia quę ab ipso portu portoria etiam sunt appellata. [Portorium] Teren. in phor. Sed epistolam audiui delatã esse ad portitores, vbi Donatus docet, portitores esse magistros tributorum qui in portu inferendaꝝ reꝝ & efferẽdarum vectigal exigebãt. Plautus in asinaria. Iã ego hunc portitorẽ priuabo portorio. Cicero in. ii. epistolaꝝ ad Atticum. Illa cã publicanorum quantam acerbitatem afferat sociis ĩtellęximus ex ciuibus q nuper in portoriis Italię tollendis non tã de portorio q̃ de nõnullis iniuriis portitoꝝ querebantur. Idem in oratiõe de lege agraria cõtra Rullum si intolerandum est hos decemuiros, portitores omnibus oĩum pecuniis cõstitui. Idem in primo officioꝝ. primũ improbãt hi qstus, qui in odia hoĩum incurrunt, vt portitoꝝ vt foeneratoꝝ. Portitorẽ ẽt dicimus ipm gerulum a portãdo. Colu. de cultu hor. Mox vbi nubigenę phryxi nec portitor helles. [Triens] Trientem, obolũ, capit etiam Triens pro vase potorio. Marti. Quũ potes amethysinos trientes & nigro madeas opimiano. Persius. Calidũq trientem excutit e manibus. Respice nunc alia, monet q̃ multa immineant pericula ambulanti per vrbẽ nocturno tpe, vt sit suasio deserẽdum esse vrbẽ ingrũentibus tot incõmodis. Quod spacium, subaudi sit. i. interuallũ a tectis sublimibus ad terram. Nam vt scri. Victruuius quũ arcę cõplanatę reci pe nõ possent tantam multitudinem ad habitandũ in vrbe ad auxilium coacti sunt, Romani ad altitudinẽ ędificioꝝ deuenire. Sene. in declamatiõibus cum indignatiõe sic scri. quid in immensam erecti altitudinẽ parietes lucem nõ impediunt. Ergo vmbritius ait, ex altitudine ędificioꝝ formidanda esse pericula ne ex iactu testaꝝ feriat pauper nocturnus. [Testa] Testa, appellatione testę intelligimus oĩa fragmenta vasoꝝ fictiliũ vt pote. Serię, vrceoli, vrnę, tegulę, & id genus ipsaq etiam vasa integra, vt illud. Pictęq incũbere testę, testas etiã dicimus cõchas piscium, vnde Pli. Solertia est inaniũ ostreaꝝ testis se cõdere. Curta, aliqua ex parte mutilata. Ignauus, paꝝ prudens. Ad cœnam. i. si forte apud amicũ eas cœnatum. [Intestatus] Intestatus, non tñ is (vt diximus supra) qui testm̃ non fecit dr̃ intestatus, sed ẽt auctore paulo de legitimis tutoribus is qui testõ liberis suis tutores non dederit, quantum. n. ad tutelam pertinet itestatus ẽ. Tot fata, tot mortes. Ergo optes, quũ tanta tibi ĩmineant pericula possis ergo optare vt e fenestris tantum in caput tuũ fundant sordes quę matulis excipiunt, modo a reliquis periculis sis tutus. Contente, subaudi fenestrę. Peleus, vasa pprie sunt ad lauandos pedes,

Dat poenas, noctem patitur lugentis amicum
Pellidę, cubat in faciem mox deinde supinus.
Ergo non aliter poterit dormire. quibusdam
Somnum rixa facit, sed quãuis improbus annis
Atq́ mero feruens cauet hunc, quẽ coccina lena
Vitari iubet, & comitum longissimus ordo,
Multum preterea flãmarum atq́ Aenea lãpas.
Me quem luna solet deducere vel breue lumen
Candelę, cuius dispenso & tempero filum,
Contemnit, miserę cognosce procemia rixę,
Si rixa est, vbi tu pulsas ego vapulo tantum.
Stat contra, stariq́ iubet, parere necesse est,
Nam quid agas, cum te furiosus cogat & idem
Fortior, vnde venis exclamat: cuius aceto,

dos pedes, aut docet Varro. Veꝝ hic ponit pro quocũq vase. Ebrius ac petulans, iuuentus inquit Romana lasciua & temulenta tempore nocturno per vrbem vagatur, obuiosq pauperes vario vexationis genere afficit, ita vt si forte ea nocte aliquẽ non ceciderit prę dolore nequeat dormire. Sicq petulantiã nimiamq iuuentutis lasciuiã notat, periculaq & incõmoda quę in vrbe patiunt paupes oñdit. Legit apud Suetonium. Othonẽ solitũ vagari noctibus atq inualidum quẽq obuiorum, vel potulentũ corripere ac distento sago impositũ in sublime iactare. Nero quoq post crepusculũ accepto pileo popinas inibat circũq vicos vagabat ludibundus a cœna redeuntes verberare ac repugnantes vulnerare cloacisq demergere assuenerat. Patitur noctem, ordo est, patitur noctẽ pellidę lugẽtis amicũ. i. eo afficit dolore q nullum verberauerit, quo afficiebat Achilles ob cędẽ Patrocli, quem Hector vt scribit Homerus vltimo libro Iliados interemerat, versus est talis de Achille lugente Patroclum. Nunc lateri incumbens iacuit, mox deinde supinus. Nunc cubat in faciem, nunc recto pectore surgens. Versat membra Thoro. Pellidę, Achillis filii pellei & thetidis. Amicum, Patroclum. Quibusdam somnum rixa facit, lętant enim scelere perpetrato, sicq quiete dormiunt. Vnde est illud Salomonis in prouerbiis, non enim dormiunt nisi quum malefecerint, & non capit somnus ab eis nisi supplantauerint. [Rixa Altercatio] Rixa, inter rixam & altercationẽ hoc interest, altercatio enim est contentio verborum, quę constat aut intentione autem depulsione vt docet Quintilianus in vi. vnde illud apud Tranquillum in Cęsare. Triduoque per irritas altercationes absumpto in prouinciam abiit, idest per irritas verborum contentiones. Rixa vero ipsa pugna & concertatio. Vnde Iuuenalis ĩfra. Si rixa est vbi tu pulsas, ego vapulo tantum. Hęc tamen ab auctoribus plerunq confundunt, vnde est illud apud Terentium in Ecyra. propterea hęc rixa est, hoc discordia cum verborum contentione. Sed quamuis improbus. Sensus est. Licet inquit iuuenis sit & mero calefactus, cauet tamen sicui occurrat potenti & diuiti, quasi ostendat non esse tamen tanta petulantia vt omnes pariter feriat, sed tantũ miseros & inopes, sicq poeta moraliter docet solam paupertatem, vbiq esse ludibrio. [Vestis coccia] Cauet, vitat, intactumq relinquit. Quem coccina lęna, idest hominem coccinatum ac per hoc diuitem. Nam vestes coccinę in magno erant precio & nobiliorum, κοκκος enim gręcę granum latine significat & κοκκινος rubrum qui ex grano inficitur. Plinius libro. xxii. capi. ii. ostendit Coccum tanquam herbam dicatum imperatoriis paludamentis. Ordo comitum, hinc hominem potentem & diuitem designat, qui multis stipatus clientibus ambulet. Atq Aenea lampas, idest candelabrum corinthium quod preciosissimum erat, ideoq tãtum ditioribus dabatur. Vnde illud est apud Plinium libro. xxxiiii. de candelabris. Nec pudet tribunum militum ea salariis emere quũ ipsum nomen a candelarum nomine impositum appareat, vbi Plinius aperte docet Tribunum pudere debuisse qui candelabrũ corinthiũ talento mercatus fuerit, quantum erat auctore Strabone lib. xi. Tribuni militaris stipendium, idest sestertii quinquaginta, q centum viginti quinque libras valeret, quibus videlicet talentum constat. [Aes corinthiũ] Aes autem corinthium dicebat qđ ęquali portione auro & argento miscebatur. Lege Plinium lib. ix. cap. xl. & lib. xxxiii. capi. ii. Eius autem misturę inueniendę causa fuit incendium ipsius ciuitatis Corithi. Nam quũ ciuitas a. L. Munio cõsule ex senatusconsulto diruta fuisset, quia ibi legati Romanorum violati fuerant infinitum aurum, argẽtum, ęs, & ferrum in cõflagratione incendii confusum est & cõmistum, vnde fluxit nouum genus metalli, ad cuius similitudinem mistura eiusmodi ab eo tempore ęs Corinthium vel vasa corinthia dicuntur. De candelabro corinthio ita Martia. Nomina candelę nobis antiqua dederunt. Non norat parcos vncta lucerna patres. M. Varro inquit. Candelabra a candela, in iis enim funiculi ardentes figebantur. [Candelabrũ] Candelę. Bene autem inquit candelę. Nam vt est auctor Festus candelis pauperes cereis locupletes vtebantur. Filum, funiculum ipsum cera obuolutum. Bene autem expressit ridiculam pauperis industriam in parsimonia rerum, solent enim pauperes digitis extendere candelam quasi non plus sit arsurum q̃ ipsi digitis extenderint. Cõtemnit, ordo est. Ille improbus contemnit me quem luna solet deducere & cętera. Cognosce premia, corrigendus est locus, legendum enim est procemia, non premia, vt & metri ratio stet, & sensus recte procedat. Nam operęprecium inquit est cognoscere, quale sit pugnę principium. Neque enim inchoata est pugna, sequitur enim stat contra, stariq iubet. [Procemium] Procemia, Initia & principia. Nam quod principium latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione gręci videntur procemium nominasse deducto vocabulo a cytharędis qui pauca illa quę antequã legitimum certamen inchoent emerendi fauoris gratia canunt procemium cognominarunt, προ enim ante & οιμη cantum significat, vnde & oratores ea quę priusquã causam exordiantur ad conciliãdos sibi iudicum animos preloquuntur eadem appellatione signarunt. Furiosus, quasi furiosus. Cuius conche tumes, insultat pauperi, quasi qui vilibus vbique cibis pascatur, apud quem inquit ventrem tuum faba impleuisti: contumeliose, superbeq enunciãdum est conchis autem ea est quã fabatiam viridem appel

lat Apitius, ea condiebatur Liquamine, oleo coriãdro viridi, cumino ⁊ porro conciso, ingrati est saporis, nisi bene condita fuerit, vnde Martia. in male cœnantem. Et bene si cœnas conchis inũcta tibi est. Alibi. Si spu
Conchis met rubra cõchis tibi pallida testa. Inter fabatias. Apitius ait baianas elixas minutatim cõcidẽdas ruta, apio viridi, porro, aceto, oleo liquamine, careno vel passo modico, vnde fit vt putem fabam viridem appellari apud nos corrupto vocabulo bagianam. Aliqui dicunt conchem simpliciter dici fabam quę veluti cõcha cortice tegitur, ⁊ cũ ea coquitur quod non
Porrũ sectile fit in fresa. Sectile porrum. Nam antiqui
Porrũ capitatum ita porri naturam distixerũt, vt alterum sectile, alterum capitatũ appellarent. Legito Plinium.
Sutor Sutor. Sutorem nominauit vt vilem ⁊ pauperem. Nam sutor quum absolute ennunciatur illum signat qui calceos suit, possumus ⁊ eum appellare qui vestes ⁊ alia suit si sic coniungamus sutor vestiarius. Sutor pellicarius Sutor vitrearius. Vernecis. Differentia est inter ver
Veruex Aries Verrẽ Maialem Canterios necem ⁊ arietem, nam aries appellaƚ qui oues init, veruex vero qui castratus est, quasi q natura sit versa. Sic in porcis verrem dicimus, qui scrophas init. Maialem vero cui testes sint exempti. Item in equis appellamus canterios qui castrati sint, licet Apuleius lib. iiii. ⁊. viii. de asino aureo, etiam asinum canterium appellet, quo vocabulo etiam dicimus tigna i ędificiis. Victruuius ⁊ canterii prominentes ad extremam subgrundationẽ, supra canterios templa. Caput autem vernecinum in apophoretis inter cętera munera mittebaƚ pauperibus. Martialis Mollia phrixei secuisti colla mariti. Ebrius igitur consuetudinis memor interrogat pauperem per ludibrium, apud quem caput vernecinum cõmederit.

Elixi, aqua ⁊ liquore cocti, vel a lixa vt sentit Nonius Mar. i. aqua quã sic veteres appellauere, vel vt placuit Varroni a liquore. Aut accipe calcẽ, intellige ipm pauperem ab ebrio quum hęc diceret percussum fuisse.

Proseucha, locus est vbi solent mendicantes sedere
Proseucha stipem rogantes α προσευχεσθαι quod ẽ orare. Et ẽ vocabulum quod forte nusquã alibi inenias apud latinos auctores. Angelus politianus scri. se legisse, apud Cleomedem in secundo libro circularis inspectiõis ad uersus epicurum disserentem hoc modo. Ex iis nõnulla e lupanaribus ascita quędam simillima his quę in cerialibus a fœmininis dictitantur, alia vero ex media ꝓseucha, atq; ab iis ipsis qui illic mendicant desumpta.

Pariter feriunt, siue respondeas, siue taceas. Irati, q̃si irati veluti accepta graui iniuria. Vadimonia faciunt. Non satis inquit est ꝙ eos grauiter ceciderint, sed vltro etiam tanquã grauiter lęsi vadimonia faciunt, hoc est eos citant vt cõstituto die adsint in iudicio. De vadimoniis abunde dictum est paulo ante. Libertas pauperis, Ironicos, Immo mera seruitus, qui tot malis sit obnoxius. Pulsatus, ordo est, pulsatus ⁊ pugnis cõcisus rogat ⁊ adorat, vt sibi liceat inde reuerti domum.

Compago, Compaginem dicimus ⁊ compagom a compigendo. i. coniungendo. Ouidius Compagine cerę. Iuuenalis. Molli compage soluta. — Cõpago

Cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
Sutor, ẽ elixi vernecis labra comedit?
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem,
Ede vbi consistas, in qua te quęro proseucha.
Dicere si tentes aliquid tacitus ve recedas
Tantundem est, pariter feriũt, vadimonia deinde
Irati faciunt, libertas pauperis hęc est.
Pulsatus rogat, ẽ pugnis concisus adorat
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti
Nec tamen hęc tãtum metuas, nã qui spoliet te
Non deerit clausis domibus postq̃ omnis vbiq̃
Fixa cathenatę siluit compago tabernę,
Interdum ẽ ferro subitus crassator agit rem,
Armato quotiens tutę custode tenentur
Et pontina palus ẽ gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes tanq̃ ad vinaria currunt.
Qua fornace graues, qua non incude cathenę?
Maximus in vinclis ferri modus, vt timeas ne

Crassatori Crassator. Crassari dicitur supra modum sęuire, vnde crassari latrones dicunt vias obsidentes. Agit rem, cõficit, idest latrocinium exercet ⁊ homines ferro
Pontina palus cędit. Pontina palus, paludem pontinã Strabo scribit fuisse in campania quam destinauerat auctore Suetõio Iulius Cęsar siccare, ibi
Gallinaria sylua erant loca opportuna latrociniis. Gallinaria pinus, idest sylua gallinaria quę auctore Strabone erat i sinu Cumano. Eiusdem nominis est insula, de q̃ ita Varro i. iii. de re rustica loquens de gallinis feris. Ab his gallinis dicitur insula gallinaria, quę est in mari tusco secundum Italiam cõtra montes ligusticos. Est autem ordo ⁊ sensus Crassatores quotiens sylua gallinaria ⁊ pontina palus armato pręsidio tenentur, ad arcenda latrocinia veniũt Romam vbi ferro homines aggrediuntur ⁊ spoliant.

Sic, quum sibi per custidias non liceat latrocinia in sylnis exercere. Huc, scilicet Romam. Ad vina
Vinaria ria, ad paratam escam. Nam vinaria dicũtur loca, vbi animalia siluestria, pisces, coclęę, ostreę ⁊ id genus conchylia habentur ad saginam. Qua fornace, tanta ẽ latronum multitudo vt nulla sit fornax in qua nõ fabricentur vincula ad eos vinciendos. Qua fornace, idest in qua fornace non fiunt graues cathenę. Maximus modus ferri, idest maxĩa copia ⁊ maximus numerus ferri. Nam modus ponitur aliquãdo, vt hoc in loco pro copia ⁊ mẽsura. Valerius in capite de senectute. Masinissa rex Numidię hunc modum excessit, scilicet annorum Tranquillus in Cęsare. Frumẽtum quotiens copia esset etiam sine modo mensuraq; prębuit. Plautus in Aul. Agri reliquit ei non magnum mo
modus dum Seneca ad Lucilium. Modus certa mensura est.
Marra Ligões Sarculum Marre, genus est ligonis. Columella de cultu hortorum. Contundat marra vel fracti dente ligonis. Poeta in penultima satyra Marris ⁊ vomere lassi Nesciérũt primi gladios extendere fabri. Sarcula, ligones a sarundo, idest fodiendo. Nec tu putes esse diminutiuum, nam multa sunt quę diminutiua videntur ⁊ non sunt vt cubiculum. Sarculum, cœnaculum, crepitaculum. Stragulum. Fœlices proauos, per comparationem priorum temporum quibus reges imperabãt ostendit tempora sua esse infęlicia quibus contingat tam multa sce
lera

lera fieri in vrbe, vt plures non sufficiant carceres ad punitionem reorum, quum vnus tantum olim sufficeret. Nam vt scribit Liuius, Ancus rex, quum res romana aucta foret, ⁊ facinora clandestina fierent, ad terrorem increscentis audacię media vrbe. Imminẽtem foro carcerem ędificauit. Regibus, qui prius imperium tenuerant, septem ante fuere, Romulus, Numma Pompilius, Tullius Hostilius. Ancus Matius. L. Tarquinius Priscus, Seruius Tullius, Tarquinius Superbus. Tribunis, hoc est illis temporibus, q̃bus reges ⁊ Tribuni nõ plebis sed militum omnia administrabãt. Tribunos enim intelligit militum, quos Romulus primus creasse fertur, quum tres equitũ centurias, quarum opera in omni rei pu. discrimine vteretur adscripsit. Dicti autem Tribuni ꝙ terni ex tribus tribubus Ramnensium scilicet Tatiensium, lucerum electi cum exercitu ad expeditiones mitterentur. Secula,
Seculum appellatur seculum spacium centum annorum, dedu
Carcer cta origine a sequendo se, eo ꝙ sequatur atq; in se reuol
Carceres uatur, auctor est Varro. Carcere, carcer dictus quasi coercer a coercendo. Carceres, vero numero plu. dicuntur loca vnde currus emittũtur ad cursum, possumus tamen ⁊ carceres dicere numero plu. pro locis in quibus rei coercentur si plures sunt, sicuti etiam dicimus ędes multas, idest templa multa, licet ędes numero plu.
Iumẽtum domum significent. Sed iumenta vocãt, iumenta inquit onusta sunt, vt iam me vocent hinc. Iumentorũ appellatione existimo intelligi animalia, quę hominẽ iuuent dorso suo, vt equum mulum asinum, vnde auctore Vulpiano Iumentorum appellatione boues nõ continentur sed pecoris appellatione continebuntur. Idem sensit Martianus de legatis tertio. Iumentis legatis boues non cõtinentur. Cui astipulari videtur ⁊ Plinius libro. xvi. vbi ait Folia fraxini iumentis mortifera cęteris ruminantium innocua vbi docet iumenta separari a ruminantibus, de quibus etiam sic lib. xxiii. capite vltimo. Bubus iumentisq; vtilissimum Cicer. Aulus Gelius ait iumenta denominata a iungendo. Columella a iuuando ꝙ nostrum laborem vel onera
Mulio subuectando vel arando iuuent. Mulio is appellatur qui mulos clitellarios siue quadrigarios agit Plinius de viris illustribus. Mulionem euitantem super ipsum corpus carpentum agere pręcepit. Martia. in. ix. Nec pigri rota quassa mulionis. Te properantem refici, idest te cupientem recreari. Imitatio est Oratia

Vomer deficiat, ne marrę, ẽ sarcula desint.
Fœlices proauorum atauos, fœlicia dicas
Secula quę quondam sub regibus atq̃ tribunis
Viderunt vno contentam carcere Romam.
His alias poteram ẽ plures subnectere causas.
Sed iumenta vocant, ẽ sol inclinat, eundum est,
Nam mihi commota iamdudum mulio virga
Innuit, ergo vale nostri memor, ẽ quotiens te
Roma tuo refici properantem reddet aquino
Me quoq; ad eluinam cererem vestramq̃ dianã
Conuelle a cumis, satyrarũ ego (ni pudet illas)
Adiutor gelidos veniam caligatus in agros.

na. Me quotiens reficit gelidus degentia riuus. Aq
Aquinum no, oppidum est Volscorum in via latina iuxta quod labitur Melphis fluuius vt scribit Strabo libro quinto. Tuo, idest patrię tuę. Properantem, festinantem tanquam vrbis incommoda fugientem. Cererem
Ceres eluina Ceres elensina eluinam, opinio est in agro aquinati fontem fuisse eluinum denominatum adhuc enim incolę eluinum fontem appellãt, iuxta quem adhuc quędam templorũ vestigia conspiciuntur. Aliqui vero legunt. Me quoq; Elensinam cererem, vt sit Epitheton Cereris cuius templum fuit in Elensine ciuitate sita inter fines soli Attici ⁊ Megarici, vnde Elensina appellata est Ceres. De qua sic Apuleius libro vltimo meta. Regina cęli siue tu ceres alma frugum parens originalis quę repertu lętata filię vetustę glandis ferino remoto pabulo miti commostrato cibo nunc Elensinam glebam percolis. Eius sacrificia non modo illic celebrabãtur sed ⁊ in Italia diuersis locis. Neapoli culta fuisse docet Papinius in sylnis. Hei mihi ꝙ tantum patrias ego vertice frondes. Solaque chalcidicę cerealia dona coronę Te sub teste tuli. Vestramque Dianam, quam scilicet illic colitis. Ni pudet illas, scilicet me talem eẽ adiutorem quasi non idoneum vtpote qui rebus militaribus per habitum q̃ poeticis aptior esse videar sicq; modestiam suam cõmẽdat. Caligatus, caliga genus
Caliga Caligati milites fuit calciamẽti militaris, vnde caligula imperator germanici filius cognomentum accepit a caliga quia in castris natus est. Vnde est illud apud Ausonium. Caius cognomen caligę cui castra dederunt, a caliga dicti sunt milites caligati alibi poeta in vltima Satyra. Offendere tot caligatos milia clauorum. Nam caligę clauis ferreis vt ante diximus suffigebantur, vnde claui caligares appellabantur. Iustinus lib. xxxviii. loq̃ns de luxuria Antiochi sic scribit. Argenti certe aurique tantum vt etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cuius amore populi ferro dimicant. Hanc etiam consuetudinem temporibus nostris vt ante diximus seruant ⁊ gręci ⁊ turci milites vt calceos multis suffixos clauis gestent. Vmbritius ergo habitu militari ostendit se venturum ad Iuuenalem in agrum aquinatem, vt proinde mirum videri non debeat ipsis Satyris si non satis idoneus adiutor visus fuerit quum habitu non poetico sed stratiotico venerit.

Tribuni vnde

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Quarta.

Ecce iteꝝ, Crispinus, ⁊ ē mihi
sępe vocandus
Ad partes mōstrum nulla virtute redemptum
A vitiis ęger solaque libidine fortis.
Delitias viduę tantum aspernatur adulter.
Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorū vectetur in vmbra,
Iugera quot vicina foro, quas emerit ędes?
Nemo malus felix, minime corruptor, ⁊ idem

Ecce iterum Crispinus ⁊ est, hic est ille Crispinus Aegyptius q (vt diximus in prima Satyra) ex seruili conditione ad equestrē dignitatem Domitiani indulgētiam ꝓuectus est. Eum poeta vt flagitiosum spurcissimū hominē vbiq; lacerat. Cōtra Marti. semper adulādo laudat Sic Placidum videas semper Crispine tonantē. Nec te roma minus q̄ tua memphis amet. Eum igit Iuue. insectatus ⁊ qđ adulter ⁊ stuprator sit notissimus ⁊ ꝙ gulę indulgētissime obsequat, quoꝝ vitioꝝ alteꝝ ex altero pendet. Hincq; nactus occasionē poeta satyricos aculeos, tum in crudelitatem, tū in gulam Domitiani distringit, cum irridens ꝙ infra imperatoriam dignitatem nimium cōtulerit studiū ad piscem cōdiendum super quo ēt senatoꝝ cōsiliū tētatum fuerit. Hocq; vsq; ad extremum Satyrę cū summa indignatiōe ⁊ morsu persequit. Ecce iteꝝ, bene aūt iteꝝ, nam ⁊ ante (vt diximus in prima Satyra) taxatus est vt mollis ⁊ delicatus. Sępe vocandus, nam ⁊ alibi eum notabit vt mollem. Et matutino sudās Crispinus amomo. Ad partes. s. opis mei, sumpta ē trāslatio a comœdis vbi dicunt personę primas ⁊ secundas partes agere apud Terentiū in Eunucho, persona Parmenonis primas partes habet. Secūdę sunt chereę. Tertię ad phedriam spectant ⁊c. Monstrum, expositio ē. i. Crispinus adeo omnibus inhęsit vitiis, vt tanq̄ naturę quoddam sit monstrum. Nulla virtute, sumpta est metaphora a captiuo, qui ęre se ab hostibus redimit, ne in eorum sit manibus. Ergo Crispinus nulla virtute vnquā potuit se redimere a vitiis quin in eorum esset potestate tanquā seruus, quasi dicat quum in eo essent plura vitia, nulla tamen fuit virtus quę facit vt leniora vitia esse videantur. Aeger, pusillis viribus ⁊ animi ⁊ corporis. Fortis, validus. Sola libidine, sola impudicitia. Delicias viduę, nullo inquit adulteri genere abstinet ꝓterquā viduę, vt ostendat illum incondiora tantum sectari adulteria nā qui viduas aut anus sequebantur, id lucri gratia faciebant. Martialis. Nunc sectaris anus o quantum cogit egestas. Quid refert igitur, si Crispinus inquit tam foedis moribus est, qđ igitur prodest ei possidere diuitias ⁊ in tantis vitā suā agere deliciis, quādoquidem nemo malus sit felix. Ita autem de Crispino loquitur ac si viueret quum omnino hęc poeta scribente esset vita functus, neq; enim vt diximus viuos notat, sed mortuos. Quantis porticibus, q̄ magnificis gestatiōibus aut vehatus mulis aut lectica gestetur, nam Romani ad omnem luxum omnemq; profusi intemperantiam gestationes extruebant in hortis vbi aut lectica gestarentur aut in vmbra iumentis veherentur ⁊ tempore pluuio. Plinius epistola. iii. ad Caniniū Ruffum. Quę illa mollis ⁊ tam gelida gestatio. Idem ad gallam. Gestatio buxo, ⁊ rore marino, vbi deficit buxus. ambit Et paulo inferius eadem epistola. Ad iacet gestationi interiore circuitu vinea tenera ⁊ vmbrosa. Iumenta mulas, de iumentis superiore diximus satyra. Vicina foro, idest vrbi [Forū] nam forum sępissime ab auctoribus vsuspatur pro vrbe vt illic Cedere nāq; foro iam nō deterius q̄ Aesquilias a feruenti migrare suburra, vnde etiam dicimus forum Liuii, forum Iulii, foꝝ Cornelii, forum Voconii hoc est ciuitatē Liuii, Iulii, Cornelii, Vocōii ꝙ ibi esset foꝝ idest locus negociationis denominatus ab eoꝝ nominibus qui ea fora custodiēda curarunt, aut reꝝa hortos intelligit quos ad amœnitatem habebāt potētiores in medio ferme vrbis ⁊ vicinos foro. Nemo malus felix, sententia est generalis, quę tamē Crispino accommodat. Est enī sensus, paꝝ prodest crispino in tātis fuisse delitiis quū nemo malus sit felix, neq;. n. vlla in scelere potest esse felicitas, semper. n. malus conscientię stimulis ferit, qui enim bene viuit beatus est ⁊ felix, qui male cōtra vnū Eusebius in lib. de ꝓparatione euāgelica sic ait putone minem qui male viuat, esse felicē. Minime corruptor, idest Crispinus minime est felix, qua i sic epitheton Crispini vt dicat corruptor ⁊ icestus. Nam a generalitate ad specialitatem trāsit, idest ad Crispinum. De corruptore diximus prima Satyra illic corruptor auare mirus. Idem incestus. i. ⁊ idem qui est incestus infelix est. [Incestus] Incestus autem dicit qui stuprum cōmittit, ⁊ incesta mulier. Vnde Seneca in declamationibus incesta est etiam sine stupro quę cupit stuprū. [Incestum] Incestū autem genere neutro dicimus ipm stuprū. Cum quo, apparet Crispinum cū virgine vestali cōcubuisse, quā moris erat viuam ex Numę Pompilii instituto in subterraneum specum defodi si incesti conuicta esset. Erat autem cubiculū illud subterraneū ad portam collinā cum lecto strato, lucerna ardente, ꝓmitiis reꝝ, quę ad victum spectāt, hoc est pane, aqua ⁊ lacte, ne virgo tāta religione sacra dimitti illuc videretur vt fame periret, ipsa viua imposita feretro ferebatur per foꝝ magno silentio ⁊ horrore, vbi peruētum erat ad cubiculum illud, deposito feretro, solutis vinculis pontifex arcana quędam ꝓcatus eam educebat, deinde collabat in scalis, quibus in domū descēdebat, ⁊ statim se auertebat, tum humus iniiciebat. Strupatores eaꝝ in comitio virgis cędebant. Illic. n. iubente Domitiano cęsus fuit Celer eques Romanus, cui Cornelia maximilla obiiciebatur, qui quum verberaret in hac voce ꝓstitit. Quid feci: nihil feci. De iis lege Plutarchum i Numa ⁊ Plinium i epistola ad Cornelium Minutianum. Et, Dionysium lib. secundo. Sed non dicit poeta virginem id supplicii fuisse passam, sed tali supplicio cōsuenisse affici quę conuicta fuisset, vnde sequitur subitura terram quasi si accusata conuictaq; fuisset adulterii. Hincq; est indignatio poetę ꝙ quum Domitianus auctore philo

strato

Incestus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos;
Sed nunc de factis lenioribus, ⁊ tamen alter
Si fecisset idem, caderet sub indice morum,
Nam quod turpe bonis titio seioq;, decebat
Crispinū, quid agas, cum dira ⁊ foedior omni
Crimine persona est? mullum sex milibus emit
Aequantem sane paribus sestertia libris
Vt perhibent qui de magnis maiora loquunt.
Consilium laudo artificis, si munere tanto
Pręcipuam in tabulis cęram senis abstulit orbi.
Est ratio vlterior magnę si misit amicę,
Quę vehitur clauso latis specularibus antro

strato tres virgines vestales interimerit quia rē cum viris habuisse culparetur, quum oporteret eas castas atq; intactas iliensem ⁊ ignem perpetuum custodire in Crispino idem scelus dissimulauerit, sequitur enim, alter si fecisset idem caderet sub indice morū, sicq; poeta non tam Crispini nefaria scelesa q̄ Domitiani niquā morum correctionem insectatur. Duplicem in ꝓblematis causam Plutarchus affert, q̄re virgines viuę defoderent, aut ꝙ mortuos vrunt quod illis tribuere iniustum indicarēt, quę nō diligenter ac sancte sacrum ignem custodissent. Aut ꝙ corpus maximis ac sanctissimis religionibus consecratum interficere ⁊ mulieri sacrę manus afferre nefas putauerunt. Rationem igitur inierunt qua subterraneo specu defosso obratę sua sponte morerentur. [Vitta] Vitta, erat enim vitta cōmune quoddā capitis sacerdotale ornamētum. Papinius in syluis. Eat enthea vittis atq; hederis redimita cohors, ea etiā capiti victimę in Immolatione adhibebatur. Vnde sic loquitur Si non ille Virgilianus tanq̄ victima aris destinata. Mihi sacra parari. Et salsę fruges ⁊ circum tempora vittę. Matronarū gestamen etiam fuit Oui. Esse procul vittę tenues insigne pudoris. Subitura terram, si cum alio q̄ cū Crispino incestum cōmisisset. Sed nunc de factis lenioribus, hoc dictum est, vt ostendatur q̄ flagitiosus fuerit Crispinus cuius quāuis grauissimū hoc fuerit scelus tn̄ turpiora etiā supsunt. Cadere sub indice, hinc ostendit q̄ carus principi Crispinus fuerit, quem tanti sceleris reum non punierit, quum alios grauiter puniret si idem fecissent, nam celerem equitem Romanū vt diximus cui stuprum Cornelię obiiciebatur in comitio virgis cecidit, quū in hac voce ꝓstaret. Quid feci: nihil feci. Sub iu. mo. cū indignatione ait iudice moꝝ, q̄si q vitioꝝ iustus non sit vindex, hocq; ex historia dictū esse vr̄. Nā suscepta moꝝ correctione licētiā theatralē promiscuam iniq̄tate spectandi inhibuit, incesta virginum vestalium a patre suo ⁊ fratre neglecta varie ⁊ seuere coercuit. Tranquillus, quin ⁊ Martialis adulando Censorem morum appellat sic. Censor maxime principumq; princeps. Morum. i. vitiorum ē enim το μεσον. Nam quod turpe bonis, adeo inq̄t Crispinus gratus erat principi, vt quod in aliis turpe, in Crirpino pulchrum princeps cēseret. Quid agas, quid facias nisi obiicias hoi scelesto sua scelera, quum sit omnium foedissimus. Foedior omni crimine, ꝑ foeda, vt sit comparatiuū pro absoluto. i. turpis omni vitio, per omne vitium. Mullum, piscis ē marinus, [mullus] de quo multa Plinius lib. ix. capi. xvii. dictus a colore [Mullei calcei] mulleoꝝ calciamentorum, vt tradit fenestella authore Plinio. Mullei autem erant calcei regum Albanorum ⁊ post patriciorum, a mullando. i. suēdo dicti auctor Festus. De calceis etiam Mulleis sic in vita Aureliani meminit Vopiscus, Calceos mulleos, ⁊ Cęreos, ⁊ Albos, ⁊ hederatios viris omnibus obtulit ⁊c. Gulam aūt Crispini exagitat, qui ex seruili conditione in tantum diuitiarum cumulum sit prouectus, vt mullū sex milibus nummum emere non dubitauerit. Aequantem sane, Ironicos quasi dicat non est mirum si tot milibus nūmum piscem emit qui pēdebat libras sex pro numero sestertioꝝ, quū neget Plinius mullū inueniri qui pondere duas excedat libras Horatius in satyrrs ostendit trium librarum inueniri quum ait. Laudas insane trilibrem Mullū in singula quem minuas pulmenta necesse ē. Seneca libro. xv. epistolarum ad Lucilium docet mullum ingētis formę pondo quattuor librarū Tiberio imperatori donatum fuisse, quē in macellum quum deferri ⁊ venire iussisset ab publio Octauio quinq; sestertiis emptū, ad qđ poeta hoc loco respexisse videtur. Constat etiam vt Samonicus refert auctore Macro. Asinium celerem virū consularem mullum vnum septē milibus nūmū mercatum fuisse. Macrobius tradit ⁊ Mutianus (vt refert Plinius) mullum octoginta libraꝝ captū fuisse in mari rubro. Sestertius autem mille nūmos valebat. Nam [Sestertius] quod ait Plinius Asinium celerem sestertiis octo mullum emirse. Macrobius tradit precium fuisse octo milium nūmum, dictus autem sestertius quod semis tertius. Varro ⁊ Priscianus. Vt perhibent, periphrasis est assentatorum Crispini, qui eum excusantes dicūt mullum fuisse librarum sex. Consilium laudo. Ironia ē. Est vero sensus. Si Crispinus emit mullum vt captaret hereditatem aut mitteret amicę, eius cōsilii certe nō est ratio damnanda, sed in gulam inquit emit suam.

Artificis. i. Crispini. Pręcipuam cęram i tabulis, pręcipuam hereditatem ⁊ pręcipuum legatum testamēti, quod in tabulis ceratis notabatur, vnde adhuc dicūtur [tabulę] tabulę testamenti, ⁊ tabulę dotis, omnisq; conuētionis. Senis orbi, idest senis diuitis ⁊ sine liberis. Est ratio vlterior Ironicos, quasi dicat ratio ē melior, si misit magnę amicę, idest diuiti, aut vt eam captet, aut vt ab ea amet. Antro clauso, idest lectica quę instat cubiculi vt diximus ante ex testimonio Plinii fiebāt cū fenestris, vnde superius Clausa lectica fenestra. [lecticę cū fenestris] Latis specularibus, in qua lectica sunt specularia ad arcendos ventos ⁊ lucem accipiēdam. Nam specularia sunt [specularia] quę fenestris adhibentur, dicta a speculando quemadmodum ⁊ speculū, quę fieri consueuerunt aut ex charta, aut tela aut vitro. Seneca libro quarto naturalium. Itaq; quinis cœnationem velis ac specularibus muniant, ⁊ hiemem multo igne doment. Idem ad Lucilliū in epistola. lxxxvii. Quantę autem aliquis rusticitatis damnat Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat, quod nō in multa luce decoquebat. Idem lib. xiiii. Quędam nostra demū prodisse memoria scimus, vt speculariorum vsum perlucente testa clarum transmittentium lumen. Martialis

Nil tale expectes, emit sibi, multa videmus
Quę miser & frugi non fecit Apicius, hoc tu
Succinctus patria quōdam Crispine papyro
Hoc precium squamę? potuit fortasse minoris
Piscator quam piscis emi. prouincia tanti
Vendit agros, sed maiores Apulia vendit.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus
Induperatorem, cum tot sextertia partem
Exiguam & modicę sumptam de margine cęnę
Purpureus magni ructaret scurra palati,
Iam princeps equitum, magna qui voce solebat
vendere municipes fracta de merce siluros?
Incipe Calliope licet hic considere, non est
Cantandum, res vera agitur, narrate puellę
Pierides, prosit mihi vos dixisse puellas,

in.viii. Pallida ne cilicum timeat pomaria brumam. Mordeat & tenerum fortior aura nemus. Hibernis obiecta notis specularia puros Admittunt soles & sine fece diem. Plinius libro.xxxvi. scribit ex auctoritate Iubę in Arabia esse lapidem vitri modo translucidum quo vtuntur pro specularibus. Idem lib.xv. de pomis seruandis sic scribit Septētrionalibus fenestris sereno die patere. Austros specularibus arcere, q̃d de lapide speculari intelligas non placet. Emit idest in gulam suam. Hincq; est tota poetę indignatio. Multa videmus, subaudi Crispinum fecisse. Miser & frugi Apicius in comparationē Crispini apicius qui vt scribit Plinius omnium nepotū fuit altissimus gurges, & maius ad omnem luxum igenium erit miser & modestissimus, hic est ille Apicius de quo ita Seneca Ironicos ad Elbiam matrem. Sed minus beati viuebat dictator noster, qui Sannitum legatos audiuit quum vilissimum cibum in foco versaret, q̃ Apicius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam Popinę professus disciplina sua seculum infecit, cuius exitum noscere operęprecium est, quum sestertium milies in culinam, congessisset. Quum tot cōgiaria principum & ingens Capitolii vectigal singulis cōmessationibus hausisset, ęre alieno opressus rationes suas tunc primum coactus inspexit, superfuturum sibi sestertium cēties computauit, & velut in vltima fame victurus, in sestertio centies si vixisset, veneno vitam finiuit. Hoc tu succintus patria, vrget poeta Crispinum hac interrogatione qua solemus delinquentes reprehendere. Patria papyro, ęgyptia papyro. Aegyptius enim fuit Crispinus vt dictum est. Nam in ęgypto papyrus multa nascit̃, est enim planstris herba, ex qua texuntur nauigia & e libro vela tegetesq;, necnō vestes stragulaq; conficiuntur, pręparantur etiam ex ea chartę diuisę acu in prę tenues sed q̃ latissimas phyliras. Hoc precium squamę, scilicet emisti, idest hunc piscē tanti emisti: geminauit autem hoc ad maiorem indignationem. Potuit fortasse, hoc est in gulę exaggerationem Crispini. Ostendit enim precium piscis tantum fuisse, vt piscator tantidem nō venderetur. Prouincia tanti, idest prouincia tanti vendit agros & latifundia, quanti Crispinus emit piscem. Sed Apulia lōge etiam maiores agros vendit, vt sit sensus. In prouinciis hoc est extra Italiam tanti emes agros quanti emit̃ piscē Crispinus, sed in Italia longe etiā maiores emas. Nam prouincia (vt in prima satyra exposuimus) proprie dicitur extra Italiam, quasi procul victa quę & pro curatorem accipiebat. Plinius de Gallia Narbonensi loquens. Italia verius q̃ prouincia Et Plinius. Iunior in epistolis prouincialis es an Italicus? Quales tūc epu

Apicius — Papyrus — Prouincia

las, argumentum a minori ad maius. Si Crispinus inquit Domitiani scurra ausus est tanti sibi piscem emere, quid putemus factum ab ipso imperatore in parandis cœnis, sicq; poeta sensim in reprehēsionem gulę Domitiani descēdit. Induperatorem, pro imperatorem, sic alibi, & barbarus induperator, hocq; ideo fit quia imperator stare non potest in versu exametro nec pentametro. Tot sestertia, hinc apparet sex sestertiū fuisse summā. Partem, expositio ē, idest quę sestertia fuissent minima pars cœnę vel modicę ipsius imperatoris. De margine, de extremitate, non preciosioribus obsoniis imperatoris, sed de exterioribus & vilioribus tantum, vt ostendat, quantus fuerit pricipis luxus in cœnis. Scurra, idest Crispinus, quem in cōtemptum scurram aulicum appellat. Est aūt Scurra qui in gratiam potentum risum captat ab auditoribus non seruata dignitate personę gręci βωμολοχον appellant.

Purpureus, propter id Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas. Purpureum autem dixit pro purpurato, dicimus enim purpureum pannum, purpureā vestem a colore, purpuratū vero hominem purpurea veste inditum. Palati, pro palatii, sicut ante spolium affectare palati, quod ad palatum referas non placet. ostendit enim Crispinum vt vilissimum hominem officio scurrę fungi. Ructaret, inuidiose, hoc est comederet. Iam princeps equitum, ad censum enim equestrem. Indulgentia Domitiani peruenerat. Municipes, conterraneos, idest ęgyptios. De municipe dictum est ante, & municipalis harenę. De merce fracta, non integra, sed quos minutatim venderet more vilissimi coetarii. Siluros, siluri pisces in Nilo tantū natant & in nilide lacu, iuxta montem inferioris mauritanię. Plinius. Incipe Calliope, in irrisionem Domitiani inuocat musas, vt qui auxilio diuino egeat ad exprimendam piscis magnitudinem, quum a poetis non sint inuocanda numina nisi occurrente aliqua difficili & grandi materia, Calliope, quę bona vox interpretatur καλος enim bonum, ωπη vero vocem significat. Licet hic cōsidere. Antipophora ē, possent enim dicere musę nolumus in hac re ficta tempus atterere, & ipse respondeat, potestis profecto hic sedere & immorari. Nam cantandum non est, idest non est more vatum fingendum aliquid. Res enim vera agitur. Pierides, a pieria rupe thessalię quę est eis consecrata, vnde sic Strabo libro.x. Nam pieria & olympus & pimplia & libetrum quondam loca fuere Thracię, vbi musę excultę fuerūt. Dixisse puellas, quod appellauerim puellas hoc mihi apud vos prosit. Nam poetę quasi blādientes musas appellāt modo puellas, modo nymphas hoc est sponsas Virgi. Nymphę noster amor libetrides νυμφη enim sponsam significat.

Scurra — Silurus — Calliope — Pierides

Quum

Cum iam semianimum laceraret flauius orbē
Vltimus, & caluo seruiret Roma Neroni
Incidit adriaci spacium admirabile rhombi
Ante domū veneris, quā Dorica sustinet Anchō.
Impleuitq; sinus; neq; enim minor hęserat illis;
Quos operit glacies meotica, ruptaq; tandem
Solibus effundit torpentis ad hostia ponti
Desidia tardos, & longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum cymbę liniq; magister
Pontifici summo, quis enim proponere talem
Aut emere auderet, cum plena & littora multo
Delatore forent; dispersi protinus algę
Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem

Quum iam, quum imperaret inquit Domitianus crudelissimus accidit vt rhombus mirę magnitudinis captus fuerit in sinu adriatico iuxta Anchonem, hinc planissime constat Iuuenalem Satyras suas non scripsisse sub Domitiano qui iam mortuus erat. Lacerare flauius orbem, ostendit poeta Domitianum eo crudelitatis euectū, vt nō modo vrbs, sed vniuersus orbis eam senserit. Fuit.n. vt scribit Tranquillus non solum magnę, sed & calidę iopinatęque seuitię. Caluo Neroni, idest Domitiano quem a morum similitudine appellat alterum Neronem, Sic & Virgilius paridem nominauit pro Aenea Et nunc ille paris cum semiuiro comitatu. Caluo, erat enim auctore Trāquillo adeo caluus vt caluitio offenderet̃, in contumeliamq; suā traheret sicui alii ioco vel iurgio obiectaret̃, sic & ab Ausonio appellatur, Securus Frater, quem Caluum dixit sua Roma Neronem. Spacium admirabile, idest Rhombus mirę amplitudinis. Est autem Rhombus vt docet Plinius ex genere piscium planorum. Martialis. Quamuis lata gerat patella rhombum. Rhombus latior est tamē patella. Rhombus Item instrumentum est incantatorium figura quadrata solida, cuius latera omnia sunt ęqualia, anguli vero obliqui, qui si in terra iactetur, voluitur ad similitudinem fere cylindri, vtebantur eo maleficę mulieres & pręcipue in Thessalia ad deducendam lunam. Martia. Quę nunc Thessalico lunam deducere rhombo idem Numerare quis pigri dāna possit somni. Dicere quot ęra verberēt manus vibis Quū secta colcho luna vapulat Rhombo Propertius Desiciunt magico torti sub carmine Rhombi. De quo rhōbo Theocritus in ecloga pharma centria sic meminit inducens mulierem amatorem suum ad se vertere cupientem. χωσ δινειθοδε ρομβοσ ο χαλκεοσ εξ αφροδιτασ οσ κεινοσ δινοιτο ποταμε τερησι υρησι, hoc est. Et vt vertitur hic Rhombus ęneus, ita ille ex amore ad me vertatur, vnde liquido appareret rhombum instrumentum fuisse ęreum non autem, vt quidam putauerunt ex liciis siue filis confectum. Ante domum veneris. idest ante ędem veneris. Ibi enim cultam fuisse venerem ostendit Catullus. O quę ceruleo creata ponto quę sanctum Idalium viros; apertos, queque Anchona Gnidumq; harundinosam colis. Quam Dorica sustinet Anchon. Doricam appellat, quia a Syracusanis cōdita fuit, qui a gręcis oriundi sunt. Nam quum Dionysii Tyrannidem fugerent in Italia, in ora gallię cisalpinę, iuxta Cymerium promontorium ipsam vrbem condiderunt. Strabo sic inquit libro quinto. vrbes vero habet ex quibus Anchon gręca ciuitas est, a Syracusanis condita Dionysii Tyrannidem fugientibus, sita in promontorio in

Rhombus — Anchō

clusum complectente portum. Sinus, ipsa retia. Illis, coniunge cum minor, vt sit sensus. Rhombus non erat magnitudine inferior illis, scilicet Rhombis, aut aliis piscibus, qui ad meoticam paludem nutriuntur. Nam (vt scribit Plinius) pisces in meotica palude conglatiata per hiemem fiunt pingues, qua resoluta in pōtum exeunt. Meotica, meotis palus est, quam efficit Tanais, ea in pontum effunditur, auctores Plinius & Mela & alii geographi. Rupta solibus, id ē ęstiuo calore resoluta. Ad ostia, ostia appellamus fluminū exitus, vnde dicimus ostia. Nili & ostia Tyberina quum in mare irrūpunt, ostia autem ponti, idest ad ostia ipsius paludis quę exeunt in pontum. Torpentis, frigore conglatiati. Desidia tardos, longa mora factos segnes. Destinat. Destinare est statuere, vt Imperator graui supplicio affecit milites, qui destinato die non affuissent, idest constituto. Destinare item deliberare & quasi mente agitare, vt hoc loco, vt sit destinat, idest deliberat subaudi mittere. Tranquillus in Iulio Cęsare. Iam de ornanda instruendaq; vrbe. Item de tuendo ampliandoque Imperio plura ac maiora in dies destinabat. Dicimus etiam lapides destinatos templo Martis, Hoc est iā paratos ad templum martis. Hoc monstrum, hunc monstruosum piscē. Magister, idest piscator. Cymbę, nauicula est piscatoria. Lini, idest retis quod ex lino fiat. Pontifici summo, hoc est Domitiano quē Ironicos pontificem summum appellat, hocque ex historia. Nam is vt docet Plinius in epistola ad Cornel. Minutianum, quum Corneliam Maximillam virginem vestalem incesti ream viuam defodere cuperet, vt seculum suum eiusmodi exemplis illustraret, in villam albanam reliquos pontifices conuocauit. Et summi pontificis iure eam absentem & inauditam damnauit. Nam virginū vestalium punitores vt scribit Dionysius sunt pontifices. Domitianus ergo tanq̃ pontifex eam damnauit. Pontifices dicuntur a pōte & facio. Nā ab iis sublicius est factus primum & restitutus sępe.

Proponere, venum exponere. Quū plena, ratio est quare nemo auderet nec vendrre nec emere, quia vbique sint delatores. Et littora, idest etiam littora nedū alias vrbis loca. Inquisitores algę. i. maris in cuius littoribus multa alga passim eiecta est. Alga.n. est herba marina quę ex profundo eiicitur. Agerent, accusarēt piscatorem q; piscem esset ex piscatus elapsum ex vinariis Cęsaris. Vinaria sunt vt diximus supra, vbi continent̃ vel aues vel pisces vel ferę quę dūtaxat ad victum spectant. Nam Romani habebant vbi pisces inclusos pascebant. Plinius de manu pascunt̃ pisces in pluribus qdem Cęsaris villis, lege & Macrob. apud quē multa de vinariis & saginandis piscibus refertur.

Meotis — Ostia — Destinare — Cymba — Pontifex vñ — Alga — Vinarium

Cesaris, Domitiani. Si quid palphurio, sensus est ordo, qcquid ex mari est pulchrū ⁊ pciosum, id oē ē fisci idest iperatoris si credimus palphurio ⁊ armillato qui in gratiam impatoris per calūnias ⁊ sacrilegas interptationes multa fisco vindicabant. Fuit aūt palphurius sura vt auctor est probus consularis viri filius, sub Nerone luctatus est cū virgine lacedemōia in agone, postea a Vespasiano summotus e Senatu transiit ad Stoicā sectam, in qua cum eloquentia pcelleret Domitiāo familiaritate cōiunctus, delationē acerbissime exercuit. De quo ita meminit Tranquillus in Domitiano. Sed ei capitolino etiā i. cunctos ingenti cōsensu pcates vt palphuriū, furā restitueret pulsum olim senatu actunc de oratoribus coronatum nullo rīso dignatus tacere tm modo iussit voce pconis. Armillatus, de hoc Tranquillus sic. Armillatus processit i publicum ⁊ eādem sententiā habuit. Armillati aūt dicunt qui armillis ornati sunt. Propertius metaphoricos canes millū gestātes armillatos appellat. Atq; Armillatos colla molossa canes. Est n. armilla torquis argenteus siue aureus quē circa brachiū gestabat. Armillum vero est auctore Festovas vinarium in sacris. dictū q; armo. i. humero deportetur. Fisci. i. imperatoris. Nam vt diximus fiscus receptaculum est nummoꝝ ⁊ proprie principis vt hoc loco etiam poeta accipit. erarium vero publicū est populiq; ro. quod Plinius euidēter ostendit in panegyrico Traiani. At fortasse non eadē severitate fiscū quā erarium cohides. Idem in eodē loco pletabant ⁊ fiscū ⁊ erarium non tā voconie ⁊ Iulie leges. Quinetiā iuris consulti titulo nequid in loco publico fiat hoc idē declarant his verbis res fiscales quasi proprie ⁊ privatę principis sunt. Tranquillus itē in Augusto distinguere vī erarium a fisco his verbis tertio volumine cōplexus ē quantū pecunię in erario ⁊ fiscis esset. Idem in Vespasiano, sunt qui opinent eū ad manubias ⁊ rapinas necessitate compulsum summa erarii fisciq; copia, vnde Tranquillus in Augusto. Nam eam summā ⁊ confiscatam semp repositāq; habuerat. A nomine fit verbū confiscare. i. ad fiscum principis deferre. Nummoꝝ autem receptacula erāt Sporte, Sportule, Sporrelle, Sacci, Sacculi, Sacelli. Et crumenę, manticę, marsupia, ita fisci, fiscinę, fiscellę. Spartea sunt vtensilia ad maioris sūmę pecunias capiendas, auctor Pedianus. Donabit ergo, verba poetę subsannantis talem legum interptationem. Ne pereat, scilicet piscator, Iam letifero, sensus est, etsi iam tempus erat hiemale, vt facile piscis frigore conservari posset, tamen piscator veluti vrgēte austro, quo spirante facile corrumpuntur obsonia ad imperatorem festinat cum pisce. Cedente pruinis, idest hiemi, quo tempore maxime cadunt pruinę, dicte aūt pruinę quasi peruriņę ab vrēdo, q; i agris omnia vrāt atq; absumant. Autumno, Varro putat Autumnū dictum ab augēdo, q; eo tempore precipue hominum es augeantur, coactis agrorum fructibus. Letifero, mortalibus pernicioso, solet enim Autumnus propter temporum mutationes esse grauis ⁊ pestilens, tunc enī ventus auster flat quo maxime morbi generantur, vnde est illud Horatii, Frustra per autumnos nocentem Corpori metuemus austrum. Idem alibi. Pomifero graue tempus anno. Iam quartanam, in fine enim autūni solent febres tertianę in quartanas mutari.

Depastumq; diu vinaria Cesaris, inde
Elapsum veterem ad dominum debere reuerti.
Siquid palfurio, si credimus armillato
Quicquid cōspicuū, pulchrūq; ex equore toto ē
Res fisci est vbicunq; natat, donabitur ergo
Ne pereat, iam letifero cedente pruinis
Autumno, iam quartanam sperantibus egris
Stridebat deformis hyems, predamq; recentem
Seruabat, tamen hic propat velut vrgeat auster
Vtq; lacus fuberant, vbi quāquam diruta seruat.

Sperātibus, declamatio per cōtrarium, idest timentibus Virgi. Nūc ego si potui tantum sperare dolorem. Deformis, appellatur a poetis hyems de formis, q; oia frigore ⁊ niuibus deformia videantur. Auster, nā vt diximus eo flante vt docet Plinius obsonia corrumpūtur. Horatius, at vos presentes austri coquite borū obsonia, est autem ventus qui a meridie flat qui grece notus dicit νότος, idest ab humiditate. Vtq; lacus fuberant, aut ita dictum est, sicut illud apud Cesarem in tertio cōmentario. Quod hyems fuberat hoc facere neglexerunt, aut hypallage est, idest postq; piscator lacubus fuberat qui Albani vocātur. Nam Alba auctore Dionysio inter montem excelsum atq; lacum magnum ⁊ profundum extructa est eque distans ab vtrisq; hiq; erāt tanq; muri vix expugnabilem eam reddentes. De lacu sic Cicero in primo de diuinatione. Quid q; in annalibus habemus verenti bello quum lacus albanus preter modum creuisset, quendam ad nos hominem nobilem profugisse. Eius etiam meminit Valerius in primo. Subito lacus albanus solitum stagni modum excessit. De Lacubus albanis sic etiam meminit Horatius. Albanos prope te lacus ponet marmoream sub trabe cypria. Vnde fit vt putem apud Virgilium, in septimo mendū esse, vbi ostendit Nisum ⁊ Eurialū peracta multoꝝ cede in castris Rutuloꝝ peruenisse ad locos qui Albani sunt dicti, ita vt ad lacus Albanos nō locos legendū contenderim. Ignem troianum, idest colit ritus vestę in cuius templo perpetuus ignis aduersabat a sacris virginibus. Troianum. Nā id institutum seruandi ignis initium habuit a Troianis quum in Italiam Aeneas penates vexisset ⁊ ignē ętemū vestę, vnde Virgi. Sacra suosq; tibi cōmēdat Troia penates Hos cape fatoꝝ comites. Idē alibi, vestāq; potentem Aeternūq; aditis effert penetralibus ignē. Papini. Antacita vigilet face troicus ignis. Pontifex maximus custos erat virginū vestalium quę custodiūt ignē perpetuum vt scribit Plutar. Vnde ⁊ Papini. loquēs de prēdocēte neapoli, ficingt. Sub te Dardanius facis explorator optę. Nā Fax siue ignis cinere optus seruabat. Quę vero deā colebāt virgines quattuor a principio erāt eligentibus eas regibus ad ea quę cōstituerat Numa legitima, posterius aūt ppter multitudinē sacroꝝ ministerioꝝ quę perficiunt sex factę sunt apud deā vitam agētes. Vnde scribit Trāquillus, testamētū Augusti apud sex virgines vestales depositū fuisse. Triginta annos necesse est eas manere inuptas ⁊ castas sacrificia pagentes ex lege, quo in tempore opus est eas decē annis discere, decem

decem sacra perficere, decem vltimis alias edocere. Lege Dionysium libro. Lotos antiquissima arbor fuit in vrbe quę capillata dicebat, ad quā virginum vestaliū capillus deferebat. Pli. lib. xvi. capi. vltimo. Vestam minorem, ad differentiā templi, quod Rome ab Numa Pompilio extructum fuerat nouum ⁊ rotundum ⁊ maius vt scribit Plutarchus in vita Nume.

Alba diruta, nā post supplicium sumptū de Metio Suffecio Albanoꝝ duce alba iperāte Tullo Hostilio diruta ē. Tēplis tn deū vt scribit Liuius (ita enī edictum ab rege fuerat) tēperatum est albanis in vrbē Romam admissis mons Celius inhabitandus traditus est, sicq; Albe ruinis duplicatus est numerus ciuiū. Albam auctore Dionysio condidit Ascanius filius Aenee. Annos durauit postq; cōdita est qngētos minus tredecim.

Ignem troianum, ac vestam colit alba minorē
Obstitit intranti miratrix turba parumper,
Et cessit, facili patuerunt cardine valuę.
Exclusi expectant admissa obsonia patres.
Itur ad atridem, tunc picens accipe dixit
Priuatis maiora focis, genialis agatur
Iste dies, propera stomachum laxare saginis,
Et tua seruatum cōsume in secula rhombum,
Ipse capi voluit, quid apertius? tē tamen illi
Surgebant criste, nihil est quod credere de se
Non possit, quum laudatur diis equa potestas.
Sed deerat pisci patinę mensura vocantur
Ergo in consilium proceres, quos oderat ille
In quorum facie miserę, magnęq; sedebat

Alba, describit autē locum vbi Domitianus quottannis in albano q̄nquatria Minerue celebrabat cui collegium instituerat sacerdotum. Valuę. i. postes a voluendo q; in cardinibus voluantur Propertius de templo Apollinis palatini. Et valuę libyci nobile dentis opus. Patres. i. senatores qui in Albano erant cum imperatore. Ad atridem, ad Domitianum, nam vt Agamennon omnium grecoꝝ ducum voluit imperator appellari. Ita Domitianus non solum dux ducum ⁊ princeps principū, sed ēt deus, aut appellauit atridē a crudelitate vt quando Neronem etiam dixerit, ostēdat in omnibus Neroni similem fuisse vt sit Itur ad Atridem. i. ad Nerōem altey, qui matrem suam interemit Agrippinam, sicut Orestes atrei nepos ⁊ Agamēnonis filius matrem suā Clytemnestram. Tunc picens. i. piscator de piceno agro qui rhombum cœperat, aut reuera nomen est propriū sicut apud Marti. scribit in aduersa picens epigrāmata charta. Maiora. i. pciosiora q̄ priuato conueniant homini, quasi dicat digna tantum principibus. Iste dies agatur genialis, hic dies celebretur summa cum voluptate. Nam tunc genio operam dare dicimur quum animi relaxatiōem sequimur. Persius indulge genio, carpamus dulcia nostrū est quod viuimus. Laxare stomachum, hoc dictum est per irrisionem a poeta in exprobrationem gulle, vt sit stomachum tuū extende atq; imple, nam quę implentur, laxātur, ⁊ extendunt.

Saginis. i. pisce saginato, nam saginoidem est quod pinguefacio, vnde Sagina pro pinguitudine accipitur

Seruatum in tua secula, aperta ⁊ manifesta adulatio quę oibus fere grata esse cōsuenit. Vnde Seneca ad Lucilium. Quicquid in nos adulatio sine pudore congessit, tanq; debitum prehendimus, optimos nos esse sapientissimos affirmatibus assentimur, quū sciamus illos multa mētiri adeo quoq; indulgemus nobis vt laudari velimus in id cui contraria tam maxime facimus. Mitissimum ille se ipsis in suppliciis audit in rapinis liberalissimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperatissimum. Sequitur itaq; vt ideo mutari nolimus, qa nos optimos esse credimus. Quid apertius? s. ista adulatione. Surgebant criste, translatio a gallis sumpta q bus criste erigunt, quod alacritatis est iudiciū, idest Domitianus licet cognosceret māifestam esse adulationē mira tn afficiebatur lętitia, ⁊ sibi placebat talia audiendo. Nihil est, valde enim aures principū adulatiōibus delectant. Vnde Alexāder Macedo pdicantibus se Iouis esse filium aliquando credidit ita vt quū in India vulnus accepisset, magnū q; sentiret dolorē. Oēs i quit iurant me esse ipsius filiū, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. Quū laudat diis equa potestas, ex bistoria est. Nā tante fuit stoliditatis ⁊ arrogantię vt quum audiuisset se nominari deum, per libellum statim edixerit ne alia pfatione appellaretur, vnde Martialis in quinto. Edictum domini deiq; nostri. Et ipse Domitianus quum procuratoꝝ suoꝝ nomine formalē dictaret epistolā sic cœpit. Dominus ⁊ deus noster sic fieri iubet. Vnde institutum post hac vt ne scripto quidem ac sermone cuiusq; appellaret aliter. Sed deerat, in irrisionem principis hoc fingit poeta eius luxum ⁊ gulā notans. Deerat. i. tantus erat piscis vt nulla extaret patina quę eam coquendam integram caperet. Pallor. i. timor ab eo quod pcedit id quod sequit. Nam timorē pallor sequitur. Multi enim ob principis crudelitatem pallebant, vnde ita scribit Cor. Tacitus in vita Iulii agricolę, vt ante diximus precipua sub Domitiano miseriaꝝ pars erat, videre ⁊ aspici. quū suspiria nostra subscriberentur, quum denotandis hominum palloribus sufficeret seruus ille vultus ⁊ rubor a quo se cōtra pudorem muniebat. Amicitię magnę. i. imperatorię. Vī prima Satyra. Magni delator amici. i. imperatoris, quā ⁊ miseram appellat ab effectu q; infelices fierent qui eā sequarent. Pegasius, iuris consultus fuit celeberrimus temporibus Vespasiani a quo ⁊ vrbi pfectus fuit vt Pōponius in origine iuris est auctor. Veꝝ illum suspirio quodā satyrico non pfectū vrbis sed villicū appellat inuens vrbē Romā iam principū seuicia ita deformatam atq; desertā vt iā potius rus q; vrbs videri qat, vī bene subdit. An ne aliud tunc pfectis quasi dicat nō est miꝝ me villicū appellasse Pegasium, quia tunc pfecti aliud nihil erant q; villici, quasi non ciuitatis q; iā nulla erat, sed ruris pfecti, qui pprie villici appellant. Nā Romani inter seruos rei rustice destinatos villicus appellarunt qui totius ville curā gererent totiq; familię imperarent. Bubulcos vero quibus cura esset arandi ⁊ serendi. Mediastinos vero qui reliqua ruris opera peragerent, vt pote qui scrobes effoderēt, fossas purgarēt, fruges legerent ⁊ reliqua id genus opera rustica. Lege Columellā. pfectura aūt vrbis omnia oīno sibi crimia

Lotos

Alba Valuę

Lacus albani

Lacus Virgi.

Ignis troiāis

Sagīo Sagīa

Sporte Sportu le Sportel le Sacci Sacculi Sacelli Crumene Mātice Manuspia Fisci Fiscine Fiscell Sparta Pruina Autūnus

Armillati

Armillum Fiscus Confiscare

Villicus Economus Liburnus

vendicauit nec tantum ea quę inter vrbem admittuntur verum ea quoq; quę extra vrbẽ intra Italiam. Lege iurisconsultum lib.i.digestorum οικονομοσ autem tam pecunię q̃ frugum & omnium quę dominus possidet dispensator est. Abolla, de abolla dictũ in tertia Satyra. Liburno, idest seruo Nomenclatore qui in senatum patres vocaret nã vt diximus añ ex liburnia serui procerę staturę mittebant̃ & proinde dominis grati, supinus. Et ingenti curret super ora liburno. Iam sedet.s.imperator. An ne aliud tunc pfecti?s. subaudi erant q̃ villici? Quorum, scilicet prefectorum. Optimus.s. erat. Interpres legũ, idest ipse Pegasus legũ peritus & iuris optimus & sanctissimus erat. Tractãda inermi iusticia, & si inquit sanctissimis erat moribus, tamẽ sęuitiã Imperatoris veritus putabat non omnia sibi agenda vt iusticia postulabat, sed ad nutum & voluntatem principis omnia eẽ moderanda, sicq; moraliter docet principes assentatoribus delectari, assentatoresq; eis semper presto esse, qui ex stultis fatuos reddunt homines, ergo iusticia inermis idest debili & modica. Venit & crispi, hic est ille Vibius Crispus Orator qui vt scribit Quintilianus delectatiõi natus cuidam auctore Tranquillo interroganti esset ne quis intus cũ Cęsare Domitiano, non absurde respondit. Ne musca quidem, vnde poeta iucundam senectutem appellat q᷑ facetus esset. Consueuerat.n. Domitianus Initio principatus sui quottidie sibi horarium sumere, nec quicquã amplius q̃ muscas captare, ac stilo peracuto cõfigere. Maria ac terras, sensus est. Crispus moribus principis se optime accõmodabat, vt p omnia assentaretur. Sed nemo vnquã vtilior comes Imperatori fuisset totum orbem regenti, si ei licuisset per sęuitiam principis omnia libere loqui. legendumq; est cum interrogatione. Illa clade & peste, hoc est Domitiano qui cõmunis erat quędam omnium pernicies. Dãnare sęuitiã, idest scelera hominum, aut quod magis placet libere accusare & coarguere. Sęuitiam principis, qui more sęuissimi tyranni verum audire nolebat, vnde sequitur, sed quid violentius aure tyranni? Cũ quo de pluuiis, sensus est. Imminebat mortis periculũ amico, siquid forte locuturus de rebus icertis aliquid dixisset, quod eius voluntati fuisset aduersum. Fatum mors pendebat, in ambiguo erat veluti sunt res pendulę in ambiguo, ne cadant. Ille, Crispus. Contra torrentem. Illi dicuntur contra torrentem niti qui contendunt eos vincere quos nequeunt, est autem metaphora prouerbialis ab iis qui contra torrentem natare

Pallor amicitię. primus clamante liburno
Currite, iam sedit; rapta properabat abolla
Pegasus, attonitę positus modo villicus vrbi.
An ne aliud tunc prefecti? quorum optimus atq;
Interpres legum sanctissimus, omnia quãquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iustitia, venit & crispi iucunda senectus;
Cuius erant mores, qualis facundia; mite
Ingenium maria ac terras; populosq; regenti
Quis comes vtilior? si clade & peste sub illa
Sęuitiam damnare, & honestum ferre liceret
Consilium? sed quid violentius aure tyranni?
Cum quo de pluuiis, aut ęstibus; aut nymboso
Vere locuturi fatum pendebat amici.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec ciuis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero;
Sic multas hyemes, atq; octogesima vidit
Solstitia. his armis illa quoq; tutus in aula
Proximus, eiusdem properabat acilius ęui
Cum iuuene indigno, quẽ mors tã sęua maneret

nituntur, nam torrens magno impetu ferri consueuit, hoc est nunquam Imperatoris voluntati refragatus est. Nec ciuis erat, efferaram Domitiani crudelitatem ostendit quum nemo esset qui libere loqui auderet. Sic, idest per hanc ingenii comitatem. Octogesima solstitia, idest octoginta annos, quibus in aula principum ẽ versatus.

Solstitium

Nam & etsi in anno duplex est Solstitium brumalę & ęstiuum, quum tamẽ absolute ponitur, pro ęstiuo tantum intelligimus, ergo quot solsticia dicimus totidem annos itelligimus. Vñ Virgi. Humida Solsticia atq; hyemes optate serenas Agricolę. hic.n. intelligimus de Solsticio ęstiuo. Sic etiã apud Columellam. Sũt quędam loca quę Solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent, ita vt semper Solsticiũ absolute positum ęstiuum intelligatur. Contra vero brumale Solsticium non dicimus absolute, sed semper Solsticium brumale. Est autem Solsticium ęstiuum.viii. kalendas Iulii die, quo tempore remeare ad inferiores sol incipit circulos de eo sic Plini. lib. xviii. capite. xxvii. Iulii vero longissima dies totius anni & nox breuissima Solstitium conficiunt. Hiemale vero.viii. Kalendas Ianuarias die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere, dictum autem Solsticium quasi solis statio. Tunc enim sol stare videtur. His armis, sensus hic est & ordo. Acilius eiusdem ęui properabat, proximus, idest secũdus post Crispum tutus in illa aula his armis, idest pari arte & paribus moribus & assentationibus. Hic est ille Acilius glabrio quem postea vt scribit Tranquillus supplicio affecit vna cum saluidieno & orfito quasi molitores nouarum rerum, fuit etiam iisdem tẽporibus Acilius Ruffus vir consularis, de quo Plinius in epistola ad Vrsum. Cẽsuit Acilius Ruffus consularis designatus inquisitionem bithynis dadam.

Aula Aulicus

Illa aula, tam sęni principis, est autem Aula sedes & domicilium imperatoris & tyranni, vnde fit aulicus, q in Aula versatur, & tyranni est cõtubernalis. Cum Iuuene indigno, aliqui de Eluidio filio Eluidii, quem Domitianus interemit putant intelligendum ꝙ quasi scenico exodio sub persona paridis & Oenones diuortium suum cum vxore tractasset, sed quum plurimos interemerit, nulla extat historia quis fuerit iuuenis qui cum Acilio pperabat. Festinata, in iuuenibus mortem acerbam & festinatã appellare solemus quasi quę ante tempus festinet. Vnde festinata legendum est non autem destinata, versus enim nõ staret, I enim breuis est in destinata, recte autem poeta mortem vt dixi festinatam

stinatam appellat quę iuuenem opprimat, quasi quę celerius festinet q̃ conueniat. Gladiis domini, Domitiani. Sed olim.i.superioribus tẽporibus quibus Domitianus imperabat. Hincq; apparet Iuuenalem Satyras suas non scripsisse sub Domitiano. Sensus est. Tam multos inquit Domitianus efferata quadam crudelitate ciues interemit, vt in prodigio haberetur si quem in vrbe offenderes senem nobilem & Patricium.

Prodigium

Prodigiũ autem dicitur auctore Festo velut predicium q᷑ pdicat. Vnde & Cicero libro. ii. de natura deorum ait, ostẽta, mõstra, portẽta & prodigia dicta ꝙ ostendant, mõstrent portendant predicant. Vnde fit vt malim, quum igitur inqt impator in nobilitatẽ tã atrociter sęuiret (nã vt scri. Eusebius multos in exilium ex nobilibus misit & occidit) maluerim fraterculus esse gigantum qui terrę filii fuerunt, idest ignobilis & obscurus q̃ Patricius & nobilis. Nam qui obscuro genere essent orti, quasi quorum parentes ignorarentur, filii terrę appellari consueuerunt quare Lactantius Firmianus libro primo diuinarum institutionum, sic inquit, Minutius felix in eo libro qui Octauius inscribitur sic est argumentatus Saturnum quum fugatus eẽt a filio in Italiãq; venisset cęli filium dictum, ꝙ soleamus eos quorum virtutes miremur aut eos qui repẽtine aduenerint de cęlo cecidisse dicere, terre autem eos esse filios, qui ignotis parentibus sint nati. Vnde & Tertullianus in Apologetico de Saturno loquens sic scribit. Dictus autem terrę & cęli filius, quia ignoti vel inopinato apparentes de cęlo superuenisse dicuntur, vt terrę filios vulgus vocat quorum genus incertum est. Cicero ad Atticum primo libro. Sed hęc ad te scribam alias subtilius. Nã neq; adhuc satis mihi nota sunt & huic terrę filio nescio cui comittere epistolam tãtis de rebus non audeo. Fraterculus, satis lepide se fraterculum & non fratrem dicit, vtpote q sentiat tantę moli gigantę se parem non esse.

Gigantes

Gigantum, gigantes vt fabulosa prodidit antiquitas, ex imis terrę visceribus nati sunt immanissimo corpore qui quum conati essent e sede cęlesti deos deturbare, tam acriter vtrinq; pugnatum est vt dii in ęgyptum vsq; fugati sint, qui demũ parta victoria gigantes perdiderunt. Berosus vero Babylonicus historiam persequens scribit in Syria circa lybanum fuisse Enos vrbem maximam gigantum, qui vniuerso orbi dominabantur ab occasu solis ad ortum.

Enos

Hi vastitate corporis ac robore confisi iuuentis armis omnes opprimebant, libidiniq; inseruientes inuenerunt papiliones & instrumenta musica & omnes delicias. Manducabant homines & procurabant aborsus, in eduliumq; preparabant, & commiscebantur matribus, filiabus, sororibus, masculis, & brutis, & nihil erat sceleris quod non admitterent contemptores religionis & deorum, vnde & Macro. li. primo Satur. gentem quãdam impiam vocat, deos negantem, & ideo existimatam deos pellere de cęlesti sede voluisse, horum pedes in draconum volumina desinebant, quod significat

Et domini gladiis tam festinata, sed olim
Prodigio par est in nobilitate senectus.
Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum.
Profuit ergo nihil misero, quod cominus vrsos
Figebant numidas albana nudus harena
Venator, quis enim iam non intelligat artes
Patricias? quis priscum illud miretur acumen
Brute tuum? facile est barbato imponere regi.
Nec melior vultu quãuis ignobilis ibat

nihil eos rectum nihil superum cogitasse, totius vitę eorum gressu atq; processu in inferna mergente. Profuit ergo, putabat inquit se per studiũ venationis theatralis quo & ipse imperator maxime delectabatur posse sęuitiam eius effugere, ac proinde feras in harena conficiebat vt placeret simulq; se ipsum fatuum ostendebat, qppe q & nudis idẽ efficeret, sed nihil inqt ei hoc profuit, quia tales artes iam nouerat Imperator. In Albana harena, nam & in Albano, vbi quotannis quinquatria Minervę celebrabat, feras conficiendas exhibuit. ipseq; centenas varii generis confecit auctor Tranquillus.

Numidia

Numidas, lybicos. Nam Numidia pars est Africę Imperio Masinissę clara, dicta Numidia a pascuorum fertilitate, nam νομοσ pascua, siue pabulum significat, o, igitur conuersa in, v, fit Numidia. Inde Vrsi feroces mittebantur. Plini. libro. viii. sic iquit Annalibus notatum est Domitium Aenobarbum ędilem curulem Vrsos Numidicos centum & totidem venatores Aethiopas in circo exhibuisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, quum in Africa Vrsos non gigni constet. Et miror Plinium negare Vrsos gigni in Africa, cum cęteri scriptores nasci affirment Solinus. Numidici vrsi forma cęteris prestant. Martia. Et freno libyci domantur vrsi. Virgi. libro quinto. Horridus in iaculis & pelle lybissidis vrsę. Idem lib. viii. Effultum spoliis & pelle lybissidis vrsę.

Nudus, depositis vestibus vt esset expeditior & quasi per quandam stulticiam. Quis iam, non est inquit opus his artibus principem seduci, qui simulatam nobilium noscit stulticiam. Brute, Brutus vt auunculi sui Tarquinii superbi sęuitiam vitaret quum ab eo omnem nobilitatis indolem excerpi interq; cęteros etiã fratrem suum qui vegetioris ingenii erat interfectum animaduerteret, obtusi se cordis esse simulauit, eaq; fallacia maximas virtutes suas texit. Ait ergo poeta Rudi illa ętate facile potuisti Brute principes decipere. Sed nunc inquit nemo esset qui artes illas tuas non nosceret. Acumen priscum, hoc est prudentiam & sagacitatem illam priscam, idest qua priscis vsus fuisti temporibus.

Imponere

Imponere, seducere, Nam impono quum datiuo tantum iungitur efficiturq; neutrum idem est quod seduco & decipio. Seneca ad Lucilium. Oculis nostris imponimus, idest oculos nostros decipimus. Plin. epistola ad Proculum. Si modo mihi non imposuit recitatio tua, leges enim suauissime & peritissime, inde fit etiam impostura, idest deceptio.

Impostura

Regi, Tarquinio superbo. Barbato. Nam Romani quadringentis & quadraginta quattuor annis intonsi fuerunt quum tonsores non haberent, eos postea Ticinius Mena ex Sicilia in vrbem adduxit. Olim Tonsores non fuisse significant antiquorum statuę ꝙ plęręq; habent capillũ & barbã magnã, auctor Varro lib. ii. de re rustica. Nec melior, nec lętior, sed pari tristicia. Quãuis ignobilis, hinc ostendit nimiam Domitiani crudelitatem, qui in oẽs pariter sęuiret, tam nobiles q̃ plebeios.

Rubrius, offensę veteris reus atq; tacendę
Et tamen improbior satyram scribente cinędo.
Montani quoq; venter adest abdomine tardus,
Et matutino sudans crispinus amomo
Quantum vix redolent duo funera, senior illo
Pompeius, tenui ingulos aperire susurro.

Rubrius. Hic rubrius tēporibus fuit Domitiani, vt ipse ostēdit poeta, sed historia minime est nota quō reus fuerit offensę veteris ꝛ tacendę. Itaq; de hoc adhuc querēdum censeo, quę aūt ab aliis afferuntur ex testimonio Taciti de Rubrio Gallo, alioque Rubrio qui in cōiuratione pisoniana dep̄hēsus est nō placent, quū ad rem poetę minime sint accōmodata. Et tamen improbior, licet inquit Rubrius ignobilis eēt ꝛ humili loco, tamen improbior fuit Nerone ipso, qui satyram scripsit in Quintianum, appellauitq; eum mollem ꝛ effoeminatum, quum ipse esset cinędus. Nam nupsit Doryphoro seruo, vt scribit Trāquillus, sicut ipsi sporus. Tacitus eum appellat Pythagoram, quem Tranquillus Doryphoꝝ, ea forte ratiōe a Tranquillo Doryphorus appellatur, quē proprio no-

Doryphorus

mine dicit Tacitus q; satelles fuerit Domitiani, nā gręci dicunt Doryphoꝝ satellitem ab hasta ferenda, q̄ Dory gręco vocabulo nominat̄. Quod aūt Nero in Quintianum scripserit, sic p̄didit Tacitus. quintianus molli corpore infamis, ꝛ a Nerone probroso carmine diffamatus contumelias vltum ibat. Ergo cynędo scribente satyram.i. Nerone qui carmen probrosum scripsit in quintianum quum ꝛ ipse esset cynędus, carmen etiā Elegiacum scripsit, Marti. lib. ix. Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures. Lasciuum iuuenis quum tibi lusit opus. Scripsit etiam Iliada auctores Tranqllus Tacitus ꝛ Eusebius. Mōtani quoq; vēter adest. De Curtio montano intelligit, de quo multa apud Tacitum legunt̄ cum vilem fuisse causidicum ostendit in.xi. satyra. Dic tibi qui sis Orator vehemēs an Curtius an matho. Dictum aūt Satyrice quoq; venter adest, vt ostendat hoīem corpulentum fuisse, ꝛ epulis intētum, vnde eum in sequentibus ostendit magnam edendi habuisse peritiam, quum ait nulli maior fuit vsus edendi.

Abdomen Sumē Amomum

Abdomine. Pli. lib. xi. cap. xxxvii. vt diximus in secūda satyra docet abdomen ab antiquis vocatū, qđ nūc sumen. Et Crispinus.s. adest. Sudās Amomo Matutino.i. vnguēto perfusus matutino. Est autem Amomum genus fruticis proueniens in Syria cuius vua in vsu est frutice venoso, palmi altitudine carpiturq; cum radice. Ex eo vnguentum fit p̄ciosissimum, vnde Pli. Omnia autem acutiora fiunt costo amomo quę maxime nares feriunt. Vnguento etiam quod dicebat̄ regale, inter alia adhibebat̄ etiam amomum.

Matutinum

Matutino, non placet vt exponas orientali, sed quo mane vngeretur, matutinum aūt dicimus a matuta dea.i. aurora. Quantum vix redolent. Inuidiose hoc dicit in Crispinum quem vbiq; vt luxuriosum ꝛ mollem lacerat. Duo corpora, nā mortuoꝝ corpora perungebant̄. Pli. Vnguentoꝝ quoq; honos ad mortuos pertinere cœpit. Persius noster. Ossa iodora dabit. Pompeius, subaudi a superioribus adest. Temporibus Domitiani, multi vt diximus quęstus causa ad delationem se contulerant. Inter quos ꝛ Pompeius. Sed quum temporibus Domitiani plures extiterint eiusdem nominis. De Pōpeio Ruffo possumus intelligere, de quo ita Pli. in epistola ad Cornelium Minutianum. Quinetiam duo cōsulares Pompeius Ruffus ꝛ Libo frugi lescrūt norbanum testimonio, tanq̄ apud iudicem sub Domitiano Saluii liberalis accusatoribus affuisset. Damnatus ꝛ in insulam relegatus ē. Licet etiam (vt diximus in prima Satyra) intelligere de Pompeio Falcone, de quo idem Pli. Consulis an existimēte in tribunatu causas agere decere. Aperire ingulos. Figurata locutio, idest ad aperiendos ingulos.

Ingula

Inguli antē siue Ingula vtrunq;.n. legitur apud p̄batissimos auctores, sunt illa duo ossa quę ab vtroq; humero trāsuersa extenduntur supra summitatem pectoris vbi desinit collum, ꝛ vbi coniunguntur veluti lacunam quādam efficiunt, quę quo maior est, eo excellētius in homine ingenium indicat, vnde Zophyrus physognomon, q se profitebat̄ hominū mores naturasq; ex corpore, oculis, vultu fronte pernoscere stupidum esse Socratem dixit, ꝛ bardum, q; ingula concaua non haberet, obstructas eas partes ꝛ obturatas esse dicebat. Ibi locus est maxime cœdi obnoxius. Lucanus. Ingulūq; senilem Confodiam hinc fit verbum Ingulo quod non modo gladio, sed ꝛ morbo occidere significat.

Ingulare

Celsus lib. iii. Nam quartana neminem ingulat. De ingulo ita scribit Celsus lib. viii. Ingulum vero si tranruersum fractum ē, nonnunq̄ per se rursus recte coit. ꝛ nisi monet̄ sanari sine iunctura potest. Nōnunq̄ vero, maximeq; vbi motum est elabit̄, fereq; id quod a pectore sub id quod ab humero est in posteriorē partem inclinat̄. Et paulo īfra A dextro vero ingulo si id fractū est ad alam sinistrā, a sinistro ad dextram. De Ingulo item sic Aristoteles lib. i. Cōmunis colli ꝛ pectoris pars ingulum est. Ingula vero genere feminino signum cęleste esse docet Varro in lingua latiali, de quo meminit Plautus in Amphitriōe. Neq; ingula neq; vesperugo.

Ingula

Tenui susuro minima delatione vt notet Domitianum qui minimam ob rem quocunq; accusante ciues damnabat.

Meditari

Meditatus p̄lia villa, hoc est qui in aīo suo p̄lia pertractauerat in villa sua. Aut qui exercuerat p̄lia in villa tentans quid posset efficere aduersus hostem. Nā meditari accipit̄ pro cogitare ꝛ mente pertractare, vt illud Oratii. Nescio quid meditans nugaꝝ, Terentius, Meditata sunt mihi omnia mea incōmoda. Item pro exercere, vt illud Quintiliani. Declamatio est forēsiū actionū meditatio.i. exercitatio. Plinius in panegyricis Traiani, quum in illa meditatione campe militaribus turmis imperatoriū puluerem sudorēq; misceres, vbi accepit meditationem pro prolusione, ꝛ sic meditari proludere. Sic Virgi. contra proludere accepit pro meditari. Aut sparsa ad pugnam proludit arena.i. premeditatur. Sic Cicero si mecum in hac prolusione nihil fueris, idest in hac premeditatiōe cetraminis Iosippus de bello Iudaico ait meditationes dici conflictus sine sanguine, pręlia vero meditationes esse cum sanguine.

Et fuscus, subaudi adest. Est enī Cornellius ille fuscus qui temporibus Domitiani p̄torianę cohortis prefectus Bellum gessit aduersus Dacos, a quibus in p̄lio est occisus. Lege Tacitum. Martia. de eo ita scribit lib. vi. Ille sacri lateris custos martisq; togati. Credita cui summi castra fuere ducis. Hic situs est fuscus licet hoc fortuna fateri. Non timet hostiles iam lapis iste minas

Grande

Et qui vulturibus seruabat viscera dacis
Fuscus marmorea meditatus pręlia villa.
Et cum mortifero prudens veieno Catullo,
Qui nunq̄ visę flagrabat amore puellę,
Grande & cōspicuum nostro quoq; tp̄e mōstrū,
Cęcus, adulator, dignusq; a ponte satelles,
Dignus aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaq; deuexę iactaret basia rhedę.
Nemo magis rhōbū stupuit, nā plurima dixit
In lęuam conuersus, at illi dextra iacebat
Bellua, sic pugnas cilicis laudabat & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.
Non cedit veiento, sed vt phanaticus oestro

Grande iugum Domita Dacus ceruice recepit. Et famulū victrix possidet vmbra nemus. Vulturibus. Bene autem vulturibus, cadauera.n. adeo auide sequūtur, vt triduo ante aut biduo volare eo, vbi cadauera futura sunt, tradant̄. Plini. lib. x. Prudens vegento. Vegentonis ꝛ Catulli Messalini cęci mentionem facit Plini. epistola ad Sempronium Ruffum. Sic cœnabat. Nerua cum paucis Vegento recumbebat proximus atque etiam i sinu. Dixi oīa. Quum hominem nominaui incidit sermo de Catullo Messalino qui luminibus orbatus ingenio suo mala cęcitatis addiderat, non verebatur, non erubescat, non miserabat̄. Sępius a Domitiano nō secus ac tela quę ꝛ ipsa cęca ꝛ improuida feruntur in optimum quēq; contorquebat. De huius nequitia sanguinariisq; sententiis in cōmune omnes super cœnam loquebant̄. Hinc ergo poeta mortiferum Catullū appellat vt delatorem ꝛ nocentissimum hominem. Vegentonē autem appellat honorifice prudentem, neq;.n. vsq̄ apparet eum fuisse malum, sed doctum ꝛ familiarem Nerue, est autem Fabricius ille vegento vir senatorius, de quo in sexta satyra intellexit poeta, vbi ostēdit. Hippiam vxorē eius, relicto marito per impudicitiam gladiatorem abeuntē ab vrbe in ęgyptum vsq; fuisse secutam. Nunq̄ visę, ordo est, qui flagrabat amore puellę nunq̄ visę, erat enim vt dictum est luminibus orbatus. Grande, expositio est. Satelles dignus, hoc est dignus qui ad pōtes mendicaret, in quibus solent considentes pauperes stipem a transeuntibus petere. Seneca in sublicium pōtem me transfer, ꝛ inter Egenos abige, non ideo tamē me despiciam q; in illoꝝ numero cōsedero, qui manū ad stipem porrigunt. Iuuenalis in sequentibus. Nulla crepido vacat nusq̄ pons. Idem alibi inuitatus ad hęc aliqui de ponte negabat.

Satelles

Satelles, Ironice Satellitē quasi pōtis custodem appellauit, nam Satelles proprie is appellatur qui ad custodiam principis assistit. Vnde Cecilius Ciprianus in epistola ad Donatū. Exigit pœnas pariter de potentiore sublimitas sit licet Satellitum manu septus, ꝛ clausum ac prope tectum latus numeroso stipatore tuetur. Aricinos.i. qui stipem peteret ab iis qui Ariciam vehunt̄. Nam Aricię quę sita est i cliuo in Appia via post albanam mōtē lucus fuit Dianę quod Arthemisium appellauere, quo magna popu-

Arthemisiū

lorum multitudo confluebat, propter quod mendici i eo cliuo sedentes mendicabant. Rhedę deuexe, est.n. enim cliuus iuxta Ariciam. Martialis. Debet Aricino conuiua recumbere cliuo. Magis stupuit, q̄ ipse Catullus Messalinus. Sic pugnas cilicis. Cilix nomen fuit Gladiatoris cuius pugnas simili adulatione laudabat.

Pegma Ludicre artes

Et Pegma, Pegmata Machinamenta erant lignea quę i triumphoꝝ pompa ferebant̄, eo artificio cōpacta, vt per se surgerent veluti ramos exerentia. Seneca ad Lucilium de artibus liberalibus. Ludicrę sunt artes quę ad voluptatem auriū atq; oculoꝝ tendunt, his annumeres licet machinatores qui pegmata per se surgentia excogitent ꝛ tabulata tacite in sublime crescentia Martia. Et crescunt media pegmata celsa via. Iosephus item lib. vii. de triumpho Vespasiani ꝛ Titi loquens sic scribit. Maxime aūt erat stupor machinarū quę portabant̄, siue pegmatum fabricatio, p̄ quorum magnitudine timēdum viribus portantium occurrentes timebant, multa.n. in tertium nidum quartum que surgebāt, ꝛ magnificentia fabricę cum admiratione delectabant. De quibus sic Claudianus de consulatu Manlii Theodosii, vel qui more auium sese iaculātur in auras. Corporaq; ędificant celeri crescentia nexu. Quoꝝ cōpositam puer augmentatus in artem. Emicet, ꝛ victus plātę vel cruribus herēs. Pendula librato fugat vestigia saltu. Mobile pōderibus descendat pegma reductis. Pegma autem dictio est gręca q̄ pagamentū significat αωοτο ωητυειν quod est pangere. Et pue.s. laudabat residentes in pegmate. Inde rap.i. ex pegmate finitis ludis ablatos aut raptos, mox stupratos. De quibus videt̄ itellexisse. Diuus Augu. lib. ii. sic dicens. Veniebamus nos etiam aliquando adolescentia ad spectacula ludibriaq; sacrilegiorum spectabamus arreptitios, audiebamus symphoniacos, ludos turpissimos, quę diis deabusq; exhibebant̄, vbi videt̄ vt diximus per arreptitios intellexisse pueros arreptos ad stupra. Ad velaria. Velaria loca erant vbi vela reponebant̄, quę ad ornandum theatrū tenebant̄, nō sum nescius ꝛ velaria poni ēt pro ipsis velis nisi mendum, est apud Papinium in Syluis libro. i. Iam velaria lintea pluebant. Nam illic in plerisq; codicibus legitur Bellaria adorea pluebant. Non cędit veiento. id ē in adulatione ꝛ piscis laudatione non cędit Messalino, ac si dicat longe vehementius adulat̄. Vt phanaticus. Phanatici proprio epitheto dicebant̄ sacerdotes cybeles siue bellonę qui veluti deę num ne afflati caput ꝛ comas rotabāt iactabātq;, futuraq; p̄dicebāt. Lucanus in primo. Crinēq; rotātes sanguineū populis cecinerunt tristia galli. Quintilianus lib. ix. Iactare caput ꝛ comas rotare phanaticū est. Lāpridius i Heliogabalo. Iactauit aūt caput inter p̄cisos phanaticos ꝛ genitalia sibi deuinxit. Porphirio ita scribit i Oratiū. Affirmat aūt non magis matris magnę aut Apollinis numine instinctos furere q̄ eos qui iracundia sunt incitati. Horatius in poetica. Aut phanaticus error, ꝛ iracunda Diana. Idem Enthei etiā dicebant̄, quasi diuini ꝛ deo pleni. Papinius in Syluis. Eat Enthea vittis. Atq; Hederis redimita cohors. Mart. Spadone quū sis eniratior fluxo. Et cōcubino mollior celeneo. Quem sectus vlulat matris eritheę gallus. Nā sacerdotes Cybeles furere correpti in sacris vlulatu regrebant athin, quē oli Cybele amauerat. De sacerdotibus Bellonę sic, ꝛ Lactātius libro primo de institutione diuina.

Vela Phanatici Enthei

Percussus bellonā tuo diuinat.ē ingens
Omen habes inquit magni clariq; triumphi,
Regem aliquem capies, aut de temōe britanno
Excidet aruiragus,peregrina est bellua,cernis
Erectas in terga sudes hoc defuit vnum
Fabricio patriā vt rhombi memoraret ē annos,
Quid nam igit̄ censes? cōciditur. absit ab illo
Dedecus hoc mōtanus ait.testa alta paretur,
Que tenui muro spaciosum colligat orbem,
Debet̄ magnus patine subitusq; promethens.
Argillam atq; rotā citius properate, sed ex hoc
Tempore iam cesar figuli tua castra sequantur
Vicit digna viro sententia.nouerat ille
Luxuriam imperii veterem noctesq; neronis
Iam medias.aliāq; famem cum pulmo falerno
Arderet,nulli maior fuit vsus edendi
Tempestate mea,circeis nata forent,an

Percussus tuo oestro o bellona.i tuo furore correptus Oestrum greci, vt autor est festus, appellant furorem οιςρεω enim idem est quod insanio. Vnde Oestrum etiam accepere greci pro eo quem latini Asylum dixere.id est Tabanum,est enim genus violēte musce que in furorem armēta agit, Virgilius in.iii.georgicorum Est lucos silari circa illi cibusq; virentem Plurimus Albumum volitans,cui nomen Asylo Romanum est. Oestrū graii vertere vocantes. Semper acerba sonans quo tota exterrita siluis Diffugiunt armenta, Hic ergo Oestrum pro furore poeta posuit. Statius lib.primo Thebaidos, Tempus erit quum laurigero tua fortiter oestro Facta canam, Idē in Syluis de Genethliaco Lucani, Docto pectore concitauit oestro, Pli.lib.xi.capi.xvi. Nascuntur aliquādo in extremis fauis apes grandiores que ceteras fugāt Oestrus vocat̄ hoc malum. Et idem capi.xxviii.eiusdem libri. Quibusdam aculeus in ore, vt asylo siue tabanum dici placet, Sene.ad Lucilium, Hunc quem greci oestron vocant.pecora peragentem ₇ totis saltibus dissipātem asylum nostri vocabant, quibus verbis ostendit vocabulū Asylum interiisse, ₇ oestron in vsu remansisse. Bellona,dea est belli. Sensit Apuleius in metamor. sua cybelen, Bellonam ₇ isidem easdem esse deas,eosdemq; sacerdotes qui suo cruore in earum sacris rem diuinam faciebant. Nam gladiis humeros sibi ₇ lacertos feriētes ₇ capitis agitatione discurrebant ₇ veluti numine dee afflati agebantur,predicebātq; futura. Et bellona.vocatiuus est casus, vt sit ordo. Veiento vt phanaticus percussus tuo oestro o bellona diuinat. Diuinat,p̄dicit,est enim diuinare quod futurum sit predicere, Regem aliquem capies.hic argumētatur diuinatq; eū capturum aliquem regem barbarum ₇ peregrinum.qa piscis scit peregrinus ₇ spinis armatus, vt reges casside cristata armantur, Excidet de temone britanno.idest capietur in bello ₇ de curru deiicient̄, Nam britanni curribus vtuntur in bello.vt autor est Cesar in Commentariis.quos couinos autore Pomponio Mela vocabant Lucanus.₇ docilis rector monstrati belga Couini. Quod britanni curribus in bello vterentur indicant. ₇ Propertius sic.Hiberniq; gete.pictoq; Britannia curru, Et Cor.Tacitus in vita Agricole loquens de britāniis Quedā nationes ₇ curru preliant. Aruiragus.rex britannie. Sudes metaphoricos appellat pinnas,quum sudes dicantur pali. Hoc defuit vnum fabritio.ita inquit reliqua per assentationem predixit. vt aliud nihil restaret q̄ vt commemoraret patriam piscis.₇ quot annos esset natus,sicq; tantam assentationem apprehensoremq; eius subsannat. Quidnam igitur censes verba sunt Iuuenalis. quid putas inquit decretū fuisse de pisse coquendo. Conciditur verba persone introducte respondentis. Absit ab illo.verba poete recitantis sententiam montani. Dedecus hoc.scilicet vt cōcidatur. Testa patella fictilis in qua integer coquatur. Tenui muro,que summe sit tenuitatis, laus est figuli in conficiendis vasis ea ducere tenuia. Hiperbolicos murum appellauit. quum Murus proprie sit qui publica ambiat. vt ciuitatem. Paries vero priuata, vt domos. Orbem spaciosum,id est que spaciosa sit ₇ apprime capax. Debetur promethens. inueniendus est inquit optimus ₇ prudens figulus. qui fingat patinā.qualis fuit promethens, qui ex limo hominem finxit inanimatum ₇ insensibilem, sed beneficio minerue in celum assumptus ignem ex radiis solis furatus ē eūq; pectusculo hominis applicans animatum reddidit.Higinus. Ouidi. ₇ Fulgentius, dictum autem voluere promethenm quasi προμηθιαν quod nos latine prouidentiam dicimus. Sapientia enim eloquentuq; sua a bestiarum vita in ciuilem homines transformauit. Argillam atq; rotam, Argilla genus est terre, vnde finguntur vasa, Rotam, scilicet figularem. Eam inuenit Anacharsis scythes. siue Chorebus Atheniensis, vt Plinius in. vii. ₇ Laertius Diogenes tradunt. Quamuis scribat Sene. ad Lucilium figuli rotam, apud Homerum inueniri. Sententia, scilicet Montani. Digna viro,ac si dicat talis fuit sententia qualis vir. quasi qui cibis optime conditis delectaretur. Corpulentū enim fuisse ₇ magni ventris superius ostendimus. Noctesq; neronis, non est inquit mirum si tam grauem tulit sententiam de coquendo pisce, quia callebat quid imperatores superiores.₇ presertim Domitius Nero facere consuenerint in parandis obsoniis. Nam Nero (vt autor est Tranquillus) epulas e medio die ad mediam noctem protrahebat.refotus sepe callidis piscinis ac tempore estiuo niuatis. Aliamq; famem.idest quomodo nouam aliā famem posset sibi excitare, quum ex nimia repletione cibi ₇ potus stomachus arderet. ac si dicat nouerat delicatis pulmentariis lautioreq; apparatu ciborum stomachum refocillandum. Quum pulmo arderet, id est nimia crapula ferueret. Falerno. vino campano austero. Maior vsus edendi, maior peritia in ciborū delectu, q̄ ipsi Montano.qui primo morsu callebat ex quo littore mitterentur educataq; fuissent ostrea.

Circeis,id est in campania iuxta circeos esset nata. Circei enim oppidum est Campanie, Oratius. Ostrea circeis. Miseni oriuntur echini.ordo autem est montanus callebat deprehendere primo morsu an ostrea nata forent Circeis.an ad saxum lucrinum. an edita essent fundo ruti.pino,

Ad saxum

[Margin: oestrus, Asylus; Murus, Paries, Promethens, argilla; diuinare, Conninus, Sudes, Circei]

Ad saxum lucrinum, hoc ē in lacu lucrino, nam illic prima fuit ostreoꝝ cōmendatio, primusq; Sergius Orata, vt scri. Pli.lib.ix.optimum saporē lucrinis adindicauit,alibi capta in lucrinum aduehebant̄, vt illic saginarent̄. Idē Plinius auctor. Martialis. Ostrea Tumidis stagno saturata lucrino. Lacus autem Lucrinus in campania est. Saxum.i. rupes lucrinas.

Lucrinum ad saxum,rutupinoue edita fundo
Ostrea callebat primo deprehendere morsu.
Et semel aspecti litus dicebat echini.
Surgitur,ē misso proceres exire iubentur
Consilio,quos albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos ē festinare coactos,
Tanquam de Cattis aliquid,toruisq; sycambris
Dicturus tanq̄ diuersis partibus orbis
Anxia p̄cipiti venisset epistola penna,
Atq; vtinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora seuitie,claras quibus abstulit vrbi
Illustres animas impune,ē vindice nullo
Sed periit,postq̄ cerdonibus esse timendus

Rutupino fundo.i. ex mari britannico, nā ostrea britānica inuenta fuere post lucria. Plinius lib.ix. Nondū Britannica seruiebant littora,quū Orata Lucrina nobilitabat. Ex extremis.n.maris tractibus querebant̄ pisces. Vñ Vitelius in delicatione patine sue.a Carpathio vsq; freto hispanie p̄ nauarchos ac Triremes pisces conquisiuit. Seneca,non est necesse perscrutari profundū, nec strage animalium ventrem onerare, nec Conchylia vltimi maris ex ignoto littore eruere. Rutupino. Rutupinum autem Britānicum significat ab oppido littorali, quod docet Ptolomeus lib.ii. vbi scribit Canticoꝝ vrbem esse rutupias Lucāus. At vaga quū tethis rutupinaue littora feruēt. Vnda Caledonios nescit turbata britannos. Ostrea, pisces sunt concha inclusi. Oui.lib.v.fastoꝝ. Ostreaq; in conchis tuta fuere suis. Echini, sunt Echini ex genere cācroꝝ in quibus spine pro pedibus. Ingredi his est in orbem volui. Echinus etiam capit̄ pro theca illa spinosa castaneaꝝ. Echeneis vero piscis est paruus,quā remorā latini dixerunt. Naues velis plenis euntes retinere dicit̄,si carinis heserit, auctor Plini.lib.ix. Lucāus Non puppim retinens euro tondente rudentes. In mediis echineis aquis. Semel aspecti, quem semel aspexisset. Misso,pro dimisso. Concilio,senatoribus.

Arcem albanam, bene autem arcem appellauit. Nā vt auctor est Asconius. Arx dicitur vel sedes tyranni vel editus in ciuitate ₇ munitior ad salutem ciuiū locus, Vnde Virgi. Quo res summa loco panthu, quam prehendimus arcem? Traxerat, hoc verbo ostendit eos inuitos sequi imperatorem ob eius seuitiam. Secessu.n.albano maxime delectabat̄. Attonitos,anxios ₇ qui sibi timerent ob eius crudelitatem. Tanquā de Cattis,legendum est de Cattis non getis, ad historiam.n.respicit. Nam de Cattis Dacisq; post varia proelia duplicem triumphum egit. Tranquillus ₇ Eusebius auctores. Statius, lib.i. Syluaꝝ Das Cattis Dacisq; fidem. Eutropius, de expeditionibus Domitiani sic scribit. Expeditiones quatuor habuit, vnā aduersus Sarmatas, alteram aduersus Cattos, duas aduersus Dacos. Sunt autem Catti, populi germanie Sycambris finitimi qui indigentia laborant, auctor est Strabo lib. vii. Eos incohare ab Hericino saltu scribit Tacitus. Sycambris, germanie sunt populi inter rhenum ₇ Albin flumen siti ad oceanum, de quibus multa Cesar in cōmentariis, ₇ Tacitus in libro de situ germanie. Toruis, terribilibus a terrēdo quasi teruis. Epistola anxia, hoc est que res afferat tristes ₇ calamitosas. Penna p̄cipiti, hoc est que per auem esset allata. Nam quum celeriter aliquid nunciandum esset, didicere antiqui auibus litteras alligare, quas volantes perferebant. Plini. de Columbis sic scribit libro decimo. Quin internuncie in magnis rebus fuere, ₇ epistolas annexas eaꝝ pedibus obsidione mutinēsi in castra pertulere. D. Bruto mittente. Quid vallum ₇ vigilum obsidio, atq; ēt retia amne pretenta profuere Antonio, per celum eūte nūcio? Atq; vtinam his potius, vtinam inquit tēpora imperii sui potius cōsumpsisset i his nugis nec abstulisset nobiles ₇ illustres ciues. His nugis, his deliberationibus, quales fuerunt de coquēdo pisce. Quibus.s. temporibus. Abstulit, necando.s. Illustres aīas, nobiles ₇ illustres ciues. Complures enim senatores in iis aliquot consulares interemit, ex quibus ciuicam cerealem in ipso asie pro cōsulatu, Saluidienum, Orfitum, Acilium, Glabriōem, quos prius exilio insulari mulctatos īteremit quasi nouarum rerum molitores. Ceteros leuissima quemq; de causa. Aelium Lamiam, Saluium Coccianum, Metium Pomposianum. Salustium Lucullum. Iunium rusticum, ₇ multos alios. Lege Trāquillum de eius seuitia ₇ Eusebium. Impune, nullo existente qui tantam crudelitatem vlcisceret̄. Sed periit, postq̄. Sensus est. Dum seuit in nobilitatem hunc ₇ illum necando, nemo inuentus est qui eum interimeret, sed postq̄ cœpit sanguine plebeio manus suas contaminare, stati inuentus est interemptor, Nam a Stephano Domicille flauuie procuratore parthenioq; cubiculario ceteris conspiratis cunctātibus est occisus in cubiculo De parthenio tāq̄ cubiculario Domitiani sic meminit Mart. Muse parthenium rogate vestrum. Admittat timidā breuemq; chartam intra limina sanctioris aule. Nosti tempora tu Iouis sereni, lege Tranquillum. Cerdonibus, hoc est plebeis ₇ vilissimis hominibus, nam Cerdo is appellat̄ qui artificio ₇ lucro victum querit κερδος enim lucrum significat κερδαινω lucror. Causam autem mortis eius in hunc maxime modum exortam esse docet Philostratus in Apollonio tyaneo. Interfecerat Domitianus clementem viꝝ consularē, cui propriam sororem matrimonio desponderat, palam ēt dixerat post tertiā quartāne diem ipsam quoq; ad viꝝ esse profecturam, Stephanus igit̄ mulieris libertus, cuius nomen figurā visi pridem in celo portenti significabat, nam corona grece Stephanos dr̄, siue de interfecto clemente cogitans siue omnium romanoꝝ ciuiū conditione miserat̄ tyrannū interficere proinde aggressus est, atq; olim Athenēnsium liberrimi fecerant. Is igit̄ breuem gladium in sinistre manus brachio collocans manum tanq̄ fractam multis fasciis circūligauit, inde tyranno a foro vbi ius dixerat redeunti obuiam procedens, opus mihi est iquit o rex secreto quedam tibi re

[Margin: Rutupinum; Ostrea, Echynus, Echeneis, Arx, Catti, Sycambri, Cerdo]

ferre, audies autem ex me res magnas atq; mirabiles: Quumq; tyrannus colloquium non abnueret in porticum quę regię adiacebat illum deduxit. Tunc Stephanus nõ est inquit mortuus vt arbitraris inimicissimus tibi clemens sed viuit adhuc, egoq; id optime scio, & ipse est qui nunc aduersus te irruit clamantis adhuc regis & ab ea quę audierat perturbati Stephanus ab aligato brachio gladium educens femur perfodit vulnere quid ad subitam mortem referendã non sufficient sed quod diutius cruciatũ extinguere tandem possit, quũ nullis medicamẽtis eẽt curabile. Ille ꝓo & alioquin robusto corpore & annos ętatis quinq; supra quadraginta natus propter vulnus minime deiectus ẽ, apprehẽsoq; Stephano superincũbens erue oculos nitebatur, & faciem aureo calice qui forte sacrorum causa astabat pertundens Palladem vt sibi ferret auxiliũ inuocabat. Audientes autem clamorem corporis custodes aliquo modo illum opprimi cognouerunt vniuersi ignosco accurrẽtes quũ iam pene exanimatum offendissent aliquot illatis vulneribus interfecerunt. Hoc nocuit. s. seuinisse in cerdones & homines tenuis fortunę. Madenti cęde lamiarum, hoc est cęde nobilium. Nã Lamias posuit pro omnibus nobilibus, respexitq; ad historiam. Aelium enim Lamiã interemit ob suspiciosos & veteres & innoxios iocos Auctor Tranquillus. Lamię genus duxerunt ab lamo qui vt tradit Homerus in odyssea Caietę regnauit. Silius. Et regnata lamo caietę Horatius. Aeli vetusto nobilis ab Lamo.

Cœperat; hoc nocuit lamiarum cęde madenti.

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Qunita.

SI te propositi nódũ pudet, atq; eadem est mens
Vt bona summa putes aliena viuere quadra,
Si potes illa pati, quę nec sarmentus iniquas
Cęsaris ad mensas, nec vilis galba tulisset
Quãuis iurato metuam tibi credere testi
Ventre nihil noui frugalius, hoc tamen ipsum
Defecisse puta, quod inani sufficit aluo,
Nulla crepido vacat? nusq̃ pons? & tegetis pars
Dimidia breuior? tanti ne iniuria cœnę,
Tam ieiuna fames cum posit honestius illic

SI te propositi, multi temporibus poetę amicitias nobilium & diuitum sequebant & vilissimis quibusq; officiis cœnas captabant. In quo vitę instituto versantem Trebium amicum suum poeta mõet deterretq; ne tale genus vitę sectet, ostendens superbe contumelioseq; a diuitibus accipi pauperes. Sicq; notat auariciam sui temporis.

Si te propositi nondum pudet. Ordo est & sensus. O Trebi ego nihil noui frugalius ventre, quasi dicat modicis potes esse contentus. Sed tamẽ putemus hoc ipm modicum quod potest sufficere inani aluo defecisse tibi, nonne potes mendicare? hoc aũt dico. Si te non pudet propositi tui vt velis sequi mẽsas nobilium, & si potes pati quę nec Sarmentus nec galba scurrę tulissent, quãuis tibi iurato, q. s. nõ te pudeat & possis ferre tot cõtumelias non audeam credere. Sicq; ostendit tollerabilius esse mendicare, q̃ contumeliosas sequi mensas nobilium, vbi tãto excipiunt ludibrio. Potest etiam alio modo nec improbãde exponi vt sit sensus & ordo. Ego o Testi metuam tibi credere q̃uis iurato, idest te vt hominem nequã putauero, proindeq; nulla in re tibi fidẽ habuero, si nõdum te pudet propositi, si adhuc tibi placet sequi mensas nobiliũ & pati turpes illas contumelias quas nec Sarmentus nec Galba scurrę tulissent. Nã qui talia sectant, contemnẽdi oĩno sunt, nec digni quibus vlla in re etiam iuratis fides habeat, vnde cum indignatione subdit ventre nihil noui frugalius, quasi dicat nullam habes cãm hõestã quare hoc vitę institutum sequaris, quum natura hominis modicis sit cõtenta, neq; enim est qcq̃ frugalius ventre hoc ẽ moderatus, & quod pauciora q̃rat. Sed quia posset dicere Trebius, quid si illa pauca deficerent, satius est inquit mẽdices. Nondum pudet, vt velis mẽsas nobiliũ seq. Aliena quadra, aliena mensa, & repositorio alieno, nam quadra repositorium appellatur a forma quadratum, vbi ĩcisa reponũt obsonia, quod ostendit Virgi. in ęneide. Patulis nec parcere quadris. Fatalis crusti, ac si dicat repositoriis. Capit & quadra ꝑ frusto velut quadrato, vt est apud Martialẽ. Quum mittis turdũq; mihi quadramq; placentę Bucellas misisse tuas te pontia dicit, quadram ergo. i. frustum placentę quadratum. Horatius in epistolis. Et mihi diuiduo findet munere quadra. Seneca de beneficiis. Quis beneficiũ dixit quadrã pãis, aut stipem ęris abiecti, aut ignis accendendi factam potestatẽ? Marti. lib. xii. in vaceram. Nec quadra deerat casei tolosani. Nec sarmẽtus iniquas. Sarmẽtus eques fuit Romanus scurrilitate notissimus, ac per hoc Augusto Cęsari gratissimus, de quo meminit sic Horatius in satyris. Nũc mihi paucis Sarmenti scurrę pugnas messiiq; ciceri. Musa velĩ referas. Eius ẽt meminit Plutar. in Antoniũ. Galba, item scurra. Mart. Ille suo felix Cęsare galba vetus, alibi. Qui galbam salibus tuis & ipm posses vincere tectiũ caballũ. Tibi iurato, hoc est qui iuraueris, In actiua est significatione. Est. n. ex his verbis neutris quę antiqtas duplici inflexit p̃terito, vt prandi pransus, cœnaui, cœnatus, placui, placitus, nupsi, nupta, iuraui, iuratus, Cicero in officiis. Quũ vero iurato sententia dicẽda ẽ. Horatius in epistolis. Per sanctũ iuratus dicat osyrim. Credite. Testi, vocatiuus est casus. Necesse est intelligamus Trebiũ testam tũ vocitatũ esse. Nulla crepido. nullum saxũ nullus locus eminens vbi solent mendici cõsidere. Nã crepido capit pro loco excelso & sumitate excelsi loci, vnde Sene. ad Luciliũ. Nusq̃ pons, nã in pontibus mẽdicare solent paupes, vnde in priore satyra. Dignus a põte satelles, & alibi inuitatus ad hęc aliquis de ponte negabit. Itaq; calligabit si vastã altitudinem in crepidine eius cõstitutus despexerit. Et tegetis pars. Est aũt teges genus straguli non absimile storeę, de qua sic Varro in re rustica lib. i. Sic fiũt de canabi, lino

Quadra

Et tremere, & sordes farris mordere canini?
Primo fige loco, quod tu discumbere iussus
Mercedem solidam veterum capis officiorum.
Fructus amicitię magnę cibus, imputat hũc rex
Et quãuis rarum tamen imputat, ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem,
Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,
Vna simus ait, votorum summa, quid vltra
Quęrit? habet trebius propter qd rũpere somnũ
Debeat & ligulas dimittere sollicitus ne
Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Syderibus dubiis, aut illo tempore quo se
Frigida circũagunt pigri sarraca bootę.
Qualis cœna tamẽ? vinum quod succida nollet

bi, lino iũco, palma, scirpo, vt funes, restes, tegetes. Idẽ in secundo. Diligentioris tegeticulis subiectis oues tondere solent, nequi flocci intereant. Idem in tertio. Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordine supra quos tegeticulę canabinę sunt impositę, vnde & poeta in sexta satyra. Ansa palatino tegetem p̃ferre cubili, hoc est stragulũ lupanaris lecto imperatorio. Pli. lib. xiii. & libro papyri vela tegetesque necnon & vestrem atq; stragula ac funes contexunt. Tanti ne iniuria cœnę, est ne tanti faciẽda cœna illa iniuriarũ plena, vt debeas pati tot contumelias, quũ fames tua tam ieiuna possit honestius illic & tremere &c. vt legendũ sit possit & nõ possis quum versus aliter stare non queat. Fames ieiuna, hoc est, quã vix saciare possis acp hoc semper videt eẽ ieiuna. Illic, in locis mendicantium. Sordes farris canini. i. panem sordidum caninũ, hoc est qui dat canibus. Varro in re rustica panem ordeaciũ canibus dandum putat. Primo. fi. lo. propõit incõmoda & cõtumelias quibus afficit in cœnis diuitum, putat inqt diues amplissima tibi laborum mercedẽ rependisse, si tibi vnã dedit cœnã. Fige, pone, & statue iam ho c. Primo lo. s. contumeliarum. Fructus ami. ordo est cibus ẽ fructus magnę amicitię, magnam amicitiã appellat diuitis, sicut post hunc magni delator amici, & alibi. In quorum facie miserę magnę sedebat pallor amicitię. i. imperatorię & potentis hoĩs. Rex, diues, de quo prima satyra diximus. Rex horum. Imputat, obiectat Sene. de beneficiis. Ministerium est serui quem conditio sua eo loco posuit, vt nihil eorum quę p̃stat imputet superiori. Et q̃uis rarum. s. cibum licet inquit te raro vocet ad cœnam, id tamen tibi imputat & obiicit. Ergo duos, ordo est. Ergo diues ait simus vna. Tertia culcitra, tertius lectus, ternis enim lectis cœnabant antiqui, vnde vt alibi ante diximus triclinium grecę appellatur non solũ ipsi tres lecti, sed & locus ipse vbi cœnabãt. Horatius. Sępe tribus videas lectis cœnare quaternos. Culcitra autem appellat q aut plumis, aut tomento repleatur & inculcetur. Cicero in tertio Tuscula. Eripiamus huic ęgritudinem, quomodo? collocemus in culcitra plumea. Lampridius in Antonio heliogabalo. Nec cubuit in accubitis facile nisi his quę pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum sub balares sępe culcitras mutãs. Votorum summa, exclamatio poetę quũ in vanos clientum labores, tum in sui temporis auariciam, hęc est inquit summa votortum, idest votorum & desideriorum tuorum. merces & retribuitio. Quid vltra quęris, hęc in derisum ipsius clientis non ne hoc magnum est pręmium? quid vltra est quęrendũ quũ hoc sit satis? Habet trebius, Ironicos legũtur, quum capiat inquit tantam mercedem Trebius habet sane, quod debeat rumpere somnum & sequi diuitem in officio salutandi. Ligulas dimittere sollicitus. Nam qui properabant ad salutandum non poterant se colere, vñ Martialis lib. iii. Horridus vt primo semper te mane salutem Per mediumq; trahat me tua sella lutum. Ligulas. Festus Pompeius ligulam scribit esse partem quãdam in calceo ad similitudinem linguę exertę, hãc properãtes demittebãt, erat etiam genus gladii Lingula. Gelius Ligulam item accipimus ꝑ genere mẽsurę & coclearis per diminutionem a lingua eiusdem significationis Plini. lib. xx. capi. xxiii. Sunt qui comitialibus morbis dãndum putãt linguę mẽsura, est enim instrumẽtum ad similitudinem coclearis, nisi quia coclear concauum est, lingua vero plana est & oblonga in speciem linguę. Martia. in distichis de ligula diminutiuo, Quamuis me ligulam dicant eqtesq; patresq;. Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Peregerit orbem, officium salutandi perfecerit. Sideribus dubiis, vt adhuc non facile cognosceret an dies & lux vicina foret. Aut illo tempore, idest iam appropinquante die quo tempore plaustrum peregit cursum suum in septẽtrionem. Propertius. Quum iam Electãt Icarii sidera tarda boues. Frigida sarraca, idest plaustra septemtrionalia. Boote, idest bubulci. Nam qui de Astrologia scripserunt, tradunt septem stellas esse in cœlo ex quibus duę quę pariles & maxime in vno loco videntur pro bobus haberentur. Reliquę vero quinq; figuram plaustri simularent & quod proximum est his signum bootem appellari volunt. Pigri, hoc est ex ratione sperę dictũ, nam quum modico flectatur gyro circa polum septẽtrionalem, nec longe discedat, ideo piger vocatur. Vinum, quod succida nollet lana pati. Conqueritur non idem vinum apponi conuiuis, sequitur enim Ipse capillato diffusum consule potat. Eadem etiam est querela apud Plinium in. xiiii. loquentem de Catone redeunte cum triumpho ex Hispania. Non aliud inquit vinum bibi q̃ remiges, in tantum dissimilis istis qui etiam conuiuis, alia q̃ sibimetipsis ministrant, aut pro cedente mensa subiiciunt. Succida, ea dicitur lana succida quę succisa ex oue nondum est lota, dicta a sudore. De quo ita Varro in re rustica lib. ii. Tonsurę tẽpus inter ęquinoctium vernum & solsticium, quum sudare inceperint oues, a quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. Corybanta videbis, iam inquit putabis de conuiua importuna ministrantium vexatione esse insanum & furentem, quales erant corybantes, qui ita sunt appellati, q inter saltandum capita iactarent quod coryptin dicitur, quos Betarmonas vocat Home. Euge age pheacum Betarmones egregii ad sunt. Hinc qui capita saltando iactant & numine aspirantur & furiis agitantur corybantiare dicimus, ii antẽ existimãtur iidem fuisse qui & curetes Iouis in Creta

Culcitra

Ligula

Lingula

Succida lana

Corybantes

Betarmones

Corybãtiare

Curetes educatores, qui quia alendi Iouis curam gesserunt Curetes noiati sunt. Nam dicuntur in ida monte quũ Iuppiter infans nutriretur ne vox eius vagientis audiretur a saturno tympana & cymbala pulsasse. De qbus multa Strabo in .x. Alii vero tradunt Corybãtes dictos eẽ a pupillis oculoꝝ siue genis quas greci κορας vocant ꝙ ipsi quum custodes essent Iouis non modo excubare sed etiam apertis oculis dormire cogebantur huic natum vicio ex fabula vocabulum, vt qui leporũ modo somnum caperent oculis patentibus ita nominarentur. Seruius li. iiii. **Iurgare Obiurgare** Iurgia, verboꝝ cõtentiones. Inde ẽ iurgare & obiurgare non sine differentia, vt iurgare sit verbis contendere & veluti altercari. Obiurgare vero rephendere. Vnde est illud apud Apuleium in prima apologia. Rhetori iurganti, an philosopho obiurganti. Rhetor enim in actione causarum verbis contendit ac perstrepit philosophus vero hominũ delicta obiurgat. Preludunt, pcedunt tãquã future pugne ꝑludium. Torques, in ministros a quibus pulsatus fuisti. **Mappa** Mappa, genus est mantilis ad vsum mensaꝝ. Hora. in epistolis loquens de conuiuis sic. Varius mappa compescere risum vix poterat. Idẽ in epistolis. Ne turpe toral ne sordida mappa, corruget nares, & vt alibi in sequentibus dicemus quum publice ostendebat, erat signum futurorum ludoꝝ circensium. Interea megalesiace spectacula mappe. Rubra. que ex vulnere facta est rubra. **lagena** Lagena, vas tam vinarium quã aquarium. Saguntina, hoc est fictili a Sagunto ciuitate hispanie, vñ vasa fictilia pulcherrima mittebantur. Marti. Ficta Saguntino Cymbia malo luto. Ea quia fictilia erant & tã quã modici precii apponebant pauperibus conuiuis. Martia. Que non sollicitus teneat seruetq; minister. Sume Saguntino pocula facta luto. Ipse, scilicet diues. **Protopum** Diffusum, expressum, quod postea in vasa diffundi solet in vsum totius anni. Vnde Pli. lib. xiiii. Protopum appellatur a quibusdam mustum sponte defluẽs antequã calcentur vue, hoc protinus diffusum lagenis suis deferuere passi. Et alibi, vt statim dicemus vina q̃ eo anno diffusa sunt in ducentissimum annum seruata fuerunt. Idẽ alibi diffusa, ita decimo die obtuerant. Apuleius libro nono de asino aureo. Concurrit vnus e cella vinaria nuncians omne vinum qđ olim diffusum fuerat in omnibus doliis feruenti calore rebulire.

Consule capillato, vinum opimianum intelligit. Nã Lucio opimio consule quo tempore Caius Gracchus Tribunus plebis agrarie legis promulgator interemptus est, celi temperies fulsit, quã cocturam vocant solis opere, tanta vini fertilitate & ꝑstãtia, vt que eo anno diffusa sunt in ducentesimum annum seruata fuerint, redacta in speciem mellis asperi, ita vt non sit mirum ad tempora vsq; Iuuenalis perdurasse, auctor est Plinius libro decimoquarto capite. iiii. Capillato, antiquo, nam antiqui intonsi incedebant & capillati. Calcatam, idest vinum quod exit ex vuis calcatis & pressis.

Lana pati, de conuiua corybanta videbis.
Iurgia preludunt, sed mox & pocula torques
Saucius, & rubra deterges vulnera mappa,
Inter vos quotiens libertorumq; cohortem
Pugna saguntina feruet commissa lagena.
Ipse capillato diffusum consule potat,
Calcatamq; tenet bellis socialibus vuam,
Cardiaco nunquã cyatum missurus amico.
Cras bibet albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriam, titulumq; senectus

Horatius. Et prelo domitam Caleno, tu bibes vuam.

Cã belli socialis Bellis socialibus, idest quo tempore fuit bellum sociale, quod ob hanc causam excitatum est. Nam quum senatus auctore Liuio libro. lxx. & lxxi. Impotentiam equestris ordinis in officiis exercẽdis ferre nollet, omni vi niti cœpit, vt ad se iudicia transferentur. M. Liuius Drusus Tribunus Plebis causam senatus suscepit. Itaq; vt maioribus viribus eam tueretur socios & Italicos populos spe ciuitatis Romane sollicitauit. Iisq; adiuuantibus per vim legibus agrariis frumẽtariisq; latis legem quoque iudicialem tulit, vt equa parte iudicia penes senatũ & equestrem ordinem essent. Quum deinde promissa sociis ciuitas prestari non posset. Irati Italici defectionem agitare cœperunt, propter quod. M. Liuius Drusus etiam senatui inuisus factus velut socialis belli auctor incertum a quo domi occisus est. Contra autem matrem & parentem suam vrbem, omne latium, atque picenum. Aetruria omnis atq; cãpania, postremo Italia consurrexerunt. Eo bello nihil vnquã fuit calamitosius. **Cardiacus** Amico cardiaco, idest laboranti dolore stomachi καρδιαν enim stomachum dixerunt veteres greci auctore Galenos libro qui inscribit medicus, vbi sic scribit ηδε καρδιαν η διαθεσις συν αυτω του περι καρδιαν ειναι το παθος ουτως ονομασται αλλ επει καρδιαν οι παλαιοι τον στομαχον εκαλουν, dispositio autem cardiaca nõ sic denominata est ꝙ dolor circa cor esse contingat, sed qm̃ cardian antiqui stomachum vocabant, cardiacis autem vino optimo maxime succurritur, vnde Pli. libro. xxiii. Cardiacorũ morbo vnicam spẽ in vino esse certum est. Id autem morbi genus nihil aliud est, q̃ nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente immodico sudore digeritur. Hec Celsus libro tertio. Seneca ad Luciliũ. Bibere & sudare vita Cardiaci est. Plinius ait, cor eius cremari non posse qui tali morbo perierit. De montibus albanis, vinum albanum intelligit predulce. Albane enim vue vrbi vicine predulces sunt, vt scribit Plinius libro decimoquarto capite. vi. Et vt scribit Columella in nobilitate vini principatum obtinent vites Marsici surrentemq; & Albani, atq; cecubini agri. **Setinũ vinũ** De setinis, diuus Augustus setinum pretulit cunctis dictum a Setia ciuitate campanie. Martia. Pendula pontinos que spectat Setia campos. Exigua vetulos misit ab vrbe cados. Titulum, inscriptionem, que vasis adhiberi solet. **Fuligo** Multa fuligine, multa nigricie. Nam fuligo dicitur nigricies omnis que ex fumo prouenit quasi fumigo. Apuleius in prima apologia. Parietes fuligine deformatos ait, idest fumigatos. Veteris teste, vasis. Horatius. Quo semel imbuta est recens seruabit odorem Testa diu. Nam apud veteres vina vasis fictilibus condebantur, obturabanturq; Gypso lege Plinium lib. xiiii. vnde sepe est apud poetas vasa lini, vt illud Terẽtianum vasa omnia releni, idest aperui remoto gypso, est enim releni ꝑteritum a relino. Appellatione autem teste intelligimus & vasa integra & vasorum fragmenta. Trasea heluidiusq; bibebant, adeo vterq; libertatis studiosus fuit, vt natalem diem Brutorum & Cassii qui patriam a tyrannis liberauerant summa poculorum hilaritate celebraret. Petus Trasea patauinus fuit cui Nero, vt Tacitus scribit infensus valde factus est, ꝙ scilicet senatu egressus esset quũ de Agrippina referretur, & ꝙ Iuuenalium ludicro parum expectabilẽ operam prebuisset, ea enim offensio altius penetrabat, quia idem Trasea Patauii. Vnde ortus erat ludis cesticis a Troiano Anthenore institutis habitu tragico cecinerat. Die quoque quo pretor Antistius. Sosianus ob factitata in Neronem probrosa carmina exilio mulctatus est mitiora censuit, obtinuitq;, & quum diuini honores poppee decernerentur sponte absens funeri non interfuit. Nec poppeam deam credidit, ob que Nero stimulante Capitone Cossutiano Trasee inimico eum ad necem compulit, venis enim vtrinsq; brachii excisis vitam cum sanguine amisit talibus verbis vsum capitonem Cossutianum tradit Tacitus contra Traseam. Frustra Nero Cassium amouisti si gliscere & vigere Brutoꝝ emulos passurus es. Nam Cassium longinum iusserat interfici hac vna causa ꝙ in vetere gentili stemmate Cassii percussoris Cesaris imaginem retinuisset. Trasea autẽ fuit socer Heluidii, de quo ita Tacitus, Heluidius, priscus regione Italie Terracine municipio, cluuio patre, qui ordinẽ primipili duxisset ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedit, non vt plerique vt nomine magnifico segne ocium velaret, sed quo firmior aduersus fortuita rẽ pub. capesseret doctores sapientie secutus est qui sola bona que honesta, mala tãtum que turpia, nobilitatem cẽteraq; extra animum, neq; bonis, neque malis annumerabat. Questorius adhuca peto Trasea gener delectus e moribus soceri nihil eq; ac libertatem hausit ruina soceri in exilium pulsus a Nerone Apolloniam concessit, vt Galbe principatu rediit Marcellum Eprium delatorem Trasee accusare aggreditur. Hic postea Vespasianum in studio libertatis offendit, vt putaret id optante auunculo Claudio pristinum libertatis statum posse reuocari, quo nomine reus ac preter spem absolutus est. Hi ergo duo Trasea & Heluidius Brutorũ emuli fuerunt intuenda libertate. Hec autem historia inserta est a poeta non tam vt bonum vinum designaret q̃ inuidiam Domitiani qui vt tradit Suetonius Iunium rusticum necari iussit, quoniam peti Trasee, & Heluidii laudes ediderat, appellaueratq; eos sanctissimos, preterea eadem de causa philosophos omnes ab vrbe expulit, & Heluidium Heluidii filium sustulit. De Trasea & Heluidio sic scribit Cornelius Tacitus in vita Iulii agricole. Legimus quum Aruleno rustico petus Trasea, Herẽnio senectioni priscus Heluidius laudati eẽnt capitale fuisse neq; in ipsos modo auctores sed in libros quoq; eorum seuitum delegato triumuiris ministerio vt monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerent. **Corõati conuiuiis** Coronati, nam in solẽnibus conuiuiis Romani epulabantur coronati, sumpta consuetudine a Ionibus populis Asie qui vnguenti coronarumq; in conuiuio dandarum & secunde mense ponende consuetudinem haud parua luxurie instrumenta, vt tradit Valerius reppererũt. Verum eum morem homines prius accepisse videntur a Prometheo, qui quũ ab Ioue vinculis liberatus fuisset in monte caucaso coronam habuisse fertur, vt se victorem impune pecasse diceret. Itaque homines in maxima leticia victoriaq; coronas habere constituerunt. Idq; maxime in exercitationibus conuiuiisq; est custoditum. Lege Higinũ. Brutorum, & Iunii scilicet qui Tarquinium superbum eiecit post stuprum Lucretie. Et Decii qui vna cum reliquis coniuratoribus Iulium Cesarem in senatu confodit. Cassi, Nam & Cassius vnus fuit ex interfectoribus Cesaris studio libertatis.

Delenit multa veteris fuligine teste.
Quale coronati thrasea heluidiusq; bibebant,
Brutorum & cassi natalibus, ipse capaces
Heliadum crustas & inequales berillos

Ipse capaces, Ordo est ipse birrho tenet phialas expositine capaces crustas heliadum & inequales berillos. Sicq; designat Electrum, ex quo vasa potoria magni precii fiebant, id autem erat aurum vbi quinta argẽti portio inerat. Nam quum omni auro insit argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. Vbicunq; argenti quinta portio idest, electrum vocat. vt scribit Pli. lib. xxxiii. capi. iiii. **Electrum** Ex electro in lindo insula rhodiorum Helena sacrauit calicem Minerue mãme sue mensura. Electri natura est ad lucernaꝝ lumina clarius argento splendere verum hoc loco. Id poeta prosequitur quod greci mendaciorum affectatores finxerunt quod nostri postea imitati sunt. Phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis Electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem padum vocamus, & Electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit Electros. Quod esse falsum Italie testimonio patet, neq; enim in Italia ex arboribus fluere electrum cõstat, licet Ouidius grecos imitatus dixerit. Deq; ramis electra fluunt que lucidus amnis. Excipit & nuribus mittit gestanda latinis. Vnde & Martia. lib. iiii. grecos secutus ita dicit. Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit. Fluxit in obstantem succina gemma feram. Que dum miratur pingui se rore teneri. Cõcreto riguit tecta repẽte gelu. Nã succino siue Electro illo ex arboribus destillãte animalia plerunq; corripi falso poete nostri tradiderunt, creditum est, que ita inclusa ꝑpetuo viuere videbant. Mart. in eodem libro. Et latet & lucet phaetontida cõdita gutta, vt videat apis nectare clausa suo. Heliadum igit. i. sororum phaetõtis, que in arbores populos sm̃ fabulas fletu nimio mutate sunt ex quibus electrum fluat, & inde calices fiãt. Helios. n. sol appellat. Veꝝ fabulam poeta historie immiscet, neq; enim ex succino illo qđ electrum etiam appellatum est vasa potoria fiebant, quũ id (si Plinio fides habenda est) nusq̃ reperiat, sed ex electro illo, cui quinta argenti portio inest, vnde sequit. Tibi non cõmittit auꝝ, vnde male hunc locum accipiũt qui ex succino illo vasa fieri crediderũt quũ nusq̃ inueniri id moneat, vt diximus, q de ipso Electro multa disserit lib. xxxvii. cap. ii. **Berilli** Inequalesq; berillos. Nã Berilli aliiq; lapides ꝑciosi poculis aureis inserebant. Berilli autem coloris sunt chrystalli sed crassioris, de hoc Marti. & felis niueum postula vincit ebur, inequales di

xit,quia vt testatur Plinius lib.xxxvii.sexangulari forma poliebant, vt color repercussu angulorum excitaretur. Hos autem mittit India. Tibi nõ cõmittitur aurum, hinc apparet phialas illas ex auro non gũmi fuisse.

Virro, nomen fictum diuitis. Qui numeret gemmas, Gemmatos calices intelligit. Nam poculis vt mõ diximus aureis gemme inserebant̃ & precipue smaragdi qui scythici dicuntur Plinius procemio libri.xxxiii. Nec hoc fuit satis, turba gemmarum potamus & smaragdis teximus calices, ac temulẽtie causa tenere Indiam iuuat, Martia. Gemmatum scythicis vt luceat ignibus aurum. Aspice quot digitos exuit iste calix. Gemmas, insertas scilicet calici.

Virro tenet phialas, tibi non cõmittitur aurum
Vel si quando datur custos affixus ibidem
Qi numeret gẽmas, vnguesq; obseruet acutos.
Da veniam, preclara illic laudatur iaspis
Nam birro vt multi gẽmas ad pocula transfert
A digitis, quas in vagine fronte solebat
Ponere zelotypo iuuenis prelatus hyarbe
Tu beneuentani sutoris nomen habentem
Sicabis calicem nasorum quattuor, ac iam
Quassatum, & rupto poscentẽ sulphura vitro,
Si stomachus domini feruet vinoq; ciboq;
Frigidior geticis petitur decocta pruinis,
Non eadem vobis poni modo vina querebar,
Vos aliam potatis aquam, tibi pocula cursor

Da veniam, ironicos, non est inquit mirum si tam accurate custodiuntur pocula, nã illic sunt Iaspides preciosi, qui merentur custodiri sicque immoderatam sui temporis luxuriam taxat & nimias delicias. *Iaspis* Iaspis. Lapis est q viret & sepe translucet, plurime ferunt eã gentes & i agro nr̃o Brixiano maxima est varii generis copia. Sed quũ diuersorum sit colorum optima est illa q̃ purpure quicq̃ hẽt, secũda q̃ rose. Tertia que smaragdi. Nam multi, tanta ĩquit ẽ Lautitie affectatio apud Romanos vt multi lapidibus preciosis q in digitis gestandi sunt, calices ornent. Quas in vagine, solebat inquit Aeneas Troianus talibus lapillis non pocula sed vaginam gladii adornare, vt per Aeneam intelligas omnem antiquitatem quã ostẽdit a deliciis penitus fuisse abhorrentem, vt sic molliciem sui seculi damnet, eleganter autem Aeneam nominauit, vtpote a quo Romani originem traxerunt, ac si dicat eos a vestigiis maiorum multum declinasse. In fronte vagine, in superficie & parte exteriore vagine allusit autem ad illud Virgi. Stellatus iaspide fulua ensis erat. Iuuenis, Aeneas scilicet. Prelatus hiarbe, *Zelotypus* quem Dido Hiarbe regi Libye in amore ꝓposuit. Spreto enĩ Hiarba nupsit Aenee, Zelotypo, qui ita amat vt timeat nequis amore suo fruatur Zelotypus est. Zelotypia diffinitur a Chrysippo egritudo animi ex eo ꝓueniens quod timeas ne adsit alteri quod cum nemine velis habere cõmune deductumq; videtur αϖο του ζυλοσ.i.amore καὶ τοϖτεται.i.feriri eo q; Zelotypus assiduo amoris in leo percutiat̃. Tu beneuentani sutoris. Tu quum voles bibere, calices non habebis aureos, sed vitreos & deformes. Nam vatinius quidam beneuentanus sutor vitrearius fuit, cuius calices vitrei & deformes erant. Martialis. Vilia sutoris calicem monumenta vatini Accipe, sed nasus longior ille fuit. De vatinio ita scribit Cornelius Tacitus loqñs de Nerone, apud Beneuentum interim consedit, vbi gladiatorium munus a vatinio celebre edebatur. Vatinius inter foedissima eius aule ostenta fuit sutrine alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo inter contumelias assumptus, dehinc optimi cuius criminatiõe eo vsq; valuit, vt gratia, pecunia, vi nocẽdi inter maxĩos emineret. Poeta autem in contemptum vatinii foedissimi hominis calices eius nominat, magis q̃ alterius opificis. Nomen sutoris, nam calices vatiniani appellabantur a nomine ipsius vatinii. Nasorum quattuor, quattuor rostrorum vt sit descriptio vasis. Nam ita protensis quattuor rostris instar nasorum fingebantur, vnde est illud vt modo diximus. Martia. in distichis. Vilia sutoris calices monumẽta vatini. Accipe sed nasus longior ille fuit. Poscentem sulphura. Nam vitrum ruptũ sulphuratis permutabatur. Martia. Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitris. Statius in syluis libro secundo. Quique comminutis permutat vitreis gregale sulphur. *Decocta* Decocta, aqua cocta absolulute dicitur decocta. Scribit Plinius lib. xxxi. capi.iii. Neronis principis inuentum esse decoquere aquam, vitroque demissam in niues refrigerare, ita voluptas frigoris contingit sine vitiis niuis. Vnde Marti. Non potare niuẽ, sed aquam potare rigentem De niue commenta est ingeniosa sitis. Seneca libro decimoquito ad Lucilium. Quid tu illam estiuam niuem non putas callum interioribus obducere? appellat autem niuẽ estiuam, qua decocta refrigerabatur. Didicerunt enim luxuria monstrante Romani vt docet Seneca ad Lucilium, niues tempore estatis locis subterraneis conseruare, vnde Plinius libro decimonono. Seruatur algor estibus excogitaturq; vt alienis mensibus nix algeat. Pruinis geticis, hoc est scythicis ac per hoc frigidissimis vbi perpetua sunt frigora. Nam gete populi sunt scythie. Nõ eadem, ordo est. Ego modo querebar vina poni vobis non eadem, que ponebantur domino, sed eãdem aquã cum diuite non putatis. Vos aliam potatis aquam, frequens est conquestio apud Martialem clientes paribus cum domino non excipi dapibus vt illud in tertio libro. in ponticum. Quum vocor ad coenam non tam venalis vt ante. Cur mihi non eadem que tibi coena datur? Plinius Iunior itidem conqueritur in epistolis. Sic & Plinius senior libro.xix. capi.iiii. Heu prodigia ventris, mirum esset non licere carduis pecori vesci, non licet plebei. Aque quoque separantur, & ipsa nature elementa vi pecunie discreta sunt. Hi niues illi glaciem potant, poenasq; montium in voluptatem gule vertunt. Cursor, non delicatus pincerna, sed qui inter seruos est cursor, & qui officium habet eundi quocunq; missus fuerit a domino, ii etiam *A pedibus* A pedibus dicebantur Martia. Cursorem sexta tibi rufe remisimus hora, Carmina quem madidum nostra tulisse reor. Idem in.iii. Sed tuta foeno cursor oua portabat, nã mira erãt

pedum

pedum pernicitate. Spartianus in vita commodi scribit eum cursoribus suis exemplo cupidinũ alas frequẽter apposuisse, eosq; ventorum nominibus sepe vocitasse. Boream alium, alium notum, & item aquilõem aut Circium ceterisque nominibus appellans. Et indefesse atq; inhumaniter faciens cursitare. Getulus, ex getulia africe regione. Manus ossea, idest ethiops ipse osseus, nã ethiopi mãus & reliqua corporis membra sunt exilia & sine pulpa. Nolis occurrere, verereris enim ne manes essent alicuius qui ex bustis exissent. *Monumenta* Monumenta, sepulchra dicta a monendo q; moneant nos & maiorum nostrorum & nos eẽ mortalis, vnde & monumenta dicimus que cunque nobis memoriam alicuius rei relinquũt. Latine, de via Latina dictum in calce pme Satyre. Flos Asie, idest formosissimus pocillator ex asia. Inde enim pulcherrimi habebantur serui.

Getulus dabit, aut nigri manus ossea mauri,
Et cui per mediam nollis occurrere noctem,
Cliuose veheris dum per monumenta latine.
Flos asie ante ipsum precio maiore paratus,
Quam fuit & Tulli census pugnacis & Anci
Et ne te teneam romanorum omnia regum
Frinola, qd cũ ita sit tu getulum ganymedem
Respice cum sities, nescit tot milibus emptus
Pauperibus miscere puer, sed forma, sed etas
Digna supercilio, quando ad te peruenit ille,
Quãdo vocatus adest calide, gelideq; minister?
Quippe indignatur veteri parere clienti
Quodq; aliquid poscas, & qd se stãte recumbas.
Maxima queq; domus seruis est plena superbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, solide iam mucida frusta farine,
Que genuinũ agitẽt nõ admittentia morsum.
Sed tener, & niueus, molliq; siligine factus
Seruatur domino, dextram cohibere memento,
Salua sit artocopi reuerentia. finge tamen te

Quam fuit Census. Nec mirum tanti seruum emi, quum scribat Plinius libro. vii. capi.xii. M. Antonium duos pueros eximios forma mercatum fuisse ducentis sestertiis. Census Tulli pugnacis, pluris inquit seruos mercantur q̃ fuerint opes Tulli Hostilii tertii Romanorum regis qui Romulo etiam ferocior fuit vnde pugnacem appellauit de eo sit Virgilius in sexto. Cui deinde subibit. Ocia qui rumpet patrie, residesque mouebit Tullus in arma viros & iam desueta triumphis Agmina quem iuxta sequitur iactantior Ancus. *Ancus Martius* Nam Ancus Martius quartus fuit Rex a Romulo, nepos Numme pompilii ex filia, equitate & religione auo similis. Hi autem pauperes fuere reges.

Et ne te teneam, ne longo verborum amfractu te remorer. Omnia frinola regum Romanorum, tãtum inquit impendunt in emendis seruis, vt omnes regum Romanorum facultates talibus preciis sint inferiores. Omnia sunt frinola, idest nullius fere precii in comparationem eorum que impenduntur in comparãdis seruis, Nam frinola auctore Festo sunt proprie Vasa fictilia quassa, vnde dicta verba frinola que minus sunt fide subnixa. De quo vocabulo plura diximus in tertia Satyra illic, frinola transfert Vcalegon.

Quod quum ita sit, vt serui scilicet tanti emantur. Tu getulum Ganymedem respice, acsi dicat non est q; credas tibi a talibus pocula ministrari, sed respice ganymedem getulum, idest pincernam deformem & nigrum vtpote sole vstulatum quem supra Cursorem dixit Ganymedem autem Ironicos dixit. Nam is puer fuit delicatissimus Troos regis & Galiores filius, quem Iuppiter venantem conuersus in aquilam tulit in coelum, mensesq; sue remota hebe filia adhibuit pocillatorem. Sed forma sed etas digna supercilio. Non est inquit mirandum si pauperibus abnuit ministrare, hẽt enim formam & etatem dignam fastu & grauitate, nam in supercilio vt auctor est Plinius fastus & superbia sedem habet licet in corde nascantur. Quando ad te peruenit ille, quasi dicat nunquam ad te peruenit. *Calda* Calide gelideque minister. Nam Romani habebant ministratores q domino calidam & gelidam aquam miscebant vrceis quos ministratorios appellabant, de qbus Mart. in vlti. Frigida non deerit non deerit calda petẽti. Sed tu morosa ludere parce siti. Calda antẽ pro calida veteres sunt vsi. Vnde Quintilianus libro primo ita scribit Augustus quoque in epistolis ad. C. Cesarem scriptis emendatius calidum dicere q̃ caldum mauult, nõ quia id nõ sit latinum, sed quia sit odiosum. *Ecce* Ecce, particula est qua rem aliquam nouam & recentem ostendimus. Alius subaudi seruus & minister.

Mucida, mucore corrupta. Farine solide, idest panis solidi & duri, nam aliud nihil est panis q̃ farina adhibito liquore subacta. Agitent, labefaciant. *Genuini* Genuinum, genuini dentes sunt homini nouissimi, qui circiter vigesimum annum gignuntur multis, & octogesimo, auctor est Pli. dicti q; a genis vt scribit Festus pendeant. Molli saligine. Delicatissimus panis conficiebatur ex siligine de quo Seneca sic in epistolis de abstinentia & temperãtia esus. *Panis ex siligine* Malum panem inquis, expecta, bonus fiet etiam illum tenerum tibi & siligineum fames reddet. *Siligo* Idem de parsimonia victus, vtrum hic panis sit plebeius an siligineus ad naturam nihil pertinet. Plinius lib. xviii. Siliginem dixerim proprie tritici delicias, candor est, & sine virtute & sine pondere Columella libro secundo. Nec nos tanquam optabilis agricolis fallat siligo. Nam hoc tritici vitium ẽ, & quãuis candore prestet pondere tamen vincitur. *Artocopus* Artocopi, hoc est panis siliginei multo labore confecti vt docet compositio αρτοσ enim panem significat & κοϖοσ laborem, & licet Plinius multa genera panum nominet vt ostrearios, artologanos, Spfusicos, furnaceos perrichos multosque alios, non tamen Artocopus nomen est proprium panis, sed ipsum intelligit siligineum qui multo labore confectus sit. Greci tamen αρτοκοϖον & αρτοκοϖοιον pistorem appellant, *Artopta* artoptã videtur Plautus in Aulularia pro mensa panaria accipere quum ait. Ego hinc artoptam ex proximo vten

Improbulum, superest illic qui ponere cogat,
Vis tu consuetis audax conuiua canistris
Impleri, panisq; tui nouisse colorem?
Scilicet hoc fuerat propter, quod sępe relicta
Coniuge per montē aduersum gelidasq; cucurri
Aesquilias fremeret sęua quum grandine vernus
Iuppiter, & multo stillaret penula nymbo.
Aspice quam longo distendat pectore lancem
Quę fertur dño squilla, & quibus vndiq; septa
Asparagis, qua despiciat conuiuia cauda,
Cum venit excelsis manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus cammarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella,
Ipse venafrano piscem perfundit, at hic qui

dam peto a Congrione, alii vero putant & rectius accipi pro testa vbi panis coqueretur, facta compositione ἀπὸ τοῦ ἄρτου quod est panis & ὀπτάω asso, artoptę meminit & Plinius libro decimo octauo capite.xi. vbi locus est corrigēdus nam pro artopta artoptesia scriptum est. Salua sit reuerentia, salua dicitur reuerentia quum non violatur, fac inquit in pane illo reuerentiā nō amittas, vt sit non tangas, quasi cui reuerentia sit habenda. Verba sunt poetę ridentis tam' superbas & contumeliosas cœnas diuitum. Finge tamen, hoc est si te finxeris aliquantulum audacem vt apprębendas panem, statim adest qui te inclamet cogatque deponere eum. Improbulum, audaculum. Vis tu cōsuetis, verba sunt serui increpantis, vis ne panem tuum consuetum cognoscere eoque impleri? legendumque est cum obiurgatoria interrogatione. Et vis legendum est a volo, & non vix. Est enim verisimile vt quem cogat panem deponere, eum etiam acerbe reprębendat. scilicet Scilicet hoc fuerat, verba sunt Clientis conquerentis pro laboribus suis ęquam mercedem sibi non rependi. Scilicet hoc fuerat, certe inquit hęc tam benigna in cœnis tractatio fuerat causa vt tot incommoda sustinerem. Legendumque est cum Ironia. Nā hęc particula scilicet fere semper Ironicos profertur. Vt Persius. Scilicet hoc populo pexusque togaque recenti. Terentius. Id populus curat scilicet. Sępe relicta coniuge, ostendit se sępe antelucano tempore relicta coniuge ex lecto surrexisse vt diuitem comitaretur eū tem salutatum. Exqlię Exquilina regio Exquilias, vnus est ex septem collibus vrbis, dictę exquilię ab excubiis regis, vel ab eo q excultę essent a rege Tullo, vnde regio exquilina secunda vrbis. Lege Varronem. Fremeret, hinc maxime emergit querela. Iuppiter vernus, idest aer. Nam Iuppiter auctore Varrone aer dicit & cœlum. Nymbus Nymbo. Nymbus proprie appellatur auctore Seneca pluuia repentina maximo cum impetu. Penula, tempore pluuio sumebatur penula. Aelius Spartianus in primo operis sui limine sic scribit de Hadriano. Tribunus plebis factus est, in quo magistratu ad perpetuam tribunitiam potestatem omen sibi factum asserit, q penulas amiserit, quibus vti tribuni ple. tempore pluuię solebant, Imperatores autem nunquam, vnde hodie quoque Imperatores sine penulis a togatis videntur, hinc est iocus ille apud Quintilianum. Quum Galla Penula roganti penulam amico respondit, nō pluit non opus est tibi, si pluet ipse vtar. Vulpianus iurisconsultus scribit penulam communem esse habitum tam virorum, Penulę repertores q mulierum. Tradit Lampridius Alexandrum constituisse vt senatores penulis intra vrbem frigoris causa Sqlla vterentur quum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluuię fuisset. Matronas in vrbem vti vetuit penulis. Varro in Virgula diuina scribit vt est auctor Marcellus. Non quęrenda est penula homini qui habet virtutem. Penulę autem repertores Lacedęmonios fuisse scribit Tertullianus in apologetico. Aspice, alium luxum ostendit diuitis, cum maxima clientis contumelia, sunt enim verba poetę. Asparagus Aspice inquit q grandis Squilla paretur domino, tibi autem cammarus tātum. Squilla autem genus est piscis ex genere crustatorum, de qua sic Cicero in libro de natura deorum Pinna vero sic enim grece dicitur duabus grandibus patula cōchis cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Horati. Satyra.viii. secundi libri. Affertur squillas inter murena natantes in patina porrecta. De squilla sic scribit Aristotelē libro q̄rto de animalibus. Crusta aūt intectoꝝ genus primū locusta, cui proximum genus alterum est, quem gammarum vocant. Tertium genus Squilla est. Quartum cancer & cętera. Distendat, impleat. Asparagis, asparigi dicti sunt q ex asperis virgultis leguntur, & ipsi scapi asperi sint, non leues nisi dictio sit greca nam ἀσπάραγος dicitur hęc Varro. Qua cauda, quasi quę maxime expetitur. Nam in Squilla & locusta cauda optimi habebatur saporis. Fuisse autem lautę gulę docet Suidas qui scribit Apicium eo cibi genere bona consumpsisse, & eius auiditate in africam nauigasse. Despiciat, deorsum aspiciat quum sublimis a ministro feratur, sequitur enim Excelsis manibus sublata ministri. Cāmarus Cammarus est ex genere piscium vt diximus crustatorum, cuius meminit & Martialis Concolor in rubra cammare lance rubes. De eo sic & Lampridius in Heliogabalo primus fecit Isitia de piscibus, primus de ostreis & lithostreis & huiusmodi marinis conchis & locustis & Cammaris & Squillis. Constrictus ouo. Cammari enim immixti ouis coquebantur. Cœna feralis, expositio est, idest cœna qualis mortuis dabatur. Vnde Apuleius in quarto Floridorum. Exclamauit viuere hominem, procul ignes a molirentur, rogum demolirentur cœnam feralem a tumulo Cœna feralis ad mensam referrent. Feram enim veteres mortem appellauere. Fera mors Venafrano, subaudi oleo. Totus enim ager venafranus bonitate olei commendatur. Vnde illud Plinianum Et vulgo principatum in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro venafrano, est autem venafrum oppidum campanię. Venafranū oleum De oleo venafrano Martia. Hoc tibi campani sudauit bacca venafri Vnguentum quotiens sumis & istud olet. Venafrum oppidū Varro in re rustica. quad far conferam campano, quod triticum appulo, quod vinum falerno, quod oleum venafrano? Pallidus caulis. Nam Brasicę pallescentes fastidium mouebant. Vnde vt viriditatem custodirent cum nitro coquebantur. Martia. Ne pallentes

moneant

Pallidus affertur misero tibi caulis olebit
Laternam, illud.n. vestris datur alueolis, quod
Canna micipsarum prora subuexit acuta,
Propter quod Romę cum boccare nemo lauat
Quod tutos etiam facit a serpentibus atris.
Mullus erit domino, quem misit corsica, vel quē
Taurominitanę rupes quando oē peractum ē,
Et iam defecit nostrum mare, dum gula sęuit,
Retibus assiduis, penitus scrutante macello,
Proxima, nec patitur tyrrhenum crescere piscē.
Instruit ergo focum prouincia, sumitur illinc
Quod captator emat lenas, Aurelia vendat.
Byrrhoni murena datur, quę maxima venit
Gurgite de siculo, nam dum se continet auster
Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas,
Contemnūt mediam temeraria lina carybdim.

moneant fastidia caules. Nitrata viridis brassica fiet aqua. Olebit laternam, idest oleum quale laternis solet indi. Nam in vsum lucernarum pessimum paratur, laternam autem posuit pro lucerna. Vestris alueolis Satyrice appellauit patinas pauperis alueolos. Nam Alueoli dicunt vasa ꝓprie ex ligno excauata sic Alueolus etiam in sequentibus alueolos appellauit. Cuius & alueolos & lenam pignerat Atreus, vbi locus est corrigēdus nā pro Alueolis Albiolos legitur. Ergo vestris alueolis, idest vestris patinis vilibus & ligneis. Alueolus item capitur pro tabula lusoria. Varro. Quales sunt tesserę quibus in Alueolo luditur. Vocabulum autem deductum est per diminutionem ab Alueo, vnde Valerius lib. octauo. Loquens de Sęuola. Alueo quoque & calculis vacasse interdum dicitur, licet illud etiam diuersa significatione accipiatur, nam & pro vase li- Soliū gneo ponitur quod alio nomine solium appellamus eo vtebantur in balneis, vnde Cicero in.iiii. Rhetoricorum ad Herennium. Deinde vbi visum est vt in alueum descenderet. Alueus item capitur pro concauitate fluminis, vnde dicimus Alueū Tiberis. Alueum padi. Canna Mycipsarum, idest quod ex Numidia Romam vehitur. Nam Mycipsa Massanissę filius Numidarum fuit rex, qui mortuus regnum tribus filiis reliquit Adherbali. Hyempsali & Iugurthę fratris filio, quem in filium adoptauerat. Canna acuta prora, idest nauis. Hoc autem dicit quia vt scribit Plinius libro septimo capite. lvi. naues fiunt vitiles in Nylo ex Papyro, & Scirpo & harundine simulq, ad id respexit q in India harundines sunt tantę proceritatis vt ex singulis internodiis nauiculę fiant quę Alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Auctores sunt Plinius libro septimo capite secundo. Solinus, Diodorus, Mela. Cum boccare, tantus in- Boccar Massanissa quit est foetor olei vt nemo Romę lauetur cum boccare, hoc est cum Numida aliquo. Boccar autem vt scribit Liuius libro vigesimonono ab vrbe cōdita rex fuit maurorum fuitque temporibus Massanissę regis Numidię, pro quo nunc poeta intelligit omnes Numidas & mauros. Tutos a serpentibus, tanta inquit est vis tetri odoris olei vt serpentes ipsi fugentur. Mullus erit, piscis est marinus de quo in superiore satyra. Corsica cymus Taurominiū Corsica, insula est in mari ligustico, alio nomine appellata Cymus vnde Virgilius in Buccolicis. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. Rupes Taurominitanę, hoc est Sicilia ipsa. Nam Taurominium oppidum est Sicilię non longe a Messana, olim naxus vocitatum auctore Solino. Quando omne, ratio est quare tam ex longinquo petantur pisces, quoniam inquit iam mare nostrum piscibus est exhaustum, dum gulę tantopere inseruimus. Vnde & Seneca detestans gulam sic scribit ad Lucilium. Vide quantum rerum per vnam gulam transiturarum permiserit luxuria terrarumque marisque vastatrix Valerius maximus li. ix. Loqns de luxuria sic ait. Inde ab oceāi littoribus attracti pisces. Inde infusę culinis arcę, cēsibusq; edendi & bibendi voluptas repta. Macellum Macello scrutante, hoc est piscatore maria queq; vicina explorante. Macellarii Macellum enim posuit pro piscatore. Est autem Macellū locus vbi obsonia vendunt dictū vt sensit Donatus in Terētiū a mactādis pecoribus, vt alii vero tradunt a Macello quodā qui exercebat in vrbe latrocinū quo damnato Cēsores Aemilius & Fuuius statuerunt vt in domo eius obsonia venderentur a quo Macellarii dicti sunt q obsonia venderent, non autem qui pecora mactarent, ii enim Lanii & Laniones sunt appellati, & Laniena locus vbi mactarent, de quo plura ante. Lanii Laniones Laniena Nec patitur, scilicet gula. Tyrrhenum, Tuscū, & na Romanum. Instruit ergo focum, quum mare inquit nostrum piscibus sit exinanitū, ergo ex prouinciis & lōginquis locis petuntur, sicq; poeta gulā sui temporis notat. Quę ēt a Seneca his verbis taxat. Quod dissolutus delitiis stomachus vix admittat ab vltimo petatur Oceano, vomunt vt edant, edūt vt vomāt. Instruit focum, in causa est vt pisces habeant ad coquendum. Illinc, ex prouincia. Lenas, pro auaro captatore ponitur, vt Aurelia pro orba diuite cui multa mitterentur munera, vterque autem fuit temporibus Iuuenalis vt Gallita & Pactius. Murena Captator, hoc est qui muneribus alienas opes captat. Aurelia vendat, nam lucri cupiditate munera vendebat. Byrrhoni, ipsi diuiti. Murena. Anguillę similis est, in freto siculo capit. Macrobius lib.iii. Accersebant inquit murenę ad piscinas nostrę vrbis abusq; freto siculo. Lautę habebātur gulę adeo vt Licinii Crassi Murenę sint cognominati q hoc pisce effusissime sint delectati. Lege Plinium lib.ix. Columellā & Macrobiū lib. iii. Nā dum se continet, non verent inquit piscatores quiescētibus vētis in mari siculo licet periculoso piscari, vt ostēdat nihil intactum relinqui ad indomitā gulā explendam. Auster, austrum posuit pro oībus vētis. In carcere fabulam miscet. Nam venti In Eoliis insulis in quibus temporibus Iliacis Eolus regnabat, in carcere ab eo coerceri dicebantur. Virgilius Eoliam venit, hic vasto rex Eolus antro Luctantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat. Lina temeraria, hoc est temerarii piscatores vtentes retibus. Carybdim, in freto quod est inter Italiam & Siciliam scopulus est Scylla item charybdis, mare vorticosum ambo clara senicia. Caryb-

Vos anguilla manet longę cognata colubrę
Aut glacie aspersus maculis tyberinus & ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca
Et solitus medię cryptam penetrare suburrę.
Ipsi pauca velim facilem si prębeat aurem.
Nemo petit, modicis quę mittebantur amicis
A seneca, quę piso bonus, quę cotta solebat
Largiri, nanq; & titulis & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria. solum
Poscimus, vt coenes ciuiliter, hoc face & esto
Esto vt nunc multi diues, tibi, pauper amicis,

dis autem peloro promontorio adiuncta est. De Scylla ꝛ charybdi plura referemus in decima quinta Satyra. Cognata colubrę, quasi eiusdem generis, scribit Plinius libro nono capite vigesimo tertio Murenas in terram elapsas serpentibus commisceri, sed de anguilla hoc non legitur apud Plinium verum poeta sequitur opinionem vulgarem qui credit serpentes, ꝛ angues coire cum Anguillis.

Aut Tyberinum, lupum piscem intelligit qui in Tyberi stercore pasceretur ꝛ immūda esca inter cloacas vrbis. Et licet hoc loco Iuuenalis Tyberinum piscem vt vilem pauperi apponi dicat. Varro tamen, vt tradit Macrobius, pisci tyberino palmam tribuit his verbis in libro rerum humanarum.xi. Ad victum optima fert ager cāpanus frumētū. falernus vinū. Cassinas oleum, Tusculanus ficū. Mel Tarētinus. Piscē Tyberis. Nam omnes ex hoc amne pisces maximum honorem tenuerunt apud prodigos imprimisq; lupus qui inter duos pontes captus esset, quod etiam Oratius indicarē videtur in Satyra quę incipit, Quę virtus. Lupus hic Tyberinus an alto Captus hiet. pontem inter iactatus, an amnis hostia sub tusci. Columella libro. ix. capi. xvi. Loquens de piscinis sic scribit. Doctaq; ꝛ erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum nisi quem tyberis aduerso torrente defatigasset, quibus verbis docet lupum tyberinum in pręcio fuisse, Verum forte temporibus Iuuenalis talis piscis in pręcio nō erat, temporum longinquitate mores, vt fit mutante, sicut ꝛ ętate nostra anguillę, quę temporibus poetę in minima erant ęstimatione, mensis nostris sunt gratissimę. lupos etiā marinos laudat Plinius libro.ix. His verbis luporum laudatissimi qui appellantur lanati candore molliciaq; carnis hūc piscē gręci appellāt λαβρακα Aspsus maculis. Nam lupi pisces maculis variegati inueniebantur iiq; minoris ęstimationis, vnde Columella libro.ix.capite.xvii. Vbi de positione piscinę mentionem facit.
Lupus
Tum etiam sine macula (nam sunt ꝛ varii) lupos includamus. Eos nos esse putamus quos vulgo appellant Lucios dictos lupos ab eorum voracitate nam reliquos pisces insectantur, vnde Columella eodem libro lupos rapaces appellat. Glacie, per hiemem, videntu enim maculis frigore aspergi. Vernula, alumnus.

Cloaca, nam tota vrbs pensilis erat cloacis corriuatis septē amnibus a. M. agrippa sordes vrbis in tyberim deferentibus, lege Liuium ꝛ Plinium libro.xxxvi.capite.xv. Pinguis cloca torrente hoc est pinguis sordibus fluentibus per Cloacas, Est enim cloaca auctore vlpiano locus concauus per quem colluuies ꝛ immundicie vrbis fluant. Cloace autem appellatione ꝛ tubi ꝛ fistule continentur, Ad salubritatem ciuitatum ꝛ ad tutelam pertinet vt cloace purgētur ꝛ reficiātur, nam ꝛ cœlum pestilens ꝛ ruinas minantur immundicię cloacarum.

Torrente hoc est vt scribit Plinius cursu pręcipiti torrentium modo fluente. Criptam, cauernam, ꝛ loca riparum excauata, quę piscis depascens perscrutatur. Vnde Lucilius acer ꝛ violentus poeta eum quasi ligurritorem catillonem appellat, scilicet qui proxime ripas ꝛ stercus insectaretur. Proprie autem Catillones dicebantur qui ad polluctum Herculis vltimi quum venirent. Catillos liguriebāt. Crypta antē dicta est a κρυπτω, quod est occulto. Suburrę, regio erat vrbis celebratissima de qua alibi ante, eo autem ait pisces stercus sectantes peruenire. Ipsi pauca velim, velim inquit ipsum byrronem paucis alloq si me velit auscultare. Nemo petit, sensus est, Nemo inquit petit a te viro vt in pauperes clientes tā munificus sis, q̄ fuerunt Seneca, Piso ꝛ Cotta in amicos suos, quos multis donis prosequebantur, sed vt cœnes ciuiliter ꝛ cōmunibus ępulis cū eis ꝛ non discretis. A Seneca, Senecam diuitem fuisse ꝛ liberalem in amicos scribit Tacitus, apud quem legi est de vita ꝛ nece eius. Piso bonus, multi extitere pisones, verum de. C. pisone illo intelligit qui amicus ꝛ familiaris fuit Senecę, quiq; autor fuit coniurationis in Neronem, a quo dicta est coniuratio illa pisoniana. De eo ita scribit Tacitus. Namq; facundiam tuendis ciuibus exercebat, largitionem aduersus amicos. ꝛ ignotos quoq; comi sermone ꝛ congressu. Vnde a poeta ꝛ liberalis ꝛ bonus appellatur, hic postea obiit de tecta coniuratione per Milichium Senini libertum abruptis brachiorum venis.

Catillo nec

C. Piso

Cotta, hic est ille Cotta de quo in Satyra. Et spes ꝛ ratio. Quis tibi Mœcenas, quis nunc erit aut proculeius aut fabius. Quis Cotta iterum, quis lentulus alter.

Namq; ꝛ titulus, ideo inquit liberales ꝛ munifici erāt in amicos, ꝙ veteres gloriosius esse in homine putarunt liberalitatem exercere q̄ dignitates adipisci. Vnde Salustius in Catilinario commendans mores veterum romanorum sic scribit. Magisq; dandis q̄ accipiendis beneficiis amicitias parabant. Titulis, honoribus qui per titulos ꝛ inscriptiones ostendebantur. Vnde Plinius libro.vii. Loquens de pompeio. Postea ad tota maria ꝛ deinde solis ortus missus hos retulit patrię titulos. Propertius vltima ęlegia. Et domus est titulis vtraq; fulta suis, dest honoribus ꝛ laudationibus. Fascibus, consulatu ꝛ pretura, quę dignitates inter alias pręcipue habebantur, vt per has dignitates omnes intelligas, Consulem ꝛ pretorem lictores pręcedebant cum fascibus virgarum Consulem duodecim, sex vero pretorem.

Cœnes ciuiliter, idest vt bonum ciuem decet communibus, scilicet ępulis ꝛ indiscretis, eadem est etiam expostulatio Martialis aduersus ponticum. Cur sine te cœno, quum tecum pontice cœnem? Hoc face ꝛ esto, cum indignatione pronunciandum, face hoc inquit ꝛ tibi concessero vt viuas diues tibi ꝛ parcus amicis vt multi faciunt, sicq; sui temporis homine sordidos taxat. Iecur

Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
Altilis. & flaui dignus ferro meleagri
Fumat aper. post hunc raduntur tubera, si ver
Tunc erit & facient optata tonitrua coenas
Maiores, tibi habe frumentum aledius inquit
Olibye disiunge boues dum tubera mittas.
Structorem interea (ne qua indignatio desit)
Saltantem spectas & χιρονομυντα volanti
Cultello. donec peragat dictata magistri,
Omnia, nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur,

Iecur anseris

Iecur anseris prodigi ꝛ lautę gulę homines inter delicata obsonia iecur anseris statuerunt. Vnde Plinius lib.x.capi.xxii. Iecur fartilibus in magnam amplitudinem crescit, Exemptumq; lactę mulsone augetur. Nec sine causa in questione est. quis primus tātum bonum inuenerit. Scipio an Marcellus vir consularis, an M. Sessius eadem ętate ęques romanus, Mar. libro.xiii. Aspice q̄ tumeat magno iecur ansere maius. Docuit Apicius saginare anseres, fico caricaꝛ sacie extinguere.

Altilis, Gallinam intelligit quę alebatur ad saginam, Deliaci cœpere gallinas saginare, vnde pestis exorta opimas aues ꝛ suopte corpore vnctas deuorandi. Quod postea lege fania prohibitū est. qua cautū est, nequid volucrum poneretur preter vnam gallinam quę non esset altilis. Pli. Par, crassitudine.

Dignus ferro meleagri. i. tam prodigosa magnitudine q̄ fuit is quem Meleager calidonius interemit, nota est fabula. Flaui. Flauus color vt scribit Gelius est ex albo. ruffo, ꝛ viridi concretus, vnde flauam appellamus cererem. alludentes ad frumenta quę in agris flauescere dicuntur quum maturescunt, verum hoc loco flauum intelligimus pulchrum ꝛ formosum. sicuti poetę sępe in hac significatione vsurpant, vt ante, Et flauā cui det mandata puellam. Post hunc. scilicet aprū.

Flauus color.

Tubera in genere fungorum numerantur, Martia. Rumpimus altricem summo de vertice terram, Tubera bolletis poma secunda sumus. Ea vndiq; terra circūdata nascuntur. nullisq; fibris nixa aut saltem capillamentis, neq; terrę cohęrent, cortice etiam includuntur vt plane nec terram esse possimus dicere. neq; aliud q̄ terrę callum. Laudatissima quę africę crescunt, quum fuerint imbres autumnales ꝛ tonitrua crebra tunc nasci dicuntur maxime ꝛ tonitribus. nec vltra annum durare, tenerrima autem verno tempore esse. Raduntur vtrum purgantur abraso cortice quum apponuntur. an raduntur. idest euelluntur ex terra sarculis. Si ver tunc erit, Ordo est ꝛ sensus. Aledius inquit olybie habe tibi frumentum, ac si dicat frumentum ego nō curo. modo mihi mitra ꝛ tubera. hoc inq̄ dicit. si ver tunc erit scilicet quum tubera apponuntur ꝛ si tonitrua optata facient maiores cœnas, Nam tunc vt diximus autore Plinio dicuntur nasci si imbres fuerint autumnales ꝛ tonitrua crebra, tenerrima sunt tempore verno. Vnde poeta dixit si ver erit. Aledius inquit, Alediū aliqui dicunt equitem romanum fuisse luxuriosum quē pro homine guloso hic accipit. Disiunge boues. per me inquit frumentum nō seres, Nam ex libya frumēta mittebantur, Vnde Sidonius. Arma calybs frumēta libyes, campanus lacchum, Ouidius in ponto. Cyniphię segetis citius numerabis aristas, Cyniphii enī populi sunt africę. Plinius lib.xv. ostēdit africam frugū fertilem esse his verbis. Oleum ac vinum inuidit tantum africę satisq; glorię in messibus fecit. Columella in quarto de re rustica. Mysiā libyam largis aiunt abūdare frumentis.

Ciniphii.

Structorem interea. aliam proponit contumeliam, vt vndiq; inquit habeas q̄ doleas structorem peritissimum incidēdorum obsoniorum spectas qui mira manuum reliquiq; corporis agilitate ministret domino. Sicq; conuiuiorum luxuriam lauticiāq; sui temporis flagellat. Quod facit ꝛ Seneca his verbis in libro de breuitate vitę. Cōuiuia me hercule non posuerim inter vacantia tempora quum videam q̄ soliciti argētum ordinent q̄ diligenter exoletorum suorum tunicas succingant q̄ suspensi sint. quomodo aper a coquo cęsus exeat quanta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrant, quāta arte scindātur aues in frustra non enormia. q̄ curiose infelices pueruli ebriorum sputa detergāt Structor autem is dicitur qui curā habet struendę mensę. vnde illud est Virgi. Cura penum struere. Saltantem. vt optime agilē χιρονομουντα participiū ē a verbo χιρονομιν quod significat manibus gesticulari. vt sit ordo ꝛ sensus, Tu spectas structorem saltantem ꝛ manibus gesticulantem. ac per hoc in omnibus agilem. Donec peragat dictata magistri, donec omnia incidendo exequatur quę didicerit a magistro ita vt nihil pręetermittat quod ad decoros incidendi gestus pertineat. Nam in vrbe erant qui artem incidendorum rite obsoniorū docerent per varia animalia formata ex ligno vt latius dicemus in Satyra vndecima, Et tota sonat vlmea cœna suburra. Dictata dicuntur numero pluratiuo quęcunq; in omni genere scientię tam liberalis q̄ ludicrę traduntur discentibus, Horatius ad Lolium. Sic iterat voces ꝛ verba cadentia tollit vt puerum sęuo credas dictata magistro Reddere. Persius Ten cirratorum cētum dictata fuisse pro nihilo pendas. Tranquillus in cęsare Turones per senatores armorum peritos erudiebat pręcibus enitens, vt disciplinam singulorum susciperent, ipsiq; dictata exercentibus darēt. Deductum est vocabulum a dictare quod est aliquid (vt dixi) in omni genere scientię discendum tradere. Nec minimo sane discrimine refert magnam inquit putant esse differentiam quo gestu singula obsonia incidantur decoro ne an rustico more. Vnde illud est Plinii loquētis de gallinis, Postea culinarum artes inuenerunt, vt clunes spectentur. vt diuidantur in tergora, vt a pede vno dilatatę repositoria occupent. Sic Seneca vt paulo ante diximus ad Lucilium, Alius preciosas aues scindit ꝛ per pectus ꝛ clunes certis ductibus circunferens eruditam manum in frustra excutit. Et alibi Seneca de breuitate vitę quum videam q̄ suspensi sint quomodo aper a coquo cęsus exeat. quanta celeritate signo dato gladii ad ministeria decurrant quanta arte scindantur aues in frustra non enormia. Duceris planta. Alia dissuasio fugiendas esse tales cœnas. nam illud etiam inquit tibi adest periculum vt si forte velis aliquid intercenandum loqui tanq̄ ꝛ tu sis nobilis. ilico foras arripiaris per pedes. Cacus. nota. est hystoria apud

Structor. — Chironomō — Dictata — Dictare, — Cacus

Duceris planta velut ictus ab herculę cacus
Et ponere foris si quid tentaueris vnquam
Hiscere tāq̃ habeas tria nomina quādo propinat
Birrho tibi sumitq; tuis contacta labellis
Pocula quis vestrum temerarius vsq; adeo quis
Perditus vt dicat regi bibe, plurima sunt quę
Non audent homines pertusa dicere lena
Quadringenta tibi si quis deus aut similis diis
Et melior fatis donaret homuncio quantus
Ex nihilo fieres quantus birrionis amicus
Da trebio pone ad trebium. vis frater ab illis
Ilibus. o nummi vobis hunc prestat honorem.
Vos estis fratres dominus tamen ⁊ domini rex
Si vis tu fieri nullus tibi paruulus aula
Luserit ęneas. nec filia dulcior illo
Iucundum ⁊ carum sterilis facit vxor amicum.

Linium. Dionysium. Eutropium. Cacum fuisse pastorem ferocem viribus qui captus pulchritudine boum quas Hercules ex hispania Gerione interempto romā abegerat surripuit eas. quumq; auertere eā prędam vellet. veritus ne vestigia quęrentem dominum ad speluncam ducerent auersas boues caudis in speluncam traxit Hercules tali furto elusus quum inde discederet cū reliquo armento ⁊ boues quędam ad desiderium (vt fit) relictarum mugissent reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem conuertit, Cacū in spelunca latitantem magna vi correptum pedibus extraxit, Virgi. Abstractęq; boues abiurateq; rapinę Celo ostenduntur. pedibusq; informe cadauer Protrahitur.

Hiscere Hiscere, loqui. ⁊ os aperire ad loquendum quod quū sit ab hio hias, debuit facere hiasco. Tanquā habeas tria nomina. tanquam ⁊ tu sis nobilis. Nam nobiles ⁊ ciues romani ostendebantur, nomine, prenomine. ⁊ cognomine, vt. M. Tullius Cicero. C. Iulius Cęsar, Idq; multis fuit frequens. Vnde Ausonius de Ternario numero, Tris equitum turmę, tria nomīa nobiliorum quod alii exponunt tria nomina, id est fur, non placet. nā non tria sunt nomina. sed tres tantum litterę. vnde bene Plautus in Aulu. appelllat furem hominem trium litterarum. Quę item a Politiano super hoc loco narrantur argutus sunt excogitata q̃ vt hunc loco conueniant, De nomine. prenomine, ⁊ cognomine, ex auctoritate Eutropii apud Persium nonnulla commemorauimus, vbi ostendimus eo tempore quo latius Sabinorum rex vna cum Romulo regnauit, ⁊ vnus populus romani ⁊ sabini facti sunt. Romanos ad confirmandam coniunctionem nomina sabinorum suis preponere consueuisse nominibus, Et inuicē sabinos romanorum. ita vt per tria nomina intelligendus omnino sit nobilis romanus. qui pręter prenomē ⁊ nomen asciscebat ⁊ cognomen aut a maioribus partum aut ab aliquo accidente acquisitum. Vnde ⁊ Quintilianus sic scribit libro. vii. Propria libera quę nemo habet nisi liber prenomen. nomen, cognomen,

Asciscebat.

Quando propinat diues inquit tam superbus est vt nunq̃ tibi poculum suum porrigat ad bibendum. neque tuum accipiat si porrigas, Nam propinare est proprie poculum porrigere ⁊ prębere ad bibendum. Martialis, Qui nulli calicem tuum propinas, Humane facis Hermę non superbe, Tranquillus in Tyberio Ignotissimum quęsturę candidatum nobilissimis anteposuit ob epotam in conuiuio propinante se vini amphoram. Hoc est porrigente ⁊ prębente. Nec solum propinare ad potionem refertur sed etiam ad alia. vnde Iulius capitollinus in. M. Antonino, vt parte cultri veneno lita vuluam inciderit venenatam partem fratri edendam propinans, Plinius libro. xx, capite. xi. Quidam inquit ad vuluę dolorem radicem cum vino dulci propinant, Vnde ⁊ Terentius metaphoricos dxit in Eunucho. Hunc ego vobis comedendum ⁊ deridendū propino hoc est trado ⁊ prębeo sicuti pocula prębentur bibēda, πινω enim idem est quod bibo. Ordo autem est Birrho quando propinat tibi pocula. Plurima suus sententia probatissima, per quam ostēdit q̃ infelix sit vbique pauper. Homines inquit qui tegula sint tributa ⁊ per hoc pauperes non audent inter diuites loqui habētur enī fatui. Quadringenta venustę mores humani gñis explanat apud quod homines nō pro meritis virtutum. sed ꝑ qualitate fortunę tantum sunt fauorabiles. Vt sit sensus, Si tu qui nūc ob paupertatem diuiti es ludibrio. Forte aut deorum, aut alicuius hominis beneficio diuitias magnas sortireris. statim diuiti esses acceptissimus, te statim ille summa beniuolentia complectetur. Quadringenta scilicet sestertia, quę summa erat equestris ordinis, Martialis. Quadringenta tibi non sunt cherestrate, Surge. Lectius ecce venit, Aut similis. ordo est aut homuntio similis diis, scilicet liberalitate. Homuntio, ab homine sunt quattuor diminutiua homulus. homululus, homuntio ⁊ homunculus. Et melior fatis, qui melior videretur, ⁊ tibi magis propitius si tibi id diuitiarum largiretur q̃ ipsa fata hoc est ipsi dii qui te pauperem fecissent, Da trebio. verba sunt diuitis ad ministrum quem poeta introducit ita locuturum si cliens suus ditaretur. Vis frater attende q̃ beniuola sit inuitatio, Ilibus. ilia autore Celso dicuntur pulpamenta quę inter coxam ⁊ pubem imo ventre posita sunt. O nummi, acclamatio poetę subsannantis prauos sui temporis mores. Blanditur inquit nummis. non homini. Dominus, licet Hic inquit diues tam superbus sit in te. facile tamen in omne tibi obsequium flectes. erisq; ei dominus ⁊ rex nam te vt cliens colet si tibi nulli erunt liberi, Paruulus ęneas, id est paruulus filius, allusio est ad illud Virgilianum in quarto ęneidos, Si quis mihi paruulus aula luderet ęneas. Filia dulcior illo, scilicet filio. Nam parentibus filię sexus imbecillitate sunt magis cordi. Vxor sterilis, vxor inquit quę liberos nullos parit, facit tibi diuitem amicū. Sed tua nunc Mychale, Sed quamuis inquit Mychale vxor tua pariat nunc scilicet quum sis locupletatus, non te penitus aspernabit, sed tecum vna gaudebit tuis liberis, munuscula iubebit afferri. Nunc, dum factus es diues. Nam dum paupꝫ est cliens nullam sentit diuitis in se humanitatē nec in filios. Et pueros tres, idest tergeminos potest enim mulier vno partu tres parere, supra prodigiosum est. Plinius libro septimo. Tergeminos

Homunculus. Iulus. Ilia.

Sed tua nunc michaele pariat licet. ⁊ pueros tres
In gremium patris fundat, simul ipse loquaci
Gaudebit nido, viridem thoraca iubebit
Afferri minimasq; nuces, assemq; rogatum
Ad mensam quotiens parasitus venerit infans,
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino, sed qualem Claudius edit
Ante illum vxoris, post quem nil amplius edit
Byrrho sibi ⁊ reliquis byrrhonibus illa iubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus phęacum autumnus hēbat.
Credere quę possis surrepta sororibus afris.
Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit
Qui tegitur parma, ⁊ galea, metuēsq; flagelli
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.
Forsitan impensę byrrhonem parcere credas

minos nasci certum est Oratorium. Curiatiorumq; exēplo, supra inter ostēta adducitur. Loquaci nido, loquacibus puerulis vt sunt aniculę garrulę in nido est enim sumptum ab auibus.

Thorax Thoraca. Thorax grę ca est dictio signatq; pectus. Plinius Thoracem inquit purgant, bilem detrahunt, ⁊ plerunq; capitur pro veste quę forte pectus tātum muniat, vt hoc loco poeta accipit. Suetonius ī Augusto. Thorace laneo ⁊ foeminalibus ⁊ tibialibus muniebatur. Aristoteles libro prīo de natura animalium Thoracem eam partē in corpori hominis appellat quę a collo ad pudenda vsq; trunca ꝑtendit. Minimasque nuces, idest auellanas.

Asses Assemq; rogatum, asses variati fuerunt, nam librales antea fuerant, postea Hannibale vrgente. Qu. Fabio maximo dictatore vnciales facti sunt.

Denarius **Parasitus** In militari stipendio semper denarius pro decem assibus datus est Plinius. Infans parasitus, similis parasito qui libenter mēsas sectetur. Nam parasiti hi dicuntur qui mensas nobilium sectantur causa gulę.

Fungi Fungi ancipites, periculosi, sunt enim ineunti plerunq; lętales vt docet Plinius. Seneca ad Lucilium Quid tu illos boletos voluptarium venenum nihil occulti operis facere indicas etiam si ꝑsentanei non fuerunt. Vilibus amicis, idest infimis ⁊ pauperibus. Boletus, ex genere fungorum est, olim Romano palato gratissimus, eo quum Claudius maxime delectaretur ab Agrippina eius vxore ꝑ hanc occasionem dato veneno necatus est. Vnde sequitur.

Claudius Sed qualem Claudius edit De hoc multa Tacitus, ⁊ Suetonius. Claudius, quintus fuit Romanorum Imperator pater Britānici.

Agrippinę duę Vxoris. Agrippinę. Agrippinas duas extitisse perspicuum est. Ex quarum altera. C. Caligula, ex altera Nero princeps, nati sunt, vterq; humano generi ꝑniciosissimus. Germāicus ex Agrippina filia Agrippę suscepit filiam Agrippinā, ex qua ⁊ Domitio Nerone, natus est Nero princeps, quē Claudius ducta in matrimonium Agrippina sibi filium adoptauit, qui mox sublato opera matris Claudio boleto medicato imperium occupauit. Veritusq; Britannicum nequandoque apud hominum gratiam paterna memoria preualeret veneno sustulit. Qualia perpetuus, nam antiquitas auctore Plinio lib. xix. capi. iiii. Nihil prius mirata est, q̃ ⁊ hesperidum hortos, ac regum Adonis ⁊ Alcinoi.

Alcinous Alcinous enim rex fuit phęacum qui hortos habuit perpetuis fructibus virentes auctor est Homerus in septimo. Odyssę. Nam vt ille scribit pirum piro succedebat, ⁊ malū malo, vua vuę, ⁊ ficus fico. Vnde est illud Papinii. Vos quoque qui nunquā vacui prodistis ad ęthera rami. Autumnus perpetuus, perpetuum dicit autumnum quia perpetui vt diximus fructus virerent, sicuti cetere arbores autumno poma sua ferunt.

Phęacum Phęacum. Corcyrensium. Nam antea insula appellata ē. Corcyra a virgine Corcycyra rapta a Neptuno. Ex his natus est phęacus, a quo phęaces sunt denominati. Ex phęaco Alcinous, q̃ Vlyssem in Ithacam deduxit. Sororibus aphris, Iucus insula mauritanię finxerunt poetę hortos esse Hesperidū mala aurea ferentes ces quos custodirēt Aegle, Heretusa, Hesperetusa hesperi ⁊ Draco peruigil

Horti Hesperidum Hesperi autem ille dicuntur filię fuisse qui Atlātis frater fuit ⁊ Iapeti filius. Ea poma Hercules fertur occiso Dracone abstulisse. Fabulosum id totum ostendit Plinius libro quinto capi. primo. His verbis. Nec pręter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore Minus profecto mirentur portētosa gręcię mendacia de iis prodita ⁊c. Tu scabie frueris mali, pomum īquit tibi datur scabiosum, quale comedit miles in aggere, videtur autem poeta pomum illud intelligere quod milites in aggere castrorum serebant. De quo ita Plinius libro decimoquinto capi. xiiii. Peregrinę sunt Zinçiphia ⁊ Tuberes, quę ⁊ ipsa non pridem venere in Italiam, hęc ex africa. Illa ex Syria. Sextus Papinius, quem consulem vidimus primus vtraq; attulit. Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorum aggeribus sata, baccis similiora q̃ malis, sed aggeribus pręcipue decora, quoniā ⁊ in tecta iam syluę scandunt. De Tuberibus satis in Italia sic Martialis. Non tibi de libycis tuberes ⁊ apyrina ramis. De nomentanis sed damus arboribus. Aut reuera omne aliud pomum modici saporis ītelligit quod milites plerunq; deficiente copia comeatus coguntur comedere. Vnde ⁊ Celius lib. viii. ad Ciceronem Quid nunc tibi nostri milites qui durissimis ⁊ frigidissimis locis, deterrima hieme bellum ambulando confecerūt malis orbiculatis esse pasti videntur. Ait enim ipsum militem rodere pomum in aggere, non autem pomū illic natum. Qui tegitur parma, periphrasis est peditis, cuius arma sunt parma ⁊ galea. Ab hirsuta capella, hunc locum variis exponi modis a commentatoribus non ignoro, vt alii dicāt ab hirsuta capella, id ē ab Amento caprino quod hastę vibrandę alligat. Alii a sago cilicio quod ex pilis hircinis texebat, cuius vsus esset ⁊ ī nauibus ⁊ castris, Alii a pharetra quę pelle caprina solet integi ex qua iacula promuntur. Alii a capella hirsuta. i. post tentoriū ex capraꝝ pellibus confectum, quod non placet quasi tentoria non aliis pellibus q̃ caprinis ⁊ nō bubulis potius integerent. Ego ꝟo expono ab hirsuta capella. i. ab hirsuto centurione quē ideo capellā appellat q͏ Centuriones vt homines robusti toto fere corpore hirsuti sint fruticantibusq; pilis subalis odorē hircinum oleant quod ex sudore nimiisq; laboribus prouenire solet, tales autem ad militiam ido

Zinciphia. Tuberes.

nei putabant. Vnde & Persius. Hic aliqs degente hirco sa centurionum. Iuuena. Sed caput intactum buxo, naresque pilosas Adnotet & grandes miretur Lelius halas. Hocque maxime placet, vt referas illud discit ad magistrum ipsum. Nam Centuriones nouos milites erudiebant. neque enim conuenit militem discere ab amento quasi amentũ dictata tradat, vt dupli ci rõne capellam appellet cẽturionẽ & q odorẽ hircinũ oleat, & hirsutus sit vt capella. Nec mirum capellã hirsutã capi pro centurione, quũ alibi in vltima satyra. Bardiacum cucullũ calceũ militarem & suras grãdes põat pro milite & Centurione, quũ ait Bardiacus iudex datur hec punire volenti. Calceus & grandes magna ad subsellia sure. Ita vt verus sit sensus per capellam hirsutam designari vt diximus cẽturionem. Iaculũ torquere, nã tyrones in castris variis exercebant modis. Cice. in.ii offi. Loquens de filio sic ait, magnam laudẽ ab exercitu consequebare, equitando iaculando oĩa militari labore tolerando. Forsitã impense, birrho inquit tã cõtumeliose te non tractat q impense parcat sed vt te vrat, nam maximam capit voluptatem ex dolore tuo. Nam que comedia. Comedie enim & mimi iocis suis plurimum delectant sed ex iis inquit tantam non capit voluptatem quantam capit ex merore tuo quo ex gula afficeris. Mimus, genus ẽ fabule parum a comedia distans, vnde mimographi appellant mimoꝝ scriptores. Eoꝝ argumenta maiore ex parte stuproꝝ continent actus. Laberius eques Ro. Mimos scripsit, donatus a Cesare quingentis sestertiis & anulo aureo, si sen in quattuordecim. Presso molari, nam ex nimia indignatione dentibus frendimus, molares autẽ vltimi sunt, dẽtium qui contruncatos prioribus cibos atq; confractos subigunt & molliunt, Vnde & mollares vocati sunt idem & maxillares. Molares etiam appellamus lapides quibus frumenta moluntur in pistrinis. Bilem, coleram cuius motu ostendit animi indignatio. Tu tibi liber homo, per sententiã alienam vrbane ostendit hoĩem aliquo vitio laborantem ex dogmate Stoico seruũ esse, quum in potestate sit vitii & non sua. Tu inquit per modicam prudentiam putas te liberꝝ esse & conuiuã regis sed ille te seruum gule agnoscit. Nidore, odore. Nam nidor idẽ est q̃d odor ex quacunq; re proueniens sed maxime & cõbustis. Virgi. Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Idẽ illi ingens barba reluxit nidorẽq; ambusta dedit. Cice. in pisonẽ, paulisp stetimus in illo ganeaꝝ tuarum nidore atq; fumo. Culine, coquine. Nam culina dicta est a colendo quasi colina q ibi veteres colerent ignem locupletiorẽ domus, auctor est Nonius. Quis enim tam nudus, sensus est. Quis inquit est aut natus liber,

mimus | Mimographi | Molares | Maxillares | Nidor | Culina

Hoc agit vt doleas, nam que comedia, mimus
Quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt
Si nescis, vt per lachrymas effundere bilem
Cogaris, pressoq; diu stridere molari,
Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris.
Captum te nidore sue putat ille culine;
Nec male cõiectat. quis enim tam nudus vt illũ
Bis ferat Hetruscum puero si contingit aurum,
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro?
Spes bene coenandi vos decipit; ecce dabit iam
Semesum leporem, atq; aliqd de clunibus apri.
Ad nos iam veniet mino altilis; inde parato
Intactoq; omnes & stricto pane tacetis.
Ille sapit qui te sic vtitur, omnia ferre
Si potes, & debes pulsandum vertice raso
Prebebis quandoq; caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

aut libertine conditionis tam pauper qui possit ferre tã tam huius mense superbiam & contumeliã. q.d. nemo ferat nisi idẽ seruus sit. Ferat bis illũ, vt quũ semel expertus sit, iterũ velit expiri. Si cõtingit auꝝ hetruscũ. i. si natus sit liber & ingenuus. Nam Bulla aurea quod insigne erat in speciem cordis dependens a collo gestabatur a pueris, vsq; ad q̃rtum decimũ etatis annum. Hetruscum autem appellat quod Tullius Hostilius tertius Rex Romanorum debellatis Hetruscis sellã currulem, lictoresq; & togam pictam atq; pretextã, q̃ insignia magistratuum Hetruscorũ erãt primus vt Rome haberentur instituit. Sed ptextam illo seculo puerilis nõ vsurpabat etas, erant enim vt cetera q̃ enumeraui honoris habitus. Sed postea Tarquinius pscus de Sabinis triumphũ egit, quo bello filium suũ annos quattuordecim natum q hostem mãu percusserat & pro contione laudauit & bulla aurea ptextaq; donauit, isigniens puerum vltra ãnos fortem pmiis virilitatis & honoris. Nam sicut pretexta erat magistratuũ, ita Bulla erat gestamen triũphantiũ, quã in triumpho pre se gerebant, inclusis intra eã remediis, que crederent aduersus inuidiã valentissima. Hic deductus mos vt ptexta & bulla in vsum puerorũ nobiliũ vsurparent ad omen & vota conciliande virtutis, ei similis cui primis in annis munera ista cesserunt. Sed bulla aurea cũ pretexta ingenuis tm̃ cõcessa est pueris, libertinoꝝ vero filiis loꝝ tm̃, & ptexta, que duo hoc loco poeta tetigit, de bulla & ptexta legito Macrobiũ in. i. saturnaliũ, & Asconiũ Pedianũ. Altilis, gallina saginata vt dictum est supra.. Minor, iminuta a virrone qui partem eius comedit. Inde, ob eã rẽ, q speretis aliquid ex iis habituros. Ille sapit. Reuera inquit byrrho sapiens est, nec possum nõ laudare qui te ita tractat si potes. i. qñ potes ferre tot contumelias, & debes. s. ferre dictumq; ẽ nõ sine stomacho & idignatiõe a poeta. Pulsandũ ver. raso, Eo inqt pp gulã paulatim peruenies vt passurus sis ẽt more parasitoꝝ verbera. Nã parasiti dũ menses nobiliũ sectabant multis verberibus aliisq; cõtumeliis afficiebant. Vñ parasitus ille apud Terẽ. i Eunucho. At ego infelix neq; ridiculus esse. Neq; plagas pati possum. Sic & parasitus plautinus i captiuis ait. Et hic quidẽ hercle nisi q colaphos ppeti põt parasitus frangiq; aulas in caput. Vertice raso, quẽ tibi in ludibriũ abraserint. Flagra, plagas illatas tibi per flagrũ, idẽ. n. est flagrũ q̃d flagellũ sed hoc per diminutionẽ, illud vero principale. Trangl. in Othone. A prima adolescẽtia pdigus ac pcax adeo vt sepe flagris obiurgaret a patre. Illud sciendũ flagrũ & flagellũ vsurpari ab auctoribus nõ solũ p plagis & verberibus, sed ẽt p ipsis instrumentis quibus verberamus. Dignus, totũ cũ idignatione..

Bulla | flagrũ | Flagellum

tione pronũciandũ, dignus quidẽ es talibus cõtumeliis & tali amico a quo ita tracteris qñ aio sis tam seruili.

Credo pudicitiã, Dissuasurus hac satyra poeta amico suo Vrsidio ne ducat vxorẽ ingẽti, vtit arte omnia enim vitia qbus genus foemineũ laborat, cõmemorat, nihil omittens quod ad partes dissuasionis pertineat. Deniq; monet eũ oẽm vite potius sortem q̃ connubium apprehendẽdam. Talẽ igitur nactus occasionem adulteria sui tpis acerbitate satyrica isectatur, irridensq; legẽ Domitiani, q̃ adulteria phibuerat, tãtã mulieꝝ esse impudicitiam dicit vt ostendat reuoluta seculoꝝ origine ab etate vsq; argentea mortales adulteriis flagrasse. Illud autem vnũ monẽdum putaui, vt interpretaturus hanc satyram summa vtatur reuerẽtia, ne adolescentuli, quorum mẽtes facile ad vitia inclinantur turpia audiendo aliquo se flagitio cõtaminent. Pudicitiã moratam ĩ terris. i. mortales diu inter se bñ pudiceq; vixisse. Saturno rege, idest seculo aureo quo tẽpore Saturnus regno ab Ione filio pulsus Latio cum Iano imperauit, tunc enim etas aurea fuisse dicitur, quum homines post diluuium cacumina montium tenerent, in speluncisq; victitarent pomis, ceterisq; fructibus agrestibus contenti. Vnde est illud Lucretii. Sed nemora atq; cauos montes syluasq; colebant. Et frutices inter condebant squalida membra. Laremq;, vnusquisq; deum domi sue colebat, quem larem familiarem appellabant, eumq; presidem vocabant, cui canis assisti, & ipse deus pellibus caninis vestitur, cuius rei rõnem reddit Plutarchus in pblematis. & Apuleius in libro de Demonio Socratis plerasq; dicit, & nos apud Persium illic, Bullaq; succinctis laribus donata pependit, vt autem lares domi colerentur inde ortum docet Seruius, quia apud antiquos mortui in domibus suis sepeliebantur, quos vt deos domesticos colere ceperunt & venerari, Laresq; appellarunt. Culmo, culmus pprie appellatur ipsa palea, vnde culmina domuum [illegible] appellata, q prius culmis hoc ẽ paleis integerentur. Pellibus vicinarum ferarum, nam rudes illi antiquissimi ex ferarũ pellibus nõ modo lectos sternebant, sed & vestes sibi conficiebant. Vnde Lucretius. Pellibus & spoliis corpus vestire ferarum. Propertius. Atq; hynuli pellis totos operibat amãtes, Altaq; natiuo creuerat herba toro. Non similis tibi, non ea mollicie, nec iis delitiis, nam & luxu vestium & margaritarum oblectabatur, vt sepe conqueritur Propertius. Quid iuuat ornato procedere vita capillo. Et alibi. Matrona incedit census induta nepotum, sicq; poeta veteres laudando vituperat mores sui temporis. Cynthia, Propertii fuit amica, Vnde illud cecinit. Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis. Alibi, Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit, ea hostia dicebatur, sed Propertius mutato nomine Cynthiam vocauit, vt auctor Apuleius in prima Apologia. Nec tibi, scilicet o Lesbia amica Catulli q̃ passerculũ, quẽ in delitiis habebat, quũ amisisset multum fleuit, adeo mollis & delicata erat. Vnde Catullus. Passer mortuus est mee puelle. Quem plus illa oculis suis amabat. Et ifra. Tua nunc opera mee puelle flendo, turgiduli rubent ocelli. Ea proprie dicebatur Clodia, vt auctor est idem Apuleius in eadem apologia. Sed ferens sed que ferret. Horridior, incultior minusq; mollis marito suo. Ructante glandem, qui glande pascebatur. Nam vt diximus rudi illa etate mortales ante vsum tritici agrestibus pomis vescebantur. Orbe nouo, etate illa aurea, quum homines essent noui et recens nati. Rupto robore, Quum prima illa etate homines ante factas domos in speluncis, siluisq; more ferarum habitarent, quumq; ex arboribus vetustate cauatis tanquam ex domicilio exirent, putabantur ex arboribus esse nati. Quod Virgilius sic prosequitur. Hec nemora indigene Fauni nymphéq; tenebant. Gensq; virum truncis & duro robore nata. Quis neque mos neque cultus erat, nec iungere tauros, Aut componere opes norant, aut parcere parto. Robore. Robur arbor est glandifera, verum a poetis sepe capitur pro omni ligno, vt est illud. Cape robora pastor. Robur item ponitur pro fortitudine, vnde robustum appellamus corpus, idest forte & validum. Compositiq; luto, Allusio est ad id, quod ex luto Prometheus hominem finxerit. quasi dicat. Ex quo homines cœperunt non ex arboribus nasci, neque ex luto formari, sed ex parentibus procreari & connubia sunt instituta, adulteria cœperunt committi.

Multa pudicitie, primis inquit temporibus etatis argentee cũ Iuppiter regnaret hoĩes sancte & pudice vixerunt existente adhuc Ione impubere, Sed iam barbam producente coeperunt paulatim adulteria committi. Vestigia pudicitie, hoc dictum est ex sententia eorum, qui crediderunt pudicitiam deam fuisse honestatis, que cum inter mortales versaretur, videretq; se contemni, stupraq; vbiq; committi, aufugisse fertur, cũ iusticia in coelum. Vestigia enim dicuntur simulacra pedum, vnde est verbum inuestigare, quasi per vestigia aliquid querere. Grecis nondum paratis iura greci pre, idest quum adhuc homines magna viuerent since fidi

etas aurea | Lar | Culmus culmina | Cynthia | robur | Vestigia | Inuestigare

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra VI.

Credo pudicitiam saturno rege moratam
In terris; visamq; diu cum frigida paruas
Preberet spelunca domos, ignemq;, laremq;,
Et pecus, & dominos cõmuni clauderet vmbra,
Siluestrẽ montana thorũ cum sterneret vxor
Frondibus, & culmo vicinarumq; ferarũ (ius
Pellibus, haud similis tibi cynthia, nec tibi cu
Turbauit nitidos extinctus passer ocellos,
Sed potanda ferens infantibus vbera magnis,
Et sepe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe nouo, coeloq; recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati
Compositiq; luto nullos habuere parentes.
Multa pudicitie veteris vestigia forsam
Aut aliqua extiterãt & sub ione, sed ione nõdũ
Barbato, nondum grecis iurare paratis

ritate, nec adhuc essent aliqua periuria, quorum primi videntur fuisse greci inuentores, nam semper perfidos fuisse, & habitos idicat Plautus in asinaria. Cetera que volumus vti, greca mercamur fide, idest statim enumerato precio, quia aliter grecis non creditur. Tullius item in oratione pro Flacco, loquens de grecis sic ait. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. Per caput alterius, sic enim iurare consueuerunt antiqui, vnde & Ascanius sic iurat, apud Virgilium. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat. Aperto horto, idest cū vnusquisque viueret horto aperto non clauso, neq; enim fures timebantur verum postea vt scribit Plinius. Seua latrocinatio coepit prefigere aspectus hortorum.

Astrea

Astrea, satis vrbane ostendit poeta iusticiam tanquam hominum sceleribus offensam vna cum pudicitia in coelum euolasse. De ea sic & Valerius Flaccus. Terrisq; relictis innocet assiduo saturnia sydera q̄stu. Astrea aūt dicta est iustitia, ꝙ Astrei gigātis ex aurora filia fuit. Hac comite, idest pudicitia, hoc autem est ex versu Hesiodi, qui scribit pudorem & iustitiam etate antea enea in coelum ascendisse. Due sorores, iusticia enim & pudicitia sorores fuerunt. Antiquum & vetus est, aperte ostendit Vrsidio ducendam non esse vxorem quando iam antiquum sit adulteria committi, sicq; vtitur disuasione a vituperatione rei.

genius

Genium sacri fulcri, idest religionem matrimonii, nam Genium deum appellabant, qui vim obtineret rerum omnium gignēdarum, Aufustius Genius inquit deorum est filius et parens hominum, ex quo homines gignuntur, propterea genius meus nominatur, quia me genuit. In honorem Genii lectus nuptialis sternebatur, qui genialis nominabatur. Laberius vero ait Geniū deū eē generis vētri parentem, vnde illud est indulge genio, & genialis agatur iste dies. Alii dixerunt genium eē vniuscuiusq; loci deum. Apuleius vero ait in libro de deo. Socratis animum humanum, dum in corpore nostro situs est, demonem nuncupari, quam lingua nostra Genium vocare possumus, quoniam is deus, qui est animus sui cuiusq;, quanquam sit immortalis, tamen quodā modo cum homine gignitur. De genio plura diximus ex sententia Censorini, apud Persium illic. Funde merum genio.

fulcra · conuētus · coetus · Sponsalia · spōsa

Fulcri, idest lecti, nam fulcra dicuntur ipsa ligna, que lectum fulciant & sustineant, Vnde & Sydonius Sellarum equestrium ligna fulcra appellat his verbis. Alii sellarum equestrium madefacta sudoribus fulcra resupinant. Sacri, venerandi. Conuentum, hominum multitudinem & coetum a conueniendo, sicut coetus a coeundo. Sponsalia, nuptiarum

Per caput alterius cum furem nemo timeret
Caulibus, aut pomis, & aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad superos astrea recessit
Hac comite, atq; due pariter fugere sorores.
Antiquum & vetus est alienū posthume lectum
Concutere, atq; sacri genium cōtemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit etas,
Viderunt primos argentea secula moechos;
Conuentū tamē & pactum, & sponsalia nostra
Tempestate paras, iamq; a tonsore magistro
Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras. vxorem posthume ducis?
Dic qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam
Cum pateant alte, caligantesq; fenestre,
Cum tibi vicinum se prebeat emilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus, illud

spōsus

contractum, qui fit per stipulationem & sponsionem. Nam qui vxorem ducturus erat ab eo, vnde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat itidem spondebat daturum, is contractus stipulationum, sponsionum sponsalia dicebātur. Tum que promissa erat sponsa appellabatur, qui spoponderat ducturum sponsus. Iam pecteris, iam poliris et comeris, vt eas cultior ad sponsam. Pignus, annulum, quem sponsus puelle digitum induit. De quo more ita scribit Tertullianus. Aurum nulla norat p̄terquam vnico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. Plinius tamen libro trigesimotertio scribit tēporibus suis solitum annulum mitti ferreum sponse, eumque sine gēma. Certe sanus eras, ac si dicat nunc sine controuersia desipis, qui de vxore ducenda cogites. Vxorem posthume ducis? ea interrogatione legendum qua ne aliquid fiat, inhibemus.

Furie tres

Qua Tisiphone, quo furore, qua vesania agitaris? Nam per Tisiphonem omnes furias infernales intelligit, que tres a poetis finguntur ad tormenta scelestę mentis, et insaniam mouendam destinatę. Vnde & Orestes furiis infernalibus fingitur agitatus.

Quibus colubris? idem dixit, nam furiis infernalibus dantur serpentes pro crinibus. Ferre potes? potes ne inquit cogitare de ducenda vxore, quum ad necem multe sint tibi vie? ac si dicat. longe satius esset tradere se neci q̄ connubium appetere. Vnde extat carmen illud crateris e greco in latinum versi ab Erasmo in prouerbiis. Coniugium sequeris, quanta hic te cura sequetur?
Desolatus eris, si sine coniuge eris.
Si tollis sobolem, multo educenda labore est.
Hoc autem est ex prouerbio, quo vti solemus in summa rerum desperatione. Sic & Terentius in phormione, Opera tua res mihi ad restim rediit planissime.

Vllam dominam, facete autem vxorem dominam appellat, quasi que marito imperet. Saluis tot restibus, quum possis vitam tuam laqueo finire. Quum pateant alte fenestre, vnde te possis precipitare. Caligātes, que nimia altitudine sua caliginem oculis obiiciant. Aemilius pons, vnde te des precipitem.

Aemilius pons · Miluius pōs

Nam pons Aemilius est in via flaminia distans ab vrbe vltra primum lapidem, idem miluius est dictus, quem Scaurus Aemilius, vt auctor est Plinius de viris illustribus in censura fecit. Aut si de multis, sed si inquit tibi nullo modo placet oppetere mortem, non ne putes melius puerum habere, qui tecum dormit? quasi dicat illud vitę institutum tibi magis est tenendum, q̄ ducere vxorem.

Pusio

Pusus · Pusa · Pusio · pusillus

Pusio dormit. Illud attendendum est ꝙ dormit, dixit non dormiat. Innuit enim Vrsidium turpiter pueros adamasse. Non possum hoc loco turpe poetę consilium non detestari, qui eo cecitatis peruenerit, vt ea probet, que ab omni honestate sint penitus soluta. Quare illud maxime interpretantibus poetam seruandum esse censeo, vt quum in talia inciderint, aut illa in totum pretereant, aut siquid dicendum rati fuerint tali molestia legāt, vt auditor a tali turpitudine penitus se auertat. Pusio, pusum vt auctor est Varro puerum dixerunt, & pusam puellam, vnde pusio pusillus puer, quo vocabulo sepe vtitur Diuus Hieronymus in epistolis ad Furiam de viduitate seruāda sic scribit. An vereris ne proles Furiana deficiat, & ex te parens non habeat pusionem q reptet in pectore. Et alibi ad Saluinam. Nebridius pusio patrem querentibus exhibet. Cicero in primo Tuscu. Pusionem quendam Socrates interrogat quedam geometrica de dimensione quadrati. Ad ea sic ille respōdit vt puer, Apuleius libro nono. At vero adulter bellissimus ille pusio inclinatam dolio pronam vxorem fabri super incuruatus secure dedolabat. Lateri parcas, ꝙ non coeas, latera enim nimio libidinis vsu offenduntur. Vnde Martia. Rūpis basse latus sed in comatis, vxoris tibi dote quos parasti. Apuleius libro octauo metamo. Sed diu viuas & dominis placeas & meis defectis lateribus consulas. Sunt enim in lateribus renes, quos ait Varro ita dictos quasi riui ab iis obscoeni humoris oriantur.

Quantum iussit, nec tam assiduus sis in coitu q̄ iussit. Sed placet Vrsidio lex Iulia, hec ironicos legenda sunt. Non est inquit mirum si Vrsidius cogitat de ducenda vxore. nam non vult adulterii damnari, lex enī Iulia lata erat contra adulteros, qua cautum erat, quo pacto adulteri deprehensi puniendi essent.

Tollerē

Tollere, hoc loco educare, Terentius. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Valerius libro octauo loquens de. C. Licinio Hoplomacho. Quoniam hereditatem absumere q̄ heredem maluit tollere. Heredem dulcem, dulcem filium. Virg. Nec dulcis natos veneris nec premia noris. Cariturus, quia captatores habētibus liberos munera non mittunt, sed orbis tantum diuitibus.

Turtur

Turture, hoc loco de aue magis intelligendum est q̄ de pisce. Nam turturem laute gule indicat fuisse Mart. quū pinguis mihi turtur erit lactuca valebit. Et cocleas tibi habe perdere nolo famem. Item alibi. Aureus immodicis turtur de clunibus implet. Idem alibi. Et concubino turturum nates donat. Nam quē greci trigōa appellant. i. turturem, latini pastinacam dicunt marinam, cuius cauda presentissimi veneni radius extat, Magno, pingui & amplo. Mullorūq; iubis. i. mullis iubatis & barbatis. Nam vt scribit Plinius. Gemina barba i signuntur labro inferiori, sunt enim pisces marini, de

Nonne putas melius, quod tecū pusio dormit,
Pusio qui noctu non litigat, exigit a te
Nulla iacens illic munuscula, nec q̄ritur quod
Et lateri parcas, nec quantum iussit anheles.
Sed placet Vrsidio lex iulia, tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno
Mullorumq; iubis, & captatore macello.
Quid fieri non posse putes, si iungitur vlla.
Vrsidio. si moechorum notissimus olim.
Stulta maritali iam porrigit ora capistro?
Quem totiens texit perituri cista latini?
Quid quod & antiquis vxor de moribus illi
Queritur, o medici mediam ptundite venam.
Delitias hominis. tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cede iuuencam
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

macellum

quibus ante dictum est. Et captatore macello, idest omnibus obsoniis, que in macello veneunt. Nam macellum appellarūt locum, in quo omnia que ad victū pertinebant, vendebantur, de quo pluscula superius.

Captatore, per quod hereditates captantur, nam huiusmodi muneribus captantur diuites orbi. Quid fieri non posse, quasi dicat si Vrsidius vxorem ducit, putauero omnia vel preter naturam fieri posse, iuxta illud Virgi. Mopso nysa datur, qd non speremus amātes? Iungentur iam griphes equis, euoq; sequenti cū canibus timidi veniēt ad pocula dame. Moechorū no. quasi cui ciuitatis adulteria sint manifesta. Ora stul. i. ipse stultus figura est synecdoche. Totiēs texit, q sepe in adulteriis est deprehensus. Cista. Nā adulteri superueniente marito sic solent occultari, vnde Horatius. An turpi clausus in arca, quo te dimisit peccāti cōscia herilis, Contractū genibus tangas caput.

latinus

Latini, latinus vt diximus in prima satyra mimus fuit temporibus Domitiani, qui quum timeret delatores, ne falsis criminatiōibus apud principem accusaretur, iis vxorem suam Tymelē submittebat vnde supra. Et a trepido Tymele submissa latino. Ideo poeta ait perituri, quia semper verebatur, ne delationibus periret, vt sit epitheton perpetuum latini.

Media vena · basilica · cephalica

Quid quod & antiquis, hoc risu & gestu iuuandum est. Mediam venam, hoc est haurite sanguinem ex vena media, que ferri solet in delirio. Physici enim tradunt in brachiis tres esse venas descendentes ab epate, quarum vna basilica, altera cephalica appellatur, tertia que in medio harum est media dicitur siue nigra, siue communis, que in furore & delirio feriri solet. Delitias hominis, Acclamatio in derisum Vrsidii, q postulet & querat mulierem antiqua illa bonitate, quum nō inueniat. Delicias hoīs, ac si dicat delicatū hoiem, q putet se extra cōem fortunā ponēdū, vt hēat q̄ alii hr̄e nō possunt, vt alibi de Caluino. Te nūc delicias extra cōia censes ponēdū. Tarpeiū limen adora. Sensus est, supplex inqt fac ad aras Iouis & Iunonis accedas quasi gratias acturus, si mulierē inueneris pudicā.

Capitolinus mons · Tarpeius · Rupes tarpeia

Tarpeiū, capitolinū. Nā mōs capitolinus vbi ędes erat Iouis, mōs añ Tarpeius dictus ē a virgine vestali Tarpeia q̄ ibi a sabinis necata armis & sepulta, eius nōis reliqt monumētū, inde ēt appellata est rupes & saxū tarpeiū vñ noxii p̄cipitabātur, hūc antea montē Saturniū appellatū p̄diderunt, & ab eo late Saturniā terrā. Auratā. nam victime maiores, vt Plini. scribit cornibus auratis dūtaxat imolabant. hī aūt Iunoni ait iuuencā mactādā. Iuno. n. nubētibus p̄esse dr̄. Virg. Iunoni ante oēs cui vincla iugalia cure, & alibi. Pronuba Iuno. Colebatur itē Iuno iugis in vico iugario, vt est apud Liuiū libro ab vrbe cōdita, qd' scribit Festus ita appellatū ꝙ nubere cōiūgeret. Capitis, partē posuit p̄ toto. i. corpis pudici.

Pauce adeo ce. Tanta inquit libidine mulieres flagrant, vt pauce inueniãtur matrone pudice, que digne sint sacra Cereris administrare, per matronas enim castas Thesmophoria. i. sacra cereris legifere celebrabant. vnde ita scri. Diony. in primo. Ei sacrificia faciebant p foeminas ⁊ Nephalios hoc est sobrios, vt lex est grecis.

Thesmophoria

Thesmophoros

Ea autem sacrificia per nouem dies celebrabantur a matronis summa p eos dies castimõia, vnde Ouidius in. x. meta. Primitias frugum dãt spicea serta suarum, pq; nouem noctes Veneri, tactusq; viriles in vetitis numerant. Ceres aũt Thesmophores appellat quasi legifera, θεσμος enim legem significat, prima. n. vt tradunt auctores, inter quos Pli. in vii. ⁊ Diodo. in. vi. leges inuenit. De cuius sacris ita Liuius libro. Sacrũ anniuersarium Cereris intermissum est, qa nec lugentibus facere id fas est, nec vlla illa tempestate matrona luctus expers fuerat. Diod. quoq; tradit cereris mysteria antiquitate, castimoniaq; apud oes homines vulgata fuisse. Cicero in Verrinis docet quẽadmodũ sacra cereris p mulieres castas virgines conficiebat. Pater osc. Nam ex veteri instituto affines occurrentes osculo excipiebant, vñ Plinius libro. xiiii. sic scrib. Cato ideo propi quos foeminis osculum dare vt scirent an temetum olerẽt, de hoc more item Plutarchus in problematis disputat. Timeat oscula, vt impudica. Vnus iberinę, ita loqtur poeta quasi Vrsidius respondeat Iberinam vno viro contentam. pronunciatiue legendum. Extorquebis, difficulter obtinebis. Magna tñ fama est, iterum introducit Vrsidium ostendentem in agris quandã inueniri, que honeste viuat. Viuat fidenis, verba Iuuenalis ad vrsidium, quibus colligit nõ tã facile in vrbibus q̃ i agris pudicitię locũ esse, sed tñ ⁊ in locis agrestibus ⁊ montanis multa p libidinem flagitia cõmitti, legantur aũt p nũciatiue viuat gabiis, vt vixit in agro, ac si dicat, non ita viuat in vrbe vt vixit rure. Gabiis, ciuitas Latii, vbi vt scribit Dionysius, Romulus ⁊ Remus eruditi sunt. Fidenis, vrbs latii. Et agello cedo paterno, ⁊ particula indignatiõem sepe exprimit, vt illud virg. Et quisq; numen Iunonis adoret: quasi inuitus assenti at in agris caste degi, vt sit concedo quidẽ ita esse vt dicis q̃ in agro quẽdam bene viuat, sed quis tñ affirmet i agris nihil ipudicũ agi? Adeo, intantũ, ita ne. Senuerunt Iuppiter ⁊ Mars, per Iouem ⁊ Martẽ oẽs Mœchos intelligit, nam Iuppiter ⁊ mars vt ex poetaꝝ numẽtis colligitur mulierum maximi fuere stupratores. Porticibus ne tibi, percurrit poeta locos, quo frequentes mulieres conueniebant, vt erat porticus Liuię, porticus pompeia. Theatrum. Vnde Ouidius in primo de arte amandi. Tu modo pompeia lentus spaciare sub vmbra, Quum sol herculei terga leonis adit. Nec tibi vitetur quę priscis sparsa tabellis porticus, auctoris Liuia nomen habet. Est ergo sensus. Inuenies ne in bis locis tantopere celebratis a mulieribus aliquam, que honesta sit ⁊ digna voto tuo. Spectacula, theatra, nam ⁊ mulieres ad spectandos ludos in theatra confluebãt. vnde Ouidius in eodem. Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos. Spectatum veniunt, veniũt spectẽtur vt ipsę. Cuneis, sedilibus theatri. Nam cunei dicuntur sedes Theatri. Virgi. Nuncius Anchisę ad tumulũ cuneosq; theatri. Incensas perfert naues Eumelus. Tranqllus in Augusto. Prętextatis cuneum suum ⁊ proximum pędagogis assignauit. q̃dam vero nõ vulgares mathematici contẽdũt cuneos proprie appellari vias illas (nam multę sunt) qbus itur ⁊ i orchestrã, quę in ima parte theatri humi posita ẽ, ⁊ in partes theatri supiores. Cuneus ẽt dicit quo scindũtur ligna, ⁊ ordo in exercitu. Chirono mon, ita inquit mulieres seculi nostri in libidinem sunt profusę, vt vel lasciuę saltatiõis spectatione pruriant ẽ corrumpant. vnde Ouid. de remedio amoris. Corrũpunt animos cytharę cantusq; lyręq; Et vox ⁊ numeris brachia mota suis. Chironomõ ledã. Leda nomen est fabulę nominatę a leda matre helenę, quę chironomia representabatur. i. manuũ gesticulatione a χειρ quod est manus, ⁊ νομος lex, quibusdã enim veluti prescriptis motibus ⁊ nutibus taciti saltabant, quoꝝ alii appellabãtur subiti, alii longi, miserabiles alii. De quibus illic sensit Claudianus. Qui lętis risum salibus monisse facetus. Qui nutu manibusq; loquax. Nam omnes fabulę auctore Luciano adhibitis tibicinibus in scoena saltabantur, vt Leda, Antiopa, andromachę, Cyclops. Tranquillus in Nerone. Ac nouissimo die vouerat histrionem saltaturum, Virgilii Turnum. Cicero in. ii. questionũ academicaꝝ. Qui primo inflatu tibicinis Antiopã esse aiunt, aut andromachen Horatius. Pastorem saltaret vti cyclopa rogabat. Iulius capitolinus in Galenis sic scribit. Cyclopa ẽt luserũt oẽs arenarii ita vt miranda quędam ⁊ stupenda mõstrarẽt. Ausonius in saltatorem ineptũ. Decepte foelix casus i msicuit arti. Histrio saltauit qui capanea ruit. Idẽ qui Nioben saltauit saxeus, vt tum spectator verã credideri nioben. In canace visus multo felicior ipsa, q̃d non hic gladio vis cera disecuit. Idẽ de eodẽ, Daphnẽ ⁊ nioben saltauit, simius idem ligneus vt daphne, saxeus vt niobe. Trãquillus in caligula Pantomimus. M. nestor tragoediã saltauit. Tucia vesicę nõ impat. i. Tucia mulier pudica, qualis fuit Tucia virgo vestalis, que cribro sumpta aqua ex tiberi virginitatẽ suã pbauit, nõ tẽperat. i. nõ cõpescit titillatũ libidinis spectãdo ludos, ac p hõ docet mores nõ mõ turpia audiẽdo, sed ẽt videdo facile vel in bonis corrũpi. Vñ Massiliẽses debita laude fraudãdi nõ sunt, q̃ in scoenã nullũ aditũ mimis dederũt, q̃ eoꝝ argumẽta maiore ex parte stuproꝝ cõtinẽt actus, ne talia spectãdi cõsuetudo ẽt imitãdi licẽtiã sumeret, vñ ⁊ Diuus Cyprianus i epistolis suis sic scribit. Adulteriũ dicit dũ videtur, ⁊ que pudica fortasse ad spectaculũ matrona pcesserat de spectaculo reuertit ipudica.

Pauce adeo cereris vittas contingere digne,
Quarũ non timeat pater oscula, nectte coronã
Postibus, ẽ densos per limina nectte corimbos
Vnus iberinę vir sufficit, ocius illud
Extorquebis vt hęc oculo contenta sit vno.
Magna tamẽ fama est cuiusdam rure paterno
Vinentis, viuat gabiis vt vixit in agro,
Viuat fidenis, ẽ agello cedo paterno,
Quis tamẽ affirmat, nil actũ i mõtibus, aut i
Speluncis, adeo senuerunt iuppiter ẽ mars,
Porticibus ne tibi monstratur foemina voto
Digna tuo cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, q̃dq; inde excerpe possis.

cuneus

Batyllo, mimo saltãte ledã chironomõ. i. dũ spectat Batyllũ mimũ saltãtẽ fabulã ledã vbi molli opus erat saltatiõe. nã Batyllus vt diximus i cõmẽ. Per. mimus fuit de quo ⁊ Persi. Tris tñ ad nũeros satyri moueare batylli. Batyllus itẽ puer fuit dilectus ab Anacreõte poeta, vt oñdit Apule. in floridis. ⁊ Horatius. nõ aliter samio dñt arsisse batyllo Anacreõta teiũ. Batylli item populi septẽtrionales, an Batylli ctore Ptolomęo, Batyllũ itẽ istim est ferreum quo vtimur ad vsum ignis, horatius. Prętextã ⁊ latũ clauũ prunęq; batyllũ. Appula gã. Si. in amp. Appula nomẽ ẽ mulieris, q̃ igt ad pruritũ mouet ⁊ vocis murmure libidinẽ exẽmit, ac si eẽt i aplexu hoĩs dũ spectat talem saltationẽ.

Batylli

Chironomon ledam molli saltante batyllo
Tucia vesicę non imperat, appula gannit
Sicut in amplexu, subitũ ẽ miserabile longum
Attẽdit thymele thymele tum rustica discit.
Ast alię quotiens aulea recondita cessant,
Et vacuo clausoq; sonant fora sola theatro,
Atq; a plębeis longe magalesia, tristes.
Personam, thyrsumq; tenent, ẽ subligar acci.
Vrbicus exodio risum monet attelanę
Gestibus antonoes, hũc diligit Aelia pauper,
Solnitur his magno comoedi fibula, sunt quę

Subi. ordo ẽ. Thymele attẽdit subitũ ⁊ miserabile ⁊ lõgũ, noia. n. sũt vt diximus gestuũ q̃ motu manuũ fiebãt i saltatiõe. Thymele, mulier q̃ saltatiõibus oblectabãt τυμελαν ꝓprie dicit pulpitũ scęna. τυμελικος histrio. de thymele ãt i. i. satyr. Vberius diximus. Rustica, rudis ⁊ impita an vere rustica ⁊ pagana, vt oñdat nõ mõ mulieres vbanas sed ⁊ rusticas spectaculis lasciuis corrũpi. Attẽdit, diligẽter obsnat vt discat. Astal. q. Sẽtus ẽ. Quotiẽs igt ludi ⁊ theatrales cessant ⁊ ludi circẽses sunt lõge a plębeis, hoiesq; negotiis forẽsibus sũt occupati, mulieres p multũ ociũ ornamẽta histrionica cõtrectãt. Est aũt ordo. Alię tristes tenẽt psonã ⁊ thyrsũ ⁊ subligar acci quotiẽs aulea recõdita cessant, ⁊ quotiẽs fora sola sonãt clauso theatro, ⁊ quotiẽs Megalesia sũt lõge a plębeis. Aulea re. i. vela ⁊ ornamẽta scęnę, ac p hẽ ipsi ludi scęnici i quoꝝ apparatũ sunt ipsa aulea ⁊ vela quũ ad ornatũ tũ ad solẽ arcẽdũ. vñ Hora. i epist. Quatuor haud plures aulea ꝑmunt in horas. Cessant, sub mota sũt. Sola fo. s. indiciaria, nã tria erãt fora romę, vt docet Trãql. i augusto q̃ quũ duo nõ sufficerẽt, tertiũ extruxit. Clauso th. finitis ludis, clauso igit Theatro igtũ ad ludoꝝ celebrationẽ, nõ q̃ mulieres nõ igrederẽt ⁊ instra illa scęnica ptractarẽt, ociosę, talũq; reꝝ valde studiosę. Megalesia, ludi erãt circẽses q̃ in honorẽ magnę matris celebrabant, dicati a Iunio Bruto q̃d docet Liuius his verbis. Marcus Iunius bruꝰ eodem magnę mris deũ i palatio dedicauit, ⁊ ludos ob eandẽ dedicationẽ factos megalesia appellauit, μεγαλη. n. magna dicit, μεγαλειος magnus. Tales ergo ludi magna cũ voluptate totius populi celebrabant. De qbus Iuue. infra Interea megalesiacę spectacula mappę Ideũ soléne colũt, similisq; triũpho prędo caballoꝝ ꝓtor ẽdet, ac mihi pace imensę nimięq; licet si dicere plębis. Totã hodie romã circus capit. Lõge a plę. subandi sunt. i. quotiẽs ludi circẽses q̃ in gr̃am plębis maxime exhibebant sũt lõge a plębeis. i. pfecti sunt, ⁊ plębei a ludis discesserunt, nã vt diximus in tioveris stato soléniq; die celebrabant magno totius plębis studio ⁊ delectatiõe, vñ ait, Ac mihi pace imensę nimięq; licet si dicere plębis. Et alibi. nã q̃ dabat olim impiũ, fasces, legiones, oia, nũc se cõtinet atq; duas tñ res anxius optat pan ⁊ circenses. Eos plębeios appellauere ꝑm Asconiũ Pedianũq; exactis regibus ꝓ libertate plębis fecerũt, aut ꝓ recõciliatione plębis.

Mega lesia

Tristes, ꝑa priuatę sunt ea ludoꝝ voluptate. Tenẽt, ptractãt. Persona idumentũ faciei, psona aũt dicta Persoẽ a psonãdo, qñ tegmen illud oris ⁊ capitis vna tñ vocis emittẽdę via pnũ ⁊ magis claros canorosq; sonitus facit. Hęc ex Gelio. Thyrsum, hastã inolutã pãpino, quali vtebant bacchę in sacrificiis liberi pris. Talia. n. oia in theatro cõsernabant. Subligar, indumẽtũ quo histriones ad gar velãdas ptes corpis iferiores vtebant. Idẽ sub. ligaculũ dicebat Cice. i gaculũ officiis suis. Scenicoꝝ q̃ dẽ nos tantã habet vetere disciplina verecũdiã, vt in scęna sine subligaculo ꝑdeat nemo. Nãvt scribit Dionysius certatores scęnici in ludis versabant reliq; pte corpis nuda circũ pudẽda velati. Acci, nomẽ est histrionis, Vrbicus. Alind vitiũ notat i mulieribus. Capiunt inqt amore scenicoꝝ cãtantiũ. Sed quũ ii fibulati vocẽ suã vẽdãt in recitatiõe fabulaꝝ, cogunt accepto ꝑcio soluere fibulas suas, vt coeãt cũ eis. Nã cãtores scęnici vt gratiorẽ cõsernarẽt vocẽ i fibulabant duplex aũt fuit fibulę genus. Indumentũ. s. quo nõ solũ vtebant ad iguina tegẽda, sed vt ẽt a coitu cõprimerent, vñ est illud Mart. Menopili penẽ tã grãdis fibula vestit, vt sit comœdis oĩbus vna satis. Hũc ego crediderã (nã sepe laudamur in vno) Sollicitũ voci parcere flacce suę. Dum ludit media populo spectãte palęstra. Delapsa ẽ misero fibula, verpus erat, Et tenuissimũ filiũ sive eneũ, sive argẽteũ q̃d ꝑputio abvtroq; latere sup glãdẽ ꝑforato addebat. Id aũt fiebat tũ vocis cõseruandę, tũ valitudinis gratia q̃d docet. Cor. Celsus lib. vii. Placet magis itelligamus de hoc gñe fibulę q̃ de indumẽto, hoc. n. mõ vox magis seruari põt q̃ per indumentũ, q̃d facile ⁊ solui ⁊ deponi põt. Vrbicus, nomẽ scęnici. Exodio, Exodia vt docet Liuius lib. vii. ab vrbe cõdita, ẽ vt diximus in. iii. satyra ridicula q̃dam erãt itexta versibus q̃ in scęna cantabant. Verba Liuii hęc sunt. Iuuentus histrionibus fabellaꝝ actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula itexta versibus iactitare cœpit, vñ exodia, q̃ exodia postea appellata, cõsertaq; fabellis potissimũ attellanis sunt. Ergo exodio attellanę, i. ridiculo iserto fabellę attellanę. nã Attellanę fabulę dictę sunt a ciuitate oscoꝝ attella. Vbi pmũ cœptę argumẽtis dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis grecis. De iis Diomedes ⁊ Donatus in Teren. Gestibus antonoes, dũ psonã antonoes sustinet i agẽda eius fabula. Nã antonoe filia fuit cadmi thebaꝝ regis ⁊ mater Actęonis cõuersi i cerũ ⁊ a canibus discerpti. De Antonoe ergo scripta erat fabula. Hũc diligit, hinc ẽ idignatio poetę q̃ delectata cãtu viri scenici statim amorẽ eius iciderit. Aelia paup. i. mulier nobilis ⁊ paup, vt oñdat nõ minus pauperes mulieres q̃ diuites libidinis estu flagrare. Nã familia Aeliorꝝ fuit pauprima. Eodẽ. n. ꝑtę sexdecim fuere Aelii Tuberones i vnis ędibus, q̃ bus vnus tñ fuit fundus i agro veiẽte, ⁊ in circo maximo ⁊ flaminio spectãdi locus, q̃ qdẽ loca ob virtutẽ publice donata possidebant, hęc ex Valerio lib. iiii. capi. de pauptate. Fibula comœdi, qua vtit comoedus vt dictũ est. Solnit ab iis. i. ab aliis mulieribus, ad coitũ.

Fibula

Atella

Antonoe

Chryſogonũ,nomẽ cytharœdi fictũ a poeta reſpiciente ad chryſogonũ illũ cytharœdũ qui tꝑibus Alcibiadis in eius naui tanta arte remigiũ manus dirigebat vt quũ illi remoꝝ pulſum cũ Chryſogoni cãtu cõiungeret iocũdã audiẽtibus redderet harmoniã. Chryſogonus ãt ĩterꝑtari põt ſemenaureũ. Nõ χρυσὸσ aurũ γόνοσ ſemẽ ſignificat,cytharœdũ. Cãtare ve.ſunt alię inqt ĩ cãne chryſogonus cãtet,factus.n.eſt raucus nimia libidinis cõtinuatione.

Chriſogonũ cantare vetẽt,his pulla tragoedo
Gandet,an expectas vt quintilianus ametur,
Accipis vxorem de qua cytharoedus echion
Aut galphyrus fiat pater,ãbroſiusq̃ choraules.
Longa per anguſtos figamus pulpita vicos.
Ornentur poſtes,& grandi ianua lauro,
Vt teſtudineo tibi lentule conopeo
Nobilis euryalũ,aut mirmillonẽ exprimat ĩfãs.
Nupta ſenatori comitata eſt hippia ludium
Ad pharon,& nilum famoſaq̃ moenia lagi,
Prodigia,& mores vrbis damnante canopo.
Immemor illa domus,& coniugis atq̃ ſororis
Nil patrię indulſit,plorantesq̃ improba natos

Tragœdo,viro ſcœnico,vt oñdat mulieres libẽter ſeq coitus viroꝝ ĩhoneſtoꝝ,vñ ſeqt, An expectes vt quĩtilianus ametur.q.d.mulieres viros ſapiẽtes ⁊ doctos nõ amãt,vtpote q a tali turpitudine abhorreat.quĩtilianũ ãt poſuit ꝓ oĩ viro ſapiẽte ⁊ docto. Accipis vxorẽ.i. vxorẽ ducis,de q̈ liberos ſuſcipiẽt uiri cytharœdi.nã Echion ⁊ glaphyrus noĩa ſũt cytharœdoꝝ.Mart. Plaudere nec cano,plaudere nec glaphyro, Glaphyrus aũt ĩterꝑtat̃ feſtinus,iucũdus,aſtutus,ornatus,politus. Fiat pr̃,ſuſcipiat liberos, Choraules,tibicen q in choro fiſtula canit,nã χόροσ dr̃ tripudiũ,cœtus,chorus.αὐλὸσ tibia fiſtula ⁊ αὐλέω tibia cano. Ambroſius interꝑtat̃ diuinus ⁊ ĩmortalis.

glaphyrus Choraules ambroſia

Lõga ꝑ anguſtos,hęc oĩa ꝑ ironiã legẽda ſũt.Simus inqt lęti ⁊ in ſignũ lętitię nuptialis ornemus ędes Lauro,vt tibi ĩfantẽ pariat vxor tua ex gladiatore. Figamus pulpita innuptiaꝝ.n.celebratiõe talia fieri ſolebãt ꝑ vrbẽ,vt res ludicras agerẽt. Ianua lauro,Nam tota domus in nuptiis ornabat̃,Apul.in aſino aureo li.iiii. Domus tota lauris obſita,tedis lucida cõſtrepebat hymeneũ.Statius in nuptiis Stellę,Frõde virent poſtes,⁊ feruẽt cõpita flãmis. Infans nobilis.i.q filius tuus putabit̃ ẽ nobilis quũ tñ ex gladiatore natus erit. Exprimat,reꝑſentet,referat.ſimilitudine ⁊ oĩbus oris liniamentis gladiatorẽ. Eurialũ,nomen eſt retiarii alterius ex gladiatoribus,alter.n.mirmillo appellabat̃,de quibus plura diximus in.ii.ſaty.illic.Vicit ⁊ hoc monſtꝝ tunicati muſcina gracchi. Tibi lentule,tibi o vrſidi poſthume q laniſta videri poteris quũ domus tua repleta erit filiis gladiatoribus.Nam lentulus bartiatus cognominatus laniſta fuit caput nobiliſſimus. Ex cuius ludo quattuor ⁊ ſeptuaginta gladiatores ꝓfugerũt,q ſeruis ad vexillũ auxiliumq̃ vocatis Chryſo, Spartaco,⁊ Enomao ducibus crebris exercitus romanos cladibus afflixerũt. Auctores Plutar.in vita.M.Craſſi.Liuius lib. xcv.ab vrbe cõdita.L.florus. Appianus alexãdrinus.

Conopeum

Conopeo,lecto tuo.Nã conopeũ velũ ꝓprie appellat̃ quo maxime Alexãdrini vtunt̃ ad arcẽdos culices, Extendi.n.circa lectũ quaqua verſum conſueuit,quia ibi ex Nilo culices abũdãt. κωνωψ,ὢπος culex dicit̃. De quo ita Horatius. Interq̃ ſigna turpe militaria. Sol aſpicit conopęũ.Varro in.ii.de re ruſti.Loquẽs de mulieribus comitantibus paſtores,ſic ait.Quę oſtendũt ſoetas noſtras quę in conopęis iacent dies aliquot eſſe mucidas ⁊ contẽnendas. Teſtudineo.Nam lecti teſtudine,citro ⁊ ebore ornabant̃. Nupta ſenatori,exemplo hippię oſtẽdit primarias mulieres intemperantię crimine non carere.Nã hippia vxor fabricii veiẽtonis viri ſenatori tꝑibus Domitiani,de quo Plinius meminit in epiſtola ad Semproniũ Ruffum,relicto marito ſecuta eſt gladiatorẽ abeuntẽ ex vrbe in ęgyptũ. De hoc veientone intellexit ante in ſatyra.Ecce iteꝝ criſpinus. Et cũ mortifero prudẽs veiento catullo, Vir.n.fuit vt diximus ſenatorius.Neruę familiariſſimus. Ludiũ,carmẽ eſt hyꝑmetrũ ſicut illud veniet qui pulmẽtaria cõdiat Virgi. Hęc finis fãdi ſolio quũ Iuppiter aureo Ludii ⁊ ludiones dicunt̃ hiſtriones ⁊ viri ſcęnici a ludo noĩati ſic ẽt ludię dictę ſunt mulieres pari modo ſe in ſcenis exercẽtes.

Pharos

Ad pharon, pharos iſula eſt oppoſita Alexãdrie,eiq̃ ponte iũcta,de qua egregie ſcribit Cęſar in cõmentariis ſeu Oppius pro eo. Et Ioſippus in quarto de bello iudaico.Eiuſdẽ noĩs in ea ẽ ẽt turris,ex qua faces exerunt̃ tꝑe noctis indicantes ibi portum eſſe nauigantibus, Famoſaq̃ mœnia lagi.i.Alexandriã q̄ in ęgypto eſt vbi ⁊ pharos ⁊ Nilus ſunt,vt illud oſtendat mulierẽ ad ęgypti oras nauigaſſe.Mœnia aũt lagi Alexandriã ĩtelligit.Nã Ptolomeus qui Alexandro ſucceſſit lagi fuit filius,vñ ⁊ Lagidaꝝ impiũ cœpit,qđ poſt multos annos mortẽ Cleopatrę euerſum fuit. Famoſa,infamia aut quia vt teſtat̃ Strabo,Oẽs poſt tertium Ptolomeũ male vixerũt delitiis corrupti,oĩum vero peſſime quartus ⁊ ſeptimus ⁊ vltimus Auletes,aut qa ibi Põpeius ꝑfide occiſus ſit a Ptolomeo,aut quia in ꝓpinquo Canopi ſit foſſa nocte dieq̃ cymbaꝝ plena in quibus mulieres ⁊ viri ĩpudẽter canunt ⁊ laſciuiunt.Sic.n. ⁊ Cęſar apud Luca.in.vii.appellat regna famoſa ignaua ⁊ imbellia quum hortat̃ milites aduerſus Pompeianos.Ite per ignauas gentes famoſaq̃ regna.Famoſum item ĩ bonã ꝑtem plęrũq̃ eſt legere apud auctores Apuleius in.xi.metamor.At ille vir alioquin grauis ⁊ ſobrię religionis obſeruatione famoſus. Canopo damnante ꝓdigia.i.canopo laſciua nõ ꝓbante mores vrbis, vt ſit ſenſus,licet Canopitani laſciue ⁊ turpiter viuerent damnabant tñ inquit mores romanos ⁊ tantam impudicitiã veluti ꝓdigioſam,quaſi qui tñ flagitiũ ipſi nõ cõmitterent.Canopus aũt nomen accepit auctore Strabone a Canopo Menelai gubernatore qui ibi ſepultus fuit,diſtat aũt ab Alexandria centũ ⁊ viginti ſtadiis,de qua ẽt in prima ſatyra.Nil patrię ĩdulſit,nihil penſi habuit quominus patrię ſuę dedecori eſſet,nullum habuit patrię reſpectũ quominus id ageret,debuit enim rõne patrię tanto ſcelere abſtinere. Plorãtes,ordo eſt,Improba reliquit natos plorantes. Vt magis ſtupeas, magis mireris,publicam aũt romanoꝝ(qđ ſępe facit) deſidiã taxat,qui tantoꝑe ludis ſcęnicis circenſibusq̃ delectarent̃,quaſi dicat illud maxime eſt mirandũ quomodo ẽt filios relinqueret ludos circẽſes relinquere potuerit,ex quibus tantã vniuerſi caperent voluptatem. Paridẽ.

Canopus

Paridẽ,hoc eſt ludos ſcęnicos,paris.n.pãtomimus fuit tꝑibus vt añ diximus Domitiani ei acceptiſſimus. Ludos.s.ſcęnicos ⁊ circenſes qbus tota ciuitas tenebatur.alibi.Si potes auelli circenſibus. Sed q̃q̃ in magnis,licet inqt molliter in domo paterna eſſet educata, contẽpſit tñ labores ⁊ maritima tedia. Cunis,Cunę ⁊ incunabula dicunt̃ lectuli pueroꝝ,vñ ⁊ Cuninã deam veteres colebant q̃ pręeſſet cunis ⁊ ĩfãtulis. Segmẽtatis, q̄ multis ornatę fuiſſet ſegmẽtis. Nam Segmẽta ornamenta ſunt muliebria,vt docet Valerius libro quĩto capite de gratis,ergo cunę talibus ornatę erãt ſegmentis,aut reuera circulis et ęonis qbusdam diſtĩctę ⁊ pictę.Nã Pli.lib.vi.capite.xxxiiii.oſtendit ſegmenta ſignificare circulos his verbis.Plura ſũt aũt hęc ſegmenta mũdi quę noſtri circulos appellauere gręci palellos,nomen aũt deductũ videt̃ a ſecando.i.diuidẽdo ⁊ diſtinguẽdo,de ſegmẽtis plura diximus ante in ſecunda ſatyra.

Cunę Incunabula Cunina dea Segmẽta

Vtq̃ magis ſtupeas,paridẽ,ludosq̃ reliquit,
Sed quãq̃ in magnis opibus,plumaq̃ paterna
Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis,
Contẽpſit pelagus,famam cõtempſerat olim,
Cuius apud molles mima ẽ iactura cathedras
Tyrrhenos igitur fluctus,lateq̃ ſonantem
Pertulit ionium conſtanti pectore,quamuis
Mutandum totiens eſſet mare.iuſta pericli
Si ratio eſt,& honeſta timẽt,pauidoq̃ gelantur
Pectore,nec tremulis poſſunt inſiſtere plantis,
Fortẽ aĩum ꝑſtant rebus quas turpiter audent,
Si iubeat cõiunx,durũ eſt cõſcendere nauem,
Tunc ſentina grauis,tũc ſummus vertitur aer,
Quę moechũ ſeqt̃ ſtomacho valet,illa maritũ
Cõuomit.hęc inter nautas & prandet & errat
Per puppim,& duros gaudet tractare rudẽtes.
Qua tñ exarſit forma?qua capta iuuenta eſt
Hippia?quid vidit propter quod ludia dici
Suſtinuit?nam ſergiolus iam radere guttur
Coeperat,& ſecto requiem ſperare lacerto.
Pręterea multa in facie deformia,ſicut
Attritus galea,mediiſq̃ in naribus ingens
Gibbus,& acre malum ſemper ſtillantis ocell
Sed gladiator erat,facit hoc illos hiacyntos,
Hoc pueris,patriq̃,hoc pretulit illa ſorori,
Atq̃ viro.ferrũ eſt quod amant,hic ſergius idẽ
Accepta rude coepiſſet veiento videri.
Quid priuata domus,qd fecerit hippia curas.

Cõtempſit pelagus, neglexit duros labores ⁊ pericula maris. Famã cõtempſerat olim,Non mirũ inqt eã mare cõtempſiſſe,q̄ iam famã flocciſecerit,vt oñdat eas mulieres q̄ pudicitiã ſuam ĩminuere ad oĩa eſſe audaciores q̄ honeſtas,nihilq̃ expaueſcere qđ bonis eẽt formidabile. Cuius.s.famę. Minima eſt iactura.i.cuius mĩmã putat eẽ iacturã ⁊ minimũ dãnũ quũ eã amiſerint. Molles cathedras .i.apud foeminas q̄ molliter ⁊ ocioſe ſedent in cathedris nihil opis faciẽtes. Tyrrhenos fluctus,mare infeꝝ nictũ q̃ littus tyrrhenũ radat.Nã mare a locis q̄ alluit nomẽ accipit,vt Siculũ qa ſiciliã.Rhodiũ qa rhodũ.Ionium qa Ioniã radit. Ioniũ.s.fluctũ a ſuꝑiore. Cõſtãti,forti ⁊ minime trepido. Iuſta ꝑicli,ſi forte inqt nauigãdũ ſit aliq̃ iuſta ⁊ vtili cã mulieres ſtatim timẽt, nequeũtq̃ ferre nauigationẽ. Duꝝ eſt,duꝝ ipſe putãt ⁊ laborioſum. Tũc quũ maritus iubet ⁊ honeſta ẽ cã nauigatiõis. Sentina,nauis fundũ quo tota decurrit aqua a ſentiẽdo dicta q̃ maxime putet ⁊ ſentiat̃.Saluſti.in cati.Hi romã ſicut aqua in ſentinã cõfluxerãt. Cice.in Catone maiore.Alii ꝑ foros curſitẽt.Alii ſentinã exhauriãt.Vale.li.ii.cap.de diſciplina militari videt̃ accepiſſe ꝑ ipſa aqua q̄ in fundo nauis corrupta teterrimi ẽ odoris,vt facile nauigãtibus nauſeã moueat,ſic.n. ſcribit.Hac turpi ⁊ erubeſcẽda ſentina vacuefactus exercitus noſter. Vertit̃ aer,aeris q̃dã vertigo oculis oborit̃.

Illa,ſubaudi quę maritum ſequitur nauſeat et vomit. Hęc.i.quę ſeqtur moechũ, Rudẽtes,funes nauiũ dicunt̃ rudẽtes q̃ flantibus vẽtis rudere vident̃. Qua tñ exarſit forma? hac ĩterrogatiõe acrius lacerat hippiam q̃ nõ forma quę nulla erat in hoĩe,ſed qa arma tractaret ſecuta ſit gladiatorẽ. Ludia,nam vt diximus vt ludii et ludiones dicebant̃ viri ſcęnici ita ⁊ mulieres ludię appellabant̃. Tranqllus in Auguſto Hiſtriones aut ẽt triuiales ex circo ludios interponebat,aut frequẽtiſſime aretalogas. Nam ſergiolus,rõ quare in hoĩe nihil eſſet q̃ amaret̃,nam oẽm inqt formam exuerat,barbam.n.totũ guttur veſtientẽ radebat,ut oſtendat illũ grandioris fuiſſe ętatis, Sed quia gladiator erat placebat admodũ,nam tales putãt hiacyntos,hoc ẽ formoſos ⁊ gratioſos qualis fuit hiacyntus puer dilectus ab apollĩe,quẽ conſtat ludentẽ disco a Borea irato q̃ magis apollinẽ amaret interemptũ,mutatũq̃ ab Apolline in florem noĩs ſui. Sergiolus aũt nomẽ fuit gladiatoris forma diminutiua ꝑ cõtẽptum. Requiẽ.i.miſſionẽ, quę gladiatoribus dabatur quũ aliquo fuiſſent debili mẽbro.Mar.Nuper quũ myrino peteret miſſio lęſo,donabantur .n.rude. Vñ ſequit̃ hic Sergius idẽ Accepta rude coepiſſet veiento videri. Sicut attritus galea.i.contuſus multo attritu galeę ⁊ deformatus,ita vt mirũ videri poſſit q̃ ab Hippia ſit dilectus. Gibbus.eminẽtia ⁊ tumor,nam gibbus naſcitur in quacunq̃ ꝑte corpis. Sed gladiator erat,adiuuãdum geſtu. Hoc,q̃ eẽt gladiator. Hoc pueris patrięq̃ pluris inquit,fecit hoc quod gladiator.s.eſſet.q̄ filios q̄ patriam q̄ ſororẽ q̄ maritum,quos oẽs ꝑ gladiatore contempſit atq̃ reliqt. Ferrum eſt quod amant, amant inquit eos q̃ arma ꝑtractẽt vt viros ad coitũ validos. Coepiſſet veiento videri,ſi forte inqt Sergius gladiator rudem accepiſſet.i.miſſionem impetraſſet,ſtatim ab Hippia derelictus eẽt ſicut ⁊ veiento maritus,nã illum alterum veiẽtonẽ exiſtimaſſet,vt oſtẽdat illum tñ placuiſſe qa arma tractaret. Accepta rude,Rudis virga erat qua gladiatores ĩpetrata miſſione donabant̃, erat.n.ſignum miſſionis artis gladiatorię,Vnde Horatius metaphoricos ait.Spectatum ſatis et donatum iam rude quęris Mecoenas iterum antiquo me includere ludo.Cicero in.ii.philippica.Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti.

Rudẽtes Ludii Ludiones Ludię Hiacynthus gibbus Rudis

Respice riuales diuorum,claudius audi
Que tulerit.dormire virũ quũ senserat vxor
Ausa palatino tegetem preferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrũ flauo crinẽ abscondente galero
Intrauit calidum veteri centone lupanar.
Et cellam vacuam,atq; suã,tunc nuda papillis
Constitit auratis titulum mentita lycisse,

Respice riuales,vult poeta ostendere nõ modo priuatas mulieres,sed & primarias,principumq; vxores intemperantes,impudicasq; esse,hocq; probat exẽplo Messaline vxoris Claudii cesaris,de qua ita scribit Pli. lib. vii.Cesaris societas in coitu,homini ꝓpe nulla.Messalina Claudii cesaris coniũx regalẽ existimans palmam, certã elegit nobilissimã ex ꝓstitutis ancillã mercenarie stipis,eamq; die ac nocte superauit quinto & vicesimo cõcubitu. Et tacitus. Iã Messalina facilitate adulterio℞ in fastidiũ versa ad incognitas libidines ꝓfluebat. Riuales diuorũ, (Riuales) cesares intelligit q̃ rerũ domini & muli quodam mõ deo℞ habebant,vñ extat illud. Diuisum iperiũ,cũ Ioue Cesar habet.Põt eẽ alius sensus & melior,vt hoc dicat.Respice riuales impato℞,hoc est amatores augustia℞,q.n.vxores impato℞ amãt riuales sunt,impatores diui noiant.Diuos.n.dicimus ex hoĩbus factos,quasi q̃ diẽ obierint,vñ diuos impatores vocamus.Deos vero ꝑpetuos.Riuales aũt dicũtur proprie auctore Vulpiano,q ꝑ eũdem riuum aquã ducũt,inter quos de eius vsu sepe orit̃ cõtẽtio,vñ metaphoricos nõ solũ amatores dicimus riuales quasi in vnũ amorẽ deriuãtes,& de amoris vsu cõtẽdẽtes,sed ẽt in oĩ arte emulos & eiusdẽ rei studiosos,illos dicimus riuales qui pari aĩo℞ affectu ad aliqd hñdũ studiũ suũ cõferunt,vnde Hora.in poetica.Quin sine riuali teq; & tua solus amares

Claudius,qntus fuit a Iulio cesare impator,Britãnicũ ex Messalina suscepit,ab Agrippina boleto medicato sublatus est. Que tulerit.quãta opprobria passus sit ex adulteriis Messaline vxoris sue impudicissime.

Dormire vi℞,ordo ẽ.Meretrix augusta linqbat.s.virũ,quũ senserat eũ dormire. (Auguste) Meretrix augusta, Cesarea,nã Cesa℞ vxores dicebant̃ auguste. Linquebat, (Cuculus) subaudi maritũ domi & in cubili. Tegetẽ, stragulũ lupanaris,detegete aũt diximus in primo limine qnte (Cucullio) satyre. Cubili palatino,impatorio,nã impato℞ sedes & domiciliũ erat in palalio. Cucullos,cucullus genus est vestis villose,de quo abũde diximus ĩ.iii.satyra illic Veneto duroq; cucullo,idẽ ẽt cucullio dicebat̃. (capilli nigri) Comite an.quũ ad fornicẽ meretriciũ descẽderet,nã vnã tñ secũ hẽbat ancillã,vt vulgaris videret foemina.Crinẽ nigrũ,nã matronis capillus flauus nõ dabat̃,sed niger tñ.contra flaua coma meretricibus,iõ Virg. volẽs oñdere Didonẽ impudicã ait.Nondũ illi flauũ ꝓserpina vertice crinẽ Abstulerat,ergo Messalina ne agnosceret̃ galero viciũ texit. (galerus) Galero,Gale℞ siue galerus genus est pilei.Virg.Et tẽperat astra galero.Idẽ.Nec arcadii bñ ꝓtegit vmbra galeri,eo peculiariter vtebant̃ põtifices,vñ Apuleius in prima Apologia. Verumtamẽ hec Diogeni & Antistheni pera & baculus,qd̃ regibus diadema,quod impatoribus paludamẽtũ,quod pontificibus galerũ,qd̃ lituũ auguribus,vñ & Gelius de flamine Diali.Is solũ galerũ habet album.Galero post crepusculũ arrepto solitus est Nero popinas inire circumq; vicos vagari. Auctor Tranqllus,a galero fit ꝑ diminutionẽ galericulus pro paruo pileo,sed accipit̃ ẽt ꝓ coma ex alienis capillis compacta instar galeri,qua nõnulli vtunt̃ ad dissimulãdã capillo℞ raritatẽ,qd̃ fecit otho,de quo ita Trãquil.Vulso corpore galericulo capiti ꝓꝑ raritatẽ capillo℞ adaptato & annexo vt nemo dignosceret. (galericulus) Eũdem ẽt capillamẽtũ appellauit Tranqllus in Caligula his verbis.Ganeas atq; adulteria capillamẽto celatus,& veste lõga noctibus obiret.licet capillamẽtum alias ꝓ capillo accipiat̃,vt illud apud Apuleiũ in.ii.de asino aureo.Tãta est deniq; capillamẽti dignitas,vt q̃uis auro,veste,gẽmis,oĩq; cetero mũdo exornata mulier incedat,tñ nisi capillũ distinxerit ornata non possit videri.Et ꝑ similitudinẽ Plinius,reliqq; auctores in foeniculo,Anetho,& ferula capillamẽta appellãt ipsa folia,q̃ istar capillo℞ sint.A galero ẽt denoiat̃ auis galerita gallico vocabulo,ẽt legioni nomẽ dedit alanda vt scribit Pli.lib.xi.cap.xxxvii.Varro eũ appellat galericũ,q̃ in capite habeat apicẽ. (galerita auis alanda auis) Lupanar,fornicẽ meretriciũ,a lupis dictũ,meretrices.n.dicte sunt lupe q̃ non minus ad q̃stum sunt auide q̃ lupi ad cibũ. Calidũ,nimia frequẽtia celebratũ. Veteri centone.i.cũ centone veteri,quo cellã sterneret.Nã centones ex pãnis laneis diuerso℞ colo℞,aut lanis in vnũ cõdẽsatis atq; cõsutis cõficiebant̃,in vsum ẽt castro℞ erãt sicut & cilicia,& Cẽtonarii dicebant̃ q cẽtones cõficerẽt,vñ & in saxis legimus collegiũ cẽtonario℞.Strabo lib.vii.de cẽtonibus sic facit mẽtionẽ Nomades etenim tẽtoriis vtũtur,centonũ instar pilo cõtextis in plaustris vitã degentes. Cesar in cõmẽtariis vbi de expugnatione Massilie loqtur sic ait.Cẽtonesq; iniecerũt,ne aut tela tormẽtis missa tabulationẽ ꝑfringerẽt,aut saxa ex catapultis lateritiũ discuterẽt.De cẽtonibus sic meminit Cato in re rusti.quotienscũq; tunicã aut sagã dabis,prius veterẽ accipito,vñ centones fiunt. Centrones dicuntur carmina,q̃ ex diuersis locis,sensibusq; cõcinnãtur,quales sũt cẽtrones ꝓbe falconie,quos ex variis versibus Virgilii cõposuit.Et Ausonius epigrãmaton nõ incelebris scriptor,de versibus Virgilii cẽtronẽ nuptialẽ cõposuit,diffiniuitq; quid sit hmõi Centro ad Paulũ.Et si pateris vt doceã docẽdus ipse centro qd sit absoluã. (centro) Variis de locis sensibusq; diuersis quedã carminis structura solidat̃ in vnũ versum vt coeãt aut cesi duo,aut vnus & sequens cũ medio.Nã duos iunctim locare ineptũ est. Atq; suã,quã sibi elegit vbi ꝓstaret. Papillis,mãmis.nam dicimus papillas,mãmas,mãmillas,vbera pro eodem.

Auratis,pulchris,vel auro exornatis. Mẽtita titulũ,nã cellis meretriciis adhibẽtur inscriptiões & noĩa sua.Martia.Intrasti quotiens inscripte limina celle. Seneca in secũda cõtrouersia.Deducta es ĩ lupanar accepisti locũ,ꝓciũ ẽ cõstitutũ.Titulus ĩscriptus ẽ. (lycisca) Lycisce,nomẽ ẽ ꝓpriũ meretricis.Mart.Facere in lyciscã paule me iubes versus.Britãnice,nã vt diximus Britãnicus ex Messalĩa & claudio natus ẽ,quẽ prĩo germãicũ mox britãnicũ cognoiauit,eũ vicesimo ĩpii die inq; secũdo cõsulatu natũ,sibi puulũ ẽt tũ & militibus ꝓ cõcione manibus suis gestãs & plebi ꝑ spectacula gremio aut añ se retinẽs assidue cõmẽdabat,hũc postea Nero ab Agrippina matre edoctus veneno ꝑ locustã tẽperato sustulit in coena

Ostenditq; tuũ generose britannice ventrem.
Excepit blanda intrantes.atq; era poposcit.
Mox lenone suas iam dimittente puellas
Tristis abit,sed qd potuit tantũ vltima cellam
Clausit,adhuc,ardens rigide tentigine vulue,
Et lassata viris nondum saciata recessit.
Obscurisq; genis turpis,fumoq; lucerne
Foeda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
Hippomanes,carmẽq; loquar,coctũq; venenũ
Priuignoq; datũ,faciunt grauiora coacte
Imperio sexus,minimũ libidine peccant.
Optima sed quare cesonia teste marito?
Bis quingenta dedit,tanti vocat ille pudicam,
Nec pharetras veneris macer ẽ,aut lampade fervet,
Inde faces ardẽt,veniũt a dote sagitte.
Libertas emitur,coram licet innuat atq;
Rescribat,vidua ẽ locuples que nupsit auaro.
Cur desiderio bibule sertorius ardet?
Si verum excutias facies non vxor amatur.

in coena.hec Tranquillus. Ventrẽ tuũ,vbi cõceptus fuisti & editus. Aera,stipem.Seruius rex primus fuit qui es signauit,quum antea rudi rome vterent̃.Signatũ est aũt nota pecudis,vñ dicta pecunia.Hec ex Plini. Tristis abit,nõ expleta libidine sua. Quod potuit .i.qd̃ sibi ꝑ lenonẽ licuit,nam vt esset oĩum vltima ad egrediendũ non est a lenone denegatũ. Adhuc ardens,adhuc libidine estuans. Tentigine,tendore & pruritu libidinis ab extendendo,quum virilia extendũtur,vnde in carmie obscoeno.Turpe qdem dictu,sed ne tentigine rũpat. Vulue,hoc loco abusiue posuit vuluam ꝓ parte genitali.De vulua aũt diximus abunde in.ii.satyra. Rigide,extente & erecte.Virg.in Buc.Tũ rigidas motare cacumina q̃rcus. Nondum saciata,nã libido nunq̃ saciat̃ & extincta reaccendit̃,vsu crescit,& vt diximus ex auctoritate Pli. Ceteris sacietas in coitu,homini nulla.

(gene) Genis,malis,hoc loco,nã gene proprie dicũtur palpebre supiores et iferiores q̃ oculos tegũt & tutãtur.Extremũ ambitum gene supioris antiqui cilium vocauere,vnde & supercilia infra oculos male homini tñ sunt,quas prisci genas vocabant.Hec ex Plinio & Cicero.de natura deo℞. (supercilium) Obscuris,& fumo lucerne & crebris osculis. (puluinar) Ad puluinar,ad lectũ mariti,Puluinaria proprie sunt lectuli,qui vt scribit Seruius ĩ templis sterni consueuerunt in honorẽ deo℞,vnde lectisternia nuncupantur,in illis simulacra deo℞ recumbentia collocabant̃,dicta aũt puluinaria quasi plumi naria,plumis.n.aut tomẽto replebãtur,abusiue ergo ĥ in loco puluinar posuit pro lecto,aut qa impatores tan q̃ dii habebant̃. (lecti sternia puluinaria) Odorẽ lupanaris,nõ exponas prostibuli sed fornicis meretricii.Nã prostibulũ non pro loco accipimus,sed pro ipso scorto. (prostibulũ) Hippomanes carmẽq; loquar,narrabo inquit nunc veneficia,q̃ ab ipsis mulieribus pertractantur,que ẽt ipsis adulteriis sunt graniorã,legendaq; sunt ꝓnunciatiue. (Hippomanes) Hippomanes,caruncula est,que magnitudine carice nascitur in fronte pulli equini colore nigro,qd̃ statim edito partu foeta deuorat,alioquin partũ ad vbera non admittit,siquis ꝑreptũ habeat,hoc aũt ẽ amoris veneficium.Hippomanes item ostendit Virg.in.iii.georg.esse virus qd̃ ab inguine eque defluit,quũ amoris agitat̃ furore.Hic demũ hippomanes vero quod noĩe dicunt Pastores,lentũ distillat ab inguine virus.Hippomanes,quod sepe male legere nouerce.Ex hoc aũt parabãtur multa veneficia,dictũq; videtur ab hippos quod est equus & mania furia & insania quedã,nã tunc legitur quum eque furore agitantur,& amores appetunt,ex quo vocabulũ ẽ equire sicuti subare dicunt̃ sues,quũ libidine incenduntur. De Hippomane multa Aristoteles lib.vi.de natu.animalium.& Columella inquit veneno inditũ ẽ nomen Hippomanes q̃ eque cupidini similẽ mortalibus amorem accendat. Carmen,incantationes & verba malefica que veneficiis addi solent,vnde Virgi.Hippomanes quod sepe male legere nouerce. Miscuerũtq; herbas & non innoxia verba. Coctumq; venenũ,coquitur enim quum paratur ad necem hominis,vnde Nero coegit (vt scribit Tranquillus) locustam coram se in cubiculo venenum quo sustulit Britãnicum coquere,quod iterum,ac sepius recoctum porcello obiecit. (Priuignus) Priuigno,dictus est priuignus,quod antequam nouerca nubat et in nouam familiam eat progenitus sit,pri enim antiqui auctore Festo ponebant pro pre. Faciunt grauiora,q̃ sint adulteria. Imperio sexus.hoc est infirmitate sexus foeminei,quo ad omne flagitium facile impelluntur. Minimumq; libidine peccant,si reliqua inquit scelera volueris considerare minimum est,quod peccant libidine & re venerea. Optima sed quare Cesonia? Affirmas inquit Vrsidius o Iuuenalis omnes mulieres esse impudicas. At ego audio Cesoniam vt bonam & honestam laudari a marito.Sed eam inquit landat,non quia sit bona,sed q̃ grandem attulerit dotem. Sicq; ostendit poeta notans auaritiam sui temporis mulieres censeri non ex moribus,sed ex dote & diuitiis. Bis quingenta mille vel sestertia vel talenta. Tanti vocat ille pudicam,ob illam inquit dotem,vxorem suam probat & honestam pudicitiamq; vocat. Nec pharetras veneris macer est,si vxorem inquit suam diligit amor ille non prouenit ex aliquo libidinis ardore,sed a dote quam tulit. Pharetris,idest sagittis cupidinis,qui filius veneris est & pharetratus pingitur,eidem etiam dantur faces quibus amantes incenduntur.

Inde ab mille sestertiis. Libertas emitur.Iuxta illud Plautinum in Asinaria argentum accepi,dote imperium vendidi,dotem accepi,libertatem vendidi.Nam maritus qui grandem accepit dotem est veluti vxoris seruus. Coram,potest inquit vxor diues presente marito amatoribus suis,& innuere & scribere,neque enim is quicquam audet mutire. (vidua) Vidua est locuples,mulier inquit que grandem tulit dotem ex arbitrio omnia in domo mariti agit,ac si maritum non haberet,vidua dicta est,q̃ a viro sit diuisa & separata.Nam iduare hetrusca lingua auctore Macrobio est diuidere,vnde vidua quasi valde idua,idest valde diuisa,aut vidua quasi viro idua,idest diuisa. Cur desiderio,ostendit etiam mulieres diligi non ꝓpter pudicitiam,sed ꝓpter formam. Si verum excutias,si verum ꝑscruteris. Facies,id forma ipsa & pulchritudo.

Tres ruge subeant.i.si in senectutem declinet, & iã rugosa fiat. Cutis arida, que exhausto succo laxior sit & flaccida. Et sepe emũgeris, q̃ solet eẽ molestũ. Catullus de amica Formiani sic ait. Nec longis digitis, nec ore sicco. Interea dũ apud maritũ est. Calet, nõ friget inquit in domo, sed pmpta & calens ad oĩa tractanda, vnde sequr regnat, idest ex arbitrio oĩa administrat & imperat.

Oñe canusinã, appulam. nam lanam appulã pcipue fuisse nobilitatis indicat Plinius his verbis. Lana aũt laudatissima appula, & que in italia greci pecoris appellat, alibi italica. Canusiũ aũt oppidum est Danniorũ in appulia. de lana ãt canusina ita Plinius. Hispania nigri velleris pcipuas habet, pollentia iuxta alpes. canusiũ rutuli, quas erythras vocant, ερυθρος.n. rubrũ significat, hinc ẽ canusinatus canusinã indutus vestẽ. Martia. Canusinatus nostro syrus assere sudet. Et Tranql. in Nerone. Canusinatos muliones appellat.

Canusium

Lana canusina

canusinatus

Ager falernus

Tres ruge subeant, & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculiq; minores,
Collige sarcinulas dicet libertus, & exi
Iam grauis es nobis, & sepe emungeris, exi
Ocyus, & propera, sicco venit altera naso.
Interea calet & regnat, poscitq; maritum
Pastores & ouem canusinam, vlmosq; falernas
Quantulũ in hoc, pueros oẽs, ergastula tota
Quodq; domi nõ est, & habet vicinus ematur.
Mense quidẽ brume, cũ iam mercator Iason
Clausus, & armatis obstat casa candida nautis,
Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Myrrhina, deide adamas notissimus, & bereni-
In digito factus pciosior, hũc dedit olim (ces
Barbarus inceste dedit hunc agrippa sorori.
Obseruant vbi festa mero pede sabbata reges

Vlmos falernas.i. vineta campana. Nã ager falernus in cãpania est dictus, vt scribit Silius italicus a falerno agricola, qui primus eas vites coluisse dicitur. Secũdam nobilitatem falerno vino dedit Augustus, quum setinũ vinũ cunctis pretulisset. Martialis. Scelus est iugulare falernũ, Et dare campano toxica seua mero. Nigri coloris fuisse indicat Martialis. Candida nigrescant vetulo cristalla falerno. austerum fuisse docet. Persius. Indomitũ quod dispumare falernum Sufficiat. Quantulũ in hoc. poscit inquit minimũ in hoc.i. in predictis, ac si dicat hoc minimum ẽ pre aliis que petet. Oẽs pueros, magnum seruorũ gregem.s. poscit, quod plus est q̃ predicta, Ergastula tota.s. poscit.i. seruos oẽs ad opus faciendũ destinatos in compedibus, vincti.n. tenebant, vñ alibi. Squalidus in magna fastidit compede fossor. De quibus sic. L. florus. Seruitia (proh nefas) & ergastula armantur. Plinius. Coli rura ergastulis pessimum est, vt quicquid agit a desperantibus. Apuleius in prima Apologia. Quindecim hoĩes liberi populus est, totidẽ serui familia, totidẽ vincti ergastulum. Ergastulũ etiã capitur pro loco in quo serui tenent in vinculis, vnde illud apud Pliniũ. Mox Marius Cinnana dominatione reuocatus ruptis ergastulis exercitũ fecit. Columella in primo de re rustica sic. Optime solutis seruis celle meridiem equinoctialem spectantes fient, vinctis q̃ saluberrimũ, subterraneum ergastulũ, plurimis sitq; id angustis illustratũ fenestris, atq; a terra sic editis, vt ne manu contingi possint. Et idẽ in eodẽ. Ergastuli mãcipia recognoscant. Ab ergastulo fit ergastularius, diciturq; is qui ergastulis preest, de quo ita Columella in primo vt ergastulis magis obnoxii. Ergastulũ aũt dictũ ẽ vel απο του εργου.i. ab opere, & στελλω mitto q; ad opus faciendum mitterent, vel ab εργαζομαι qđ significat operor. Vnde & Ergasteriũ quod significat officinã. Et

Ergastulũ

Ergastularius

ergasterium

ergastes operarium, vel ab ειργω qđ est prohibeo, claudo, impedio, detineo. Et habet vicinus, importunitatem, inuidiamq; mulieris attende, q̃ doleat se non habere quod habet vicinus. Mense quidẽ brume, nauigabit inquit maritus imperãte vxore ẽt tpe hiemali, quo ingentia nauigãtibus pericula imminent, & frigora obstant. Brume, pars est ea hyemis, in qua dies sunt breuiores. Mercator Iason. Iasonẽ posuit pro omni mercatore alludens ad Iasonẽ Thessalũ, qui nauigauit Colchos ad vellus aureũ rapiendũ. Clausus, sub audi est.i. domi se continet clausum pp frigora & vẽtos seuientes. Casa candida, niuibus candicãs, quod indicat hiemẽ seuire. Armatis, ad nauigandũ paratis & instructis, nã appellatione armorũ intelligimus instrumenta cuiuslibet artis. Crystallina.s. vasa q̃ in magno erant precio. Cristallũ fit auctore Plinio gelu vehemẽtiore cõcreto nec alibi certe q̃ vbi maxime hiberne niues riget, glacieq; eẽ certũ est, vñ & nomẽ greci dedere. nam κρυον gelu significat στελλω cõtrabo, vñ crystallũ gelu cõtractũ. Maxima myrrina.i. maxima vasa ex myrrha. Lucanus. Nõ erigit egros Nobilis ignoto diffusus cõsule bacchus, nõ auro mirrhaq; bibũt. Mart. Si calidũ potas ardẽti myrrha falerno Cõuenit & melior fit sapor inde mero. Criẽs vt tradit Pli. myrrhina mittit. humorẽ subterra putãt calore cõdensari. Adamas notissimus. Adamas maximũ in rebus humanis habet pciũ inter gẽmas, diu nõ nisi regibus, & iis admodũ paucis cognitus, & quo carior teneat, adamãti. Magi. putãt nomẽ impositũ ab eo q; impetus hoĩum & iracũdias domet. Hec Plini. q multa de Adamãte scribit lib. xxxvii. In digito Berenices.i. q factus ẽ notus gestatione Berenices sororis Agrippe. Agrippa rex iudeorũ, q regnũ post mortem Tiberii adeptus est, moriens filiũ reliquit agrippã noĩe septẽdecim annorũ & filias tres Drusillã, Mariã, & Berenicẽ, q̃ Herodi patruo iũcta fuit matrimonio. Hec post mortẽ Herodis multo tpe vidua fama discurrẽte, q; cũ fratre coiret, suasit Polemoni regi lycie vt circũcisus eã haberet vxorem. Sic.n. indicabat falsas oblocutiões posse mõstrari. Hec ex vlt. lib. Iosephi antiqtatis iudaice. Ait ergo poeta hũc Agrippã barbarorũ dedisse adamãta sorori sue iceste vt vnã tñ intelligas nõ duas Berenices, vt sit ordo, Agrippa barbarus dedit hũc sorori iceste. nec illud moueãt q; bis repetat, dedit. Nã h̃ sepe fit apđ poetas. Virg. Teq; adeo decus h̃ eui te cõsule inibit. Dedit hũc.i. h̃ genus lapilli.i. adamãta. Obseruãt vbi.i. in terra iudeorũ, est.n. pipbrasis terre iudaice, vt sit dedit hunc adamanta sorori sue illic vbi reges obseruãt festa sabbata pede nudo.i. in iudea. Sabbata, Sabbatũ lingua iudeorũ requiem significat. Nã moses Damascena patria antiq repetita montẽ Synai occupauit, quo septem dierũ ieiunio per deserta Arabie cũ populo suo fatigatus quũ tandem

bruma

crystallum

Adamas

Agrippam

Sabbatum

tandem venisset septimum diem more gentis sabbatũ.i. diem quietis appellatum in omne euũ ieiunio seruauit, qñ illa dies famem eis erroremq; finierat. De mose aũt meminit Strabo. Corne. tacitus. Trogus, ergo obseruant festa Sabbata.i. celebrant & ieiunio & oĩum operũ intermissione, quiescũt.n. & ieiunãt. De ieiunio Tranquillus in Augusto. Et rursus ne Iudeus qdem mi Tiberi tã diligenter sabbatis ieiuniũ seruat, q̃ hodie ego seruaui, vñ Iudei dicti sunt Sabbatarii. Mero pede.i. nudo. Nã iudei pedibus nudis sacra sua pagũt, que a Tertulliano & Hieronymo nudipedalia dĩr vnde Iosephus in secundo libro belli iudaici sic scribit, Berrenice regina vt deo vota solueret pro salute hierosolyma venit, & p more patrio hostiis cesis, capillisq; derasis nudipes ante tribunal stetit. Egisippus vero in secundo belli iudaici libro tradit Berenicẽ sororem Agrippe regis ad tẽplum religionis cã venisse, atq; Festũ psidem Syrie obsecrasse, acerbissima cede in populũ deseuiret, Astabat.n. nudis pedibus religioni inseruiens. Senibus porcis, senescũt ex lege Mosis porci apud iudeos, vt scribit Tacitus, quia iudei carne porcina abstinent, Vñ Augustus cesar quum audiuisset inter pueros, quos in Syria Herodes rex iudeorũ intra bimatum iussit interfici, filiũ quoq; eius occisum, mira vrbanitate fert dixisse Melius est Herodis porcũ esse q̃ filiũ. Vetus clemẽtia, vetus iudeorũ benignitas, q ex veteri mosis istituto carnem suillam nõ comedunt. Clemẽtiam aũt appellat, q quum possint dentibus suis in porcos seuire non seuiant. Est.n. clemẽtia vt diximus in prima satyra ex diffinitione Senece. Tẽperãtia aĩ in ptãte vlciscẽdi. Et lenitas supioris aduersus inferiorẽ. Nulla ne de tãtis. alia interrogatio ad Iuue. qua oĩno rñdens Iuuenalis concludit, nullã extare mulierẽ q̃ ab oĩ parte sit pfecta. Nã licet inqt oĩa adsint mulieri, q̃ maxime in muliere psecta esse debent, vt sit formosa, decẽs, diues, foecũda, nobili genere, pudica, vno vitio laborabit, qđ oĩbus his bonis pponderabit, erit.n. supba. Foecũda, q̃ pariat, contra dicit Sterilis q̃ nõ parit. Porticibus.i. sit nobilis et generosa, nã in atriis Stemata locabãtur.i. imagines cere, maiorũ ordine digeste in singulis armariis, de qbus multa illic. Stemata qđ faciũt. Intactior, cõtinẽtior q̃ fuerint Sabine mulieres, q̃ anteq̃ a Romanis imperãte Romulo rapte sint in iura maritorũ, pudicissime sunt habite. Atq; ẽt ea probitate, vt quũ ex romanis liberos suscepissent, oborto bello ex iniuria raptarũ iter Romulum & Tatiũ ducẽ Sabinorũ ipse inter patres & maritos medie intercedentes vtrisq; pacis cõficiende cãm attulerint, ii.n. postea regnũ consociarunt, vnãq; ciuitatem ex duabus fecerũt. De his Liuius primo lib. ab vrbe condita, Ouid. in. iii. fasto. Quum rapte veniũt inter patresq; virosq;, Inq; sinu natos pignora chara tenent, Vt medium campi scissis tenuere capillis in terrã posito pcubuere genu. Dirimente, diuidente, nã interuentu earum oĩa sedata sunt. Rara auis in terris, hoc carmẽ per parenthesim est dictũ, estq; veluti probitum, vñ & Persius. qñ hec rara auis ẽ, siquid tñ aptius exit laudari me tuam. q.d. raram inuenias, que his ornata sit bonis.

Sabbatarius

Nudipedalia sacra

Clementia

Stemata

Et vetus indulget senibus clementia porcis
Nulla ne de tãtis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, diues, foecunda vetustos
Porticibus disponat auos intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente sabina,
(Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno)
Quis feret vxorem, cui constant omnia? malo
Malo venusinam q̃ te cornelia mater
Gracchorum, si cum magis virtutibus affers
Grãde supciliũ, & numeras cũ dote triũphos.
Tolle tuũ precor hannibalem, victũq; siphacẽ

Cygno nigro, qa cygni, que aues sunt marine, cãdidissimi sunt. Quis ferat vxorẽ cui constant oĩa? q.d. eam ex tantis bonis insolentẽ superbãq; fieri. Quis ferat, quis possit ferre & sustinere mores eius, que postea ita superbiat. Cui cõstant, cui suppetũt & adsunt. Virg. Postq̃ cũcta videt coelo constare sereno. Omnia, qualia p diximus. Malo venusinam, ostẽdit poeta mores mediocris mulieris plerunq; esse faciliores, q̃ potentis & nobilis matrone. Malo eni inqt vxorem mulierem appulã, q̃ romanam generosam qlis fuit Cornelia aphricani superioris filia, que ex Tiberio graccho duos suscepit gracchos. C. & Tiberium, qui eloquẽtia iuxta popularitate freti leges agrarias reipub. perniciosas promulgarunt. Hanc autem poeta in exemplum superbie matronarum nominat, q; frequenter, vt scribit Plutarchus. Gauderet facta Scipionis patris cõmemorare & iactare. Eam intantum dilexit Gracchus maritus, vt salutem eius sue pretulerit, & ipsa defuncto eo Ptolemei regis nuptias spreuit. Ex Graccho duodecim suscepit liberos, sed eam fortuna ad duos redegit. Lege Senecam in consolatione Albine. Malo.s. vxorem.

Cygnus

Si affers supercilium, hoc est si te superbam prestas in tantis virtutibus & bonis tuis. Nam in supercilio hominis grauitas consistit, & sedem habet, vnde poeta ille carmen obscoenum scripturus arcet a se lectorem grauem & seuerum. Carminis incompti lusus lecture procaces, Conueniẽs latio pone supercilium. Supercilia autem appellamus, que supra oculos pilis vestita sunt que natura homini dedisse videtur vt sudorem a capite et fronte defluentem repellant, in qua opinione est Cicero in libro de natura deorum. Cum magnis virtutibus, nam insignis fuisse probitatis declarat Valerius, q matrone campanee, que ad eam diuerterat ornamenta sua pulcherrima ostentanti dixerit quum filios suos a schola redeuntes vidisset, & hec sunt inquit ornamenta mea. Eam etiam magne fuisse eruditionis Quintilianus ostendit his verbis. Nam Gracchorum eloquentie multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoq; est epistolis traditus. Triumphos, & paternos & maiorum tuorum. Scipio enim pater eius deuicta Carthagine, quam tributariam fecit amplissimum nobilissimumq; egit triumphum, quem Qu. Terentius culeo senator pileatus secutus est. Tolle tuum precor Hannibalem. Aufer inquit istas de maioribus tuis iactationes de victoria hannibalis & Siphacis. Nã Hãnibal quẽ Carthaginenses multis Scipionis victoriis in despatione acti in auxiliũ publice salutis ex Italia reuocauerant, ex italia sextodecimo anno discedens, quũ pacẽ p colloquũ cum Scipione cõponere tẽtasset, nec de cõditionibus pacis cõuenisset a Scipione acie victus est, a quo & Syphax Numidie rex, qui se Afris coniũxerat captus est, & cũ nobilissimis numidis & infinitis spoliis romam missus fuit.

Supcilium

Historia Carthaginis victę. Cum tota Carthagine, Discede inqt cũ ista tua iactatiõe carthaginis victę a patre tuo. Cuius historię series ita se habet. Carthaginẽses primũ magnã ptem maris tenuerũt, Inde Siciliã, Sardiniã, Corsicã aliasq; insulas ipio occuparũt. Septingẽtis deide annis Romani ex quo vrbẽ romã cõdiderunt Siciliã carthaginẽsibus abstulerunt, inde Sardiniam. Secundo aũt punico bello hiberiã oẽm pœni, Italiã oẽm duce Hãnibale depopulati sunt. Romani contra Scipione supiore duce Carthaginẽ ceperunt reddiderũtq; tributariã. Post facta sunt foedera q̃ ad qnquaginta vsq; annos pdurauerũt. Post tertiũ ĩchoatũ bellũ, Scipione ĩferiore duce Carthago subuersa est. Parce precor pęan, Niobe Tantali filia vxor Amphionis thebani quattuordecim filius foecũda mulieres cœpit thebanas increpare sacrificãtes latonę, sibi non Latonę facienda esse sacrificia, seq; ei sobolis numero & claritate eẽ anponendã, Apollo & Diana materna cõtumelia indignati filios Niobes ante portã vrbis ludẽtes ad vnũ sagittis cõfixerũt, mater aũt in sypilũ saxũ cõuersa est, auctor Ouidius in meta. De ea sic & Cicero in .iii. Tuscu. Niobe fingit lapidea pp ęternum credo in luctu silentiũ, Amphion aũt pater motus pietate quũ filios cerneret sagittis cõfigi clara voce clamauit pce pcor pęan filiis q nihil in te cõmeriti sunt, ipsam aũt matrẽ q̃ vos iniuria affecit occidite. De numero filiorũ niobes. De numero filiorũ Niobes mira ppemodũ atq; adeo ridicula auctore Gelio tradita sunt a grecis. Nã Home. pueros puellasq; eius bis senos fuisse tradidit Eripides bis septenos. Sapho bis nouenos. Bacchillides & Pindarus bis denos qdam alii tres solos fuisse tradiderũt, quoꝝ oĩum diuersas snĩas ne vni magis q̃ alii sese addiceret appellatione gręgis cõplexus est Iuue. hácq; Niobes fabulã cõmemorat, vt mulieꝝ supbiã notet, quę multoꝝ sępe maloꝝ cã fuit. Ordo aũt est. Amphion clamat, o Pęan pce pcor. Pęan. Pęan, Bene aũt pęana appellauit. Nã quũ Solis duo maximi effectus sint, alter quo calore tẽperato mortaliũ vitã iuuat, alter quo iactu radioꝝ nõnunq̃ pestiferũ imittit virus, duo eadẽq; cognomina circa singulos effectus ppriis enũciationibus signãt appellãtes deũ ιηιον atq; παιανα quę cognomia vtriq; effectui sunt apta vt sit ιηιος απο του ιασθαι idest a sanãdo & pęan απο του παιειν .i. a feriendo, sagittis .n. ferire dicit tanq̃ deus sagittarius, qđ ideo fictũ est qa vt scribit Macrobius iactu radioꝝ nõnunq̃ pestiferũ imittit virus. Ideo aũt simulacra Apollinis arcu & sagittis decorant, vt p sagittas itelligat vis emissa radioꝝ. Nil pueri faciũt, gręca imitatione pueros p filiis posuit. Horatius. Dicã & Alciden puerosq; ledę. Nam queadmodum apud grecos παῖς pro puero vt ad ętatem referas ponit. Et pro seruo & filio. Ita apud latinos puer pari modo ponit. tales grecorum imitationes ostendit Horatius non esse improbandas si raro & parce fiant, sic enim scribit. Et noua fictaq; nuper habebant verba fidem si greco fonte cadant parce detorta. Qua de re in cõmentariis Horatii copiosius dicemus. Cõtrahit, tendit. Arcus enim cornua contrahunt quum sagitta extẽso neruo mittit. Extulit, occidit. Efferri. Nã efferri pprie dñr mortui quũ ad busta ferunt. Amphion. Ipsumq; pentẽ, Amphionẽ. Hũc tradũt fabulę Iouis ex Anthiopa filiũ fuisse quẽ Pli. lib. vii. scri. cytharã inuenisse, pmũq; cythara cũ voce cecinisse, vñ fictũ est dulcedine cãtus ad muros thebanos extruendos saxa traxisse. Horatius Dictus & Amphion thebanę conditor vrbis Saxa mouere sono testudinis & prece blãda ducere quo velit. Dũ sibi, ordo est. Dũ Niobe videt sibi nobilior. Latona. Gẽte latonę, apolline & diana q filii fuerũt Iouis & Latonę, vel gente latonę .i. genere & maioribus Latonę q̃ filia fuit Cęi ex gẽte Tyrãnũ. Ouid. in .vi. meta. genitã tytanida Cęo. Alba. Alba scropha, Ad scrophã Aeneę respexit quę Lauinii vno partu vt scribit Varro triginta edidit porcellos albos, qđ portẽdebat futuꝝ vt Lauinẽses post triginta annos oppidũ Albã cõderent, quę ab Ascanio ędificata Alba latina lingua, gręca leuca, discretiõis aũt cã distinxit eã ab vrbe altera eiusdẽ nois, figurã vrbis noi adiungẽs, & est velut cõpositũ iã nomẽ ex ambobus Alba longa .i. leuca macra. Hęc Dionysius. huius suis & porcoꝝ simulacra ab Aenea in publico posita fuerunt & corpus matris a sacerdotibus quod in salsura fuerat demonstrabatur. Quę tanti grauitas? Monet poeta hominẽ nulla mulieris grauitate aut forma adduci debere, vt ducat vxorem, a qua quotidie iurgiis cõtumeliisq; onerandus sit, sicq; ostendit nullã mulierem iuxta dictum Terentianũ inueniri quę vitio careat. Quę gratuitas est tibi tãti? idest tanti ne facies grauitatem aut formã in muliere, vt velis quotidianis iurgiis cõtumeliisq; esse obnoxius? Imputet se tibi, vt semp tibi insultet. Huius .n. rari boni, licet inquit mulierẽ inuenias grauẽ & formosam, qđ bonũ raꝝ est & magnũ, tñ inde tibi nulla erit voluptas, qa plena erit iurgii & cõtentionũ, quę nunq̃ te sinat esse quietũ. Hęc aũt per parẽthesim legunt, vt sit ordo & sensus. Quę grauitas & forma est tibi tanti vt imputet se tibi, quotiens corrupta aĩo supbo habet plus aloes q̃ mellis. Huius boni, q sit grauis pudica & formosa. Rari, quod raro iuenias vt in muliere sit forma pariter & pudicitia Iuuenalis. Rara est adeo concordia formę Atq; pudicitię. Sũmi, neq; enim qcq̃ pot eẽ maius in muliere q̃ vt formam pudicitia & honestate venustet. Nulla voluptas, subaudi est. Corrupta, turgẽs. Aloe. Plus aloes, plus amaritudinis. Nã aloe gustu amara etiã graui odore est. Ex India laudatissima affert, sed nascit & in asia. Est .n. frutex qdã, puerbialis est sermo quo vtimur quũ volumus significare plus mali q̃ boni esse. Pli. li. xxvi. Quis tam deditus, qs tam addictus est vxori suę. Vt non horreat, vt non habeat odio? Septennis horis, plus etiam q̃ dimidia pte diei adeo importuna est & querula mulier semper viro aduersatrix.

In castris. & cum tota carthagine migra.
Parce precor pęan. & tu depone sagittas;
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem
Amphion clamat, sed pęan contrahit arcum.
Extulit ergo gregem natorum, ipsumq; parẽtẽ
Dum sibi nobilior latonę gente videtur;
Atq; eadem scropha niobe foecundior alba.
Quę tanti grauitas, quę forma, vt se tibi semp
Imputet? (huius enim rari summiq; voluptas
Nulla boni) quotiens animo corrupta superbo
Plus aloes q̃ mellis habet? quis deditus autem
Vsque adeo est, vt non illam q̃ laudibus efferat
Horreat, inque dies septẽnis oderit horis?

Quędam pua qdem .s. cõmemorabo, referã, vel qd tale, Attentionẽ captat, quũ dicat se rẽ puã esse dicturũ. Sed nõ tolerãda maritis, Reprehẽdit mores mulieꝝ sui tpis, q̃ vt viderent blãdę ęmulatione laydis meretricis verba gręca vsurpabãt, qbus ẽt turpia iserebãt. Nõ tolerãda maritis, que mariti vt turpia pati non debent. Quid rãcidius? qd putidius? De tusca, De romana muliere & latia. cõtermini .n. sunt romani & tusci. Gręcula, Ironicos p diminutionẽ dixit. Solmo. De sulmonẽsi, de italica. Nam sulmo oppidum est in pelignis, pria Ouidii a Solemo Aeneę socio dictũ. Ouid. in .iiii. fastoꝝ. Serus ab Iliacis & post Antenora flammis attulit Aeneas i loca nr̃a deos huius erat solemus phrygia comes, vnus ab Ida A quo Sulmonis mœnia nomẽ hñt. Et Silius Italicus. Nomie rheteo Solemus iam dardana origo & phrygio genus a pano q sceptra secutus Aeneę clarã muris fundauerat vrbem, & sese dictã Sulmõ celebrata colonis Mox italis, paulatim attrito noie Sulmo. Mera, pura. Cecropis, atheniensis a Cecrope q in attica regnauit de quo in secũda satyra illic. Cecropiã soliti baptę lassare cotytto, & qa grecoꝝ qnq; sunt linguę, Ionica, Dorica, Eolica, cõis & attica. quaꝝ oĩum attica elegantissima habet, ideo meram atheniẽsiem satyrice appellauit, deridẽs ẽt inane mulierũ studiũ q̃ ẽt in oibus negociis affectẽt sermonẽt grecũ. Oĩa gręce, subaudi loquunt. Ironicos aũt hęc dicuntur, oñditq; turpe ẽt tãtope linguam pegrinã affectari. Hoc sermone .s. gręco. Pauẽt, affectus oẽs exẽmũt. Quid vltra? subaudi dicã. Cõcũbunt gręce, non mõ gręcos sermõe, sed & turpi cõcubitu ęmulant. Dones tñ ista puellis, sensus est, põt qdem hoc tolerari si puellę faciunt, veꝝ in vetula muliere turpissimũ est, hinc aũt est, oĩs poetę indignatio, ostendit .n. eam anum intra pudicitię terminos nõ contineri, quę sermone greco obscœno vtat & domi & foris. Nam oratio vniuscuiusq; interioris sensus indiciũ est. Tune ẽt? acri reprehensione hęc dñr a poeta. Est enim sensus. Tu ne etiã octogenaria gręce loqueris? nec te pudet? ordo est. Tune etiã adhuc gręce subaudi loqueris, nõ exponas concũbis, nã de sermone greco conqueritur, seqtur enim non est hic sermo pudicus. Illud lasciuũ .s. quod sequit grecum Ζωη και ψυχη, idest vita & aĩa, sunt enim verba blanda & meretricia qbus impudicę mulieres vtuntur in coitu. Vñ & Martia. lib. x. reprehẽdit Leliam q grecis verbis vteret in venere. ζωη και ψυχη. Lasciuum cõgeris vsq;. Modo relictis modo sub lodice, Indignat poeta q anus non modo in cõcubitu domi, sed ẽt foris astante multitudine vtat verbis gręcis lasciuis. Relictis modo sub lodice, hoc est vteris in propatulo pręsente turba verbis relictis modo sub lodice .i. qbus pauloante vsus fuisti in cubili. Lodices. Nam lodices opertoria ostẽdit esse lecti Martialis in distichis. Nudo stragula ne toro paterent, Iunctę nos tibi venimus sorores, coniunctę enim videntur totum lectum operi. Quod enim non excitat inguen vox blanda & nequam, hęc omnia coniunctim legantur. ostendit poeta huiusmodi verbis obscœnis pruritum maxime excitari, vnde est illud apud Persium. Quum carmina lũbum intrant & tremulo scalpuntur vbi intima versu. Et nequã, lasciua. Neqtia. A nequã auctore Gelio nequitia. Nugę. Neq̃ fit. Antiq enim nequã appellabant hominem nihili, neq; rei neq; frugis bonę, vt prodigum, libidinosum, inutilem, improbum, scelestum. Est enim nequitia vt scribit Donatus proprie libidinosa inertia dicta q nihil queat, nullique rei apta sit. Vnde & nugę q nihil agant vel a non agendo, vnde est illud Terentianum? si illum potest qui alicuius rei est, etiam eum ad nequitiam abducere. Digitos habet, hoc autem disiunctim a superioribus legendum est. Est autem cõfirmatio dicti pręcedentis, quasi dicat quid opus est verbis, vox ipsa lasciua habet digiros, idest non minus inguina obscœnis verbis & lasciuis excitantur q̃ digitoꝝ & manuum palpatione. Vt tamẽ omnes subsidant pennę, licet inquit inguina quiescant & iaceant, tamen veluti digitis pertractata eriguntur. Est autem metaphora sumpta ab auibus quę cõpositis alis & pẽnis sedent. Dicas hęc mollius hęmo, Sens est, licet inqt tu vetula hęc verba dicas lasciuius etiã q̃ Hemus & carpophorus comedi qn scœni res lasciuas pnunciant, tamen nunq̃ Iuuenili videberis ętate, Nam facies tua te vetulã esse ostendit. Carpophorus. Mollius Hemo, Mimi in scœnis lasciua & mollia plerũq; pnunciant, qbus facile spectatores mouent. Vñ Massiliẽses auctore Valerio nullũ aditum in scœnã fabulis, quę mimi dicunt dederũt, q eoꝝ argumenta maiore ex parte stuproꝝ continent actus, ne talia spectandi cõsuetudo, etiã imitandi licentiã sumeret. Si tibi legitimis, Dissuasurus poeta Vrsidio ne ducat vxorem argumento vtitur bipartito, quo eum ita vincit & ligat vt facile possit intelligere vxorẽ nõ esse ducendam, Ait .n. aut vxorem amaturus es aut non. Si nõ amaturus es quare vis frustra consumere nuptias & sumptũ facere cum tuo maxime dispendio. Si amaturus es multa patieris incõmoda erisq; veluti seruus. Tabulę. Tabellis legitimis, dotalibus. Nam tabulę siue tabellę numero tñ pluratiuo dicunt, quę oẽs venditionũ, emptionum, Dotiũ testamentoꝝ & id genus contractus cõtineant. Legittimus. Legitimus, Nã matrimoniũ est nõ modo per leges diuinas sed & humanas constitutũ. legitimus enim deducit a lege & tueor sicut finitimus a fine. Aeditimus siue ęditũus ab ęde & tueor. Lege Gelium.

Quędã parua qdẽ, sed non tolerãda maritis.
Nam quid rancidius, q̃ quod se non putat vlla
Formosam, nisi quę de thusca gręcula facta ẽ,
De sulmonensi mera cecropis, omnia gręce,
Quum sit turpe magis nostris nescire latine.
Hoc sermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta, qd vltra?
Concumbunt gręce, donas tamen ista puellis.
Tune etiam quã sextus & octogesimus annus
Pulsat, adhuc gręce? non est hic sermo pudicus
In vetula, quotiens lasciuum interuenit illud
Ζωη και ψυχη, modo sub lodice relictis
Vteris in turba, quod enim excitet inguen
Vox blanda, & neq̃? digitos habet, vt tñ oẽs
Subsidant pennę. dicas hęc mollius hoemo,
Quãq̃ & carpophoro facies tua cõputat ãnos.
Si tibi legitimis pactam iunctamq; tabellis
Non es amaturus, ducendi nulla videtur

Muſtacia. Cœnam,nuptialem.s.quę nō ſine magno plęrūq̧ ſumptu paraṫ. Et muſtacia, Iuuenalis in genere neutro appellauit muſtacea,quę Cato in re ruſtica in genere ꝑtulit masculino his verbis Muſtaceos ſic facito,farinę ſiligineę modū vnū muſto cōspergito Aniſum,cyminū, adipis pōdo duo,caſei librā,ꝛ de virga lauri deradito,eodē addito, ꝛ vbi defrixeris lauri folia ſubtus addito dū cōcoques. Et Plinius lib.xv.ſcribit genus eſſe lauri quā leneus grāmaticus muſtacē appellat q̧ muſtaceis ſubiiceret ad quam alludēs dixit Cicero ad Atticū de bibulo. In eo dem Amano cœpit laureolā in muſtaceo quęrere. Palladius itē oſtendit genus eē panis quū ait, Panes ex eo breuiſſimos ad modum facies muſteoꝝ, Caper grāmaticus ait muſtacea ꝛ muſtaceos dici genus q̧ eſſe panis. Donāda crudis videnṫ muſtacea iuuare ſtomachum, ideo ait donāda crudis hoc ē q nō facile concoquūt. Ordo eſt,donanda crudis labēte officio. Labente officio.s.nuptiaꝝ,nā in fine nuptiaꝝ ꝛ cœnę nuptialis donabanṫ muſtacea cōuiuis adhuc discūbentibus. Nam ad officiū ille diciṫ venire qui venit ad nuptiaꝝ celebrationem. Vnde Tranqllus in Galigula, Liuiam horeſtillā. C.piſoni nubentē quū ad officiū ꝛ ipſe veniſſet ad ſe deduci imꝑauit. Vnde Iuuena.in.ii.ſatyra loquens de nuptiis ait. Officiū cras primo ſole mihi pagendū in valle Quirini quę cā officii? quid quęris? nubit amicus. Nec illud.i.nec eſt quare ꝑdas illud. Quod daṫ pro prima nocte.i.munera quę dabanṫ Sponsę a marito pro prima nocte nuptiali, veluti depoſitę virginitatis premia. Quum lance beata, quum hoc loco aduerbiū eſt ṫpis. vt ſit quod daṫ quum Dacicus ꝛ germanicus radiat in lance beata ꝛ auro scripto. Hoc eſt in lance diuite ampla ꝛ aurea ꝛ celata. Nam in poculis imago imperatorū effigiebatur. Dacicus, aut Traianus quo imꝑante poeta scripſit quē cōſtat auctore Dione, Deuicto, Decebalo, Dacoꝝ duce Dacicū appellari cepiſſe, aut re uera domitianus a dacis quos deuicit Duce Rutilio gallico, Statius in Siluis in Epithalamio ſtellę, Dacas quę ē gloria maior, exuuias laurosq̧ dabit celebrare recētes. Et alibi. Depoſitam Dacis ꝑeuntibus vrbem pandere. Daci. Daci populi ſunt qui ſupra hiſtrū habitant germanię oppoſiti. Germanicus.i.idem Domitianus qui germanos deuicit auctor Tranqllus. Frontinus in primo ſtrategematon. Impator Cęſar Domitianus Auguſtus Germanicus eo bello quo victis hoſtibus cognomen Germanici meruit. Si tibi ſimplicitas vxoria, altera eſt pars argumenti. Si vxorius es inquit ꝛ ſimplicitas illa vxoria.i.ſtolidum illud obſequium vxorium eſt tibi.i.ſi tam ſimplex es vt velis in omnibus obſequi vxori tuę, ſubmitte caput, vt ſit ordo ſubmitte caput ſi eſt tibi illa ſimplicitas vxoria.i. ſi tibi illa mulieroſitas.i.cupiditas fœmineę voluptatis quam gręci vt auctor eſt Cicero in Tuscul. φιλογυνειαν appellant. Deditus vni eſt animus.i. ſi animus tuus eſt deditus vni,ideſt ſoli vxori. Submitte caput,inclina caput.i.ſeruiendum tibi eſt,ſumpta tranſlatione ab armentis quę iugum ceruicibus excipiunt. Ferre iugum,ferre ſeruitutem.

Cauſa,nec eſt quare coenam & muſtacia perdas
Labente officio,crudis donanda,nec illud
Quod prima pro nocte daṫ,quū lance beata
Dacicus,& scripto radiat germanicus auro.
Si tibi ſimplicitas vxoria, deditus vni
Eſt animus,ſubmitte caput ceruice parata
Ferre iugū,nullam inuenies quę parcat amanti.
Ardeat ipſa licet.tormentis gaudet amantis
Et spoliis,igitur longe minus vtilis illi
Vxor,quisquis erit bonus optandusq̧ maritus.
Nil vnquam inuita donabis coniuge, vendes
Hac obſtante nihil,nihil hęc ſi nolet emetur,
Hęc dabit affectus,ille excludetur amicus
Iam ſenior,cuius barbam tua ianua vidit
Teſtandi cum ſit lenonibus,atq̧ laniſtis
Libertas,& iuris idem contingat arenę.
Non vnus tibi riualis dictabitur hęres,

Amanti.s.uiro hoc eſt qui eam vehemēter amet,quaſi dicat quanto magis a marito amatur tāto magis ei aduerſatur ꝛ moleſtia ē ꝛ hoc dicit qa pręceſſit. Si tibi ſimplicitas vxoria.i.ſi voles eē vxorius. Ardeat ipſa licet,hoc cum inferioribus rectius cōiungiṫ vt ſit ordo vxor gaudet tormētis ꝛ spoliis amantis mariti licet ipſa ardeat.i.licet ꝛ ipſa impatienter amet maritū, tn̄ gaudet eius tormentis,nā ei in oībus ē moleſta ꝛ grauis et inimica rationibus neq̧ eni parcit spoliis. Tormentis amātis,ac ſi dicat oībus mariti incōmodis. Igitur longe minus vtilis,ſenſus eſt. Vxor q̄to humaniorē habebit maritum,tanto ei dānoſior erit ꝛ magis importuna. Ordo eſt. Vxor erit minus vtilis illi.s.marito q̧s quis erit bonus ꝛ optādus maritus. Hęc dabit affectus. Faciet inqt vt maritus ſit affectus.i. ita diſpoſitus vt ipſa volet, hoc eſt vt pręſe ferat lętitiā aliquādo triſticiā,interdū metum,nonnunq̄ spem. Nam oportet maritū imperio eius obtempare. Affectus eni ſunt ipſe animi cōmotiones. Cuius barbā.i.quē domus tua vidit cognouitq̧ a tenera vſq̧ ętate quo ṫpe cœpit barbam emittere. Teſtandi quū ſit,aliud incōmodum ꝑponit Vrſidio vt detereat eum ne ducat vxorē. Lenonibus inquit ꝛ laniſtis gladiatoribusq̧, quaſi dicat viris criminoſis ꝛ ſordidiſſimis libertas eſt licetq̧ ex arbitrio ſuo teſtamentū condere, quod tibi non licebit qa vxor volet eos tantū teſtamento scribi quos voluerit ꝛ pręcipue riuales tuos hoc eſt amatores ſuos. Lenones. Lenonibus. lenones dicunṫ nō ſolum qui queſtuaria mancipia habuerint, ſed ꝛ qui in liberis queſtum hunc exercent in eadem cauſa ſunt. Accipimus ꝛ illum Lenonē qui alterius nomine hoc vitę genus exercet, ſi quis cauponam exercens in ea corpora q̄ſtuaria habeat, vt multi aſſolent ſub pretextu inſtrumenti cauponii proſtitutas mulieres habere, dicendum eſt hunc quoq̧ lenonis appellatione contineri. Hęc Vlpianus. Laniſtę. Laniſtis, laniſtę ii dicebantur qui familias habebant gladiatorum quos optime ad digladiandum inſtitutos priuatis publicisq̧ perſonis vendebant dicti q̧ viris laniandis pręeſſent. Harenarii. Harenę,ideſt ipſis gladiatoribus qui in harena digladiabantur, vnde ꝛ harenarii dicti ſunt. Nō vnus,ſed multi hęredes dictabunṫ ab vxore. Dictare. Nā dictare eſt quum vnus dicit ꝛ alter scribit, vn̄ ſunt dictata numero tn̄ plurali oīa q̄ in quacūq̧ arte alicui monſtrantur, vt discat. Riualis, amator vt diximus pauloante.

Pone

Pone crucem ſeruo,oſtendit poeta ſuperbiam vxoris importunitatem, quę odioſum imperet occidi ſeruū vel innocentem. Sunt enim verba vxoris ad maritū. Meruit quo crimine ſeruus, verba mariti, quid inquit ſeruus cōmeruit vt cruci affigatur? Quis detulit? quis accuſauit. Delator. Vnde delatores accuſatores dicimus occultos. Audi nulla vnquam, nunquā inqt maritus mors hominis accelerāda eſt. Nulla cūctatio, nulla mora, nulla dilatio ē longa de morte hominis. Lento enim gradu ad hoīs necem gradiendum eſt. Eſt autem ſententia catholica. O demēs, verba vxoris appellantis maritum fatuum qui putet ſeruum eſſe hoīem, interrogatio eſt cum repręhenſione, ac ſi dicat putas ne tu ſeruum hominem? Ita, hoc modo vt tu reris nam illum appellauit hominem quum dixit de morte hominis. Nil fecerit, Attende ſupbiam mulieris quę etiam īmerentem poſtulet occidi. Sed mox hęc regna relinquit. Aliud recitat mulieris vitium, quod aptum eſt ad diſſuadendum ne ducat vxorem. Nihil inquit penſi habet relicto primo marito aliis multis nubere, Scribit Seneca. Mulierē quę multis nubit multis displicere. Relinquit regna, domicilia mariti vbi veluti domina regnauit. Flammeum. Flammea conterit, crebro nubit. Nā flāmeum genus erat veli coloris lutei quo nouę nuptę caput cooperiebatur. De quo Plinius ſic libro.xxi.capi.viii. Lutei video honorem antiquiſſimū in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Flamearii. A flāmeo flāmearii dicuntur a Plauto in Aulularia qui flāmea conficiūt. Inde auolat, ideſt a nouo marito discedit ꝛ ad priorem reuertiṫ. Ornatas.s.lauro vt ſupra ornenṫ poſtes ꝛ grandi Ianua lauro. Vela, aulea, periſtromata. Adhuc virides.i.qui adhuc nō aruerunt, adeo cito ab eo marito auolauit. Sic, crebris matrimoniis. Creſcit numerus.s.maritoꝝ. Sic ſiunt octo mariti, ſic ꝑuenitur ad numerū octo maritoꝝ conceſſum. Nam ad octauū vſq̧ maritū licebat nubere, ſupra aūt adulteriū putabaṫ. Vnde Martia. tanq̄ adulteram notat lib.vi. Theleſinā quę decies nupſerat. Aut minus aut certe non plus triceſſima lux eſt. Et nubit decimo iam Theleſina viro. Quę nubit totiens non nubit, adultera lege eſt. Quinq̧ per autumnos, per quinq̧ annos. Titulo res digna ſepulchri, Ironicos ꝛ ꝑnunciatione adiuuandū. Titulo ſepulchri.i.inscriptione. Nā in ſepulchris inscribi ſolebat quot maritos vxor habuiſſet. Martialis inscripſit tumulo ſeptem celebrata virorū ſe feciſſe cloe. Quid pote ſimplicius? Deſperanda tibi alia diſſuaſio, nullā fore cōcordiam in ea domo vt ſit ſocrus, ſed ſemper lites ꝛ iurgia. Salua ſocru, ſalua matre vxoris quę docet eā spoliare maritū. Nudi mariti, qui ad paupertatem redigitur neqtia vxoris edoctę a ſocru. Nil rude, nil ruſticum, ſed politū ꝛ limatum.

Pone crucem ſeruo,meruit quo crimine ſeruus
Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi
Nulla vnquā de morte hoīs cūctatio lōga eſt.
O demens,ita ſeruus homo eſt,nil fecerit eſto,
Hoc volo,ſic iubeo,ſit pro ratione voluntas,
Imperat ergo viro,ſed mox hęc regna relinquit
Permutatq̧ domos,& flammea conterit,inde
Auolat,& spreti repetit veſtigia lecti.
Ornatas paulo ante fores pendentia linquit
Vela domus,& adhuc uirides in limine ramos
Sic creſcit numerus,ſic ſiunt octo mariti
Quinq̧ ꝑ autūnos,titulo res digna ſepulchri
Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru,
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti.
Illa docet miſſis a corruptore tabellis
Nil rude,nil ſimplex rescribere decipit illa
Cuſtodes aut ęre domat,tunc corpore ſano
Aduocat Archigenen,oneroſaq̧ pallia iactat.
Abditus interea latet,& ſecretus adulter
Impatiensq̧ morę pauet,& pręputia ducit.
Scilicet expectas vt tradat mater honeſtos.
Aut alios mores q̄ quos habet? vtile porro
Filiolam turpi vetulę producere turpem.
Nulla fere cauſa eſt,in qua non fœmina litem

Nil ſimplex, nil ſtolidum, ſed callidū ꝛ artis ꝑlenū. Decipit illa, ambiguū vtrū ſocrus an vxor decipit cuſtodes. Nā mariti ſępe vxoribus ſuis adhibeant cuſtodes, quos aut ſimulato langore aliaue ratione decipiebant, aut pecunia corrūpebant. Videntur q̧ magis oīa rectius ſocrui cōuenire, quaſi q̄ per eā egritudinem filiā ad ſe rationabili cā poſſit accire quum interea ibi adulter lateat expectans filiā. Aere domat, premio corrūpit. Corpe ſano, quū ſit ſano, ſimulata ęgritudine vocat Archigenē.i. medicū. Archigenē poſuit ꝑ oī medico. Archigenes. Nā Archigenes medicus ſuit grecus celeberrimus cōtra quē Galenus ſepiſſime ī libris ſuis inectus ē Legēdū q̧ ē Archigenē ut ſit actūs atticus vt ſtet rō carminis, Oneroſaq̧ pallia iactat, induiṫ inqt ſocrus veſtes oneroſas, quales īduūt ęgroti, eaq̧ veſtiū oſtētatione ęgritudinē ſimulat, vt filiā ad ſe spē officii traductā adulter ibi abditus ieat. Iactat ergo .i.oſ̄dit dū induit ea. Horatius, Illię dū ſe nimiū q̄renti iactat vltorē. Interea dū medicū aduocat. Prepucia ꝑpucium appellaṫ ipſa pellis quę glandē tegit ī mēbro genitali qd̕ iudei circūcidunt, vn̄ appellanṫ Apellę ab Horatio, Credat iudeus apella.i.ſine pelle. idē ēt recutiti dn̄r a cute reſtituta poſt circūciſionē. Scilicet expectas, monet poeta illū vehemēter errare q ſperet ex īpudica mr̄e nasci poſſe filiā bene moratā. Vtile porro. Matri inqt inhoneſtę vtile eſt obscœnis alere filiam moribus. Inde.n.queſtū facit. Nulla fere cā eſt, Alia diſſuaſio. Mulierē nō pudere agere cauſas forēſes, qd̕ vt diximus in ſecūda ſatyra ignominioſum erat. Cauſa. Cā autē eſt vt finit Apollodorus auctore Quintiliano negociū oībus ſuis ꝑtibus spectās ad q̄ſtionē, aut cā eſt negociū cuius finis eſt cōtrouerſia. In qua fœmina nō mouerit litē, In qua aliqd nō inueniat de quo poſſit litigari, ac ꝑinde cām ſuscipiat agendā. Manilia, maniliā poſuit ꝑ q̄cūq̧ muliere litigioſa reſpiciēs ad eā Maniliam meretricē, q̄ Hoſtiliū mancinū ędilē curulem lapide nocte ꝑcuſſit. Qua de re Hoſtilius ei diē ad populū dixit vulnusq̧ ex eo lapide oſtētabat. Malia vero ad tribunos plębis prouocauit, apud eos dixit, Mancinum quū vi irrūperet in ędes ſuas lapidibus depulſum. Hęc ex gelio.

ꝑputiu Apella

Mouerit, accusat manilia si rea non est.
Componunt ipse per se formantq̄ libellos,
Principium atque locos celso dictare parate.
Endromydas tyrias, & foemineum ceroma
Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali,
Quem cauat assiduis sudibus scutoq̄ lacessit,
Atq̄ omnes iplet numeros dignissima prorsus

Accusat si rea nō est, Scimus in iudicio accusatorē esse ⁊ reū ⁊ vtriq̄ litē cōtestari. At ergo poeta si manilia nō est rea.i.si ab aliis non est in iudiciū vocata, ipsa alios vocat, sicq̄ impudentiā ostendit mulieris cui necesse est si ab aliis in iudicio non infestat̄, alios infestare. Hic est verus sensus. Libellos qbus aliqd aut negāt, quos greci dicas appellāt. Vñ Terentius, Grandem tibi impingam dicam.i. cām ⁊ libellum. **Dica Libellus.** Per se, nullo adhibito pragmatico. Nā pragmatici sunt illi q litigātibus libellos dictant. **Pragmatici** De qbus plura in septima satyra illic in foedera pragmaticoꝝ. Principium, exordiū vel insinuationem. Atq̄ locos, loci dicunt̄ ex qbus argumenta eruunt̄, vt scribit Cicero lib.ii.de oratore. Et ī topicis ait ꝙ quū ꝑuestigare argumētū aliqđ volumus locos nosse debeamus. Nā quū oīs q̄stio duas habeat ꝑtes, affirmationis vnā, alterā negationis ex vtraq̄ ꝑte semper est defensio, hic.n.ꝑtes affirmantis, ille vero negātis defendit, vterq̄ argumenta ad ꝑtes suas tuēdas ꝑquirit que argumēta petunt̄ ex locis ⁊ sedibus suis. **Loci** Sunt.n.loci sedes ipsoꝝ argumētoꝝ, Argumentū aūt auctore Quintili.lib.v est ratio prestans ꝓbationē qua colligit̄ aliud ꝑ aliud, ⁊ que qđ est dubium ꝑ id qđ dubium non est cōfirmat. Parate dictare celso, quasi dicat optime oratrices q̄ ēt possint ipsi Cornelio Celso acutissimo rhetori dare documēta. Nā dictare est tradere qđ alius aut scribēdo, aut alio modo se exercēdo excipiat. Vñ apud Pli.lib.vii.illud est Cesar vero epistolas tantaꝝ reꝝ quaternas pariter librariis dictare Trāquillus in Nerone, vt facile appareret non trāslatos aut dictāte aliquo exceptos. **Dictare** Dictare ēt dñr magistri quū discipulis legūt. Horatius in satyris. An tua demēs vilibus ī ludis dictari carmina malis. **Dictata** Vñ dictata dicunt̄ numero tñ plurali que tradunt̄ in oī arte imitanda ⁊ discēda. Horatius vt pueꝝ seuo credas dictata magistro Reddere. Persius. Ten cirratoꝝ centū dictata fuisse pro nihilo pendas? Celsus.n.tꝑibus Augusti floruit, scripsitq̄ de re militari, re rustica, medicina rōne dicēdi, cuius rhetoricen multis in locis dānat Quintil. Et lib.xii.scribit eū fuisse mediocri īgenio, ⁊ tñ dignū ꝓposito suo, ex oībus eius scriptis nihil aliud q̄ de medicina nobis relictum est, iniuria enim tēpoꝝ reliqua periere.

Endro.tyrias, alia itē dissuasio ducendā nō esse vxorem, notat.n.ipudētiā mulieꝝ que oī ꝓrsus deposita verecūdia emulate viros in ludis gymnicis exercent̄. Soli.n.viri iiq̄ etiā mollissimi in gymnasia descendebāt, mulieres vero impudētissime eas artes exercebant sumpto more a lacedemoniis apud quos mulieres nude exercebant̄ cū viris, ⁊ nudatio illa virginū apud lacedemonios nihil hēbat turpe, verecūdia.n.aderat, petulātia aberat, sed simplicē quandā cōsuetudinem ⁊ robustitatis studiū efficiebat. Hec Plutarchus in lycurgo, cuius exercitationis meminit ē Ouidi. in Heroidibus. More tue gētis nitida dum nuda palestra ludis ⁊ es nudis foemina mista viris. **Endromys.** Endromydas, Endromys vestis erat peregrina crassiore lana lōgioreq̄ pilo que ex gallia mittebat̄, licet nomē hēret grecū, ea antiq ad arcendum frigus pluuiasq̄ vtebant̄. Vñ poeta ante. Igniculū brume tpe poscas. Accipit endromydē. Eam ēt post certamina athlete īduere solebāt ne refrigescerēt. Mar. loquēs de Endromyde. Hanc tibi seq̄nice pinguē textricis alūnā. Que lacedemoniū barbara nomen habet. Sordida sed gelido nō aspernāda decēbri dona peregrinā mittimus endromydē, Seu lentū ceroma teris trepidūue trigona, Siue harpasta manu puluerulenta rapis, Plumea seu laxi partiris pondera follis, Siue leuem cursu vincere queris athā ne madidos intret penetrabile frigus in artus, Ne ne grauis subita te premat iris aqua, Ridebis ventos hoc munere tectus ⁊ imbres, Nec sic in tyria syndōe tutus eris. Tyrias, purpureas, molles, ⁊ nō crassas, quales ab aliis sumebant̄, sic q̄ sui tꝑis luxū notat. Foem.cero.qs nescit.i.qs nescit mulieres ī gymnasiis exerceri vbi ceromate ꝑungūt̄. Nā ceroma vt ante in.iii.satyra diximus genus erat vnguēti ex oleo ⁊ terra in spēm luti quo vngebantur in ludis gymnicis. Aut qs nō vidit, notat aliā in mulieribus ipudentiā que more tyronū in cāpo martio se exercerēt ad palū ibi defixū. Nā vt scribit Vegetius de re militari. Tyrones nō tñ mane sed ēt post meridiē exercebant̄ ad palos, quos singulos singuli defigebāt in terrā ita vt nutare nō possent ⁊ sex pedibus eminerēt. Cōtra illū palū tanq̄ cōtra aduersariū tyro nec nō ⁊ gladiator crate ⁊ claua veluti gladio se exercebat ⁊ scuto vt nūc q̄si caput aut faciē peteret, nūc ab lateribus minaret̄ īterdū cōtēderet poplites ⁊ crura succidere, recederet, īsultaret, īsiliret ⁊ q̄si ꝓntē aduersariū sic palū oī īpetu, oī bellādi arte tētaret. Sudibus.i.clauis veluti gladio. Scuto, crate q̄ loco scuti vtebant̄. Nā ex vimīe scuta texebāt. Implet oēs nu.i.oīa ad plenū ꝑagit q̄ talis exercitatio posceret. sic.n.dicimus quū aliqd ꝑfecte factū volumus ondere. Sene.de bñfi. Magnus luctator non q oēs numeros nexusq̄ ꝑdidicit. Dignissima prsus. hoc dictū est īgēti stomacho a poeta, vt sit sensus. Hec inqt mulier q̄ calcata oī verecūdia se exercet ad palū in cāpo martio, dignissima qdē ē, q̄ meretricio more exerceat ludos florales ī est dignissima est q̄ īter īpudicas mulieres numeret̄ qñ tam impudenter sese habet. Nā meretrices in ludis floralibus qui adhibito sonitu tube ⁊ magno populi concursu celebrabant̄ corpora sua nudabant. Flora enim vt diximus ex auctoritate Lactantii apud Persium. **Floralia.** Nostra vt floralia possint Aprici meminisse senes, meretrix fuit que cum ingētes opes arte meretricia cōparasset populum romanū moriens heredem reliqt cum magna pecunia ex cuius annuo foenore suus natalis dies celebraretur editione ludorū quos appellant floralia. Sed quū senatui flagitiosum videretur ab ipso nomine argumētum sumi, placuit in pudende rei q̄dam dignitas adderetur, deāq̄ finxerūt esse que floribus presit, eamq̄ oportere placari vt fruges cum arboribus aut vitibus bene ꝓspereq̄ florescerent. Eum colorē secutus in fastis Ouidius non ignobilem nymphā fuisse tradidit, que cloris sit vocitata, eāq̄ Zephyro nuptā quasi dotis loco id accepisse muneris a marito vt hēret oīum floꝝ ꝑtātem. Celebrabant̄ ergo illi ludi cū oī lascinia conuenientes memorie meretricis. Nā ꝑter verboꝝ licētiā qbus obscoenitas oīs effundit̄, exuunt̄ ēt vt diximus vestibus populo flagitāte meretrices. Hec Lactā.in prio diuinaꝝ institutionū.

Tuba,

Florali matrona tuba, nisi siquid in illo
Pectore plus agitat, vereq̄ paratur arene?
Quē prestare potest mulier galeata pudorē?
Que fugit a sexu, vires amat, hec tamen ipsa
Vir nolet fieri. nam quantula nostra voluptas,
Quale decus, rerum si coniugis auctio fiat?
Balteus, & manice, & criste, crurisq̄ sinistri
Dimidium tegmen, vel si diuersa monebit
Prelia, tum foelix ocreas vendente puella.
He sunt que tenui sudant in cyclade, quarum
Delitias & panniculus bombicinus vrit.
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galee curuetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quam denso fascia libro,

Tuba, nam adhibita tuba ludi, vt diximus celebrabantur a meretricibus. Nisi siquid in illo, hoc ironicos est pronunciandum, adiuuandumq̄ gestu. Est inquit digna, que inter meretrices habeatur, nisi forte se ꝑparat ad verum certamen ⁊ gladiaturam, nam vt recitauimus ex sententia Vegetii non modo Tyrones, sed etiam gladiatores ad palum se exercebant, vt ꝑ simulatam pugnam, veram dimicandi disciplinam condiscerēt. Vere barene, vere gladiature, que in barena exhibebatur, vnde ⁊ arenarii appellati sunt gladiatores, quē ꝑstare potest, colligit poeta illam mulierem, que quasi cōtēpto sexu foemineo virilia sibi vsurpat officia pudicam esse non posse, legendūq̄ est quadā cū exclamatione. Que su.a sexu, incerta distinctio, vtrū superioribus iungat̄ vt sic dicas, mulier galeata, que fugit a sexu, quem pudorē pōt prestare.i.quam honestatē potest exhibere? An sic legēdum sit. Que su.a sexu vires amat.i.que muliebria officia relinqt ⁊ virilia sectat̄, videtur appetere vires ⁊ fortitudinē viri, hoc est vt sit fortitudine virili, vt sit sensus, vellet quidem viro similis esse viribus ⁊ fortitudine, sed tñ nollet in sexum virilem transire, quum lōge maiorem intelligat esse voluptatē suam q̄ virilē. Fugit a sexu, abhorret a sexu foemineo.i.repudiat q̄ mulierum sunt, ⁊ que mulieribus conueniunt. Quātula, minima. Quale decus, indignatio est in mulierē arma pertractantē, ⁊ in contemptum mariti, ac si dicat q̄ pulchrū, q̄q̄ decorum ornamentū videas, si forte instrumenta stratiotica vxoris publica auctione venundant̄, vel si acciderit tibi, vt cū aliquo tibi sit pugnandū, tūc.n.eris foelix puella, hoc est vxore tua vendente ocreas ac per hoc arma sua, poteris.n.iis comparatis armari. Ordo aūt est. Si fiat auctio rerum coniugis. **Ocree** Ocreas, posuit ocreas pro omnibus armis, sunt aūt ocree crurū armature dicteq̄, ocree quasi ob crus. Titus Liuius in prima decade loquens de Seruio Tullio. Nec de armis q̄c q̄ mutatū, ocree tñ adempte, legendūq̄ est ironicos et gestu adiuuandum, qua e inquit ornamentū rerū videas, si auctio coniugis fiat, si publica auctione Balteus ⁊ manice, reliquaq̄ arma vxoris vendant̄. Nam auctio appellatur venditio, q̄ publice fit ab auctu precii, qui fit a circūstantibus, **auctio auctarium** vnde ⁊ Actuarium appellatur additamētum precii. Plautus in mercatore. Actuarium adiicito, vel mille nūmum plusq̄ poscet. **balteus** Balteus, cingulū militare ex corio a quo arma dependebāt pugnatoria, dictū ait Varro a bullis, qbus erat distinctū. **Manice** Manice, que ad manuum conseruationem gestant̄ aduersus pugnantes manice sunt dicte, eas ēt manicas appellamus, qbus manus aduersus vim frigoris muniūtur, vñ Pli.ad Marcū. Ad latus notarius cū libro ⁊ pugillaribus, cuius manus hieme manicis muniebant̄, manicas item dicimus vincula, que manibus iniiciunt. Virgi. Manicas atq̄ arcta leuari Vincla iubet priamus. Criste, que gestari solent in vertice galee. Dimidiū teg. hoc aūt dictū ex more etholoꝝ, q auctore Macro.in bellū vno tñmodo pede calciato descendebant. quod institutum Virg.imitatus ait lib.vii.de hernicis. vestigia nuda sinistri instituere pedis, crudus tegit altera pero. Dimidium aūt dixit, qa a pede vsq̄ ad genu crus tñ integebat̄ reliqua vero pars nuda erat, scuto eā tegēte. Sinistri cru. bene aūt sinistrum ait armari. nā in pugna crus semper sinistrum protendit̄, ideoq̄ munitur. He sunt que te. risu satyrico subsanat mulieres, quas ait in turpi facinore nullū prorsus sentire laborem, in ope honesto sudare, quas inquit vides tam fortiter arma ꝑtractare, ille sunt q̄ vel leuium gestamie vestitum sudant. ac si dicat hic est ille sexus mollis ⁊ delicatus, cui ēt leues tunice sunt onerose, ⁊ tñ arma vt leuia sine vllo labore pertractat. **Cyclade** Cyclade, vestis est muliebris tenuissima ⁊ rotunda vnde nomē, cyclos enim grece circulū significat latine, de cyclade Propertius. Que modo per viles inspecta est publica noctes. Hec nunc aurata cyclade signat humū. Lampridius in Alexandro sic scribit. Matronas regias cōtentas esse debere cyclade, que sex vnciis auri plus nō haberet. Cyclades ēt insule sunt in mari egeo dicte ꝙ in orbem ⁊ circulū iaceant. Pāniculus bom. Pannus ⁊ vestimentū confectum ex bombice coa. **Bōbices** Nā Bombices vermes sunt in assyria, qui telas araneorum mō texūt ad ces vestem, luxumq̄ foeminaꝝ, q̄ bombicina appellātur, eas telas mulieres retorquere, rursusq̄ texere, didicere tāta materie tenuitate, vt denudet foeminas vestis bōbicina, vñ Mart. Foemineum lucet sic per bōbicina corpus. Aspice quo fre. hoc ēt risu satyrico ꝓnunciādū. Aspice inquit q̄ strenue ex disciplina tractandorū armoꝝ feriat. Palum tanq̄ aduersarium. nā ad palum vt diximus, exercebant̄, vnde sequitur. Quando ad palū gemit vxor Asili? Quo fre, qua vociferatiōe, nā vt scribit Cice.in.ii Tusc. In stadio cursores exclamant q̄ maxime possunt vt se intendant ad firmitatem, faciunt idem quum exercentur athlete. Pugiles vero etiā quū feriunt aduersarium iniectis cestibus ingemiscunt, nō ꝙ doleant, animoue succūbant, sed quia in profundēda voce omne corpus intenditur, venitq̄ plaga vehementior, hinc igit̄ Iuuenalis ait eam in feriendo fremere, sī est voce intonare. Perferat.i.ferat in palū. Ictus monstratos dictatos a magistro. Quanto pondere cur. ac si dicat non est miꝝ si valde incuruat̄, qa onerosa ē galea. Quāta.q.d.q̄ fortis ⁊ valida. Sedeat popli.expssio fretus ictū.q genibus nitit̄ incuruatis nā **poplites** poplites ꝓprie dñr genuū cōcauitates. Quā dēso fascia libro, i.aspice q̄ dēso libro.i.denso volumine vestiū fascia adsit ipsi mulieri, nam fascia succincte mulieres ludebant. Martialis. Harpasto quoque subligata ludit.

Et ride scaphium positis cum sumitur armis.
Dicite vos neptes lepidi,cęci ve metelli,
Gurgitis aut fabii, quę ludia sumpserit vnquā
Hos habitus,qñ ad palū gemit vxor asyli?
Semper habet lites,alternaq; iurgia lectus
In quo nupta iacet,minimū dormitur in illo
Tunc grauis illa viro,tūc orba tygride peior,
Quum simulat gemitus occulti cōscia facti,
Aut odit pueros,aut ficta pellice plorat
Vberibus semp lachrymis,semperq; paratis
In statione sua,atq; ipsis expectantibus illam
Quo iubeat manare modo,tu credis amorem,
Tu tibi tunc curruca places,fletumq; labellis

Et ride,hoc ita superioribus coniungitur,vt sit sensus. Aspice ⁊ ride quasi quę diuersa faciant. ridiculum enim est eas arma tractare ⁊ mox depositis armis in scaphiū mingere. *Scaphium* Est.n.scaphium vt Iulius pollux tradit vas foeminaꝝ in quod mingerent. Vulpianus de auro ⁊ argēto legato scaphii sic meminit. Scaphia habita vētris causa non puto argēto legato cōtineri,qa argenti numero non hñr. dictio aūt ē a greco deducta.nam σκαφη vas concauum,⁊ peluim significat. Victru. tñ lib. viii.oñdit scaphiū nō solū eē vas ad vsum ventris, sed ēt ad alios vsus aptum his verbis, Scaphiū ęreū aut plūbeum aut peluis ex his qđ erit paratū, idq; intrinsecus oleo vngat ⁊c. Et ride,sic.n.poetę ridēdo notant vicia.Hora.in. i.epistola qd puer, ride,mutat cœnacula, lectos.

Dicite vos neptes le. Hi tres lepidus,metellus ⁊ Fabius gurges fuere viri grauissimi.hoꝝ poeta citat neptes vt mulieres seueras, ⁊ ex parētibus seueris natas,rogatq; nunqd tpibus suis talia mulieꝝ extiterint monstra,vt deposito oi pudore i publico ad palū exercerēt,sicq; sui tpis vicia flagellat oñdēs oia i deterius labi. Lepidi,de.M. ęmilio lepido itelligit,q prīceps senatus a cēsoribus lectus añq̄ expiraret ꝑcepit filiis lecto se strato sine liteis,sine purpura efferrēt, i reliquū funus ne plusq̄ ęris denos cōsumerēt,imaginū specie,nō sūptibus nobilitari maxioꝝ viroꝝ funera solere.is bis cōsul fuit,pōtifex maxius,⁊ cēsor collega Fuluii flacci ę quū aduersus eū graues inimicitias exercuisset easvt simul cēsores enūciati sūt i cāpo deposuit. Cęcine intel.Metellū illū intelligit,q orbā luminibus exegit senectā amissis incēdio,quū ex ęde vestę ardēti pōtifex palladiū raperet memorabili cā,sed euētu misero. Tribuit.n.auctore Pli.populus ro,qđ nunq̄ vlli alii ab condito ęuo,vt quotiens in senatū iret , curru veherēt ad curiā,magnū ⁊ sublime,sed pro oculis datū.de hoc diximus in.iii.satyra. Gurgitis fa.Hic est ille Fabius gurges,qui aliquot matronas ad populū stupri damnatas pecunia mulctauit,ex quo mulctaticio ęre veneris ędē,quę ꝓpe circū est,faciendam curauit, filius autē fuit illius Qu.Fabii cēsoris a quo in quatuor tribus redacta ē turba forēsis,vñ nomē fuit Fabio maximo datū. Iure ergo citat neptes Fabii gurgitis vtpote ex eo natas q vitia mulieꝝ exosus fuerit puniueritq;. Quę ludia. quę mimma fecerit id ꝑ tātā ipudentiā ꝙ sit a matrōis nostri sęculi. Hos habitus.i.tales habitus athleticos ⁊ gladiatorios.s. Quādo ad palū gemit vxor asyli? q.d.maiore verecūdia viuit mima ⁊ vxor gladiatoris q̄ matronę nostri tpis,neq;.n.ludia ad palū exercet sicuti matronę. *asylus* Asylus gladiatoris nomē est. Bene aūt gemit qa vt diximus pugiles quū feriunt aduersariū igemiscunt.nō ꝙ doleant aione succūbant.sed quia in ꝓfundenda voce oē corpus vt dixi intendit. Semp habet lites. Alia dissuasio. Semp inquit lites ⁊ iurgia marito sunt sentienda.vt nullus sit ne in lecto quidē locus gentis,lis proprie appellat inimicoꝝ cōcertatio. Iurgiū aūt Lis beniuoloꝝ ⁊ ꝓpinquoꝝ.Cice.in li.de rep. Iurgare ergo iurgiū lex putat inter se vicinos non litigare. Minimū dormit.i.modicū ⁊ parum dormit. Tūc grauis illa viro, Aliā notat exquisitā in muliere maliciā,q̄ cū amatore suo quū fuerit, verita ne maritus male de se sentiat, aut suspicet,ipsa vltro maritū ꝑ fictas lachrymas accusat,totaq; est in suspirio ē gemitu , vt dissimulata prauitate eū decipiat credentē ex vehemēti in se amore id fieri. Tunc grauis. Ordo est,illa tunc ē grauis ⁊ molesta viro accusans eum,⁊ peior tigride orba,quū conscia facti occulti i. adulterii sui admissi simulat gemitus, idest simulat suspiria,ac perinde se mariti ęelotypam probat. Orba tigride.Tigris animal est quod indi ⁊ hircani ferunt velocitatis tremende,⁊ tum maxime ablatis fœtibus,sęuit ꝑcipua feritate in littore,quum raptor in naue se contulerit,a celeritate nomen accepit,nam tigris lingua persica sagittam significat. *Tigris* Aut odit pueros,consuetudine greca pueros pro seruis,idest insectatur seruos vt adulterii ministros,ostendit quomodo grauis sit viro.nam quo irata ei videatur omnia in domo perturbat,vt grauiter offensa. Aut ficta pellice plorat,aut fingit se plorare ꝓpter pellicem suam,nam pellex ea appellatur,quę cum eo cubat cui vxor sit,de qua plura illic diximus. Residens in codice pellex. *Pellex* In statione sua,hoc est in sede sua.Nam statio appellatur omnis destinatus ad standum,excubandumq; locus,sępe etiam Statio ponitur pro ipsis custodibus,vt illud apud Tranquillum in Nerone.Sed adiuuante vulgi preces etiam statione militum,quę tunc excubabat,representaturum se pollicitus est,inde etiam dicuntur milites stationarii. *Statio* *Stationarii* Statio item pro ipso officio standi,vt illud apud Valerium. Voluntaria statione ⁊ corpora ⁊ animos corroborabant. Alibi, Antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat. De quo vocabulo pluscula dicemus in vndecima satyra illic, Stationes,omne theatrum. Expectātibus illam,scilicet mulierem ⁊ dominam suam. Quomodo iubeat manare,ostendit poeta q̄ facile sit mulieri lachrymas emittere,quę vbi libuit eas fundit nec minus in re ficta q̄ in vera, vnde illud est Ouidii. Credimus lachrymis,an hę simulare docentur? Hę quoq; habent artes,quaq; iubentur eunt. Terentius. Hęc verba vna me hercle falsa lachrymula extinguet? Tu cre.amo.insultat inscitię mariti nimis creduli,credis inquit hoc fieri,quia te amet? Curruca pla.ignominiose currucam appellat maritum,quasi qui alienos educet liberos pro suis, vxoremq; suā ab aliis possessam amplectat. *Curruca* Nā curruca vt scri. Arist.lib. vi.de natura ani. auis est in cuius nido cucullus parit oua, q̄ curruca vt sua fouet,excludit,⁊ educat . Parit itē interdum in nidis mimoꝝ auiū ⁊ oua q̄ aliena repit,edit, maxie vero nidos palūbinū petit,q̄ꝝ oua esu absumēs sua relinqt.

Quę

Exorbes,quę scripta,ē quot lecture tabellas
Si tibi zelotypę retegantur scrinia moechę,
Sed iacet in serui complexibus aut eqtis dic,
Dic aliquem sodes,dic quintiliane colorem.
Heremus,dic ipsa,olim conuenerat inquit,
Vt faceres tu quod velles,nec non ego possem
Indulgere mihi,clames licet,ē mare coelo
Confundas,homo sum nihil est audacius illis
Deprēsis , iram atq; animos a crimine sumūt.
Vnde hęc mōstra tñ,vel de quo fonte reqris?
Prestabat castas humilis fortuna latinas
Quondam, nec vitiis contingi parua sinebat
Tecta labor , somnioq; breues,ē vellere tusco
Vexatę durięq; manus,ac proximus vrbi
Hannibal ē stantes collina turre mariti.
Nunc patimur lōgę pacis mala , sęuior armis

Quę scri.qualia scripta ac si dicat impudica ⁊ amatoria,adiuuandūq; est gestu. *Scrinium* Scrinia. Scriniū ꝓprie appellatur vbi ē scripta ⁊ vnguenta reponuntur. Pli. lib.xiii.Castris Darii regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexander coepit scrinium vnguentoꝝ,Hora.in epistolis.Calamū ⁊ chartas ⁊ scrinia posco,a scrinio dicuntur scriniarii, qui scriniis presunt. *Zelotypus* *Zelotypia* Moechę.i. vxoris tuę quę moecha est. Zelotypę,quę se ęelotypam simulat.nā ęelotypus ꝓprie appellari pōt,q ita amat vt solicitus sit neqs amore suo pfruat. Et ęelotypia diffinitur, vt ante diximus a Chrysippo ęgritudo animi ex eo proueniens,qđ timeas, ne adsit alteri, qđ cū nemine velis habere cōe. Quam diffinitionem sequitur Cicero in quarto Tuscu.sic. Zelotypia ęgritudo est ex eo ꝙ alter quoq; potiat,eo ꝙ ille ipse concupiuerit , vnq; vocabulū deduci απο του ζυλου .i.amore καὶ τυπτεσθαι.i.verberari,ꝙ ęelotypus assiduo amoris maleo pulsetur, alii tñ dictum volunt quia ζυλοτυπεω idem est ꝙ emulor ⁊ inuideo. Sed ia.in sex.com. Ostensurus ē muliere non modo ad oia vicia esse pronam,sed in flagitio deprehensam mira se etiam audacia defendere. Si ingt forte accidat.vt eam inuenias in complexibus aut serui aut equitis.ita vt ne summus quidem orator eloquentia sua querat rem tueri,ipsa inquit facile ⁊ se statim tuebit. Dic quin.quintilianum posuit poeta pro sūmo oratore.q tēporibus Domitiani floruit, scripsitq; libros de institutione oratoria,qui ad nos peruenerunt, vrbis fuit magister primus,qui mercedem publicā accepit e fisco,vt scribit Eusebius.Docuit etiam nepotes Domitiani.Mart. Quintilianine vagę moderator summe iuuentę Gloria romanę Quintiliane togę. Aliquem co.i.dic facti rationem. Nam grꝫci chorna appellāt qđ nos colorem.i.rōnem quę factum excusat.vnde Quintilianus lib.tertio . Sed dandus illis deformibus color. Seneca in tertio declamationū.Manifestus est adolescētis color, vt dicat se auctoritate patris oppressum. Idē in vi.de cōtrouersia.ii.libri.Colore hoc vsus est latro pro patre puellę,non misericordia motam sed libidine,⁊ iō non est beneficium. Idē in sequenti controuersia. Alio colore vsus est,dixit.n.non iram illam patris fuisse sed caliditatem. Questio quę sine colore est cōsistere neqt, hoc modo, C.Vatienus sinistrę manus digitos ne bello Italico militaret,abscidit,reus est lesę reipu. Hic qñ color facti non inuenitur,causa nequit consistere,sicq; defensio subuertitur. Vnde iocunde poeta interrogat Quintilianum tanq̄ optimum rhetorem, vt causam hāc defendat ⁊ facti rationem afferat. Heremus, verba quintiliani. Certe inquit heremus.i.ambigimus quo pacto rem tam euidentem possimus defendere. Dic ipsa, verba quintiliani.q.d.quum nos id nesciamus dictu ipsa o mulier. Illud obseruandum est hoc pronomē ipse iungi primę personę secundę ⁊ tertię, vt ipse feci, ipse fecisti,ipse fecit. Olim conuenerat, arguta defensio mulieris, Mare cœlo,solēt enim ira perciti ita clamando elementa ciere, vt illud Terentianū. O coelum o terra o maria Neptuni. Homo sum,crimen a se remouet in sexus imbecillitatem transferens , vt sit homo sum . i. mulier sum,⁊ proinde nec mirum si aliqñ a recto tramite declino,qñ cuiusq; sit hois errare. Vñ hęc mōstra tñ,forte ingt reqris vñ hęc tāta mulieꝝ scelera proueniāt,ex nimio ingt ocio , nimioq; reꝝ luxu hęc sunt,qđ ꝓsequentia indicat. nā cū romani ꝑ pauptate ⁊ bellis ingt premebant sūma in vrbe vigebat pudicitia ⁊ ꝓbitas,vñ est illud Salustii in Iugurthino. Metus hostilis in bonis artibus ciuitatē retinebat,quare eleganter sequitur prestabat castas ⁊c. Veꝝ iis oibus amotis incōmodis luxuria iualuit,mores totius ciuitatis corrupti sunt. Sicq; poeta monet in delitiis ꝑclitari honestatē. Vñ illud est Oui. Queritur ęgistus quare sit factus adulter. In promptu cā est,desidiosus erat. Labor,nam dum variis intenti laboribus pauꝑtatē tuebātur viciis carebant, vñ sapienter dixit Oui. Ocia si tollas periere cupidis artes. Vellere tusco.i.lanificio. Tusco aut qa in vico tusco lanificiū exercebatur. *tuscus* Tuscus aūt vicus fuit in vrbe quo itur ad velabrum, vbi consistebant vnguētarii ⁊ lenones, vñ est illud Hora.in satyris. Vnguentarius ac tusci turbe impia vici,quod magis placet,qa ex ętruria vrbi vicina laniciū habebatur, vt intelligas nō solū in vico tusco sed ꝑ totā ciuitatē tūc mulieres lanificio, cęterisq; honestis artibus intētas fuisse. Ac proximus vrbi hānibat.i.bella q̄lia hānibal gessit aduersus romanos. Hānibal aūt post cānensem cladē ad Anienē fluuiū tria millia passuū ab vrbe castrametatus est,quo tpe ploratus auctore Liuio mulieꝝ nō ex priuatis solū domibus exaudiebant,sed vndiq; matronę in publicū effusę circa deū delubra discurrebāt crinibus sparsis arā verētes, nixę genibus supinas manus ad coelū ad deos tēdentes orantesq; vt vrbem romā e manibus hostiū eriperent. matresq; romanas, ⁊ liberos paruos inuiolatos seruarēt.

Stātes in turre collina. Nam senatus censuit vt Hānibale proximo vrbi consules ponerent castra inter portam collinā ⁊ exqlinā. Cōsules senatusq; in castra venerūt,ibi de sūma rei.p.cōsulatū. Collinā aūt dictā scribit Varro a varietate colliū quā quirinalis habuit collis,ea .n.porta ad Quirinalē ducebat. *Collinam* Nūc patimur, ex nimio ingt ocio multa nūc mala patimur. Luxuria.n. vrbem inuasit,quę grauius qdem q̄ bellum oēm honesta expugnauit, Illud sciendū vlcisci dici de amico ⁊ inimico, vt vlciscar patrē meū, hoc est vindictā sumā de iis qui patrē meum lęserunt ⁊ vlciscar ꝑcussores patris.

Victumq; vlciscitur orbem, sumit inquit vindictam & supplicium de Romanis, qui totum orbem vicerunt, quasi dicat satius fuisset, si totum orbem non superassent, ne luxuria vrbem occuparet. Vlcisci, illud sciendum vlcisci dici de amico & inimico, vt vlciscar patrem meum, hoc est vindictam sumam de his qui patrem meum leserunt, & vlciscar percussores patris.

Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem.
Nullū crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas romana perit, hinc fluxit ad histros,
Et sybaris colles, hinc est rhodos & miletos,
Atq; coronatum, petulans, madidūq; tarētum.
Prima peregrinos obscoena pecunia mores
Intulit & turpi fregerunt secula luxu
Diuitię molles, quid enim uenus ebria curat?

Nullum crimen abest, ex quo inquit ciuitas imperio & opibus aucta est, omne genus sceleris exerceri ceptum est, vnde & Titus Liuius sic scribit i prologo suo. Quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitię auaritiam, & abundantes voluptates desiderium per luxum atq; libidinem pereundi. perdendiq; omnia inuexere. Hinc, non solum inquit mores vrbis per luxum corrupti sunt, sed & alię ciuitates vrbis exemplo luxuriant. Hinc, idest ex Roma. Fluxit. scilicet luxuria. Ad histros, histri ex littore illyrico in Italiam venienti occurrunt, ab iis ait festus Pompeius appellatos esse histriones, q; primum illinc venerint, vt inde appareat eos molliter vixisse. Liuius tamen in septimo primę decadis, &, Tacitus & Valerius libro secundo de antiquis institutis ludium, qui tusco verbo histrio appellatus est, ex ętruria romam primum accitum contendunt.

Sybaris — Sybaris, oppidum est Calabrię non longe a Grotone conditum ab Achiuis inter duos amnes cratidem & Sybaridem, a quo cognomen habuit, auctor Strabo libro sexto. Bene autem ait luxuriam ad Sybaritas defluxisse. Nam constat eos luxu delitiisq; notabiles fuisse. Vnde Philo hebreus in vita Mosę comoedias inquit & Sybariticas nequitias componentes, hoc est poemata lasciua. Strabo eodem libro scribit Sybaritus adeo luxuria delitiisq; intemperantes defluxisse, vt omni illa foelicitate intra septuaginta dies a crotoniatis exuti fuerint & debellati. De Sybaritis sic & Quintilianus libro tertio. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, vnde apud grecos prouerbium est. συβαριτικη τραπεζα hoc est Sybaritica mēsa, q̄d dicebatur de conuiuio laute apparato. Suidas refert Sybaritas instituisse, vt equi ad tibię tantum saltare condiscerent. Et sybaritas luxuriosos appellatos. Hinc rhodos & miletos, casus sunt nominati, idest luxuria rhodia & milesia, hic ē.i. ex vrbe Roma nata ē. Et exemplo

rhodos — vrbis Rhodii & milesii luxuriare didicerunt. Rhodos autem insula est maris lycii cognominata a Rhodo neptuni filia ex sorore Telchinum. Bene autem rhodon & Mileton nominauit, Nam omnes fere populi orientales maximeq; Asiatici omni rerum luxu affluxerunt. vnde est illud Valerii in secundo. Spartana ciuitas seuerissimis lycurgi legibus obtemperans aliquandiu ciuium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit, ne illecebris eius capti ad delicatius vitę genus prolaberētur, audierant enim lautitiam inde & in modicos sumptus et omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse, quod & Liuius affirmat libro nono de bello macedōico. Miletos, ciuitas est Ionię patria Thaletis philosophi in Asia minore, eam cōdidit Miletus filius solis & Pasiphaes Ouid. Spōte fugis milete tua, celeriq; carina Aegeas me

tiris aquas, & in aside terra Moenia constituis positoris habentia nomen. Tarentum, ciuitas Calabrię. Coronatum & ma. hoc ideo dicit, quia ibi conuiuia luxuriosa agitabantur, in quibus sumebantur coronę. Consuetudinem autem coenandi cum coronis Iones primi repperisse traduntur, auctor Valerius in secundo de mollicię tarentinorum sic. Finem profecto fruēdarum opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras Tarentina ciuitas quęsiuisti. Sydonius Ipsaq; periit trepidauerat vncta tarentus. Horatius in epistolis. Sed vacuū tibur placet, aut molle tarentum. idest luxurię vacans, fuerunt enim opulentissimi Tarentini, quod Valerius libro secundo vt diximus docet Macrobius libro tertio saturna. scribit Tarētum lingua Sabinorum molle significare, vnde & nux tarentina dicitur, quę ita mollis est vt vix attrectata frangatur, itē quidam oues tarentinas dicunt, hoc est molles. Petulans, ad id respexit, quod non modo per superbiā res Romanorum in portu suo captus reddere noluerunt, sed alterum ex legatis, qui a senatu missi fuerant ad eas repetendas vrina respserint. Potest ēt huius loci alius esse sensus, vt sic legamus. Hinc fluxit ad istos Et Sybaris colles, vt sic exponamus. Hinc, h̄ est ex pace nimio q; ocio & abundantia luxuria Sybaritna, Rhodia, Milesia, & Tartesina fluxit ad istos colles, scilicet vrbis nostrę. quasi cum contemptu dictum ad istos, quasi qui omnem aspernari deberent luxum & molliciem, vt sic intelligamus mores peregrinos a Romanis ēē acceptos postq̄ diuites & in ocio esse coeperunt, vnde sequitur. Prima peregrinos obscura pecunia mores Intulit.

Prima peregrinos. Ostendit nimia diuitiarum abundantia vrbis mores corruptos esse, ciuitas enim iā omni orbe subacto in omnem prorupit luxum. Est ergo sensus. Pecunia ipsa, idest ampla patrimonia et diuitię multę fuere causa vt mores peregrini & luxus in vrbem inueherentur, vt siquid apud nationes peregrinas ad luxum esset, id omne Romani vsurparent, vnde illud in tertia satyra. Iam pridem in Tyberim syrus defluxit orontes. Et linguam, & mores cum tibicine cordas, Obliquas, nec non gentilia tympana secum. Vexit & ad circum iussas prostare puellas. Ex Asia enim vt docet Liuius libro nono de bello Macedonico. Luxurię peregine origo ab exercitu Asiatico inuecta in vrbem est, Inde primum lectos eratos, vestem stragulam preciosam, plagulas, & alia textilia, et quę tum magnificę supellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam adduxerunt. Tunc psaltrię, sambucistrięq; & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis, epulę quoque ipsę & cura & sumptu maiore apparari coeptę. Tunc coquus vilissimum antiquis mancipium & ęstimatione & vsu in precio esse. Obscoena pecunia, quę in causa est, vt homines rebus obscoenis indulgeant, & dictum est ex affectu vtentis, nā per se neque bona, neque mala est. sic & Virgilius malā falcem appellauit. Quid enim venus ebria curat, Sententia est generalis, prolata tamen nunc propter luxum, intemperantiamq; mulierum, vt sit sensus, nemo inquit nemo locuples, diuitiisq; abundans honestatis rationem habet. Omnia enim per summum luxū intemperantiamq; agit, vt per venerem ebriā intelligas effusum in omnem luxum ocium hominis ebrii, idest diuitiis repleti, qui plenis intemperantię velis ad omnes & animi & corporis defertur voluptates. Inguinis & capitis, mulier inquit quę delicatis repletur cibis, vinoq; multo inebriatur. vnguētis delibuta preciosis nō discernit tanto rerum luxu ratione impediente qd intersit inter fellatiōem & coitum, hoc est turpius ne sit crimen fellationis an coitus, sicq; multiplicem mulierum sui temporis impudicitiam flagellat, ac si dicat omnia hęc indifferentes agunt, nulla turpitudine abstinent, vnde & Hora. carmine lyrico ostēdit per vinolentiam licitam et

Inguinis & capitis, quę sint discrimina nescit
Grandia quę mediis iā noctibus ostrea mordet
Quū perfusa mero spumant vnguēta falerno,
Quū bibitur cōcha, quū iam vertigine tectū
Ambulat & geminis exurget mēsa lucernis
I nunc & dubita qua sorbeat aera sanna
Tullia, quid dicat notę collactea maurę
Maura pudicitię veterem cum pręterit aram
Noctibus hic ponūt lecticas, micturiūt hic,
Effigiemq; deę longis syphonibus implent,
Inq; vices equitant, ac luna teste mouentur.
Inde domos abeunt, tu calcas lucę reuersa

illicitam libidinem exerceri. Monet sithonius non leuis euius. Quum fas atq; nefas exiguo fine libidinum discernunt auidi. Alii aliter sentiunt vt exponant mulieres eo impudentię deuenisse vt nullum faciant discrimen inter honestum & turpe, vt non magis eas pudeat ostendere membra pudibunda q̄ caput quod inter alia membra primum obtinet locū, sed prior sensus magis placet. Ordo aūt est, mulier quę mediis noctibus ostrea mordet, nescit quę sint discrimina inguinis & capitis. i. inter inguen & caput, vt per inguen intelligas naturalē coitum, per caput fellationem, Quum vnguenta perfu-

Ostrea — sa mero falerno spumāt. Mordet, comedit. Ostrea, pisces sunt concha intecti, venerem si comedantur excitant. Vnguenta perfusa. i. immixta vino & epota, nā in tantum vnguentorum luxuria adoleuerat, vt nō solum iis linerentur, sed etiam biberent, vnde Plin. libro xxxi. ita scribit. At hercules iam quidam etiam i potu addunt, tantiq; amaritudo est vt odore prodigo fruant, ex vtraq; parte corporis exteriore. s. & interiore. Quū bibitur concha, hyperbolicos. i. grandi poculo. Quū iam vertigine tectum. Videntur enim omnia ebrio in vertiginem agi, congeminariq; lucernę. Horatius, vt semel icto Accessit furor capiti. numerusq; lucernis, Seneca ad Lucilium loquēs de ebrio, Adiice illum ignorantem sui, dubia & inexplanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum. Cicero in secundo de diuinatione. Nam nauigantibus moueri videntur ea quę stant, & quodam obtutu oculorum duo pro vno lucernę lumina. Quid dicam īsanis quid ebriis q̄ multa falsa videātur, vnde est illud Apollonii Tyanei. Videmus enim ebrietate correptos geminam lunam, geminum solem sese videre arbitrari. I nunc & dubita. Honesta est inhibitio per concessionem vt ostendat minime dubitandum esse. Sic & Martia. in octauo. I nunc & dubita vates an diligat ipsos. Iuuenalis alibi, I nunc & ventis animam cōmitte. Quum hęc inqt in mulieribus vitia esse cognoscas dubitabis quo contemptu, quaq; irrisione habeant aram pudicitię, cū iuxta illam pręterreunt? Est ergo cū indignatione legendum. I nunc posthume Vrsidi & dubita qua sanna. i. q̄ oris distorsione tullia rideat aram pudicitię. q. d. non debes dubitare pudicitiam a mulieribus miris modis cōtemni, q̄ pręcipua veneratione colere deberent. Est enī

Sanna subsannare — Sanna irrisio, quę fit quadam oris & nasi distorsiōe, vnde subsannare. i. irridere & notare. Persius. Posticę occurrite sannę. i. irrisione quę fieri solet post terga. Sorbeat aera, idest ore distorto & bianti respiret in contēptum deę.

collactea — Collactea, hoc loco nomen est propriū. Alias collactea illa ē auctore Capro, quę eodem lacte nutrita est. Quid dicat, quam multa ignominiosa in ipsam pudicitiam effutiat. Quū pręterit, hoc autem dicit quia quum deberet ex vetere instituto arā pręterreundo venerari subsannat & irridet, nam apud antiquos hic mos custodiebatur, vt non sine summa veneratione templa pręterirentur, vnde est illud apud Apuleium in prima Apologia. Si fanum aliquod pręterreat nefas habet adorādi gratia manum labris admonere. Noctibus hic ponunt. s. ad aram pudicitię. Implēt effigiem deę, mingentes deam lotio respergunt q̄ contemnunt vt impudicę & honestatis aduersatrices, sicq; cum superioribus cōueniunt, magis q̄ intelligas de fellatione dici, vt oñdat poeta mulieres tm̄ ab omni honestate resilire, vt ipsam quoq; pudicitiam, quam pręcipue colere deberēt miris modis contemnāt, & sacra quoq; bonę deę impudicę celebrent.

Siphones — Longis siphonibus. Siphones proprie dicūtur fistulę & tubi & cannę ex quacunq; materia vnde liquida fluere possunt. Corne. cel. prodest etiam aduersus tardam concoctionem vinum frigidum bibere & post cibum magnā potionem, sed vt supra dixi per siphonē, quibus verbis declarat fistulam & siphonem idem significare, nam pauloante dixerat duos cyathos per tenuem fistulam bibant. Plinius libro secundo de aqua in summa iuga erumpente, quo spiritu acta & terrę pondere pressa siphonum modo emicat. Per siphones igitur longos vesicę meatus intelligit, ex quibus vrina exit. Inde per diminutionem Siphunculi dicuntur. Plinius ad Apollinarem. In hoc fonte crater, circa Siphunculi plures miscent iucundissimum murmur. Et paulo infra.

siphūculi — E stibadio aqua veluti expressa cubantium pondere Siphunculus effluit, cauato lapide suscipitur.

Inque uices equitant, Hinc appareat deam haberi contemptui, in cuius conspectu turpissima quęq; pagant. Expressit aūt Tribades mulieres, hoc est fricatrices a τριβω, quod est frico, siue tero, qualis fuit Sappho, vt ipsa fatetur, & Porphyrio docet, quod genus sceleris primo instituisse dicuntur Lesbię mulieres. Vnde apud Aristotelem λεσβιζειν id agere est. (Tribades)

androgynos — In vices, vt altera alteram ineat. Plinius libro septimo. Androgynos constat vtriusque esse naturę inter se vicibus coeuntes. Alibi Iuuenalis. Ne faciant vicibus.

Coniugis vrinam, quam emisit ante effigiem pudicitię. Magnos visurus amicos, idest ex consuetudinę romana amicos salutaturus matutino. Nota bonę secreta deę, ita inferuntur a poeta, quasi dicat mirum est quam sint etiam obscoena, quę in sacris bonę deę fiunt a mulieribus, estq; adinuādum gestu. De bona dea dictum est in secūda satyra, Atq; bonam tenerę placant abdomine porcę. Secreta bonę deę. Secreta autem dicit, qa vt auctores sunt Macrobius & Plutarchus in Cęsare & Cicerone, horum sacrorum ritus arcani fuerunt, quumq; celebrarentur, viris interesse non licebat, ea tantum in domo summi pontificis noctu a mulieribus celebrabantur. Quū tibia lūbos, sic illud Persii. Quum carmina lumbum intrant. Nam lasciuo cantu & sono libido maxime excitatur. In iis enim sacris ad tibiam vt ait Plutarchus, saltabāt mulieres multa bacchanalibus similia peragentes, vnde supra. Nullo gemit hic' tibicina cornu. Vinoq; feruntur, licet in iis sacris vino vterentur, tamen lactis nomine nuncupatur, & vas mellariū, auctor est Macrobius. Ordo est autem. O quantus ardor concubitus est illis mentibus, quum tibia incitat lūbos & męnades attonitę cornu & vino feruntur. i. agitātur & rapiuntur. Crinemq; rotant, caput agitant.

Coniugis vrinam magnos visurus amicos.
Nota bonę secreta deę, cum tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter vinoq; feruntur
Attonitę, crinemq; rotant vlulante priapo
Męnades, o quantus tūc ille mentibus ardor
Concubitus, q̄ vox saltante libidine, quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens,
Lenonum ancillas posita laufeia corona
Prouocat, & tollit pendētis pręmia coxę
Ipsa medullinę frictum crisantis adorat.
Palmam iter dominas virtus natalibus ęquat.
Nil ibi per ludum simulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi iam frigidus ęuo
Laumedontiades, & nestoris hernia possit.
Tūc prurigo morę ipatiēs, tūc foemia simplex,
Et toto pariter repetitus clamor ab antro,
Iam fas est, admitte viros, dormitat adulter
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil est, seruis incurritur, abstuleris spem

baccha nalia

Vlulante priappo, vult omnino ostendere poeta in sacris bonę deę, omnia fere fieri a mulieribus, quę fieri consueuerant in bacchanalibus, in quibus vt diximus in secunda satyra, Auctore Liuio. Viri & mulieres non gratia sacrorum sed concubitus conueniebant, nam ibi stupra erant promiscua ingenuorum & foeminarū tum inter se, tum cum maribus, ibi aderant sacerdotes Priapi & Cybeles, multiq; vlulatus cymbalorum & tympanorum, & id genus instrumentorum musicorum, per quod ait poeta vlulante priapo, idest sacerdote Priapi edente sonos & vlulatus musicis instrumentis, hoc antē faciebant ne queritantis vox per vim stuprum patientis exaudiretur. De quibus bacchanalibus sic meminit Diuus Augustinus lib. decimo octauo de ciuitate dei. Et tamen eius velut dei nomine per immundos dęmones bacchanalia sacra, vel potius sacrilegia sunt instituta, de quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit, vt in vrbe romana esse prohiberet.

męnades

Męnades, eas męnades appellat, q multa bacchanalibus similia peragerent. Nam męnades dicūtur bacchę a μαινομαι quod idem est quod furo. Concubitus, genitiuus est casus. Quę vox, q̄ impudica.

Saltante libidine, titillante pruritu & vredine. Quātus torrens. Hyperbolę est, idest quantus discursus spermatis collecti ex nimio haustu vini. Lenonum ancillas. Carpit mulieres tribades sui temporis, conqueriturq; quod in iisdem sacris bonę deę, quum corona seruantibus virginitatem daretur, nunc proponatur tribadibus. Laufeia, nomen mulieris impudicę & ebriosę, de qua alibi. Quantum Laufeia bibebat. Ancillas lenonum, puellas lenonum prostitutas. Prouocat, quasi melius libidinatura. Coxę pendētis, nā quę succumbit, sublimi coxa excipit tribadem ī cumbentem. Ipsa. s. Laufea. Adorat frictum, hoc aūt dicit, qa genibus incuruatur ad frictum. Medullinę crissantis, monētis se ad turpitudinē, nam crissari mulierū est, sicuti Ceuere virorum.

crissari ceuere

Palmā inter dominas. virtus natalibus ęquat, quū inter mulieres inquit cęteris ī rebus, honestisq; officiis nobilitatis ratio habebatur, ita vt semper nobiliores pręponantur, in hoc tn̄ obscœno libidinis flagitio victoria & corona tam ignobili q̄ nobili indifferēter dat, putuneq; melius libidinata fuerit, nulla prorsus illic habita ratione nobilitatis, ergo inquit nullum illic habetur discrimen īter mulieres, sed virtus. s. libidinādi & coeundi inter dn̄as. i. quę exercetur inter ipsas mulieres ęquat palmā. i. facit vt ipsa q̄ victrix sit ęquetur natalibus. i. nobilitati, nā per natales numero pluratiuo nobilitatē intelligimus, vn̄ Corne. tacitus loq̄ns de Cornelio fusco ait, Cornelius fuscus ingens ętate, Clarus natalibus. Seneca ad Lucilliū. Conditor ille iuris humani nō natalibus nos nec noīum claritate distinxit. Laumedontiades. i. Priamus Laomedōtis filius, p Priamū aūt & Nestora oēs extremę senectutis intelligit, spēmq; p genere posuit. Hernia, gręci Enterocelen & epiplocelen vocāt auctore Celso, quod nos herniā. Est. n. cū intestinū aut omētū in sinū Testiculoꝝ, quem gręci oscheon, latini scrotū appellant descendit, quo vitio senes maxime laborant. Nestoris, nestor nelei regis pyli filius, qui vt tradit Homerus tertiā hoīum ętatem vixit, vnde Ouid. in metamor. Vixi annos bis cētū, nunc tertia viuitur ętas. Tūc quum omnia aperte pagunt omni amota simulatione. Prurigo, libidinis excitatio, omnisq; vredo. Tunc foemina simplex, tunc inq̄t simpliciter oīa agit mulier, neq; turpitudinē aliquo pudoris velamento tegit. Repetitus clamor, a foemina expetente adulterū. A toto antro, ab loco sacrorū occultiore. Iā fas est, verba mulieꝝ libidinis īpatientiū, vocantiūq; viros intra ędes sacroꝝ. Dormitat adulter, i. si adulter dormit nec venit illa iubet iuuenē ad se aliū accersi. Cucullo, cucullus genus ē vestis, de quo abunde dictū est in tertia satyra. Veneto duroque cucullo. Si nihil ē, subaudi amātiū. Seruis incurrit, idest ad seruos recurrunt, vt cum eis libidinentur.

natales | hernia | oscheō scrotū | Nestor | cucullus

Aquarius

aq̄rius

Aquarius, alii tradunt aquarium illum dici q aquā coquo ministrat, quod hominis est vilissimi. aquariū etiam accipi pro eo qui publice aquam vendit, vt Romę & Venetiis hodie fit, vnde Celius ad Ciceronē, nisi ego cū tabernariis & aquariis pugnarem, ciuitatem veternus occupasset, vnde & aquarium appellamus signū in çodiaco humectum & hymbricum, nam sole ī eo existēte pluuię cadūt ī terras. Iulius vero frōtinus de aquę ductibus ostēdit illum dici aquariū, qui curā habet aq̄rū deducēdarum per vrbē, sic. n. scribit, cuius rei fraus aquarioꝝ est, quos aquas ex puatis ductibus in priuatoꝝ vsum deriuare dep̄hēdimus. Alibi Nouus aūt Anio viciabat cęteras aquas, nam quum editissimus veniat & imprimis abundans defectioni aliaꝝ succurrit imperitia aquariorū deducentium in alienos eū specus. Aquarioli antē dicebantur mulieꝝ ī pudicaꝝ sordidi asseclę. Apuleius in secunda apologia. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste vxoris suę ita ira extumuit.

Aq̄riolus

Seruorum, veniet conductus aquarius, hic si
Quęritur, & desunt hoies, mora nulla p ipsam
Quo minus imposito clunem sūmittat asello.
Atq; vtinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra, sed omnes
Nouerūt mauri, atq; indi, quę psaltria penem
Maiorem q̄ sint duo cęsaris anticatones
Illuc testiculi sibi conscius vnde fugit mus
Intulerit, vbi velari pictura iubetur
Quęcūq; alterius sexus imitata figuram est,
Et qs tūc hoium cōtēptor numinis? aut quis
Simpuuium ridere numę, nigrumq; catinū,
Et vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? sed nūc ad quas non claudius aras?
Audio quid veteres olim moneatis amici.

Atq; vtinam ritus. Dolet poeta in mulieribus tantam esse libidinis vredinem vt deoꝝ etiam templa profanēt. Pudicitiam contēnant, in sacris bonę deę nulla turpitudine abstineant. Ritus veteres, Solēnia vetera sacrorū non violarentur. Publica sacra, quę pro salute populi ro. celebrabantur. Plutarchus. Mauri, Mauritania in extrema est parte Aphricę ad occidentem ad mōtem Atlantem. Indi, populi sunt ad orientem siti prope oceani refluxus & solis exortus, est enim sensus, oriētales pariter & occidentales nationes nouerūt, quę psaltria tulerit penem maiorem q̄ sint duo anticatones Cęsaris illuc. i. vbi sacra bonę deę celebrantur. Psaltria, q̄ optime canit a psallo. i. cano, vnde psalmus. i. cantus, & psalterium instrumentum musicū, quas psaltrias gręci dixerunt, latini fidicinas appellarunt. Penem, veretrū Penis dicitur a pendendo. Nam penem auctore Festo caudam vocabant, vnde offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant, nunc vero penis capitur pro membro virili, sicuti etiam cauda salax. Duo cęsaris anticatones, Cicero libellum in laudem Catōis vticensis scripserat, Contra Cęsar indignatus duos libros scripsit, quos appellauit anticatones, de quibus ita Suetonius in Cęsare reliquit, & de Analogia duos libros et Anticatones totidem, in quibus complexus est crimina quamplurima in Catonem. De anticatonibus etiā Cicero intellexit quadam epistola ad Atticum sic scribens. Qualis futura sit Cęsaris vituperatio contra laudatiōem meam perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis. Vocabulum est autem compositum ex gręco & latino. Nam dictiones auctore Quintiliano in primo ex peregrino & nostro cōponuntur, vt Epitogium & Anticato. Epitogium ē autem genus vestis quod togę superinduebatur, ex τω prępositione gręca & toga formatum est. Anticato vero ab αντι quod est contra, & cato, sic autem duo libri in volumen vnum complicati erant & conuoluti specie tereti. Vnde & volumina sunt denominata, vt diximus latius in prima satyra. Cui volumini modo penē illum comparat poeta. Vnde fugit mus, tantę pudicitię ferūt bonam deam fuisse auctore Macrobio, vt extra gynęceū nunquā sit egressa, nec nomen eius in publico fuerit auditū ne virum vnq̄ viderit, vel a viro visa sit. ppter quod nec vir templum eius ingreditur, vn̄ Tibullus. Sacra deę maribus non adeūda deę. Et Propertius. Foeminę loca clausa deę fontisq; piandos Impune & nullis sacra retecta viris, et vt testatur Seneca, Ita mares ab eius sacris arcebātur, vt picturę quoque aīalium masculorū contegerentur. Ostendit igitur poeta in brutis maiorem esse pudorem q̄ in mulieribus, quas nō pudeat veretra in sacra bonę deę inferre, vnde fugiāt ipsi mures tanq̄ qui sciant ea sacra omni amota virili figura celebrari consueuisse. Et quis tunc hominum, Vt sit sensus. Priscis tpibus tanta veneratione colebant dii, vt nemo vnq̄ ausus sit eorum ritum contemnere, Nūc autem ita ludibrio habētur, vt in oībus tēplis obscoenissima queq; fiant. Nūmę, qui secūdus post Romulū rex romanoꝝ sacra plurima instituit, ędē veste confecit, virgines vestales elegit, Flamines tres, Dialē, martialem, quirinalem, Salios Martis sacerdotes, in sacris fictilibus vsus est. Simpuuiū, vas cuius vsus erat in sacris dictū a sumendo, vt scribit Varro. Catinū, vas a capiendo dictum. Patellas fragiles. i. fictiles a frangendo. nam & patella vas erat quo ēt vtebantur ī sacris, vnde scribit Valerius. C. Fabricium Patellā deoꝝ & Salinū habuisse, Aemiliū quoq; Pappū addit quū heręditatis noīe ea accepisset religiōis cā a se abalienāda nō putasse. Vaticano, collis vaticanus est appellatus, qd' eo potitus sit populus romanus, vatum respōso expulsis ętruscis. Sed nūc ad quas non Claudius aras, subaudi accedit, per Claudiū intelligit oēm adulteꝝ, nā Clodius vt diximus ex auctoritate Plutarchi in vita Cęsaris, & Ciceronis in. ii. satyra. Captus amore Pōpeę vxoris Cęsaris sumpto habitu muliebri domū Cęsaris summi pontificis ingressus est, vbi sacra bonę deę celebrabantur, sicq; ausus est nulla habita sacroꝝ reuerētia ea polluere. Sed nūc. i. temporibus nostris. Audio qd veteres. Intelligo inquit o amici veteres quid nūc moneatis me. s. mulieres custodia in castitate posse contineri. Olim. Tria tempora complectitur, pręsens vt hoc in loco, & pręteritum vt illud Horatii. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Futurum vt illud Virgilii. Forsan & hęc olim meminisse iuuabit. Olim item pro interdum, & nonnunquam ponitur, vt illud Horatianum, Vt olim dant crustula blandi Doctores.

mauritania | Indi | psaltria | psalmus | psalterium | fidicia | penis | offa penita | Epitogium | Anticato volumen | Simpuuiū | catinū | patella | collis vatica

Olim

Quis custodiet ipsos custodes? Mõet poeta nec mulierem tutam esse a custodibus, quando ab iis ipsa incipiat, Martialis. Sed positis custodibus ingens Turba futurorum est, ingeniosus homo es. Eadem libido, omnes inquit mulieres pauperes iuxta ⁊ diuites in libidinem nunt. Pedibus quę conterit, idest quę lecti ca non gestatur, sed pedibus suis ambulat, ac per hoc pauper. Nec melior, subaudi ē, quã dines mulier. Atrũ, nigrum. Vehitur cer uice, idest gestatur lecti ca, a seruis syriis. Lõgorum, procerorum, nã lecticarii quęrebant magni ⁊ proceri. Vt spectet ludos, Aliud vitiũ notat in mulieribus ꝙ, scilicet ambitiosę sint q̃ suis pauperes, volunt.n. diuites ⁊ nobiles uideri. Sellam lecticã intellige quã ideo condwcit vt nobilis ⁊ potes videatur. Sellam autẽ poni pro lectica docuit ante Iuue. Ostendens vacuam ⁊ clausam ꝙ coniuge sellam. Nutricem, nam inter ancillas Romani diuites ⁊ nobiles habebant nutrices liberorum suorum.

Flauus

Flauam puellam, Pulchrã, nam vt diximus ante, Poetę flauũ pulchrũ appellant, vñ Oratius, Phillidis flauę decoret parentes. Alibi, Si flaua excutitur Cloe hoc est pulchra.

Hęc tamen argenti, Licet inquit mulier modicas possideat diuitias, tamen quodcunq; argenti paterni supest, Idest quodcunq; relictum est ex censu maiorum suoꝝ donat athletis. Athletis, pugilibus, nam ἆθλος certamen significat ἆθλεω vero certo.

Athletę

Leuibus, politis ⁊ sine pilis, ac per hoc iuuenibus. Nam leue dicimus quod est sine pilis. Macrobius, Leue autem est mulierum corpus quasi frigore naturali densetur.

leue

Nouissima vasa, quę ei extrema fuerunt ex censu maiorum. Multis res angusta domi, subaudi est. licet inquit mulieres multę sint pauperes nullo tamen paupertatis pudore retinent quominus sint prodigę, modumq; fortunarum suarum excedant, nam ille dicitur Pudorem paupertatis non habere qui non timet ne reprehendatur paupertatis, si qd vltra modum facultatum fecerit, Nam pudor ē timor inste reprehensionis. Ad illum modum, ad illam mensuram rerum quam dedit ei paupertas. Non vinit ꝙ qualitate facultatum. Prospiciunt viri, scilicet. prodigi.

Pudor

Recidiuus

Recidiuus, Recidiua pergama appellat Virg. quę post casum sunt restituta, Sic nummus recidiuus quasi qui renascatur postquam iam perierit. In vetustis codicibus legitur redinius q; ex vetusto renouatum significare ostendit Festus. Ergo nũmus redinius quasi qui redinl renouetur ⁊ reuiniscat. Exhausta, exinanita. Pullulet, sumpta metaphora a satis quę quũ e terra siue arbore exeunt. Pullulare dicuntur deducto vocabulo a pullo.i.nouello, Oratius pullam appellat myrtum quę nouella sit.

Pullulare

Non reputant, non considerant quam magno constent voluptates quas capiunt ex libidine sua. Sunt quas, aliam mulierum impudicitiam notat, quod eunuchis delectẽt ea.s. ratione vt voluptates sentiant ⁊ non concipiant, vnde illud ē Mar. Cur tũ Eunuchos hẽat tua Gelia q̃ris Panice, vult futui gelia non parere. Imbelles, sunt.n. veluti mulieres. Mollia, quasi muliebria quum Eunuchi sint. Desperatio barbę, Barbam.n. Eunuchi nõ producũt q; fieri scribit. Macr. Inopia caloris. Calor.n. est q̃ pilos creat, vñ Eunuchis desunt, quoꝝ natura nullus negauerit frigidiorẽ esse quam viri.

Barba vanja

Et qđ abortiuo, Alia rõ quod spadonibus delectent quia nõ concipiant, ac ꝙ hoc abortiuos nõ faciãt, De abortiuo dicñ est in secunda satyra. Illa voluptas Sũmatñ, Est veluti Antiphora, quasi aliqs dixerit q̃ voluptatẽ possũt capere ex huiusmodi Eunuchis, quũ sint male mẽtulati, sed sũma inqt est voluptas qa non vtunt Eunuchis ni si q castrati fuerunt in ętate adultiore vt matura hũerit genitalia. Inguina. Ordo ē inguina matura.i. q̃ creuerũt ad legitimã mensurã. Traduntˢ medicis, vt inde testes excidãt. Pectine nigro.i. pubescẽte. Ergo expectatos, mulieres ĩqt spadõibus delectant, sed eos nõ iubẽt ꝑus castrari q̃ ad ętatẽ maturã puenerint. Domitianus tñ mares castrari uetuit et Spadonũ q̃ resídui erãt apud mãgones Prętia moderatus ē, Rapit Heliodorus nomẽ medici. Interptaˢ donũ solis. Tonsoris dãno, qa nõ lucrabit, nã eũ nõ tõdebit quũ barbã (vt diximus) nõ pducat. Cõspicuus, pẽis magnitudiẽ, nã ĩ Balneis bñ mẽtulati a cynedis obpugnabant. Ordo ãt ē ⁊ sensus. Spado fuctus a dña.i.q castratus fuit ĩpante dña lõge cõspicuus ⁊ notabilis cũctis. i. quẽ oẽs vt ꝑcipũ spadonem norent ⁊ obseruent, Intrat balnea ⁊ pronocat penis magnitudine ipsum priappum.i. potest certare cũ priappo de magnitudine membri.

Heliodorus.

Custodem

Custodem vitis ⁊ horti, idest priappum qui (ut scribit Diodorus in quinto) nõ solum in vrbium templis sed in agrestibus quoq; locis tanquam vinearum, atq; hortorum custos colitur, fructuum fures castigans, cui deo sacra cum risu ⁊ ludo fiunt, sicuti etiã Dionysio patri. Nam antiqui fabulantur eum filium fuisse Dionysii ⁊ veneris, ea ratione quod qui vino indulgeant sint natura ad venerem promptiores. Asserunt nonnulli priscos illos quum vellent hominum pudenda occultius nominare priappũ dixisse, Omitto multa alia quę a Diodoro diffusius perscribuntur.

Priappus

Dormiat ille cum domina, Potes in inqt tolerare, vt Eunuchus qui castratus fuit ętate iam adulta dormiat cũ domina, sed quum puero a te dilecta ⁊ iã maturo nequaquam.

Bromius

Bromium, puerum tum formosum qualis fuit Bacchus q̃ Bromius est appellatus ἀπὸ τοῦ βρόμου, idest a crepitu ⁊ sonitu qui ei per tonitru contigit quum natus est. Si gaudet cantu, Varia mulierum studia percurrit poeta earum semper flagellans impudicitiam, si mulier inquit cytharedis ⁊ cantoribus delectatur nullus ē, qui durare possit, ita defatigantur continuo cantu.

Nullius fibula durat. i. nullus adolescens ĩfibulatus potest tam diutinum canendi laborem perferre, Infibulabantur enim adolescentuli (vt diximus paulo añ) interdum valitudinis, interdum vocis conseruandę gratia, frequens enim coitus facit vt adolescens raucescat, Eius infibulationis rationem hanc scribit eẽ Celsius vt cutis quę supra glandem est extendat, notetur q̃, vtring, lateribus attramento qua perforatur, si glans a notis libera est, Is locus idoneus fibulę est, tum qua note sunt cutis acu filum ducente transeatur, eiusq; fili capita inter se deligantur, quottidieq; id moneatur donec circa foramina cicatriculę fiant, vbi hę confirmatę sint exempto filo fibula additur quę quo melior eo leuior ē, Erat enim annulus tenuissimus argenteus siue aureus, Alii interpretantur ꝙ mulieres prętio corrumpant cytharedos ⁊ cantores ad coitum ⁊ sic fibulam soluere cogãtur, qđ falsum est, nam non amat eos mulier vt coeat, sed voluptatem capiat ex cantu, nam in sequentibus ait, sed cantet potius quam totam perualet vrbem Supra vero taxauit eas quę cytharedos amarent ad coitum, Solutur is magno comoedi fibula sunt quę Chrysogonũ cantare vetent. Ergo poeta notat hic mulierem quę studio Citharedorum canentium teneretur, Vocem vendentis prętoribus, Prętores enim qui ludis prętorant adolescentes emebant qui cantica peragerent.

Organum

Onix

Orga na, instrumentum est musicũ habens autore Festo cordas. Densi sardonices, Tota ĩquit Cithara lapidibus prętiosis adornata est, Onyx gemma est, cui nomen est coniunctum cum Sarda alio lapide. Nam vt fidines ait (autore Plinio) Onyci candor est vnguis humani similitudine. Item Chrysoliti ⁊ Iaspidis ⁊ Sardę vnde nominis societas oritur, Sardonicẽ Ptolomeus a Sardonice monte Indię derivari scribit. ea visus est primus superior aphricanus, Autor est Pli. de quo diximus latius apud Persium. Illic Et natalitia tandem cum sardonice albus. Testudine, idest Cithara quam Mercurius primus Teste Eratosthene ex Testudine fecit, quã quę postea Orpheo, siue vt alii volunt Apollini tradidit, quum ab eo contra dono Caduceum accepisset. Numerantur, percutiũ tur, nam numerari videntur quum feriuntur plectro. Pectine. Pecten latine, idest quod grece dicitur plectrum quo corde feriũtur, Virgili. Atque eadem digitis mox pectine pulsat eburno. Plectrum aũt dictum ẽa παρὰ τὸ κρούω, quod est percutio, ꝙ corde eo percutiantur. Quo, scilicet pectine. Hedymeles, nomen fictum Citharedi, nam ἡδὺς significat suauem, ⁊ μέλος cantum.

Sardo nix

Pecte

Plectę

Hedymeles

Operam dedit, scilicet cantui. Hunc tenet, scilicet pectinẽ. Quędam de numero lamiarum, idest nobilium ⁊ potentiorum, qualis fuit familia lamia quę nobilissima fuit deducta origine ab Lamo qui formiarum rex fuit in Campania, De quo Oratius, Heli vetusto nobilis ab Lamo. Quando ⁊ priores hinc lamias ferunt. Denominatos et nepotum. Per memores, genus omne fastos ⁊cętera. Cum farre ⁊ vino, Docet Cato in re rustica. Cap. c. xxxiii. quo Iano sacrificaret, His verbis, Iano strue commoneto sic. Iane pater te hac strue commonenda Bonas prece te precor vti sies volens ꝙpitius mihi, liberisq, meis, Domo, familięq, meę, Mactus hoc ferto, Postea vinum Iano dato sic. Iane pater uti te strue commonenda bonas prece bene precatus sũ eiusdẽ rei ergo macte vino ĩferiori esto, Ouidius in primo fastorũ Ara mihi posita est paruo coniũcta sacello Hęc adolet flãmis cũ strue farra suis. Vestáq, rogabat, De vesta abunde dictũ est ſupioribus satyris, Anca pitolina, rogabat inqt mulier quędã de nobilioribus Iunũ ⁊ vestam facto sacrificio an pollio cytharędus cuius cantu delectabat futurus esset victor in certamine capitolino. Quercũ capitolinã, i. coronã quernã quę dabat victori in certamine capitolino, Martia. O cui Tarpeias licuit cõtingere quercus, ⁊ alibi, qd ꝙ Tarpeię frõdis honore põt. Nam Domitianus autore Trang. instituit quinquẽnale certamẽ Capitolino Ioui Triplex musicũ, equestre, Gymnicum, ⁊ aliq̃to pluriũ quam nũc est coronato, Certabat ẽt prosa oratione grece latineq, ac ꝑter cytharędos, Chorocytharistę quoq; ⁊ Psallocytharistę. Fidibus. s. suis. Quid faceret, Non plus inqt anxia esset pro salute mariti ęgrotantis, aut filii, q̃ ē pro cythara hoc est pro ipso cytharędo.

Pro cythara velare caput, dictataq; verba
Protulit vt mos est, & aperta palluit agna.
Dic mihi nunc queso, dic antiquissime diuum,
Respondes his iane pater? magna otia celi,
Non est vt video, non ē quid agatur apud vos.
Hec de comoedis te consulit, illa tragoedum
Commendare volet, varicosus fiet aruspex.
Sed cantet potius; quam totam peruolet vrbē
Audax. & coetus possit quam ferre virorum.
Cumq; paludatis ducibus presente marito
Ipsa loqui recta facie, strictisq; mamillis,
Hec eadem nouit, quid toto fiat in orbe,
Quid seres, quid traces agant, secreta nouerce,
Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter.
Dicet quis viduam pregnantem fecerit, & quo
Mense; qbus verbis concūbat queq; modis quot.
Instantem regi armenio, parthoq; cometem
Prima videt, famam, rumoresq; illa recentes
Excipit ad portas, quosdam facit isse niphatem
In populos, magnoq; illic cuncta arua teneri
Diluuio, nutare vrbes, subsidere terras.
Quocūq; in triuio, cuicūq; est obuia narrat.
Nec tamē id vitium magis itolerabile, q̄ quod
Vicinos humiles rapere, & concidere loris
Exorata solet, nam si latratibus alti
Rumpuntur somni, fustes huc ocius inquit
Afferte, atq; illis dominum iubet ante feriri;
Deinde canem, grauis occursu, teterrima vultu.
Balnea nocte subit, conchas & castra moueri

Velare caput, nam qui rem diuinam faciebant ex veteri instituto caput velabant, vnde apud Virgil. Helenus vates precipit sic enee. Purpureo velare comas adopertus amictu, Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum Hostilis facies occurrat et omnia turbet, Hunc socii morem sacrorum hunc ipse teneto, Hac casti maneant in religione nepotes. De hoc ritu sacrificādi multa scribit Plutarchus in Problematis. Dictataq; verba, Ab aruspice, scilicet qui vouenti verba dictabat. Vt mos est, scilicet vt haruspex dictet verba que postea proferat qui votum facit. Aperta agna, ex cuius extis haruspices futura cognoscebāt. Palluit sollicita quid exta portenderent agne. Dic mihi nunc queso, hac interrogatione ostendit tales preces indignas esse que exaudiantur. Antiquissime diuum, nam habitus est antiquissimus deorum vnde illud est Ouidii in primo fastorum, Me chaos Antiqui nam sum res prisca vocabāt. Iane pater, hoc verbum est ex ritu nam in sacris Ianum geminū, Iannum patrem, Ianū Iunonium inuocabāt, Patrem autē quasi deorum deum, lege Macrobium libro primo Saturna. Magna ocia celi subaudi sunt.

Comedus. Tragedus. Comicus. Tragicus.

Hec de comoedis, Comedi & Tragedi dicuntur, qui comoedias & Tragoedias agunt, Comici & Tragici qui scribunt. Consulit te, scilicet o Iane. Varicosus, in homine vt in Persium diximus Vene tumescentes in varices conuestuntur, nec in cruribus solū sed in toto corpore conspiciuntur, Vnde Celsus ita scribit, Pretor hoc euenit in quorundam ventribus varices sunt quarum quia nulla alia curatio est quam que in cruribus .eē cōsueuit &c. Varices autem dicuntur ex nimia mora standi prouenire Inde illud est Vatini in Ciceronem varicosum gloriantem se humeris Italie ab exilio reportatum, vnde ergo tibi varices? Haruspex igitur quum exta consulit diu stando fit varicosus. Haruspex dicebat q exta pecudum inspiceret, ex quibus futura prenoscebat ab haruga denominatus, nam haruga dicitur hostia ab ara in qua concluditur & seruatur, Hara autē est in qua pecora includuntur. Sed cantet potius, Hinc ostendit poeta mulieres cantoribus, cytharedisq; delectari; vt diximus, non vt cum eis coeant, sed vt ex cantu voluptatem capiant, Cantet inquit potius & cum cantoribus versetur, quam per vrbem vagetur. sicq; notat mulieres ambulatrices, que semper ipudice habite sunt Vnde est illud preceptum Catonis in re rustica. Mulier ne sit ambulatrix.

Varices. Haruspex. Haruga.

Ferre cetus virorum, versari magna audacia cum viris. Cumque paludatis, Paludamentū vestis militaris Imperatoria, Apuleius in prima Apollogia, verūtamē hec Diogeni & Anthisteni pera & baculus, quod regibus diadema quod imperatoribus paludamentum quod pōtificibus Galerum, qd lituum auguribus. Trāquillus in Cesare. Paludamentū mordicus trahens ne spolio potiretur hostis. Id autem aut album aut purpureū exeuntibus in prelium dari solebat. Vñ Valerius. lib.i. capite d prodigiis. Pulli Crasso traditum est paludamētū, quum in prelium exeuntibus album aut purpureum dari soleret. Strictisq; mamillis, ita coarctatis vt in summo natēt sinu. quid seres, populi sytie primi hominū qui noscant, lanitio syluarū nobiles, p fusam aqua depectētes frondium caniciē. Coetum reliquorum mortalium fugiunt quū commertia expetāt. Pl.li.vi. quid traces, populi septētrionales. Regi armenio, parthoq;, vt pote imperii Romani hostibus. Cometē istantē, exitiū minātē, nā cometas greci vocant, q̄s nos crinitas stellas appellamus horrētes crine sāguineo & comaꝝ mō in vertice hispidas. Plinius. Facit niphatē isse.i. ita rē narrādo disponit, vt faciat niphatē isse in quosdā populos, Niphates fluuius ē armenie, Luca. Armeniusq; tenēs voluētē saxa niphatē, ē ēt mōs eiusdē nois vt scri. Strabo. Teneri di.i. inūdari & aqs obrui. Nutare vr. terremotu q̄ti. Subsidere, itrorsū ire. Oui. subsidunt valles. Nec tñ id vi. nec illud vitiū vagādi p vrbē & pscrutādi res nouas grauius est q̄ q iracūdie & senitie vitio laborat. Rape, trahere vi. Vicios hūiles, hoc ē paupes si forte iterruptus fuerit ei sōnus p canes eoꝝ. Exorata, ēt exorata. Solet cōci. verberare. Illis.s. fustibus. Dnm.s. canis. Grauis, terrifica. Balnea no. subit, nā añ cœnā lauabant. Cōchas, vasa qbus vtebanť i balneis. Et castra, q̄si castra.i. multā supellectilē q̄ secum ferat.

Paludamentum. Seres. Comite. Niphates.

Gandet

Nocte iubet, magno gaudet sudare tumultu,
Cum lassata graui ceciderunt brachia massa,
Callidus & criste digitos impressit aliptes,
Ac summū domine foemur exclamare coegit.
Conniue miseri interea somnoq; fameq;
Vrgentur, tandem illa venit rubicundula totū
Oenophorum sitiens, plena quod tenditur vrna
Admotum a pedibus, de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim
Dum redit & terram luto ferit intestino.

Gaudet sudare, gaudet inquit in balneis lauari strepitu magno & ambitioso. vnde titulus epistole Senece in. viii. talis est notat tumultuosam balneorū luxuriā. Graui massa, graui alterum pondere, nam qui balnea ingrediebantur quo facilius sudorem elicerent, ante quam lauarentur se exercebant nunc grauiora onera manibus ferēdo nūc alteres rotando. quā rē Seneca ad Lucilium optime ostendit lib. viii. vbi notat tumultuosā luxuriam balneorū sic dicens. Quum fortiores exercent et manus plūbo graues iactant quū aut laborant aut laborātem imitantur, gemitus audio, quotiens retentum spiritum remiserunt sibilos & acerbissimas respiratiōes. Idem alibi ad Lucilium loquens de exercitationibus. Cursus & cum aliquo pondere manus mote, ergo graui massa, idest graui altere, qui aliud nihil est quam massa plumbea. Dictus autem alteres ab ἅλλομαι quod est salio nam saltantes susceptis alteribus exercebantur Marti. Alterem facili rotat lacerto. Aliptes, vnctor ab ἀλείφω qood est vngo vngebant enim qui volebant lauari. Callidus, astutus, nam dum vngit mulierem, genitalia manibus maxime palpat & percutit, Seneca libro. viii. loquens de strepitu balneorum Quum in aliquē inertem, ac plebeia vnctione contentum incidi, audio crepitum illise manus humeris, que vt plana prouenerit aut concaua ita sonum mutat. Idem in eadem epistola Aliptum cogitā tenuem & stridulam vocem quo sit notabilior exprimentem, nec vnquam tacentem nisi dum vellit alas & alium pro se clamare cogit. Criste, genitalibus. Exclamare, strepitum facere ex percussu manus. Vnde Martialis Et pueri lutulenta de palestra Vncti verbere vapulat magistri. Summum femur, summam partem femoris, nam foemur totam coxam appellamus hoc est partem exteriorem & interiorem vno vocabulo Apuleius Libro nono. Metamorphoseos, Nam quidam colonus partem venationis immanis cerui pinguissimum faemur domino illi suo muneri miserat. Foemina vero tantum partes iteriores. Vnde Apule. eodem libro. Nam si faciem tuā mediis eius foeminibus emiseris facile percunctaberis, quam grandem tibi demonstret patientiam, loquebatur autem de Asino, Pli. autem libro. xxviii. Foemina atteri, aduriq; equitatu notum est. Apuleius in .x. Illam ticione candenti inter media foemina detruso crudelissime necauit plerunque tum foemora capiuntur ab auctoribus p partibus genitalibus. Conniue miseri, hoc est qui illam domi expectāt cum ea cenaturi, vt sit tota ipsa familia. Interea, dum lauatur. Tandem, post longam expectationem. Oenophorum, vas ad ferenda uina οἶνος enim vinum significat & φέρω porto. Sitiens, magna cum siti bibens. Quod tenditur, quod plenum est, vnde & vbera distenta dicimus que plena sunt. Admotum a pedibus, idest appositum seruis vt pessimum, nam pessimum erat vinum, qui enim vomere volebant, vinum pessimum bibebant, quale dabatur seruis, quod appellabant τροπιν, quod significat versionem que, scilicet stomachū perturbabat. Id verbum est apud Martialem bibit ergo tropin vt vomat. Hoc autem fiebat vt exinanito stomacho maior edendi excitaretur appetentia. De A pedibus autem diximus in prima satyra illic. Ab octaua Marius bibit. Sextarius alter, idest duo sextarii. Est autē Sextarius sexta pars congii. Congius enim sex capit sextarios autor est Prisc. Ducitur, bibitur, Oratius, ducere nectarios succos. Idem in quarto carminum. Sed pressum in calibus ducere liberum si gestas. Ante cibum, idest Ieiuno stomacho, contra vinum optimum vomitum coercet. Oratius Vel quod fluentem nauseā coerceat, Metire nobis cecubum. Vinum inquit Plinius lib. xxiii. ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Et lib. xxix. capite primo potus Ieiunorum, ac vomitiones, & rursus per potationes, ac pilorum euiratio instituta resiunis eorum. Vbi manifeste talia medicine instituta irridet. Rabidam orexim, idest rabidum appetitum, orexis enim dictio est greca, que appetitum significat: ὀρέγομαι enim grece, appeto latine, A Galeno i libro qui inscribitur ὅροι ἰατρικοί hoc est diffinitiones quā ad medicinam spectant diffinitur sic ὄρεξις ἐστι πόθος καὶ ἐπιζήτησις hoc est orexis est desiderium sine appetitus & inquisitio, pro vomitu etiam ponitur Plin. ad priscum de fania egrotante pro vomitu sic scribit. Hoc discrimine implicita est insidens febris tussis. Orexis, summa macies, summa defectio. Iuuena. alibi in sequētibus Hinc surgit orexis. Hinc stomacho bilis, nam vinum illum pessimum bibebant vt vomerent. sicq; euacuato per vomitum stomacho maior esset edendi appetentia. Vnde Seneca. Vomunt vt edant, edunt vt vomant. Idem Seneca ad Lucilium loquens de intemperantia mulierum. Non minus inquit potant & oleo & mero viros prouocant. Aeque inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt.

Alteres. Aliptes. Femur. Foemina. Oenophorū. Sextarius. Congius. Orexis.

Dum redit. Sensus est et ordo Sextarius alter ducitur, idest hauritur & bibitur ante cibum facturus rabidam orexim, idest rabidam appetentiam dum redit, scilicet ex stomacho, idest dum remittitur & vomitur. nam sic per vomitum exinanito stomacho appetitus edendi magnus excitatur. Luto intestino, idest vino luteo, quod in intestina hauserat. luto enim positum est pro luteo sic Virgil. croceo mutabit vellera luto, & in sequentibus Iuuena. Incude & luto vulcano ad rhetora misit, Quem locum animaduerti sic legendum & non luteo primam enim habet lōgam. Persius Surgit tibi lutea pellis, Carmen exametrum luteo non admittit duabus extremis longis, & media correpta ergo luto p luteo, p synoeresin. Sicut apud Vir. i sexto Aluo p alueo laxatq; foros simul accipiat aluo. Et teri p terei i bucolicis. Aut vt mutatos Teri narrauerit artus.

Riui, hiperbolicos quasi riui. Marmoribus per
sola ⁊ pauimenta marmorea. Aut lata falernũ pel-
Oleo nis olet, est enim sensus. Vomitus vini aut in terrã ca-
dit aut pleni excipitur. Olet falerno, oleo ⁊ accusati-
uo iungitur. Horatius. Pastillos rufillus olet, ⁊ ablatiuo
Ouidius. Non arabo noster capillus olet. Bibit ⁊ vo
mit. Martialis. Nec coe-
nat prius aut recumbit
q̃ septem vomit meros
deunces. Tanq̃ lõgus
serpens. Constat, n. serpẽ
tes vini auidissimas esse
auctore Plinio. lib. xxii. ca.
xxiii. Et idem sic ait in
decurio. serpentes quum
occasio est vinũ ꝑcipue
appetunt, quum aliogn
exiguo indigeant potu.
Maritus nauseat, id-
est marito stomachus sub
uertitur, ⁊ ad vomitum
mouetur. Nam nausea ꝓ
prie appellatur ipsa sto-
machi subuersio, sine ta-
nausea men vomitu, vnde Cor
sex ver ne. cel. libro primo. Si si-
ba i eo ne vomitu nausea fuit.
primę Seneca libro. vii. Nau-
coniu- sea enim me segnis hęc
gatiõis sine exitu torquebat quę
bilem mouet nec effun-
dit. Nauseo autẽ vnum
est ex sex verbis desinentibus in eo, quę primę sunt con
iugationis, quę sunt hęc Beo, creo, Meo, Nauseo, Screo,
Laqueo cum compositis. Reliqua vero in eo desinẽtia
secundę sunt coniugationis prẽter eo ⁊ queo cum com-
positis, quę quartę sunt. Bilem substringit, sed cole-
ram inquit compescit conniuendo. Illa tamen gra
uior. Ridendo ait poeta eam maioris eẽ grauitatis quę
etiam in coenis disputet de poetis, Sic Persius. Ecce in-
ter pocula querunt Romulidę Saturi quid alia poema
tа narrent. Perituræ ignosci Elysse, ita bene historiã
ait scriptam a Virgilio de nece Didonis, vt non irasca
tur ei ꝙ ipsa sibi mortem attulerit, sed ignoscat. laudetq;
vt ab ea rectẽ factum, vt totum sit in laudem Virgilii,
qui causas necis optime descripserit. Solemus enim ira
sci, ⁊ nullo modo ignoscere cum quis se interemerit nul
la existente causa honesta. Elysse. i. Didoni, nam Elisa
Elisa nomen fuit proprium. Dido vero pœnorum lingua vi
Dido raginem significat, quod in ignem se iniserit.
Nota cõmit- Committit vates, quasi presentes in certamen deducit, vt al-
tere ter cum altero concertare possit, nec alter altero sit infe-
rior. Est enim committere idem quod comparare et in
contentiõem adducere. Propertius. Et sua cum antiquę
committit scripta puellę, de cuius significatione vberius
illic diximus in prima satyra. Rutulumq; ferocem
committas. Trutina, idest statbera. Idem enim si-
trutina gnificat. Victruuius libro vndecimo. Id autem ex tru-
tinis, quę statherę dicuntur licet cõsiderare, a trutina sit
verbum trutinor. Persius. Atq; ex porrecto trutinatur
rhetor verba labello. Cedunt grammatici ⁊ rhetorꝫ clamo
si sint, tamen superantur a muliere strepitu vocis.
orator Rhetores, differt rhetor ab oratore, quod ille pręce-
pta artis tradit ⁊ docet, hic vero secundum pręcepta ar-
tis loquitur. Nec causidicus, hoc vult intelligi, tantũ
esse mulieris clamorem vt oporteat omnes silere, dum
loquitur etiam qui soleant esse clamosi vt causidici, ꝓ
cones ⁊ reliquę mulieres, ac si dicat. si causidici ⁊ preco
nes loquerentur ea dicente non exaudirentur, tantus est
strepitus vocis muliebris, omnes inquit tacebunt quã-
do in Cassum loquerentur, si ea loqueretur quia
non audirentur.

Marmoribus riui properant, aut lata falerno
Pelnis olet, nam sic tanq̃ alta in dolia longus
Deciderit serpens bibit, ẽ vomit, ergo maritus
Nauseat, atq; oculis bilem substringit opertis.
Illa tamẽ grauior, quę quũ discũbere coepit.
Laudat Virgilium, perituræ ignoscit elisse,
Committit vates, ẽ comparat inde maronem
Atq; alia parte in trutina suspendit homerũ.
Cedunt grammatici, vincũtur, rhetores, omnis
Turba tacet, nec causidicus, nec preco loquetur,
Altera nec mulier, verborum tanta cadit vis
Tot pariter pelues, ẽ tintinabula dicas
Pulsari. iam nemo tubas, atq; æra fatiget.
Vna laboranti poterit succurrere lunę.
Imponit finem sapiens ẽ rebus honestis.
Nam si docta nimis cupit, ẽ facũda videri,
Crure tenus medio tunicas succingere debet.

Tanta vis, tanta co-
pia verborum. Ca-
dit, exit ex ore. Tot
pariter, tu dicas vocem
illam tam sonoram tot
pelues esse, ⁊ tot tintina- pelues
bula. Pelnis, vas
aquarium, in quo va-
ria perluuntur vnde et
nomen. Nemo fa-
tiget tubas, nemo inquit
ad succurrendum lunę
utatur tubis, neque alio
strepitu quandoquidem
mulier voce sua omnes
vincat strepitus. Lu-
nę laboranti. Nam vt
scribit Plinius libro se-
cundo capite duodeci-
mo. Viri ingentes, inter
quos fuit Stesichorus et
Pindarus crediderunt,
Lunam eclypsim ⁊ qua
si mortem pati excantationibus, vnde ne id luna patere
tur dissono crepitu succurrebant. Titus Liuius libro vi
gesimoseptimo ab vrbe condita, prælium non solito mo
do, clamore, ac tumultu est, sed ad aliorum viroꝝ equo
rum, armorumq; sonum disposita in muris campano-
rum imbelli multitudo tantum cum eris crepitu, qua
lis in defectu lunę silenti nocte fieri solet edidit clamo-
rem, ait ergo poeta tam clamosam esse mulierem vt si-
ne tubis, aliisq; crepitaculis sola facile possit sua voce lu
nę excantationibus laboranti auxiliari, ne excantatio-
nes audiat lunam solere excantari docet Virg. Carmi-
na vel coelo possunt deducere lunã. Imponit finem,
non solum inquit mulier de poetis indicat, sed ẽt more
philosophi pręcepta dat de ratione rectẽ viuendi, ergo
⁊ pro etiam imponit finem ⁊ modũ rebus honestis, id-
est docet ipsa sapiens ⁊ diffinit quid sit honestum q̃ uti
le, quam pulchrum pronunciandum, est risu satyrico.

Nam si docta, ex quo inquit sibi usurpat officiũ vi-
rorum vt more philosophi de virtute ⁊ honesto dispu
tet, iudicetq; de poetis, debet ẽt habitum sumere viris sa
pientibus congruũ, ⁊ omnia facere quę faciunt philoso
phi ⁊ viri litterati, si cupit videri docta ⁊ facũda vt quẽ
admodum doctrina viris parem se facit, ita ⁊ habitu sit
similis, estq; legendum cum risu, vt manifesta sit sciolę
mulieris irrisio. Crure tenus medio, talem etiam
habitum Oratoris fuisse ostendit Quintilianus libro
vndecimo. Tunicę prioribus oris infra genua paulum
posterioribus ad medios poplites vsque perueniant.
nam infra mulierum est supra centurionum. Tu-
nicas succingere, aliqui putant legendum esse succide-
re ⁊ non succingere, vt maiorem cum viris habeat simi
litudinem, si tunica sit breuiore ⁊ succisa.

Cedere

Cedere Syluano porcum, debet inquit oĩa facere,
quę fieri solent a poetis ⁊ viris litteratis, qui quũ loca so
litaria quærant ⁊ nemora, vbi sine strepitu cõmodius pos-
sint scribere, Syluano Siluæ deo sacrificãt mactantes
porcũ, videturq; poeta ad id respexisse quũ dixit porcũ
mactandũ Syluano qm̃ vt docet Cato in re ru. Marti
syluano in silua interdi
us in capita singula bo-
um votum faciebant.
Syl- Nam martẽ syluanum
uanus. appellarũt, cui porcum
imolabant. Mulieri ad
eam rem diuinã adesse
non licebat, neq; videre
quomodo fieret permit-
tebat. Vnde nunc poeta
videt per ironiam hor-
tati mulierem ẽt ad sa-
crificia quę a viris dũ-
taxat peragunt. Horati-
us in epistolis. Syluanũ
placari lacte sic docet ab
agricolis. Tellurem porco Syluanum lacte piabant. De
hoc tñ aliquid certius quærendũ est. Quadrante la
uari, exigua mercede, qualem psolnũt pauperes phi, vn
de Horatius in tertia satyra irridens stoicũ vt miserũ ⁊
pauperem ait, Quadrantẽ balneatori datuꝝ. Dũ tu qua-
drante lauatum Rex ibis. Non habeat dicendi ge-
nus, non sit ea eruditione vt ex arte possit dicere, cogno
scatq; genera dicendi quę tria sunt grande, mediocre, ⁊
humile. Sic ⁊ Martia. Optat esse vxorẽ suã, sit mihi ver
Enthy na satur ⁊ non doctissima cõiunx. Torqueat enthy-
mema mema. Enthymema est syllogismus iperfectus, dictũ
ab eo quod in mente relinquit obseruatio vnius propo
sitionis, hoc modo. Nõ oportet dari pecunias Eschinii,
etenim pisistratus cum cepisset, tyrannum se fecit, reli-
ctum est autem in mente. Igitur Eschines quoq; capi-
ens pecunias tyrannum se faciet, hac de causa Iuuena
lis, curtum dixit enthymema quod totum non sit expli
catum, sed quod pars in mente sit relicta. vnde Quintil
lianus ait. Alii enthymema rhetoricum syllogismum,
alii imperfectum syllogismum vocauere, quia nec di-
stinctis nec totidem partibus concluderetur. Enthyme
ma intellectum vnum habet quo omnia mente conce
pta significat. Enthymema enim idem est quod cogi-
tatio siue cõmentum ⁊ cõmentatio. Quattuor esse in-
strumenta retulerunt antiqui per quę in animis homi-
num generatur fides, Syllogismum, scilicet inductio-
nem. Enthymema ⁊ exemplum, quorum duo dialecti
ces sunt propria Syllogismus atq; inductio, reliqua au-
tem rhetorices. Est igitur Enthymema genus argumẽ
tationis, quo oratores pluribus modis vtuntur, per simi
le, Contrarium, Complexionem, Conuersionem, Gra-
dationem, Cõmutationem, Diuisionem, Expeditionẽ,
Subiectionem, Compensationem, ⁊ frequentationem.
per simile aut maius aut minus hoc modo Enthime-
ma fiet. Si iure occisi sunt gracchi ⁊ Saturninus qui in
pari causa fuit, iure occisus est. Item si mercede dignat
qui militem sit tutatus, nõ ne ⁊ qui seruauerit impera-
torem? per contrariũ. Eum quẽ nihil accusas damnas.
Bene quem meritum autumas, male mereri iudicas. ꝑ
complexionem. Si hominibus mala euenerint, non in-
cusandus est deus. Nam si boni sunt in aduersa fortu-
na fient meliores. Si in mali aut se corrigent, aut iuste pu

Cedere syluano porcum, quadrante lauari.
Non habeat matrona tibi quę iuncta recũbit
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat oẽs
Sed quędam ex libris ẽ non intelligat, odi
Hãc ego quę repetit, nolnitq; palæmonis artem
Seruata semper lege, ẽ ratione loquendi,
Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus,
Nec curanda uiris opicę castigat amicę

nient. Per cõuersionem. Cõplexioni cõtrariũ enthyme
ma efficit ita vt superiora diluat. hoc modo. Deus vtiq;
accusandus est, si hominibus mala euenerint. nã si boni
fiunt, nec castigari debent nec punitiõe dignant. Si ma
li in aduersa fortuna non fient meliores. per gradationẽ
hoc pacto enthymema formã, Industria Scipioni vir
tutẽ paravit, virtus gloriã. gloria æmulationẽ,
inimicitiã æmulatio, in
dustria. igit Scipioni pa
rauit inimicos, per com
mutationem ita quę de
Põpeio dicunt, dici nõ
450 possunt. Quę autẽ dici
possunt, nõ dicunt. per
diuisionẽ. quid ego nũc
vobis de meis meritis ꝑ
dicem? nã ea si memini
stis, obtundam. Si obliti
estis, nihil mihi crede-
tis. per expeditionẽ sue
ptium enumerationem
hoc modo. Necesse est quum constet hunc quem te-
nes fundum, meum fuisse, vt ostendas aut a me illius
causam habuisse, aut longo tempoe prescripsisse. Atqui
quum eum fundum vacuum possederim nõ potuisti
pscribere, nullã pterea a me illius in cãm habuisti. Re-
linquit ergo eum fundũ ad me ptinere. per subiectionẽ
ita A quo hic auxiliũ iplorare q pa
trię salutẽ neglexit? An ab agnatis amicisue, At ii me-
rito illi inimici sunt facti, nec qsq; eoꝝ est, qui se huius
agnatũ amicũue dici turpe nõ putet. An se cõuertet ad
cines? At illi velut inutilẽ atq; ingratũ optimo iure ex
tra fines eiicient. An ĩmortalis dei fauorẽ implorabitur?
Atq; ⁊ deus ipse ingrati serui preces reiecit, eũq; dãnatũ
tortoribus excruciandũ tradidit. per cõpẽsationẽ. Ma-
gnus labor, magna picula obiiciunt. At ĩmotalis gloria
ex his erit cõsecutura. per frequentationẽ hoc modo. A
quo tãdem abest iste vitio, qd est cur iudicio eum velu
tis liberate? Sue pudicitię proditor est, insidiator alienę,
cupidus intemperans, petulans, supbus, impius. in parẽtes
ingratus. In amicos infestus. In cognatos in supiores cõ
tumax, in æquos ⁊ pares fastidiosus, in inferiores crude-
lis denig; in oẽs intolerabilis. Torqueat, iaculet in ad
uersariũ. Rotato sermone. i. celeri ⁊ brevibus cõpre-
hẽso. Palemonis, tantę vt testat Suetonius de claris
grãmaticis arrogãtię fuit Rhemius hic Palæmon Vin-
cẽtinus vt de se diuinasse diceret Virgilium quũ dixit
Tantũ vicine Palæmon vt videlicet poetaꝝ aliq̃n arbi
ter furet. Varronẽ porcũ litteraꝝ appellabat, lras dicebat
secũ eẽ natas ⁊ secũ morituras. Antiquaria, q verba
ab vsu remota ⁊ pene exuctorata scrutant quasi inde Antiq̃
eruditionis fãmã aucupates antiquari appellant. Quin rius
tilianus eos irridet sic. Famã eruditionis affectabãt, vt
quędam soli scire viderent. Cacoçelos aũt ⁊ ãtiquarios Caco
vt diuerso genere vitiosos pari studio sprenit auctore çelus
Tranquillo Augustus. Nã Cacoçeli, latine dici posse vi-
dent mali affectatores æmulatoresq. Quintil. li. viii. ait
Cacoçelon malã esse affectationẽ per omne dicendi ge
nus peccantem. Nã tumidas ⁊ exilia, ⁊ pdulcia, ⁊ abun-
dãtia, ⁊ accersita, ⁊ exultãtia sub idem nomen cadunt.
Nec curanda viris, illam ẽt inqt odi quę exqsitę est
diligentię circa studia, vt ẽt amicę barbarismos (rem sa
ne minimã) castiget, quod biris ẽt negligendũ sit cum

Verba, solœcismum liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi; turpe putat nil
Cum uirides gemmas collo circundedit, & cū
Auribus extensis magnos commisit elenchos.
Intolerabilius nihil est quam foemina diues,
Interea foeda aspectu, ridendaq; multo
Pane tumet facies, aut pinguia popeana
Spirat, & hinc misiri uiscantur labra mariti.
Ad moechum ueniunt lota cute, quādo uideri
Vult formosa domi? moechis foliata parantur
His emitur quicqd graciles huc mittitis indi.

ab amicis tale quid committatur. Opicę, barbarę & veluti incultę latinitatis. vnde illud est Catonis apud Plinium Lib.xxix. graculos insectantis. Nos quoq; dictitant barbaros & spurios nosq; magisq̃ alios opicorum appellatione foedant. De opico dictum in tertia satyra, Et diuina opici rodebant carmina mures.

Solęcismus.
Solęcismum, Solęcismus ē vt docet Cicero ad Herennium quum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. Asinius capito i litteris quas ad clodium tuscum dedit hisce verbis definit. Solęcismus est inquit impar & inconueniens cōpositura partium orationis, quum grecum autem vocabulum sit solęcismus an attici homines qui elegantius locuti sunt vsi eo sint queri solet. Sed nos iquit Anlus Gelius neq; solęcismum neq; barbarismū apud gręcorum idoneos adhuc inuenimus, Nam sicut barbarō ita Soloecon dixerunt. Nostri quoq; antiquiores soloecon facile Solęcismum haud scio an vnquam dixerint, quod si ita est neq; in gręca neq; in latina lingua solęcismus probe dicitur, a vetustioribus autem latinis

Stribiligo
Stribiligo dicebatur a versura videlicet et prauitate tortuosę orationis tanquam strebiligo quędam. Nam στρεβλοω apud gręcos torqueo, ac deprauo significat, vnde & Scribilita appellata est, quod in circuitu ad restis

Stribilita.
modum torqueretur vnde a nostris torta appellata est, Martia. Circunlata diu mensis scribilita secundis vrebat nimio scęna calore manus. De Solęcismo aūt multa tum Quintilianus in.i.tum Diomedęo grammaticus. Liceat fecisse marito, Non sit inquit tam docta vt intelligat quum maritus incongrue loquit̃, Sic & Martialis vt diximus optat esse vxorem suam Sit mihi verna satur, & non doctissima coniunx. Nil nō permittit sibi, mira inquit est mulierum impudentia q̃ omnia sibi licere putant, quandoquidem nec eas pudet circa collum gemmas gestare, & auribus vniones suspendere. Virides gemmas, Smaragdos intelligit quibus ait Plinius nihil comparatum omnino viridius virere. Commisit auribus, idest suspendit. Vnde Se.in.vii.de bn̄ficiis, video vniōes nō singulos singulis comparatos iam, enim exercitatę aures oneri ferendo sunt.

Elenchus.
Elenchos, Plin.lib.nono.capi.xxxv. Vniones fastigiata longitudine elenchos appellat hos inquit digitis suspendere & binos ac ternos auribus foeminarum gloria est. Interea foeda aspectu, insurgit poeta in mulieres cutem curantes & faciem expolientes vt adulteris placeant. Interea, idest mulier dum sibi omnia permittit indulgetq; totam faciem domi linit medicamentis & operit, vt tenera & candida cutis fiat, atq; ita a marito amplexu et osculis interea fouetur, quum vero ad moechum proficiscitur deponit linteola et medicamenta, exeritq; curatam faciem, Ordo autem est, Interea facies foeda aspectu, & ridenda tumet multo pane hoc est pane madido lacte asinino. Nam. eo lacte cutem in facie erugari et tenerescere, candoremq; custodiri putant autor est. Plin. quod fieri solitum ab othone sic scribit Tranquillus, q; pane madido faciem linere cōsueuerit, vbi intelligendum panem fuisse lacte asinino maceratum. sicut diximus illic Et pressum in facie digitis extendere panem.

Popeanum
Pinguia popeana spirat. Alii popeana medicamenta esse intelligūt.i.offas panis madidi lacte asinino vt sit idem bis repetitū. multo pane tumet facies & pignia popeana spirat. Ego vero vnguenta fuisse interpretor his rationibus & q; pignia dixit & spirat. Nam vnguenti est esse pingue & suauis odoris ex pane autē macerato lacte asinino, neq; odos vllus habetur neq; pingue. vnguentū igitur expone preciosissimum quod ipsa popea Neronis vxor adinuenerit vsq; sit. Nā et vnguentorum vsus fuit apud mulieres vt placerent, sequitur enim Moechis foliata parātur, vt ita appellata sint popeana a popea, quē admodum Cosmiana a Cosmo et Niceroniana a Nicerote confectoribus et magistris. Spirat, fragat & olet.

Et hinc miseri viscantur, hinc maxime idignatur poeta q; mulier se polliat, nō vt marito placeat sed amatori tantum. Nam medicamenta illa e facie non lauat domi parum curans an placeat marito, vnde inquit labra mariti viscantur quum eam osculatur. Lota cute, elutis e vultu medicamentis. Quādo videri vult formosa domi? cum interrogatione legendum est, vt sit nunquā curat videri formosa apud maritū. Foliata, vnguenta nardina, nā ea p̄ciosissima habebant̃, quę ex foliis & spicis nardi fiebant. Vnde Plinius de folio nardi plura dicere par est, vt principali in vnguentis, inde addit Cacumina nardi in aristas se spargunt, iō gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Idem alibi ait vnguentum regale appellatū quod parthorum regibus ita temperat̃. Constat myrobalano costo, amomo, cinamomo, comaco cardamomo, nardi spica, maro myrrha &c. Vnde spicatum vnguentū dicebat̃ quod ex spicis fieret, De quo Diuus Marcus in euangelio mētionem fecit.

Vnguētum spicatum.
Et attulit alabastrū vnguēti spicati, vbi loco deprauato legit̃ pistaci, quod oīno culpa librariorū factū ē q; parum curiosi pistaci pro spicati trāsmutatis litteris scripsere totidem enim eędemq; litterę sunt in dictione pistaci quę inspicati, itaq; locus est emendandus. quū vnguentū dicat̃ spicatum ab ipsis spicis nardi et non pistacum.

Locus deprauatus in euāgelio.
Parant̃ moechis, ac si dicat non iam marito, vult inquit per vnguenta placere et gra ta esse amatoribus suis, bene aūt ait parant̃, vnguenta.n. inuēta sūt ad alienā voluptatē, et enim q odorē gerit ipse non sentit.

His emit̃.i. ab his mulieribus. Indi mittitis, ex india enim multi ex huiusmodi odoribus habent̃, vnde sic Plinius de Costo et Nardo loquēs, Radix et folium indis ex maximo p̄cio. Graciles, Tenues corpore et non pulposi, sic etiam appellauit mauros, Et nigri manus ossea mauri qui ossa tantum habere videntur, quā sint exili et macilento corpore, hocq; ratiōe nimii ęstus, qui macilentię cā est, sicut humor pinguedinis.

Aperit

Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit
Incipit agnosci, atque illo tunc lacte fouetur;
Propter quod secum comites educit asellas,
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.
Sed quę mutatis inducitur atque fouetur
Tot medicaminibus, coctęq; siliginis offas
Accipit & malidę, facies dicetur an ulcus?
Est opere precium penitus cognoscere toto
Quid faciant agitentq; die, si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria, ponunt
Cosmetę tunicas, tarde venisse liburnus
Dicitur, & poenas alieni pendere somni
Cogitur, hic frangit ferulas. rubet ille flagellis,
Hic scutica, sunt quę tortoribus annua pstent.

Aperit vultum, amotis linteolis et medicamentis. Tectoria, Ironicos integumenta illa medicamentorum, sumpta metaphora a parietibus qui tectoriis cooperiuntur, vt sint pulchriores, nam tectorium appellatur incrustatio illa ex calce quę parietem reddit leuigatiorem, de quo pleraque diximus apud Persium illic.

Tectoriū
Tectoria linguę. Illo lacte, ad illud respicit quod ait Plinius, vt ante diximus, cutem in facie erugari et tenerescere & candorem custodiri Lacte Asinino, notumque quasdam quottidie septingentas custodito numero fouere, Popea hoc vxor Neronis principis instituit, balneorum quoque sic solio temperato asinarū gregibus ob hoc eam comitantibus. Exul. tanta inquit est decoris affectatio, vt quocunq; etiam migrandū fuerit in erumnis etiam voluptatibus indulgeat. Axem hyperboreum.i. septentrionales regiones.

Hyperborei
Solinus scribit Hyperboreos incolere vltra aquilonem, apud quos mundi cardines esse credunt, Domus sunt nemora, in diem arbores victum subministrant, Dicti hyperborei, idest superaquilonares, vetustas enim hyperboreos vocauit incolas locorum quę super scythiam sunt, quasi originem boreę introrsum recedendo transissent. Sed quę mutatis, Ordo est sed facies quę inducitur et fouetur tot medicaminibus mutatis & accipit offas siliginis coctę & madidę, dicetur ne facies an vlcus? Legendum cum interrogatione quasi dicat vlcus potius dicendum est quam facies, nam & vlcera eodem modo emplastris & medicamentis foueri solent.

Offa.
Offas, coctę siliginis, idest frusta panis cocti & macerati lacte asinino. nam appellatione offae intelligimus frustra panis, carnis, casei & huiusmodi rerū vnde dicimus offam porcinā.i. frustū carnis porcinę, vnde Iuuenalis in satyra secunda Et patruo similes effunderet offas, Persius item appellauit globum carminum offas illic, Carminis offas ingeris, item Plinius inquit amigdalas contusas & in offam redactas.

Siligo.
Siliginis, genus tritici ex quo fit panis delicatissimus de quo plura ante. Auersus, ab vxore, si forte inquit maritus nocte cum ea non concubuerit, indignata sęuitiam in seruos exercet. Periit libraria, quum enim maritum animaduertere non possit in familiam sęuit. Libraria autē dicta est a libris quos dominę excriberet. Sic et librarius qui domino excribebat, Vnde Tranquillus in Vespasiano ita scribit, post vxoris excessum Cenidem Antonię libertam & a manu dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium &c. Amianus Marcellinus de Amanuensi muliere in decimo octauo sic meminit. Quibus litteris occulte quantum fieri potuit missis, ancilla quam domina dictante perscripserat exemplum ferens chartulam perdidit Plinius libro septimo loquens de cęsare, Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare aut si nihil aliud ageret septenas. Cicero etiam Ciceronis filius ad Tyronem ita scribit peto a te vt quam celerrime mihi librarius, mittatur maxime quidem grecus, multum enim mihi eripitur operę in excribendis hypomnematis, nisi forte vocabulum deducatur a libra vt libraria ancilla diceretur quę dispartiendis pensis pręesset.

Libraria Librarius.
Librariam etiam eleganter dicimus, quam gręco vocabulo bibliothecam appellamus. Gellius in noctibus atticis libro quinto capite quarto. In libraria ego & paulus consederamus. Cicero in primo de legibus. Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum ne id tamen ex illa erudita grecorum copia. Sed ex librariolis latinis.

Ponunt tunicas, idest deponunt vt flagellentur Plautus in Persa, vbi captum est flagrum, dum tunicas ponit quāta afficitur miseria. Cosmetę, ancillę qui dominam ornāt. Nam κοσμεω idem est, quod orno, & κοσμος ornamentum, & κοσμητη Cosmeta, idest ornatrix. Tranquillus in Claudio, Inducta teste in senatu hęc inquit matris meę liberta et ornatrix fuit. Tarde venisse, increpatur q; tarde venerit.

Liburnus
Liburnus, seruus, nā ex liburnia mittebantur serui robusto & procero corpore, vt diximus illic, Et ingenti curret super ora liburno. Penas alieni somni, idest mariti, qui dormiuit nec vxorem ea nocte attigit. Hic frangit ferulas, in dorso suo ita dictum sicut alibi de Mario Nodosam frangebat vertice suo dum verberabatur. Flagellis, nam tortores in seruos flagellis animaduertebant Seneca ad Lucillium. Audio inquit circa horam tertiam noctis flagellorum sonum, quęro quid faciat, dicitur rationes accipere. Romę flagella vendebantur in suburra Mart. Tontrix suburrę faucibus sedet primis Cruenta pendent qua flagella tortorum. Tortoribus, lorariis quos inter seruos habebant & mercede etiam conducebant.

Annua
Annua prestant, annua absolute salaria appellamus sine alimenta vnius anni. Vnde Tranquillus in Tiberio, Sed et peculio concesso a patre prębitisque annuis fraudauit per speciem publici iuris. Idem in opusculo de claris grammaticis & rhetoribus loquens de palęmone vicentino Quamquam ex schola quadringenta annua caperet, sic etiam accipimus diurnum pro victu sine mercede vnius diei Seneca in secundo controuersiarum

consors modo omnis fortunę diurnũ petam. Idem diurnum accepit,in cẽtuculo dormit. Diurnum item accipitur pro libro in quo singulorum dierũ rationes notantur vt infra. Et cędens longi relegit transacta diurni, Suetonius in Claudio,extat talis scriptura in pleris q; libris ac diurnis titulisq; operum. Obiter, ideſt simul, vt ſit ſenſus. Verberat ꝛ ſimul faciem linit ꝛ audit amicas de quo plura alibi in tertia ſatyra. Atq; obiter leget aut scribet. Plinius lib.xii. Vt obiter quęq; genera odorum dicantur, ideſt ſimul dicantur. Faciem linit,medicamentis ꝛ ſucis excolit. Audit amicas,cum amicis confabulabatur. Cõſiderat, contemplatur.

Obiter

Verberat,atq; obiter faciem linit,audit amicas
Aut latum pictę veſtis conſiderat aurum.
Et cędens longi relegit transuersa diurni
Et cędit donec laſſis cędentibus exi
Intonat horrendum,iam cognitione peracta
Prefectura domus ſicula non mitior aula.
Nam ſi conſtituit ſolitoq; decentius optat
Ornari,& properat,iamq; expectatur in hortis
Aut apud iſiacę potius ſacraria lenę,
Componit crinem laceratis ipſa capillis
Nuda humeros pſecas infelix,nudisq; mamillis

Vestis phrigia

Veſtis pictę, veſtem phrygiam forte intelligit quam vt eſt auctor Plinius acu facere inuenere phryges, vnde ꝛ phrygiones appellati ſunt qui acu veſtes pingunt. Poſſumus etiam intelligere veſtem attalicam. Nam attalus rex Aſię veſtibus aurum intexere inuenit, vnde Attalicis nomẽ,hęc Plini. Et cędens, verberans,hoc eſt dum verberat. Relegit, iterum ꝛ ſępius legit ꝛ inſpicit. Transuerſa,conſuetudine romanos rationem querere ex ſeruis ſuis oſtendit vt diximus paulo ante Seneca ad Lucillium. Audio inq; circa horam tertiam noctis flagellorum ſonum quero quid faciat dicitur rationes accipere, Mulier igitur ſub binda ꝛ irata recognoscens ꝛ diligenter trutinans errata lõgi diurni verberat ſeruum. Diurni, ideſt libri in quo vt diximus ſingulorum dierum rationes notantur. Vnde Tranquillus in Claudio. Extat talis ſcriptura in pleris q; libris ac diurnis titulisq; operum. Trãſuerſa, ego interrigo errata ꝛ delicta cõmiſſa, quum perperã rationes notauerit, vnde dicimus ſertur tranſuerſus, quum non recte quiſpiam incedat ꝛ a recta via declinet. Etcędit donec. Ordo eſt ꝛ ſenſus. Et cędit hoc eſt iubet cędi, donec prefectura domus hoc eſt ipſa domina quę tanq; prefectura domus gerit,intonat horrẽdum Exi, laſſis cędentibus iam cognitione peracta. Vbi illud obſeruandum eſt Legendum eſſe prefectura domus non profectura domo ꝛ metri neceſſitate ꝛ ex vetuſtiſſimo exẽplari. Prefectura,ironicos. eſt aũt prefectura vocabulum generale a prefiendo, vnde prefecturam vrbis ꝛ ꝓfecturas militares dicemus, quaſi ſit qdã magiſtratus totius domus,nam pfectura legi non põt,prima enim ſyllaba brevis eſt. Docet iuriſconſultus lib.i digeſtoꝝ. Oĩa oino crimina ſibi vendicare vrbis prefecturã nec tm̃ ea quę ĩtra vrbem admittunt̃, veꝝ quoq; ea quę extra vrbem iniura Italiã fiebant. Horrendum, pro horrende,nomen pro adverbio. Intonat, Clamat inquit horrende Exi. Sicula non mitior aula, ideſt Phalaride Agrigentinorum tyranno,cuius crudelitatem tantam ſuiſſe conſtat, vt premia nouorum inuentoribus tormentorum proponeret cui vt placeret perilli⁹ optimus artifex ęneum taurum conflauit vt inclusus reus ſubiecto igne torqueretur. ꝛ vox hominis exclamantis mugitum bouis imitaretur. Ceterum phalaris perillum nouo inſtrumento ĩcluſum ſupplicio mortis affecit. Vnde Ouidius, Vt munus munere penſes. Da precor ingenio munera digna meo,dixerat ꝛ phalaris pene mirande repertor,ipſe tuum preſens imbue dixit opus. Iam cognitione peracta, Iam omnibus rationibus diligenter recognitis ꝛ excuſſis. Nam ſi cõſtituit. Ordo eſt. Pſecas infelix componit crinẽ, ſi cõſtituit domina,ſcilicet cum adultero,et ſi optat ornari decentius ſolito. Et ſi properat,ꝛ ſi iam expectatur in hortis aut potius apud ſacraria lenę Iſiacę.

Phalaris

Sacraria

Nam ſi conſtituit. hac autem particula, nam rationem oſtendit feritatis etiã per ſequentia. Sacraria,dicuntur loca vbi ſacra reponuntur q̃ etiam in ędificio priuato eſſe poſſunt, ꝛ ſolent qui liberare ea loca religioſa volunt,ſacra inde enocare Locus autem ſacer dicitur ſacratus. Hęc Vulpianus titulo de rerũ diuiſione. Lenę Iſiacę, Is ęgyptiorum fuit dea cuius ſacrificia romam tranſlata fuere,in eius Templo maxima dabatur adulteriorum occaſio, Ouidius ad amantem ait. Nec fuge miliacę memphitica templa iuuẽcę, Multas illa facit, quod fuit ipſa Ioui. Scribit Ioſephus libro decimooctauo.antiquitatum inuenem quẽdam nomine Mundum,quum impatienter paulinam quãdam generoſam ꝛ pudicam alioquin matronam amaret,ſacerdotes Iſidis pecunia corrupiſſe,qui nouo religionis cõmento mulierem in templum vocarẽt.ii igitur quum fingerent ſe per noctem cum Oſiride collocutos perſuaſere eam a deſid erari. Eam itaque quum in templum nocte veniſſet inuenis tanquam Oſiris compreſſit.mox quum petulantius ſtuprum ei exprobraſſet, mulier marito rem detulit,maritus Tiberio. Qui indignatus ſacerdotes cum liberta Mundi quę totius facinoris fuerat conciliatrix crucibus affixit,templum Iſidis euertit. Simulacrum eius in tyberim precipitauit. Iuuenem trãſmare relegauit graviore ſupplicio dignũ non indicans, q; amoris impatiẽtia ꝛ furore deliquiſſet.

Templũ Iſidis

Lenę Iſiacę, ideſt lenę quę in templo Iſidis mulierem expectat conciliatq; adulteria. Templum autẽ Iſidis proximum ſuiſſe campo martio ꝛ tyberi oſtendit Iuuenalis, A meroe portabit aquas vt ſpargat in ędem Iſidis, antiquo quę proxima ſurgit ouili. Componit crinem.notat ſuperbam mulierem vecordiam, quę quũ ab ancillis ornarentur,eſſentq; deformes,offenſę ea deformitate dum in ſpeculo ſe inſpicerent, ancillas ipſas pulſarẽt. Idem etiam notat a Martiale in primo. Vnus de toto peccauerat orbe comaꝝ Annulus incerta nõ bene fixus acu. Hoc ficimus lalage ſpeculo quod viderat vlta eſt, Et cecidit ſectis icta pectuſa comis. Pſecas nomen fictum ancillę. ψεκάζω enim idem eſt quod irroro.nam dominam ſe componentem irrorat ſumpſit autem ex libris metamorphoſeon Ouidii vbi eiusdem nois eſt miniſtra Dianę. Laceratis capillis,a domina, ſcilicet. Nuda humeros, ideſt habens humeros nudos ꝛ mamillas diſciſa veſte a domina a qua ceditur.

Altior hic quare? verba dominę increpantis ancillam. Quod ꝛ Seneca notat libro de breuitate vitę his verbis. Quomodo excandescunt ſiquid extra ordinem iacuit,niſi omnia ſua in annulos ſuos reciderunt. Cicinnus,hoc eſt capillus annulatus vt dixi modo teſtimonio Martialis Annulus incerta non bene fixus acu.

Cicinnus

Taurea,nomẽ matronę fictum a feritate tauri,ſicuti lalage apud Martialem,quę ſignificat vocem, ac per hoc mulierem clamoſam et loquacem,aut (qđ magis placet) per Taureã genius lori intelligit.nã hoc vocabulo vtitur et Ioſephus libro ſecundo de bello Iudaico ſic. prefecti autem militum curabant comprimere tumultũ ꝛ pugnaces quoſque comprehendentes taureis vlciſcebantur, ac vinculis, vnde ꝛ Euſebius de temporibus ſic ſcribit. Tarquinius ſuperbus excogitauit vinicula,taureas, fuſtes,lato mias,carceres, cõpedes, catenas, exilia. Eadem verba recitat ꝛ Eutropius. Erit ergo ſenſus. Crimen ꝛ error ancillę illico caſtigatur loro, ꝛ verbẽro. Punit crimen, crimen,ideſt quod ipſa putat ꝛ vocat crimen. Quid pſecas, verba poetę ſubſanantis fuctem dominã. Hic in hac re.i.quum tu tibi displiceas,indignatur enim ꝛ irascitur ancillis q; deformis ſit. Altera lęnum,ſenſus eſt,altera mulier eſt,quę quum ſe comit ꝛ capillum circa caput digerit,alias de ornatu conſidit. Altera lęnum, vtrum extendit lęnum capillum, an extendit et pectit comas ꝛ volvit in lęnum orbem. Voluti orbem,circum caput multinodis revolutionibus diſponit. Eſt in conſilio matrona,hoc eſt quod dicit,quũ altera extendit,pectitq; comas,ſtatim adhibetur matrona in conſilio,nam matronam ꝛ ancillam animum quaſi per ętatem peritiorem conſidit dẽ capitis ornatu,ẽ aũt ordo,matrona ꝛ ea quę emerita acu ceſſat admota lanis eſt in conſilio. Emerita acu, ideſt iam finito munere ſuendi propter ętatem.emeriti enim illi dicuntur q̃ functi ſunt munere ſuo ꝛ vacationem habẽt. Tranquillus in Caligula,ceterorum increpita cupiditate cõmoda emeritę militię ad ſexcẽtoꝝ militũ ſummam rediit. Papinius in ſylvis. Cęſar ab emerito iubeat diſcedere bello. Cicero in lib.de ſenectute. Emeritis ſtipẽdiis libidinis,cõtẽtionũ ꝛc. Mulier.n. vetula omiſſo munere ſuẽdi vitio ętatis carpendis lanis admoneẽ. vñ Hora.de anu, Te lanę ꝓpe nobilẽ tonſę lucerią nõ cythariſe decent. Snia prima huius.s.ancillę vetulę vt pitioris. Minores ętate.i.peritia ornandi. Discrimẽ famę,periculum exiſtimationis ꝛ vitę. Tãti eſt quęrendi.i. tanti faciũt ſtudiũ ornandi ſe. Aedificat,amplificatio eſt p irriſionẽ, quaſi turrim altã extruat. Andromachen a frõte, procero corpore ſuiſſe andromachen Hectoris vxorem oſtendit Ouidius. Parua vehatur equo, quod erat longiſſima nunq; Thebais hectoreo iũcta reſcdit equo. A fronte,inceſſum mulierũ deſignat.quę ore elato icediũt, ita vt a fronte videant̃ procerę, ꝛ a tergo minores. Vnde eſt illud Papinii in epithalmio violantillę. Celſę pcul aſpice frontis honores Suggeſtumq; comę. Eſt ergo ſenſus, ſi a fronte inquit ꝛ parte anteriore mulierem ſpectaueris,altiſſimam dices et alteram andromachen, ita eſt capillorum ordo in capite faſtigiatus, a tergo vero ſi videris,cognoſces brevem eſſe,ita vt aliam credas. Cedo ſi breue parui, iocatur poeta in breviculã mulierem,cedo inquit, ideſt dic mihi quomodo facit tam brevi ſtatura, quum maritũ vult oſculari? erigit ſe inquit in plantas.erit ergo credo cedo, ideſt dic ſubaudi extrinſecus quomodo facit,quũ vult oſculari maritum, ſi ſortita ẽ breue ſpacium lateris parui, ꝛ ſi videtur brevior virgine pigmęa adiuta nullis cothurnis,ꝛ ſi levis eſt.ideſt minime ponderoſa,quum ſit puſilla,cõſurgit inqt ad oſcula plãta erecta.hoc eſt ipſa erecta in plantas,ſicq; poeta cauillatur mulieres breviculas. Adiuta,ſublevata. Cothurnis,calciamentis,qualia fiunt ex cortice ſuberis in vſum mulierum,vt docet Pli. Virgine pigmęa.i. brevis ſtaturę quales fiant,pigmęi qui ꝛ ſpithamęi dicũtur.eo q; ternas ſpithamas lõgitudine,hoc eſt ternos dodrantes non excedant,ad extremos Indię fines habitãt ſalubri cœlo,ſemperq; vernanti,montibus ab aquilone oppoſitis,quos a gruibus infeſtari Homerus quoq; pdidit. Fama eſt inſidentes arietũ caprarumq; dorſis armatos ſagittis veris tempore vniverſo agmine ad mare deſcendere,ꝛ ova pullosq; eaꝝ alitũ conſumere,aliter ſuturis gregibus non reſiſti. Plinius. Nulla viri cura in terea,dũ hęc inqt curat quomodo ſe ornet ꝛ comat,nullam reꝝ domeſticaꝝ curam habet quaſi ad eam nihil ꝓtinentium. Nulla cura,ſubaudi erit. Hoc ſolo ꝓpior. Satyrice dictũ, hac vna re videtur rerum mariti curam habere,q;.s.odit amicos eius ꝛ ſeruos,quũ in cęteris rebus quaſi ad ſenũ ſpectantibus ſit negligentiſſima. Graues rationibus,domeſticis.s.quum plus ĩpendat q̃ ratio familiaris tolerat. Ecce furentis belluę matriſq; deũ, ſtudium ſuperſtitionem mulierũ multis carminibus inſectatur,quod nimis credule timeant, quę a ſacerdotibus cybeleis ꝛ Iſiacis horribiliter prenũcientur. Cybele autem ex ſententia Apulei, Bellona et Iſis eędem fuere deę. Idemq; ſacerdotes trium dearum ſacra peragebant, vnde nunc recte eundem cybelen, bellonę, ꝛ Iſidis chorum inducit. Chorus, cœtus.

Altior hic quare cicinnus? taurea punit
Continuo flexi crimen,facinusq; capilli.
Quid pſecas admiſit? q̃ná ẽ hic culpa puellę
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera lęnum
Extendit,pectitq; comas,& volvit in orbem.
Eſt in conſilio matrona,admotaq; lanis
Emerita quę ceſſat arcu,ſententia prima
Huius erit,poſt hanc ętate,atqr arte minores
Cenſebunt,tanquam famę diſcrimen agatur,
Aut animę,tanti eſt quęrendi cura decoris,
Tot ꝓmit ordinibus,tot adhuc cõpagibus altũ
Aedificat caput,andromachen a fronte videbis
Poſt minor eſt,aliã credas.cedo ſi breue parui
Sortita eſt lateris ſpacium,breviorq; videtur
Virgine pygmęa nullis adiuta cothurnis
Et levis? erecta conſurgit ad oſcula planta.
Nulla viri interea cura,nec mentio fiet
Damnorum,vivit tanquam vicina marito,
Hoc ſolo propior,quod amicos coniugis odit.
Et ſeruos,gravis eſt rationibus,ecce furentis

Pigmęus Spitameus

Bellonę cybeles

Bellonę matrisq; deũ chorus intrat,& ingens
Seminir obscoeno facies reuerenda minori,
Mollia qui rupta secuit genitalia testa
Iampridẽ cui rauca cohors,cui tympana cedũt
Plebeia,& phrygia vestitur bucca tyara.
Grande sonat,metuiq; iubet septẽbris,& austri

Bellonę furentis.i.sacerdotum Bellonę furentiũ, nã in eius sacris sacerdotes suo cruore sacrificabant,gladios.n.districtos vtraq; manu tenentes sectis pariter hũeris ⁊ lacertis, ⁊ capitis rotatione discurrebãt,& veluti numine deę afflati agebant, vñ supius. Sed vt fanaticus oestro ꝑcussus Bellona tuo diuinat. Hora.in sermõibus. Hũc circum tonuit gaudens bellona cruẽtis. Tibullus. Hęc vbi bellonę motu est agitata eã turbã Mart. Entheã appellat.i.fanaticã ⁊ numine afflatam. De sacerdotibus bellonę Lãpridius. Bellonę seruientes vere execare brachium pręcepit studio crudelitatis. Matrisq; deum,cybeles. De qua Liuius lib.xxix. Oratores romani ꝑgamum ad regẽ venerunt. Is legatos comiter acceptos pessinuntem in phrygiã deduxit,sacrũq; his lapidẽ, quẽ matrẽ deũ esse incolę dicebant,tradidit,⁊ deportare romã iussit,hinc sacerdates galli seruiebant eunuchi,q apud deã se iactãtes faciebãt cymbaloꝝ,ferramẽtorũq; iactatorũ

Galli Pesinus

ac manuũ sonitũ. Galli aũt sunt cognominati sacerdotes deę a gallo fluuio phrygię apud quẽ orgia colebant, simulacrũ aũt illud deę facile romanis concessum fuit cõsanguineos se dictãtibus atq; oriũdos ab ęnea phryge. Ipsum simulacrũ coelitus vt aiunt demissum, neq; qua sit materia,neq; a quo fabricatũ artifice, vt scri. Herodianus,satis cõstat,neq; plane hoĩum manibus creditur factũ.hoc igit decidisse coelitus ferunt in quẽdam phrygię agrũ,cui nomen pessinũti a casu eius simulacri factũ putant.nã πιπτω cado significat, cuius aoristus secũdus ẽ ἔπεσον, vñ pesinus nomẽ tractũ ẽ. Ingens seminis.i.antistes sacroꝝ ⁊ ꝑfectus galloꝝ.ordo ẽ. Ingens seminir expositio facies reuerenda minori grande sonat. Seminir,qa eunuchus. Facies reuerẽda, quẽ cęteri sacerdotes minores venerant. Minori obscoeno.i.gallo foedo foemineo. Nã diuus Augustinus scribit gallos molles contra oẽm viroꝝ mulierũq; verecũdiam consecratos madidis vnguento capillis facie dealbata fluentibus mẽbris incessu foemineo ꝑ plateas vicosq; a populis, vñ viuerent,turpiter quęsitasse. Secuit genitalia, virilitatẽ.n.sibi vt scribit Pli.testa samia amputabant in monumentũ atys ab dea dilecti, vnde Oui. venit in exẽplum furor hic,mollesq; ministri Cędunt iactatis vilia mẽbra comis. Ad quã cõsuetudinẽ alludit Mart. Abscissa est quare samia tibi mentula testa, Si tibi tam gratus betice cunnus erat. Mollia,propriũ est epitheton eunuchoꝝ,molles.n.sunt veluti foeminę, vnde superius. Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semp Oscula,delectẽt ⁊ despatio barbę. Rauca cohors.i.vocis acutę exilis ⁊ muliebris. nã Eunuchi auctore Macro.ita acutę sunt vocis, vt sępe mulier an eunuchus loquatur,nisi videas,ignores. Id facere superflui humoris abundantiam tradit, qui arteriã, ꝑ quam sonus vocis ascendit,efficiẽs crassiorẽ, angustat vocis meatũ,⁊ ideo vel foeminis vel eunuchis vox acuta ẽ, viris grauis,qbus vocis transitus habet liberũ ⁊ ex integro patentẽ meatũ. Quinti.lib.xi.ostendit vocẽ exilem esse eunuchis his verbis. Ne ad spadonũ ⁊ mulierum ⁊ ęgroꝝ exilitatem vox nostra tenuetur. Cui,antistiti. Tympana plebeia.i.sacerdotes minores ⁊ plębei. nã ministri cybeles,qui eã comitant tympana,aliaq; Instrumenta pulsabant. Ouidius in.iiii. Fastoꝝ. Aera deę comites,raucaq; terga mouent, Cymbala pro galeis,ꝑ scutis Tympana pulsant. Tibia dat phrygos vt dedit ante modos. Cedunt, venerant. Et cui.s.antistiti. Vestitur bucca.i.os vestitur.nam redimicula a pileo depẽdebant, qbus maxillę ⁊ mentum vestiebantur.

Bucca

Nã bucca pro buccis dixit ⁊ proprie bucca, vt alibi diximus, appellat ea pars oris, q̃ infra malas inflari solet, vñ Hora. Quin iuppiter ambas iratus buccas inflet, a bucca fit buccea, hoc est frustulũ alicuius rei esui aptę quantum scilicet bucca cõmode capit.

buccea

Augustus in epistola ad Tyberiũ,auctore Tranql.sic scribit. In balneo demũ post horam primam noctis duas bucceas mãducaui priusquã vngi inciperẽ. Inde ẽt fit buccella in eodẽ significatu, vt est apud diuum Ioãnẽ in sacra scriptura sic. Et quũ intinxisset panẽ dedit Iude Simonis scariothis, ⁊ post buccellã introiuit in eũ Sathanas.inde ẽt ẽ buccellatũ genus cibi castrensis ⁊ frumentacei quo pessenius niger iubebat cõtẽtos esse debere milites oẽs, vt scribit Spartianus.

buccella

De buccelato itẽ meminit Volcatius gallicanus in vita Auidii impatoris his verbis. Et pręter laridum ac buccellatũ,atq; acetũ militẽ in expeditione portare ꝓhibuit. Ammianus ẽt marcellinus sic, buccellatum vt vulgo appellãt humeris imposuit libentiũ militum.

buccellatum

A bucca ẽt fit buccula,quę pars est cassidis q̃ ꝓminẽs buccas ipsas tegit, de qua alibi poeta. Et fracta de casside buccula pẽdens.

buccula

Tyara

Tyara,genus pilei quo peculiariter Persę vtebant,de quo Herodotus lib.vii. sic,ex qbus q militabant si erant persę.hũc in modũ ornati circa capita gestabant pilea,quos vocant tyaras impenetrabilia. Lunatę formę indicat fuisse Sidonius in panegyrico. Flectit acheminius lunatum persa tyaram. Seruius quoq; declarans illud Virgilianũ. Sacerq; tyaras. Dicit pileum fuisse phrygiũ,quo ipsi sacerdotes vterent,q ĩ phrygia prius sunt instituti ipsi matri deũ, vñ nũc dixit. Et phrygia vestitur bucca tyara. De tyara ita scrib. Diuus Hieronymus ad fabiolam. Quartũ genus est vestimẽti rotundũ pileolum,quasi sphera media sit diuisa, ⁊ pars vna ponat in capite,hoc gręci ⁊ nostri tyaram nõnulli galeꝝ vocant.non habet acumen in summo,nec totũ vsq; ad comas caput tegit.sed tertiã partẽ a fronte inopertam relinquit,atq; ita in occipitio vita constrictus ẽ, vt non facile labatur ex capite,est autem bissinum ⁊ sic fabre operatum linteolo vt nulla acus vestigia forinsecus pateant. Grande sonat,miranda prędicit ⁊ grãdia, vt non ad vocem clarã referas,sed ad faciẽ rei horrẽdã. nam galli sacerdotes Isiaci ꝑ vrbes cũ insignibus suis vaticinantes fanatico carmine talia populis vẽtura minabant,qualia Sen.in libro de beata vita sic irridet, cũ sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secando lacertos suos artifex brachia atque humeros suspensa manu cruentat,quum aliqua genibus per viam repens vlulat,laurumq; linteatus senex ⁊ medio lucernam die pręferens cõclamat iratum aliquem deorum, concurritis ⁊ auditis, ac diuinum esse eum inuicem mutum alentes stuporem affirmatis.

Lustrauerit

Aduentum,nisi se centum lustrauerit ouis,
Et xerampelinas vestes donauerit ipsi
Vt quicquid subiti,& magni discriminis instat
In tunicas eat,& totum semel expiet annum.
Hybernum fracta glatię descendet in amnẽ,
Ter matutino tyberi mergetur,& ipsis
Vorticibus timidum caput abluet, inde supbi
Totũ regis agrũ,nuda ac tremebunda cruẽtis
Erepet genibus,si candida insserit io;
Ibit ad ęgypti finem,calidasq; petitas
A meroe portabit aquas,vt spargat in ędem
Isidis,antiquo,quę proxima surgit ouili.

Lustrauerit,expiauerit. Cẽtum ouis,admittebantur.n.oua ad expiatiões. Ouid. Et veniat q̃ lustret anus lectũq; locũq;. Pręferat, ⁊ tremula sulphur ⁊ oua manu. Apuleius lib.xi.de asino aureo loquẽs de naui expiata sic scribit. Sũmus sacerdos tęda lucida ⁊ ouo ⁊ sulphure solẽnissimas ꝑces de casto ꝓfatus ore q̃ purissime purificatam deę nũcupauit.

xerampelinę vestes

xerampelinus color

Et xerãpelinas, ad vsum matronaꝝ scrib. fuisse ꝑbus vestes ampelini coloris,q inter coccinũ ⁊ muriceũ medius est, ξηρος.n.siccũ significat ἀμπελος vitẽ itaq; xerãpelinus color is esse existimat,quẽ nũc rosã siccã noiamus. Georgius Merula ꝓceptor meus in cõmẽtariis suis ita scriptũ reliqt. Has vestes atrabaticas inuenio latine appellatas his verbis apud suidã. Diebus festis ⁊ in victoria aut astantibus legatis induebant tunicas ⁊ clamydes auro ac purpura variatas, aut alio quouis mõ ꝓciosas,in quotidianis vero cõuẽtibus xerampelinas sic a colore dictas,quas vocabant atrabaticas a colore videlicet,atrum enim nigrum significat. vnde coniicimus xerampelinas nigras fuisse, Hęc ille.

atrabatica vestis

Aut reuera intelligit vestes lineas q̃les solent gestare sacerdotes ęgyptii.nã de sacerdotibus ⁊ Cybeleis ⁊ Isiacis itelligit,vestes aũt cõficiebant ex genere lini,qđ xylon appellarũt.de quo ita Pli.lib.xix.cap.i. Supior pars ęgypti in arabia vergens gignit fruticẽ,quẽ aliq gossipion vocãt,plures xylon,⁊ iõ lina inde facta xylina ꝑuulus est.similẽq; barbatę nuci defert fructũ, cuius in exteriore bõbice lanugo netur. Nec vlla sunt eis in candore molliciane ꝓferenda. Vestes inde sacerdotibus ęgypti gratissimę,vt intelligas vestes lineas coloris ampelini ⁊ legas xylampelinas,nisi forte rõ metri reclamet,nã xylon primã syllabã hẽt correptã,quę tñ rõ plerunq; a poetis cõfundit,sensus tñ prior magis placet. Donauerit ipsi.s.sacerdoti. Hęc.n.q̃stus gratia faciebãt,vñ Cice. in.i.de diuinatione. Nũc illa testabor nõ me sortilegos, neq; eos q q̃stus cã ariolent agnoscere,non marsum augurẽ,nõ vicinos aruspices,nõ de circo astrologos,non Isiacos cõiectores,nõ interptes somnioꝝ,nõ.n.sunt ii, aut sciẽtia aut arte diuini,sed supst.tiosi vates impudẽtesq; arioli,aut inertes,aut insani,aut qbus egestas ipat, q sibi semitã nõ sapiũt,aliis mõstrant viã,qbus diuitias pollicent,ab iis dragmas ipsi petũt. Vt qd qd subiti vt siqd mali imineat id totũ eat in tunicas. Magni discriminis.i.piculi. Semel,sola hac lustratiõe. Descendet.s.mulier ita sacerdote iubente. Putabãt.n.se tyberis aqua ꝓfundẽtes expiari. Persius. Hęc sancte vt poscas tyberino in gurgite mergis Mane caput,bis terq; ⁊ noctem flumine purgas. Timidũ caput.i.ipsa timida. Totũ agrũ regis supbi.i.cãpum martiũ q eiecto Tarquinio supbo datus est populo ⁊ Marti cõsecratus. Io candida.i.si sacerdos ex isidis impio insserit.nõ.n. ipsa dea iubet,sequit.n.Credit.n. ipsius dñę se voce moneri. Cãdida,aut pulchra,aut qđ verius est respexit ad id qđ vestibus lineis vterent Isiaci sacerdotes,vt statim dicemus.

Fabula Ionis

Io,Inachi Arginoꝝ regis filia a phoenicibus rapta est, vt scribit Herodotus libro primo. Et abducta in Aegyptum Osiris eam duxit vxorem, quo mortuo regnum tenuit,dictaque Isis post mortem habita pro dea, eius sacra Romam translata sunt. Templum iuxta Campum martium extructum fuit,sacerdotes vestibus linei induti per vrbem lugentes vagabantur, mox ad lętitiam conuersi sacra perficiebant, id erat monumentum Isidis, quę quum ossa Osiridis a fratre Typhone, (vt ferunt) occisi diu quęsita non inuenisset, in maximos prorupit luctus. Vnde commoti Aegyptii tam diu ea multo luctu quęsiuerunt quoad iuxta Syenem inuenerunt, quibus inuentis lachrymas in lęticiam verterunt. Ea illic ab Iside mandata sunt sepulturę, de quo plura illic recitabuntur in octaua satyra. Populus quod clamat Osiri inuento, mulieres hęc sacra frequentabant,nephasque iis erat, illis diebus coniungi cum viro, Propertius. Tristia iam redeunt iterum solemnia nobis Cynthia iam noctes est operata nouem. A meroe, multas magnasque insulas ambit nilus, quarum nobilissima est meroe. Aquas calidas. Pars enim illa Aegypti cõnę ꝓxima est torridę. Portabit,Hyperbolicos dixit.i.ẽt ex parte extrema orbis. Vt spargat, hoc est ex instituto sacri Isiaci, nam in templo Isidis aqua sparsa de Niso dicebatur, quamuis simulata foret. Nam quę exhiberi non poterant, simulabantur, ⁊ habebãtur pro veris. Vnde Virgilius. Sparserat ⁊ latices simulatos fontis auerni. Proxima antiquo ouili, idest loco ita cognominato in Campo martio. Nam Ouile ideo appellatus est locus in Campo martio, quod ibi greges ouium a Tarquiniis haberentur, fuit enim eorũ ager.

Ouile

Hocque magis placet q̃ vt intelligas de septis hoc est tabulatis, in quibus clauderetur populus tempore comitiorum, Ait enim antiquo ouili,hoc est illi loco,qui in Campo martio antea ⁊ priscis temporibus appellatus est ouile, vbi scilicet greges ⁊ ouilia habuere Tarquinii,quibus postea (vt diximus) expulsis, campus populo datus est et marti consecratus. Inde postea septa illa fabricata fuere, quibus populus claudebatur ad danda suffragia. De quibus sic Spartianus in Hadriano. Romę instaurauit pantheum. Septa, basilicam Neptuni, Plinius libro sextodecimo loquens de magnitudine arborum, fuit inquit ⁊ memoria nostra in porticibus septorum a Marco Agrippa relicta.

Septa

De Ouili antiquo in Campo martio intellexit ⁊ Lucanus in primo. Et misere maculauit ouilia Romę, idest ipsum Campum martium.qui antea habuerat ouilia Tarquiniorum,lege Liuium in prima Decade. Strabo quoque mentionem facit in quinto his verbis. Sylla alios qui arma proiecerant, ad millia tria, vel vt alii quattuor in Campo martio ad ouilia coactos immissis militibus triduo iugulauit.

Credit enim ipsius dominę se voce moneri,
En aĩam & mentẽ,cũ qua dii nocte loquantur.
Ergo hic p̃cipuũ,summũq; meretur honorẽ
Qui grege linigero circũdatus,& grege caluo
Plangentis populi currit derisor anubis.
Ille petit veniam,quotiẽs non abstinet vxor
Concubitu,sacris obseruandisq; diebus,
Magnaq; debetur violato pena cadurco,
Et monisse caput visa est argentea serpens
Illius lachrymis,meditataq; murmura p̃stant,
Vt veniam culpę nõ abnuat ansere magno
Scilicet,& tenui popano corruptus osyris.

Credit.n.ipsius dominę se voce moneri,credit inquit quę a sacerdotibus dicuntur a dea ipsa dici ita ab eis persuasa. Voce dominę, Isidis. Et animã ꝛ mẽtem, Ironia est in sacerdotem, o quam sanctus inquit est sacerdos quamq; dignus cum quo loquatur nocte dea, Anima est qua viuimus, animus vero quo sapimus. Nam auctore lucretio ea est mens qui ꝛ animus. Est enim animus auctore beato Augustino substantia quędam rationis particeps regendo corpori accommodata, vnde est illud Salustianum. Sed dux atq; imperator vitę mortalium est animus ꝛc. Ergo hoc pręcipuũ. Ordo est ꝛ sensus. ergo hic Anubis derisor.i.sacerdos Isidis,qui vt antistes grege linigero circundatus currit.i.discurrit, ꝛ vagatur per vrbẽ, meretur p̃cipuum honorem apud mulieres,nam superstitioso quodam metu mulieres sacerdotes ipsos Isidis colebant. Ergo,cũ mulieres inquit credant sacerdotes colloquia cum Iside habere,ergo eos pręcipue colunt. Grege linigero .i.reliquis sacerdotibus indutis vestes vt diximus lineas. De quibus ita Ouidius. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Martia. Linigeri fugiũt calui sistrataq; turba. Suetonius in Othone. Sacra etiã isidis sępe in linea religiosaq; veste propalam celebrauit. Apuleius in vltimo meta. loquens de cerimoniis Isiacis sic scribit. Tunc influunt turbę sacris diuinis initiatę viri foeminęq; omnis dignitatis, ꝛ omnis ętatis linteę vestis cãdore puro luminosi. Grege Caluo,hoc dicit,quia caput deradebant. Vnde Lampridius de cõmodo imperatore sic scribit. Sacra Isidis coluit vt ꝛ caput deraderet ꝛ Anubin portaret Apuleius in vltimo meta. Illę lympido tegmine crines madidos obuolutę. hi capillum derasi funditus verticem pręnitentes ꝛc. Plangẽtis populi.i.reliquorum sacerdotum,qui lugentes ꝛ lintea veste amicti vagabantur per vrbẽ vt diximus in memoriam Isidis. Currit,discurrit vagatur. Derisor, quasi qui nimis credulum populum derideat. Anubis,hoc loco Anubin appellat sacerdotem Isidis,quando nuncius sit inter mulieres ꝛ Isidem. nam Anubin ęgyptii colunt vt nuncium inter superos ꝛ inferos. De quo sic Apuleius libro vltimo meta. Ille superum commeator ꝛ inferum,nunc atra,nũc aurea facie sublimis attollens canis ceruices arduas Anubis lęua caduceum gerens. De eo sic ꝛ Diodorus libro secũdo. Deũ q apud ęgyptios Anubis vocat capite fingunt canino significantes custodem corporis Osiridis ꝛ Isidis fuisse, Vnde a Virg. ꝛ Ouidio in nono metamor. appellatur latrator Anubis,sic ꝛ a Propertio. Ausa ioui nostro latrantẽ opponere Anubin. filium docet Diodorus fuisse Osiridis physici Anubim mercurium putant. Ille petit.s. sacerdos qui se cum iside colloquium habere simulat. Veniam.s.mulieri ꝛ vxori ab Iside. Concubitu, mariti sui. Violato cadurco,cadurco legendum est non caduceo,nam ꝛ syllaba repugnat ꝛ sensus non procedit. Caduceus enim primam producit. Ouidius. Tartara iussus adit sumptis caducifer alis. ergo violato cadurco,idest non seruata castitate lecti matrimonialis p̃ eos dies,quibus sacra Isidis peragebantur. Nã nephas erat vt diximus coniungi marito. Id autem nouẽ diebus fiebat, Propertius. Tristia iam redeunt,iterum solẽnia nobis Cynthia iam noctes est operata nouẽ. Nam cadurcum posuit pro lecto,cadurci enim populi sunt gallię apud quos lini pręstantia obtinet palmam in culcitris ob pręcipuum cãdorem,quod docet Plini. libro vigesimo, quum ait, Nullum est candidius linum lanęue similius,sic culcitris p̃cipuã gloriã cadurci obtinẽt, Galliarum hoc ad tomenta pariter inuentũ. vnde poeta in sequenti satyra. Institor hybernę tegetis,niueiq; cadurci.i.culcitrę candidę. Ergo violato cadurco violato lecto matrimoniali per eos dies,quibus sacra Isidis celebrabantur, ꝛ castitas seruanda erat. Magnaq; debetur pœna. Ordo est a superiore sic ille petit veniam quotiẽs magna pœna debetur violato cadurco. Et monisse caput.hęc ironicos legenda sunt, ꝛ profecto inquit ipse Osiris precibus sacerdotis annuit. Nam visa est serpens argentea monisse caput,idest assensisse. Serpens argentea,in simulacro enim Sorapis,quem Osiridem appellant,vt scribit Diodorus in primo libro signum erat, vt tradit Macrobius primo Saturnalium Tricipitis animantis,quod exprimit medio eodemq; maximo capite leonis effigiem. Dextera parte caput canis exoritur mãsueta specie blandientis,pars vero lęua ceruicis rapacis lupi capite finitur,easq; formas animalium draco connectit volumine suo,capite redeunte ad dei dexteram, qua conspicitur monstrum. De quo dracone nunc poeta videtur intelligere. Eundem etiam serpentem i imagine Isidis extitisse docet Valerius Flaccus libro quarto argonauticon Aspide cincta comas ꝛ ouanti persona sistro. Vnde etiam in pompa Isiaca gestabatur Serpens in imagine Osiridis,de qua meminit Ouidius. Pigraq; labatur circum donaria serpens, Et comes i põpa corniger apis erat. Idem in nono metamor. Sistraq; erant.nunq̃q; satis quęsitus Osiris, Plenaq; somniferis serpens peregrina venenis. Illius lachrymis, scilicet sacerdotis. Meditataq; murmura pręstant, cum ironia legenda sunt. Ordo est,murmura scilicet sacerdotis meditata pręstant vt Osiris,scilicet corruptus ansere ꝛ popano nõ abnuat veniam culpę. Ansere magno. nã sacerdotes carne bubula ꝛ anserina maxime vescebãtur auctor Herodotus lib.ii. Corruptus, quasi more mortaliũ muneribus corruptus sentẽtiã mutet,vt illud apud Persiũ.quę nisi seductis nequeas cõmittere diuis. Tenui popano,tenui placẽta.nã vt tradit Domitius in cõmẽtariis suis ex auctoritate Suidę,popanũ est placenta lata tenuis ꝛ rotũda. Ea auctore polluce vtebãtur in sacrificiis. Nõ abnuat,non deneget,non recuset. Culpę crimini mulieris, quę cum viro concubuit.

anima
Aius
anubis
Caduci
Sorapis
popanum

Quum

Cum dedit ille locum,cophino foenoq; relicto
Archanam iudęa tremens mẽdicat in aurem
Interpres legũ solymarũ & magna sacerdos
Arboris,ac summi fida internuncia coeli.
Implet & illa manũ,sed parcius ęre minuto.
Qualiacũq; voles iudęi somnia vendunt.
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamẽtum ingens,calidę pulmone colũbę
Tractato.armenius vel comagenus aruspex.
Pectora pullorum rimatur,& exta catelli,
Interdum & pueri,faciet quod deferat ipse.
Chaldęis sed maior erit fiducia,quicquid

Quum dedit ille locũ. Sensus est, vbi inqt Isidis ꝛ Cybeles sacerdotes abiere,presto sunt iudęi,quoꝝ superstitiosis monitionibus credunt mulieres. Nã iudęa mendicat i aurem arcanam.i.arcanis susurris, quos auribus mulierum instillat, ꝛ veluti legum interpres iudaicarum quęrit sibi vnde viuat. Cophino foenoq; relicto.i.in silua relicta supellectile in vrbem venit,sic iudęoꝝ paupertatem ostẽdit,qui Roma a Domitiano expulsi nemus vrbi vicinũ incolebant, vt diximus i tertia satyra illic, nunc sacri fontis nemus ꝛ delubra locantur iudęis quorum cophinus, foenũq; supellex , vbi nonnulla de cophino ꝛ foeno diximus. Illud adiicimus cophinum genus fuisse vt diximus tñ in.iii. satyra cistę , quod apertissime docet Mart. in q̃nto Dum te posse negas nisi lato gelia clauo nubere,nupsisti gelia cistifero,hoc est iudęo.nam ꝛ in septimo scribit ad eadẽ geliam. Nec recutitorum fugis inguina iudęoꝝ. Iosephus in.ii.lib.de bello iudaico canistrum appellat his verbis. Et canistrũ circũferentes stipem eius nomine postulabant. Cophinoꝝ etiam pro canistris siue cistis fit mentio i sacra scriptura apud diuum Ioannẽ. Collegerunt ergo ꝛ impleuerunt duodecim cophinos fragmentoꝝ. Iudęi ergo vt mendici ꝛ pauperes cophinũ gestabant,quo stipem,reliquaq; erogata exciperent,eodem mõ ꝛ foenũ vbi cubitarent,ea.n.erat supellex eoꝝ. Alii putant iudęos non tam ex inopia q̃ veteri superstitione solitos quocũq; migrarent secũ ferre cophinũ ꝛ foenũ, vñ Sidonius apollinaris ait. Ordinis res est vt ęgyptius Pharao incedat cũ diademate,israhelita cũ cophino. Dauid rex israhelitarũ sic cecinit in psalmo octogesimo αι χειρες αυτου εν τω κοφινω εδουλευσαν.i.manus eius in cophino seruierunt. Tremẽs,aut more paupeꝝ tremẽs,aut veluti anxia futuri. Interpres,subaudi quasi. Legũ solymaꝝ.i.legũ iudaicaꝝ,quas iudęi a Mose acceperunt in monte Sinai,hoc est testamẽtũ vetus, Solymas aũt appellauit,quia quę hierosolyma dicũtur antea solyma vocabant,eã condidit rex cognomento iustus potentissimus chananeoꝝ,q suo ędificatio hierosolyma vocauit,quũ antea vt dixi solyma dicerent,hieron enĩ tẽplũ significat,eã postea Cleobius rex Iudeoꝝ populo chananeoꝝ pulso colendã suo tradidit. Iosippus.ciuitas aũt fuit iudeoꝝ vetustate,diuitiis multaq; religiõis obseruatione celebratissima,quã Titus secũdo anno principatus Vespasiani septembris mẽsis octauo die funditus sustulit,lege Iosephũ libro vltimo de bello iudaico Solymi itẽ populi sunt,vt docet Pli.lib.v.p̃ximi Cilicię,qui post appellati sunt pisidię,quoꝝ colonia cęsarea eadẽ antiochia. Magna sacerdos arboris.i.siluę ꝛ nemoris,de quo supra. Omnis.n.populo mercedem pẽdere iussa Arbor,ꝛ eiectis mendicat silua camoenis,alludit tñ ad sacerdotes dodoneos, de quibus Herodotus li. secundo. Implet,ꝛ illa manum,aut iudęa implet sibi manũ predicendo futura,aut illa.s.mulier Romana implet manum iudęę. Aere minuto, vtputa trientibus, ꝛ id genus numismatis. Qualiacunque voles. Hinc iudęorum fallacias ostendit,qui pro mercedis qualitate prenunciant futura,omnia enim ad consulẽtis votum confingunt,quod etiam docet Apuleius in secunda Apologia loquens de Caldęis. Somnia vendunt, vt modo bona, modo mala,quę per noctem fingunt se habuisse. Illud autem non placet quod ad somnia referas,quę captarent pro se,vel pro aliis in templo Serapidis in canopo. Neque enim nunc res agitur in Aegypto, nec nunc loquitur de iside,q̃ a iudęis haud quaquam colebatur, sed de iudęis , qui per noctem fingebãt se somniare futura pro se ꝛ pro aliis. Spondet fidem etiam inquit habent haruspicibus, Syriis, ꝛ armeniis,sed maiorem Chaldeis.i. Astrologis. Ordo autem est. Haruspex Armenius vel commagenus spondet amatorem. Spondet.quasi in eius potestate sit ex vera diuinę mentis cognitione. Ingens testamentum,ingentem hęreditatem. Calidę columbę,idest recens occisę. Armenius,duę sunt Armenię maior ꝛ minor,de quibus multa Plinius libro sexto, ꝛ Strabo libro vndecimo,dictam antẽ Armeniam testatur Strabo ab Armenio quodam ex Armenia Thessalię vrbe, quę inter pheras ꝛ larissam iacet,qui cum Iasone Armenia militauit. Minorem autem Armeniam, maioremq; ꝛ Comagenam Cappadocia leuo suo latere transit. Commagenus, Commagena pars est Syrię inter montem taurum ꝛ Euphratem sita. Haruspex, dictus est vt supra diximus ab Haruga ꝛ inspicio. Harugam enim hoc est victimam auctore Donato in Terentium appellauerunt ab hara,idest stabulo. Rimatur,scrutatur. Faciet quod deferat ipse, idest pueros non verebitur ad talia inuestiganda occidere, quod alius si faciat ipse accuset,nam deferre est vt diximus alibi occulte accusare. Chaldeis maior erit fiducia, credunt inquit haruspicibus Armeniis,sed magis Chaldeis, Babylonii, ꝛ Syrii Chaldeos appellauere, quos magos persę, Philosophos gręci, Prophetas iudęi. Aegyptii sacerdotes, Indi Gymnosophistas,nos sapiẽtes vocamus, Galli druidas auctor Laer. Astrologię peritissimi habebantur,multi diuinatione quadam futura pręḋicebant,mala auguriis,sacrisq; ꝛ aliis quibusdam incantationibus auertebant,somnia ꝛ prodigia interpretabantur. Vnde Tyberius Thrasyllum Chaldeum de futuris maxime consulebat. Eudoxus Platonis auditor in Astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps scriptũ reliq̃t,in p̃dictiõe ꝛ in notatiõe cuiusq; vitę ex natali die minime esse credendũ. quod ꝛ Cicero videtur sensisse in lib.de diuinatione, vbi ait Ad Chaldeorum monstra veniamus. Nominat etiam Panetius,qui vnus ex Stoicis Astrologorum predicta reiecit Archelaum ꝛ Cassandrum summos Astrologos hoc predictionis genere non esse vsos.

cophinus
Iudęi cũ cophino
Solymas hierosolyma
solymi pisidię
Armenię duę
Haruspex haruga
Chaldęi Magi philosophi prophetę Gymnosophistę

A fonte relatum Hammonis ex oraculo Iouis hāmonis acceptū. Duplici inqt rōne mulier credit qcqd ab Astrologo dicit ab oraculo Hāmonis ꝓficisci. Tum qa Apollinea oracula cessauere, tū ēt quia humanū genus ꝑ seipsum futura noscere nō pōt. Iure ergo tribuit Ioui q̄ predicuntur ab astrologo, qn̄ aliunde futuri rōnē haberi posse non credit. Oraculū Iouis erat in Lybia cyrenaica frequētissimū, quū. n. bacchus ꝑ lybiā exercitum ductaret. Isque penuria aquaꝝ ꝓpemodū siti periret, rogauit Iouem patrem vt sibi ⁊ exercitui subueniret, itaq; aries quidā fortuitu ad milites eius errans ꝑuenit, quos quū vidisset in fugam cōuersus est, milites aūt q eū cōspicati fuerant, ⁊ sipuluere ⁊ estu ꝑssi vix ꝓgrediebant, arietem tñ sequi coeperūt vsq; ad eū locū, q̄ Iouis hāmonis postea tēplo edificato ē appellatus, quo cū ꝑuenissent arietem quē cōsecuti fuerant nusq̄ inuenire potuerūt, sed quod magis his fuerat optandū aquę magnā copiam ī eo loco nacti sunt, corporibusq; recuperatis libero statim nūciauerunt, qui gauisus exercitū ad eos fines duxit ⁊ iouis hāmonis tēplū cum arietinis cornibus simulacro facto cōstituit in eo tēplo cētū fuisse aras ostēdit. Virg. Tēpla iouis centū latis īmania regnis, Centū aras posuit. De quo tēplo videt intellexisse. Mart. illic. Dissimuletq; deū cornibus ara frequēs, vt sit frequēs cornibus hoc ē tēplū quod frequētes. i. cētū habet aras cū simulacris facie arietina dissimulet deū. i. taceat ⁊ nullā de eo mētionem faciat. Illic igit erat Iuppiter specie arietis, illicq; dabant rñsa. Vñ lysander Lacedęmonioꝝ dux eo ꝓfectus est vt tēpli sacerdotes corrūperet. Alii ferunt Iouē forma arietis ideo in libya coli, q; quū impetū gigantū fugeret deos oēs in ęgyptū vsq; ꝑsequentiū, quū reliqui dii in varia se aīalia cōuertissent ipse se mutauerit, vñ ē illud Ouid. in. v. Meta. Dux regis dixit fit iuppiter, vñ recuruis Nunc quoq; formatur libys est cum cornibus Hāmon. de oraculo lege Probū Aemiliū, Hyginum, Diodoꝝ, Herodotū, Strabonē. Delphis oracula cessant, Scribit Cice. in. ii. lib. de diuinatiōe. iō delphicum oraculū euanuisse, qđ exhausta sit coelestis cuiusdā spiritus vis. Idē ēt in eodē ait. Preterita pyrrhi tꝑibus iam apollo versus facere desierat, cur isto mō iā oracula delphis nō edūtur nō mō nostra ętate, sed iādiu. Strabo itē lib. ix. sic scribit. Hac itaq; tēpestate neglectui dat non nihil oraculū supioribus annis excellentissimo in honore habitū. Lucanus. Sed siluit, postq̄ reges timuere futura, Et superos vetuere loqui. De oraculis deficiētibus sic recitat porphyrius. Ablata ē pythii vox haud reuocabilis vlli Tꝑibus lōgis etenim iam cessit Apollo Clauibus occlusus silet, ergo rite peractis Discedas patria ⁊ redeas ad limina sacris. Adiiciā ⁊ illa quę Plutarchus, de deficientibus cōscripsit oraculis. Quū igitur ait hāmonius tacuisset, tunc ego ad cleombrotum dixi. Narra nobis o amice si placet de oraculis de qbus apud nos ꝑclara dicebant. Nunc aūt oīa extincta esse videntur ⁊c. lege Eusebiū pamphilū de ꝑparatione euangelica. Oraculū antē auctore Seneca in. i. declamationū, est voluntas diuina hoīs ore enunciata. Delphis, Delphi oppidū est phocidis regiōis ꝑꝑ tēplū Apollinis pythii ⁊ oraculū vetustate insigne. Et genus humanū, qm̄ inquit mortalitas hac vna re dānat, quod futura noscere nō pōt. Caligo, cęcatis, ⁊ ignoratio. Pręcipuus tñ, q̄to inqt scelestior fuerit astrologus, tāto maior ei habebitur fides a muliere, q sepius exul, subaudi fuit. i. qui sceleratissimus, ac ꝑ hoc sępe missus in exiliū, Seleucū astrologū signat, cuius cōsilio mors Galbę, vt scribit Tranquil. dilata fuit ab Othone, q eū aggredi coenātē in palatio statuerat, sed Seleuci cōsilio res dilata ē in aliud tꝑs, apparet aūt eū ex verbis poetę sępe exulasse. Cuius amicitia, nā othonis fuit familiaris. Cōducēda tabella, ironicos ait tabella cōducenda, quasi quę damnanda sit, sic supra gutturis exemplū conducendisq; magister, in tabellis atuem membranis, quę ex syderum ratione colligunt, notantur. Ergo cuius tabella. i. cuius astrologia, quę in tabella notatur magnus obit ciuis. i. galba imperator. Obit, iam iugulatus est ad lacum curtii in vrbe. Formidatus othōi, idest quem Otho formidauit, vt sit Othoni ꝑ ab otho ne. Hęc fuit cā vt Otho Galbam occideret „Sperauerat enim fore vt a Galba adoptaretur, idq; in dies expectabat. sed postq̄ pisone frugi prelato spe decidit ad vim cōuersus est. Inde fides, ex illa re. s. quę sequitur. i. si in vinculis sępe fuerit. Arti, scientię, ⁊ astrologię. Si dextera ⁊ leua sonuit fer, si manicis ferreis vinctę fuere, Longo carcere, diutino. Castrorum, si in castris ab imperatore detentus est in carcere, aut diu fuit in cathenis quę castroꝝ sunt carcer. Nemo mathe. Sensus est nullius scientię existimat astrologus nisi sceleratus extiterit ⁊ sępe damnatus. Mathematicus, dici potest latine disciplinabilis, quod ad disciplinā maxime spectāt mathematicę, q̄ sunt Geometria, Arithmetica, musica, ⁊ astrologia. Hę autē mathemata proprie dicuntur, hoc est disciplinę, qa certiores aliis sunt. Mathematicos vulgus, vt scribit Gellius appellat q ⁊ Chaldei nominātur iidem ēt genethliaci, sunt enim sideralis scientię peritissimi, de quibus modo ante ⁊ alibi vberius, Nō habebit genium. i. non existimabit altę esse cognitionis ⁊ scientię, nam vt dictum est superius ex auctoritate Apulei. Genius dicit in corpore humano animus virtute ꝑfectus. i. dęmon bonus, qm̄ is deus, qui est animus sui cuiusq; q̄q̄ sit īmortalis, tñ quodāmō cū hoīe gignitur. ergo nō habebit geniū. i. nō putabit esse ꝑfectę virtutis ⁊ scientię. Sed q pene perit, sed ille inquit habebitur verus ⁊ magnus Astrologus, qui tot flagitia cōmiserit, vt vix capitis suppliciū euaserit, sed qui pene dānatus occisusq; est. Cui vix in cyclada mitti contigit, hoc est, qui vix impetrauit vt relegaret potiusq̄ occideret. Dānatoꝝ aūt multi in cyclades, aliasq; īsulas relegabāt alibi. Aude aliqd breuibus gyaris ⁊ carcere dignū. Cyclades. n. insulę sunt duodecim in mari ęgeo ita dictę, q in circulū sunt positę, nam κυκλος circulum signat.

Oraculum iouis in Libia

Dixerit astrologus, credent a fonte relatum
Hammonis, quoniam delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri,
Pręcipuus tamen horum est, qui sępius exul,
Cuius amicitia conducendaq; tabella
Magnus ciuis obit, & formidatus othoni.
Inde fides arti, sonuit si dextera ferro
Lęuaq;, si longo castrorum in carcere mansit.
Nemo mathematicus geniū indēnatus hēbit;
Sed qui pene perit, cui vix in cyclada mitti

Tēplū Iouis hāmonis

delphi

Mathematicus

Chaldei Genethliaci

Cyclades

Carnisse

Caruisse parua serypho, idest cui tandem contigit ab exilio reuocari, quum in seryphum insulam esset relegatus, quod sane grauissimum erat exilium tam angusto insulę spacio, tum quod petrosa est ⁊ sterilis multum, vt illi obiiciatur hoc fuisse passam, quod illic perseus educatus incolas ostenso capite Medusę in lapides conuerterit indignatus, qđ his adiutoribus Polydectes rex Persei matrem ad nuptias cogere voluerit. Hęc ex Strabone. Est autem vna ex cycladibus. Consulit de lento funere. Mulierum scelera sui temporis insectatur, quę non modo in mortem maritorum, sed etiam parentum ⁊ cognatorum inquirerent. Ordo est, tua tanaquil consulit, De lento funere ⁊ quando moritura sit mater, cuius funus videatur nimium differri. Ictericę, Icterus morbus est quum per totū corpus bilis suffunditur quę interdum nigra interdum flaua est. Plinius libro vigesimosexto. cap. xxxi. morbū regiū appellat, morbū inquit regiū in oculis ꝑcipue mirari est tenuitatem densitatēq; tuniculaꝝ felle subeūte, arquatum etiam appellant a colore arcus celestis. Regium autem ait celsus appellari, quod regio cubiculi apparatu curetur. Varro autem q mulso preciosissimo remedio curetur. Est autem ab ictero aue denominatus. Nam auis inquit Plinius icterus vocatur a colore, quę si spectetur sanari morbum regium tradunt, auem vero mori, ea esse putatur, quę latine galbula dicit. De te. i. de morte tua. Tua tanaql. ironicos vxor tua mulier sane bona ⁊ pudica, qualis fert fuisse tanaquil vxor Tarquinii prisci. quę summę fuit probitatis. scribit enī Varro lanam cum colo ⁊ fuso Tanaquilis, quę eadem caia Cecilia vocata est, in tēplo anci Marci durasse vsq; ad tempora sua, factamq; ab ea togam regiam virgulatam in ęde fortunę, qua Seruius Tullius fuerat vsus. In de factū est vt nubētes virgines comitaret colus cōpta ⁊ fusus cum stamine, prima ēt texuit rectā tunicā qua simul cū toga pura tyrones induunt, noueq; nuptę, Tanaqlē igitur pro exēplo pudicę mulieris ⁊ prudētis posuit. Quādo sororē efferat, qn̄ moritura sit soror. Nā efferri ꝑprie est mortuoꝝ. Terentius. Effertur imus ad sepulchrū venimus. Quid enim maius dare numina possunt, quam vt adulter ei sit superstes. Hęc tamen ignorat, insultat poeta mulieri quę talia tanto scrutetur studio, hoc est quę pernicio sa sint suis, nec curet, quę magis in rem suam sint, quid velint sydera aut minentur, aut benigne promittant. Sydus triste saturni, sydus saturni gelidę ⁊ rigentis est naturę ⁊ quibus in ortu affulserit maleficium ⁊ infelicitatem portēdens. Propertius. Et graue saturni sydus in omne caput, ⁊ Ouid. in Ibin. Te fera nequicq̄ placidum spondentia martis. sydera presserunt falciferiq; senis, hoc est saturni. qui cū falce figuratur. Quo astro, qua benignitate, nam veneris sydus, vt docet Cicero in primo de diuinatiōe cōiūctum cum luna salutare est pueris in ortu, eos etiam dicunt gratiosos esse, quibus in ortu affulserit. Memento, sensus est posthume Vrsidi, memento etiam fugere illam, que Astrologis adeo dedita est, vt iam tanquam talis scientię perita consulat aliis, nihilq; ipsa per agat nisi ex syderum cōputatione. Pinguia succina, nā succina manibus tractabant matrone vt bene olerent. Iuuenalis in nona satyra. En cui tu viridem vmbellā ⁊ seccina mittas. Succinum autē humor est, qui ex arboribus effluens densatur rigore vel tepore, vnde a succo succinum est nominatum, de quo plura dicemus in nona satyra. Ephemeridas, Sempronius Asellio auctore Gelio libro quinto ait Ephemeridas esse diaria, idest libellos, in quibus singulorum dierum facta continentur, nam εφημερις diariū dicitur. εφημερος quotidianus. Sed hoc loco poeta accepit pro supputatione numerorum in astris quid quoque die immineat, quam libello descriptam habet matrona tanquam astrorum peritissima Plinius. Crinas massiliensis arte geminata vt cautior, religiosiorq; ad syderum motus ex ephemeride mathematica cibo dando, horasq; obseruando eum auctoritate pręcessit. Ouidius in amoribus ostendit Ephemeridas diarias proprie esse, idest libros in quibus vt diximus singulorum dierum acta contineantur his versibus, Inter ephemeridas melius tabulasq; iacerent, In quibus absumptas fleret auarus opes, nam hęc consuetudo fuit vt vnusquisq; domesticam rationem sibi totius vitę suę per dies singulos scriberet, in quo appararet quid vnusquisq; de redditibus suis, quid de arte, foenore, lucrone seposuisset, et quem item sumptum, damnumq; fecisset, talem igitur librum Ephemerida appellabant, idest diarium siue diurnum, vt pauloante diximus illic. Relegit transuersa diurni. Non ibit, siue inquit maritus castra siue patriam petierit, eum vxor non sequetur admonita Thrasylli admonita Astrologia quasi ei periculum immineat, si eat. Thrasylli. hic enim est Thrasyllus ille mathematicus celeberrimus, quem vt sapientię professorem contubernio suo admonuit Tyberius auctor Tranquillus est. Numeris supputationibus ⁊ calculationibus, quę diligentissime adhibent ab astrologis ad habendam perfectam futurorum cognitionē.

Ad primum lapidem, etiam si breuissimum iter sit faciendum. nam Romani miliaria per numerum lapidum in viis defixorum colligebāt, vt ad primum ad quintum ad nonum lapidem dicerent, idest ad primū ad quintum, ad nonum miliarium. Vectari, aut vehiculo, aut lectica. Ex libro. ex astrologia. Frictus ocel. ordo est. Angulus ocelli frictus, idest frictu exasperatus. q. d. de minima re consuluit mathematicum.

Contigit, & parua tandem caruisse serypho,
Consulit ictericę lento de funere matris,
Ante tamē de te tanaquil tua, quando sororem
Efferat & patruos, an sit victurus adulter
Post ipsam, quid. n. dare maius numina pñt.
Hęc tamen ignorat quid sydus triste minetur
Saturni, quo lęta venus se proferat astro.
Qui mensis damno, quę dentur tēpora lucro.
Illius occursus etiam vitare memento,
In cuius manibus ceu pinguia succina tritas
Cernis ephemeridas, quę nullū cōsulit, & iam,
Consulitur, quę castra viro, patriamq; petente
Non ibit pariter numeris reuocata thrasylli.
Ad primū lapidem vectari cū placet, hora
Sumitur ex libro, si prurit frictus ocelli

Icterus morbus regius

Tanaquil

Efferri

Sydus saturni

Succinum

Ephemeris

Thrasyllus

Angulus inspecta genesi collyria poscit.
Aegra licet iaceat capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit petosiris.
Si mediocris erit spatium lustrabit vtrūq;
Metarum, & sortes ducet, frontēq;, manumq;
Prębebit vati crebrum popisma roganti.
Diuitibus responsa dabit phryx augur, & idus
Conductus dabit astrorū mundiq; peritus.
Atq; aliquis senior qui publica fulgura condit.

Collyria
Collyria, variis modis. Cor. cel. docet fieri collyria, idest medicamenta propria oculorum. Oratius oculis collyria lippis. Collumella tamen ait collyria aluo bonis cruditate laborantis immittenda.
Geñ.
Genesi, idest hora q̃ genita sit, Nam genesis genituram significat, q̃ maxime mathematici considerant ꝛ colligunt ex astrologia. Aegra licet iaceat, licet inquit aduersa valitudīe laboret nullum prorsus putat capiendum esse cibum, nisi prefinita prius hora ab astrologo. Nisi quā dederit petosiris, idest ratio syderum tradita a
Petosiris.
petosiri qui autore Pli. li. vii. insignis fuit astrologus rationem autem dandi cibi ęgrotis ꝛ obseruādi horas maxime instituit, vt pauloante diximus, Crinas massiliensis ad syderum motus. Si mediocris erit, mulier inquit si mediocris sit conditionis in circum descendit ad sortilegos consulendos qui minoris sunt autoritatis q̃ astrologi, ꝛ proinde minori mercede futura predicunt. Spacium metarum, in circo enim metas duas fuisse in sublime erectas ostendit Tranquillus in Cęsare his verbis, nam quo laxius dimicaret, sublatę metę, inq; earum locum, bina castra ex aduerso constituta erant, Idem etiā in Claudio. Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratisq; metis, quę vtraq; ꝛ tophina ꝛ lignea fuerant exculta, circum quas ꝛ pompa vt inqt Varro circenses ferebatur, ꝛ equi currebant septem enim curricula vt ex Gellio lib. iii. didicimus erant circensiū ludorum solemnia, de quibus itellexit illic Propertius. haud prius infecto deposcit pręmia cursu, Septima quā metā triuerit arte rota, ubi errant qui interp̃tant equos solitos septies circa metas currere quum poeta intelligat per septimam votam septimum currum. Illic dabāt responsa diuinatores. Vnde in sequentibus plebeium in circo positum est ꝛ in agere fatum, Nam in circo maximo circa metas solebant vt tradit ꝛ Acron sortilegi cōsidere qui sortes dabant vulgaribus. Nam altioris dignitatis homines erubescebant fere in iis vulgi circulis versari, vnde Cicero in libro de diuinatione. Quis enim magistratus, aut quis illustrior vtitur sortibus? Ora. in satyris ostendit se vt humili loco natum non erubuisse diuinis assistere, fallacem circum, vespertinumq; pererro Sępe forum, assisto diuinis, circum autem fallacem appellat, q; illic sortilatores, diuiniq; homines starent q suis sortibus, falsisq; diuinationibus consultores deciperent. Sortes ducet, responsa sumet ex sortibus. Nam sors capitur pro fortuito cuiusq; rei euētu, vt quum ex vrna alione vase aut manibus cōpressis educuntur aut
Metę duę in circo.
Sors
scripta, aut lapilli aut festucę, aut alia id genus, quod p̄be docet Plautus in casina, vbi ait situlam huc tecum efferto ꝛ sortis nam in situlam plenam aquę sortes ligneas pares coniiciebāt, isq; victor dicebatur cuius sors ad ima descenderat, Plautus Nū ista aut populna sors aut abiegna est tua? Quid tu curas. quia enim metuo ne in aqua summa natet. Inde est sortior quod est idē, quod ducere sortem. Plautus coniiciam sortis in sitellā ꝛ sortiar tibi ꝛ chalino. Plinius libro. ii. Sortem pro fortuna ponit sic. Adeoq; obnoxię sumus sortis, vt sors ipsa pro deo sit, qua deus probatur incertus, sors etiam patrimonium significat, ꝛ dei responsum. Sortem item accipimus pro statu ꝛ vt sic loquar conditiōe. Oratius in epistolis ille cubans gaudet mutata sorte. Et in prima satyra. Qui fit mecoenas vt nemo quam sibi sortem. Seu ratio dederit seu sors obiecerit vlla Contentus viuat. De sorte ita scribit Cicero lib. ii. de diuinatione. quid enim sors est? idem propemodum quod micare, q̃ talos iacere, quod tesseras, quibus in rebus temeritas ꝛ casus, non ratio nec consilium valet, tota inuenta est aut ad quęstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Frontem manumq;. i. adibit et metoposcopos q fronte inspecta futura p̄dicunt ꝛ Chiromātas q ex manuum incisuris vaticinantur. Crebrum popysma, crebram ptractationem, nam ποππυσειν est manu ptractare adhibito sibilo ad mansuefaciendū vt solemus equos indomitos ptractare, vt significet chironomantin diu suspensam tenere mulierem vt diu illam manibus ptractet. Diuitibus, mulieribus.
Metoposcopus
Chiromantis

Phryx augur, nā phryges cilices ꝛ arabes vt scribit Cicero in primo de diuinatiōe, auiū sig̃nationibus plurimum obtēperauerunt quod idē factitatū in vmbria se accepisse inqt. Et indus, Bragmanas sig̃nat, q autore Apulęio ii. floridoꝝ sapientes viri sunt, Indię gēs est. quos Strabo lib. xv. scrib. physiologiā ꝛ astronomiā exercere. Eorū princeps vt scribit philostratus fuit larcas tpe, quo apollonius Thyaneus discēdi, visendiq; studio ad illos se contulerat Atq; aliquis senior, subaudi a superioribus dabit respōsa. Atq; aliquis senior, idest aliquis sacerdos nā quem nos seniorē, gręci p̄sbyteꝝ appellant. Publica fulgura, nam priuata ꝛ publica fulgura extitisse credidit antiquitas. Plynius cęterum existimant non vltra decem annos portendere, priuata pręterquam in matrimonio primo facta, aut natali die, Publica nō vltra trigessimum annum, pręter quam in deductione oppidi. Fulgur autem differt a fulmine q; fulgur est ignis late explicitus. Fulmen vero coactus ignis terrifico impetu iactus. Fulgura condit, Seneca li. secundo naturalium quęstionum scribit priscos romanos quum crederent nisi fato fulmina non decidere, cęsis hostiis, extructisq; aris, adhibito sacerdote, velut in p̄curationem malorum illa condere, Condi enim dicebantur quum sacerdos dispersos ignes in vnum redigeret, ꝛ quadam tacita pręce terrę conderet ꝛ consecraret, Vnde Lucanus, aruus dispersos fulminis ignes colligit ꝛ terrę tacito cum murmure cōdit, Cato in primo de re rustica. Si de coelo villa tacta sciet, de ea re verba diuina vti fiant procurret. Eum locum Bidental appellarunt q; cęsis bidentibus expiatus eēt. De quo Persius, Triste iaces lucis, euitandūq; bidētal, scribit festus Pompeius triū generꝫ eē fulgura. Postularia, Pestifera, Perēptalia: postularia votoꝝ aut sacrificioꝝ sp̄tā r̄ligionē desiderāt. pestifera mortē aut exiliū d̄nūciāt. Perēptalia supioꝝ fulguꝝ portētorūq; sig̃nationē p̄imūt vel abolēt.
Bragmanę
Fulgur
Fulmē
Bidētal
Fulgura triū generꝫ

Plebeium

Plebeium in circo positū ē & in aggere fatum.
Quę nudis longum ostendit ceruicibus aurū
Consulit ante falas; delphinorumq; columnas
An saga vendenti nubat caupone relicto
Hę tamen & partus subeunt discrimē, & oēs
Nutricis tolerant fortuna vrgente labores.
Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantū artes huius tantū medicamina possunt,
Quę steriles facit, atq; hoīes in vētre necandos
Conducit, gaude infelix, atq; ipse bibendum
Porrige quicquid erit, nam si distēdere vellet
Et vexare vterum pueris salientibus esses

Plebeium fatum, hoc refertur ad illud, Spacium metarum. Nam ait responsa, quę dantur plebeis de fato .i. de iis, quę imminent haberi ex diuinatoribus qui in circo versantur, quos Cicero in primo de diuinatione astrologos de circo nominat. Nam fatum autore Seneca in naturalibus est necessitas rerum omnium, actionumq; quam nulla vis rumpat. Et in aggere, de aggere Tarquinii superbi itelligit de quo ita Plin. in descriptione vrbis Romę, Claudit ab oriente Aggere tarquinii superbi inter ipsa opera mirabili, nāq; eum muris ęquauit, q̃ maxime patebat aditu plano. Quę nudis longum, vilis mulier ꝛ infimę conditionis cui nullus fere rubor eē cōsueuit supra vires ornari, Consulit, idest consilium capit a diuinatoribus, an fatis sibi datum sit vt relicto caupōe nubat vendenti saga, idest sagario, sagum enim vestis est militaris, Virgil. virgatis lucent sagulis, Cice. in philippicis scribit saga sumi solere in bello, tumultuq;. Tranquillus in cęsare. Conuiuatum assidue per prouincias duobus tricliniis, vno quo sagati palliatine, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Idem in augusto Cornelius centurio reiecto sagulo ostendens gladii capulum, A sago dicuntur sagarii qui saga conficiunt. Sago homines in sublime iactari docet Martia. Ibis ab excusso missus in astra sago, Suetonius in Nerone, Solitus inualidum quemque obuium vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Alii vero sic exponunt, vt sit periphrasis mulieris prostantis, quę consulit, idest cōsilium dat plebeię interroganti an nubat Sagario, quod autem mulieres prostitutę darent responsa locus ille indicat Plynii de Nerone libro trigessimo, vtinamq; inferos potius ꝛ quoscunque de suspitionibus suis deos cōsuluisset quam lupanaribus, atque prostitutis mandasset inquisitiones eas. Ante falas, falę vt scribit Nonius turres sunt lignee Ennius libro decimoquito. Malos diffindunt, fiuntq; tabulata, faleq;, eę etiam in circo apud veteres propter spectatores ꝛ lignis erigebantur, Festus autem ait falas dictas ab altitudinę a phalādo, quod apud ętbruscos significat coelum, a falis seruius ait falaricam genus teli denominatam, quod ex turribus mitteretur, quas falas dici manifestum ē, de qua Virgil. in nono. Sed magnum stridens contorta falarica venit. Delphinorumq; columnas, Georgius Merula pręceptor meus vir litteratissimus credidit ex verbis Ioannis Cassiodori delphinum columnas intelligi Obeliscos circa quos luderent Delphini ait enim sic in circo euripus in gyrum agebatur, reddebatq; imaginem vitrei maris in quem Delphini ęquorei influebant, vbi item erant Obelisci ꝛ in primis ille magnus quem diuus augustus in circo maximo constituit, quidam vero tradunt Delphinos duos fuisse fratres nobilissimos sub quorum titulo columnę erectę fuerunt,
Sagū
Sagarius.
Falę

verum illud mihi placet vt intelligamus delubrum, Cn. Domitii vbi in marmore erant nereides supra delphinos in circo flaminio, in circis enim versabantur diuinatores vt dictum est. Plinius libro. xxxvi. capi. v. sic scribit. Sed in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in circo flaminio Neptunus ipse ꝛ Thetis atq; Achilles Nereides supra delphinos ꝛ cete ꝛ hippocampos sedētes sunt. De delphinibus ita etiā legimus apud Dionem in vita Augusti. Agrippa aquam Romę deficientem corruptis canalibus ꝛ proprio sumptu reparauit, ꝛ in multis locis vrbis aquęductus adiecit. Prętereа omnia ędificia publica, omnesq; vias nihil assumens ex publico refert, cloacas deinde purgauit, ꝛ per eas in tyberim subnauigauit, ꝛ cū Hippodromo aberrare homines circa numerum cursuum animaduerteret, delphines ꝛ opificia in oui speciem constituit, vt per ea circuitus peridromorum ostenderetur. possumus ergo intelligere delphines hos in columnis constitutos fuisse iuxta circum maximum, vbi equi currebant. An nubat, idest consulit an fatis sibi datum sit, vt in relicto caupone nubat Sagario. Caupone, is est qui meritoriam tabernam exercet, que ꝛ caupona appellatur ꝛ stabulum, Caupona etiam dicitur mulier, quę pręest tabernę.
Caupo
Caupona.
Stabulum.

Hę tamen ꝛ partus, inuehitur autem in matronas, mulieresq; diuites quę medicamentis abortus faciunt. Est enim sensus, licet iquit hę plebeę mulieres anxię sint futurorum, ꝛ de nubendo diuinatores consulant, tamen concipiunt ꝛ pariunt, foetusq; educant matronę vero ꝛ potentiores foeminę aut non concipiunt aut eiiciunt conceptum partum medicamentis, in vtero extinctum. Partus discrimen, nam quę pariunt in summo versantur periculo. Fortuna vrgente, rei familiaris angustia cogente, quasi quę ob inopiam liberos nutricibus alendos tradere non possunt. Vix iacet, mulier inquit quę diues ꝛ potens est vix vnquam iacet in lecto, quia aut non concipit, aut si concipit abortiuum facit. Lecto aurato, hoc est quę in magnis sit opibus ꝛ delitiis. Tantum artes huius, non est inquit mirum si mulier diues aut non concipiat aut abortus faciat? Nam mira sunt, quę possunt artes mulieris veneficę, q̃ steriles facit matronas, atque conducit pueros necandos in vtero matris, premium enim poscit a matrona vt in ventre necet partum sicq; conducit, idest mercede sumit id operę ad necandos partus, Alibi cōducunt foricas, idest mercede sumunt id laboris. Quę steriles, idest quę suis medicamentis aut mulierem reddit sterilem, aut abortiuum cogit facere. Gaude infoelix. s. marite q; abortum faciat. Porrige. s. vxori quicquid erit. s. datum ab alia venefica. Nam si distendere vellet, idest si ad legitimum tempus vellet ferre foetū in vtero, re vera ęthiopem pareret, proindeq; esses pater ęthiopis.

Aethiopis fortasse pater, mox decolor heres
Impleret tabulas, nunq̃ tibi mane videndus.
Transeo suppositos & gaudia votaq; sepe
Ad spurcos decepta lacus, atq; inde petitos
Pontifices salios, scaurorum nomina falso
Corpore laturos; stat fortuna improba noctu
Arridens nudis infantibus; hos fouet omnes
Inuoluitq; sinu; domibus tunc porriget altis,
Secretumq; sibi mimum parat; hos amat; his se
Ingerit, vtq; suos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert cantus; hic thessala vendit
Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti,
Et solea pulsare nates, quod desipis inde est,
Inde animi caligo, & magna ob liuio rerum
Quas modo gessisti, tñ hoc tolerabile si nõ
Et furere incipias, vt auunculus ille neronis

Aethiopia duplex. Aethiopis, Duplex est ethiopia orientalis ꝛ hesperia, de qua alibi plura. Decolor. Decolor heres, Decolor appellatur qui sit colore viciato ꝛ qui declinat a priore colore, vnde etiam decolorari dicitur id cuius color viciatur ꝛ inficitur Oratius in odis, quod mare daunię, Nõ decolorauere cędes? Seneca in naturalibus Fulmen, aut colorat aut decolorat. Decolorari. Discolor. Discolor vero dicitur diuersi coloris, Concolor eiusdẽ coloris. Martia. Concolor in rubra gamare lance rubes. Concolor.

Tabulas. scilicet testamenti. Nunquam tibi mane videndus, idest cui nolles mane occurrere vt mali ominis. Alibi, Et cui per mediam nolles occurrere noctem. Transeo suppositos, occupatio est, notat mulieres, quę aliunde petitos partus maritis supponunt, Sensus est, pretereo ingt referre nothos quos mulieres diuites ementito partu pro naturalibus ꝛ legitimis alunt.

Suppositi. Suppositos, subditicios. Suppositi illi dicuntur qui ex vxore nati nõ sunt, sed pro filiis ficto partu marito supponuntur. Gaudia, idest filios ipsos nothos quos miro gaudio maritus vt suos alit. Vota, idest filios quos multis votis ꝛ summo desiderio concupiuit maritus habere, Valerius maximus filios sic vocat his verbis. Venite igitur in manus nostras prospera parentum vota. Decepta, desumpta ab vxoribus decipientibus maritos simulato partu. Decepta ergo expone desumpta ꝛ inde capta. Sępe, Ostendit id frequenter a mulieribus factitatum. Ad spurcos lacus, Locum esse ostendit poeta in vrbe vbi pueri incertis nati parentibus exponerentur. Vbi autem fuerint ꝛ quare spurci lacus appellarent nusquam meminimus nos legisse. Lacus spurci. Pontifices salios, idest spurios, qui in nobilissimas translati familias pontifices salii creantur. Salii. Salii enim sacerdotes fuere martis qui in comitiis ꝛ sacris ancilia gerentes, eademq; gladiolis percutientes circũsiliebant. Iiq; ex nobilioribus creabantur. De quibus plura in secunda Satyra retulimus. Scaurorum, speciem pro genere posuit, idest nobilium romanorum quales fuere scauri de quibus in secunda dictum est ab unde. Laturos nomina, nam putabuntur filii eorũ nobilium a quibus educabuntur. Fortuna improba, dicimus improbum non solum nota significatione malum, sed nimis auidum nec modico contentum vt illud Virgilianum, Lauit improba teter ora cruor. Et alibi improbum anserem appellat cibi auidum ꝛ insaciabilem. Improbus. hoc vero loco fortunam improbam dicit. i. iniquam, ꝛ indignorum fautricem. vnde Plinius li. ii. loquens de fortuna. Sola laudatur, sola arguitur & cũ cõuitiis colit, Volubilisq; a plerisq; vero ꝛ cęca etiam existimata, Vaga, Inconstans, Incerta, Varia, indignorũq; fautrix. Ergo improba hoc est, quę non ex merito, sed libidine hominem amplectit. Stat, adest. Noctu. Talia. n. noctu fere peragi solent. Arridens, aspirãs ꝛ blandiens. Altis domibus, idest nobilibus familiis.

Secretum mimum, oblectamentum quoddam, nã mimi non solũ publice in scœna, sed ꝛ in domibus priuatis gesticulatiõibus suis oblectabãt, vnde Liuius lib. ix. de bello macedonico, Tunc psaltrię, sambucistrięq; ꝛ cõuiuialia ludionũ oblectaměta addita epulis. His se ĩgerit, ĩfũdit, ĩserit, ĩplicat. His. s. nothis. Vtq; suos, solent. n. vulgo fortunę dici filii. Alumnos, significat eum qui alitur ꝛ aliquando eum qui alit. Alumnus. Hic magicos affert cantus, nunc inuehitur in amatoria ꝛ excãtationes magicas mulierũ q̃ viros ẽt in furorem cõpellant. Hic. i. alius. Affert. s. mulieri. Cãtus, carmia ꝛ excantationes. Magicos, hoc ẽ quibus ipsa magoꝝ vanitas gloriat̃ oia posse effici hoies in bestias posse mutari. vñ illud Vir. Carminibus circe socios mutauit Vlyssis. Et messes in alios agros traduci vt illud, Atq; satas alio vidi traducere messes. quĩ ẽt eleměta quoq; concuti, turbari hoium mentes, ꝛ sępe sine vllo veneni haustu hoies interimi. Lunã e cœlo deduci. Carmia vel cœlo possunt deducere lunã. Frigidus in pratis cantando rumpit̃ anguis. De mago diximus abuñ in. iii. Satyra. Philtra, grece, latinę amatoria dñr φιλτρον amor dr̃. Est. n. amatoriũ qcqd ad amorem conciliandũ dat̃, q̃uis ꝛ furorem sępe moueat, vñ Oui. Philtra mouent aĩos, nimq; furoris hñt. Philtra. Thessala, nã in Thessalia vt probe docet Apuleius. i Asino aureo veneficia plurima exercebant̃. Nã & Apuleius ipse in Thessalia in asinũ reformatus ẽ, vñ ꝛ Plau. in Amphitryone, Ego pol hodie vlciscar illũ thessalũ veneficum q puerse vertit familię mentẽ meę. Solea, qcqd pedi subiicit̃ solea dr̃, Cicero ĩ rethoricis, Et solee lignee pedibus indutę sunt, Tranqllus in Nerõe. Soleis mulas argẽteis calciauit. Est ẽt piscis planus. Et solea capit̃ pro eo ligno sup quo extruit̃ paries craticius. Solea. Pulsare nates, Persius solea puer obiurgabere rubra, Ter. vtinã tibi cõmitigari caput sandalio videã. Inde est, ex amatoriis. Desipis, a cõi sensu declinas. Animi caligo, offuscatio ꝛ cęcitas mẽtis, ac p hoc ignorantia, Sic ꝛ Seneca. O q̃ta illos caligo mentiũ, q̃ta ignorãtia veritatis exercet. Est aũt caligo nebula densissima ima offuscãs. vñ Tranquillus in Nerone, Deinde tanta coorta caligo est vt despicere nõ posset. Caligo. Tñ hoc tolerabile, si tũ sensum ꝛ lumẽ rationis amittas. Si non ꝛ furere incipias. i. si non incipias ꝛ tu vexari eo furore quo vexatus ẽ caligula impator, q a Cęsonia vxore amatoria medicamento potionatus in furorẽ versus est potioni infuso hippomane. Hippomanes. Vt auunculus ille Nerõis, subaudi a supiore furnit. s. Caligula, q frater fuit Agrippinę matris Nerõis.

Frontem

Cui totam tremuli frontem cęsonia pulli
Infudit, quę non faciet, quod principis vxor?
Ardebant cũcta, & fracta compage ruebant,
Non aliter quam si fecisset iuno maritum
Insanum; minus ergo nocens erit agrippinę
Boletus, siquidem vnius precordia pressit
Ille senis, tremulumq; caput descendere iussit
In cęlum, & longam manantia labra saliuam.
Hęc poscit ferrũ atq; ignes, hęc potio torquet,
Hęc lacerat mixtos equitũ cũ sanguine patres;
Tanti partus equę tanti vna venefica constat.
Oderunt natos de pellice, nemo repugnet.
Nemo vetet, iamiam priuignũ occidere fas est.
Vos ego pupilli moneo, quibus amplior est res
Custodite animas, & nulli credite mensę,

Frontem tremuli equi, idest carũculam illam, quę caricę magnitudine vt dictum est in fronte pulli equini inheret, quod hippomanes appellat̃ veneficiis aptũ.

Quę non faciet, Sensus est. Quę mulier nõ faciet quod vxor principis fecit? quasi dicat relique mulieres dignioris exemplo commotę idem facere non verebuntur. vnde est illud apud Virgilium in septimo. Neq; enim leue nomen amatę. Ardebant cũcta, Caligula enim autore Tranquillo omne seuitię genus vel minima offensa exercuit.

Fracta compage. i. omnia seuissime a caligula fiebant. sumpta translatione a lapsu tectorũ, dicimus compagem ꝛ compaginem a compingendo, idest coniungendo. vnde ꝛ compactam fistulam dixit Virg.

Non aliter, Sensus ẽ non aliter inquit totus orbis concussus est furẽte caligula qui eum regebat quam si Iuppiter versus esset in furorem, cuius nutu omnia regunt̃, sicq; ostendit quanta ex veneficiis mulierum mala eueniant. Boletus aggrippinę, Nam agrippina maritum suum Claudium Boleto medicato, quo genere cibi plurimum delectabat̃, sustulit, fuit enim Agrippina Neronis mater ꝛ Caligulę vt diximus soror. Minus nocens, grauiora inquit fuere ꝛ perniciosa magis vrbi quę Caligula per furorẽ fecit, quam quę Claudius, nam is statim mortuus est, post acceptum boletum nec illa venena cuiquam fuere perniciosa sicut illa quę data sunt Caligulę quę in causa fuere vt in omnes seuiret. Vnius senis, non enim fuit causa Boletus vt diximus vt multi per furorem Claudii imperatoris perirent, sed solus Claudius iam senex periit, nam ad sexagessimum ꝛ quartum annum peruenerat. Tremulumq; caput, hoc autem est ex hystoria capite enim Claudius fuit tremulo. Trãquillus ꝛ remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant risus indecens, Ira turpior, Spumante rictu, humentibus naribus, Plectra lingue titubantia, caputq; tum semper tamen in quantulocunque actu vel maxime tremulum. Descendere in coelum, declamauit per contrarium, sic etiam locutus est Seneca posteaquam Claudius in coelum descendit, Sic ꝛ Statius in syluis. Nondum stelligerum senior demissus in axem. ita enim pœtę plerunque per contrarium declamant vt Alibi Iuuenalis, Iam quartanam sperantibus ęgris, idest timentibus, sic ꝛ Virgilius, hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Labra manantia, idest fundentia ꝛ emittentia. Vnde illud notandum est apud auctores talem inueniri locutionem, fons manat aquam dulcem vt hic ꝛ alibi in penultima satyra, cuius manantia fletus ora puellares faciunt incerta capilli. Et ex fonte manat aqua dulcis. Et fons manat a qua dulci, Vnde Plinius libro. xxii. cap. xxii. Caulis frustus copioso lacte manat. Absolute etiam dicimus vlcera manantia. Longam salidam quia vt dixi spumante rictu erat ꝛ humentibus naribus. Hęc poscit ferrum, idest homines in furorem per potionem versi arma ꝛ ignes ad hominum perniciem poscunt ꝛ exercent, hoc autem dicit specialiter propter caligulam qui autore tranquillo equestrem ordinem ꝛ senatorium furens lacerauit, quod factum fuisse videri vult poeta per potiõem amatoriam vt a superiore dependeat, vt dicat Boletum Agrippinę tãtum nocuisse Claudio, potionem vero calligulę perniciosam toti ciuitati fuisse, ergo hęc potio poscit ferrum. idest hęc potio quam cęsonia dedit caligulę marito, est in causa, vt ferrum poscat ꝛ exerceat in cędem hominum. Hęc potio torquet, idest hęc potio est in causa vt homines variis cruciatibus afficiãtur ꝛ torqueantur a calligula.

Tanti partus equę, hunc locum hucusque omnes quos mihi vidisse contigit codices ita legerunt tanti partus equę quanti vna venefica constat, ita vt nullus prorsus eliceretur sensus. Ego vero attentiore examine carmen ꝛ mentem poetę trutinatus animaduerti locum esse deprauatum ꝛ vtrobiq; legendum tanti vt summa poetę indignatio ostendatur, vt idem sit bis repetitum per diuersa verba vt illud tantum artes huius, tantum medicamina possunt, Idem enim est bis repetitum per diuersa verba sic etiam illud. Tantum admirari, Tantum laudare disertos, ac si dicat ex his veneficiis ꝛ sceleribus mulieris multa mala proueniũt ꝛ hęc veneficia magno constant quando incendia ꝛ cędes hominum miscent, hocq; totum dictum est propter cęsoniam. Vna venefica, vna cęsonia. Partus equę. i. hippomanes, quod ex fronte pulli equini auellitur ad veneficia, de quo supra dictum est, quod cęsonia potioni infudit, vnde furore vt diximus correptus est caligula. Hippomanes. Oderunt natos de pellice, non indignat̃ poeta q oderint natos ex pellice, neque enim mirãdum est id posse accidere, sed quod priuignos, quod grauius ẽ necent, est ergo sensus. quasi monitor dixerit odio habent natos ex pellice ꝛ ipse veluti assentiens dicat fateor oderint, ꝛ nemo inquit vetet quin oderint nothos. verum illud grauius est, quod priuignos interimunt. De pellice, dictum est illic quid sit pellex, Residens in codice pellex. Iam iam, non est inquit mirandum, immo neque obstandum q natos ex concubina viri oderint, sed illud grauius est, quod iam priuignos quasi licitum necant. Iam iam est fas, iam putat nullum esse nefas occidere priuignum sicq; est ironia.

Vos ego pupilli moneo, ostendit matres etiam tantę impietatis inueniri vt propriis filiis non parcant, sed eos nefarie occidant, vt nubant adulteris, quod fecit põtia, quę filios duos veneno sustulit, vt nuberet adultero.

Amplior res, ampla patrimonia.

Adipata, pinguia edulia ⁊ succulenta quasi adipe condita, vnde Cicero de oratore per translationem adipatę dictionis genus appellat .i. pinguis ⁊ succi multi. Hęc sunt verba Ciceronis. Adsciuerunt suis artibus optimum quoddam ⁊ tanq̄ adipatę dictionis genus. Liuida aconita dixit ab effectu. ⁊ Virg. mortem pallidam .i. quę pallorem facit.

Quę peperit, ipsa mater. Pręgustet, ante gustet, vnde pergustatorem appellamus ministrum, qui primitias ciborum antequā dominus gustat, quo sine suspitione veneni dominus securius epulis fruatur. Pappas, significat aliquem natu grandiorem, qui dignus sit hac honorifica appellatione, q̄ filii ad parentes vsi sunt. Nā pappas venerationis nomen est, ⁊ patrem significat, vnde fortasse ⁊ summum pōtificem pappam appellamus, vt patrem, nam ⁊ pappos auum etiam significat ⁊ papaço in vocco auum, vt infantes faciunt, verum hoc mihi magis placet, vt exponas sic. Aliquis timidus pręgustet pocula ⁊ pappas, vt duo dicat ⁊ potionem ⁊ cibum, nam vt diximus etiam in Persium illic pappare minutum. Pappa ⁊ bua pro cibo ⁊ potu vsurpata sunt a pueris, vnde Cato de liberis educandis quum cibum ac potionem buas atq; pappas docent, ⁊ matrem māmam ⁊ patrem Tatā, vnde ⁊ Plautus in epidico h̄ verbo pappare vsus est sic. Nono liberto opus est quod pappet .i. comedat. Bene autem vsus est vocabulo pueris accommodato, pupillos enim ⁊ pueros alloquitur. Vos ego pupilli moneo. Fingimus hęc, erunt inquit fortasse qui putabunt nos hęc fingere, ⁊ tanq̄ tragica fabulamenta prosequi, quę de huiusmodi cędibus loquuntur ⁊ tractant, Sed nos inquit vera agimus ⁊ vtinā non essent, quę de matribus dicimus, vera ironicos igitur legendū est. Fingimus hęc, vt sit a contrario sensu nō fingimus. Satyra sumente, videmur enim tragici officium vsurpare, qui talia scelerum figmenta scribere cōsueuerunt, vt de Medea, quę filios spectante patre Iasone interemit. Et progne quę itin filium occisum apposuit marito Thereo. Cothurnum, calciamentum tragici, sed a poetis vsurpatur sępe pro sublimi stilo vt hoc in loco. Virgil. in Bucolicis. Sophocleo tua carmina digna cothurno. Mart. Grande cothurnati pone maronis opus. Altum, idest materiam tragicam. res .n. grandes ⁊ altas tractant tragoedię. Finem ⁊ legem, priorum, idest satyricorum, qui ante me scribentes hunc finem, ⁊ hunc terminum tenuere vt stilum suum nō vltra tenderent q̄ ad res veras, minimeq; fabulosas, quales tragici scribere consueuerunt, Bacchamur, furore poetico scribimus, qui sine furore quodam scribere nequeunt. Hiatu sophocleo, eo stilo ⁊ sublimitate, qua vsus est Sophocles in scribendis tragoediis. quasi dicat, scribimus res, quę specialiter tractantur a tragicis qualis fuit Sophocles, quum de cęde filiorum tractamus sa-

Pręgustet

pappas pappus

...us pontifex ...ppa.

Liuida materno feruent adipata veneno.
Mordeat ante aliquis quicquid porrexerit illa
Quę pepit, timidus p̄gustet pocula, pappas.
Fingimus hęc, altum satyra sumēte cothurnū.
Scilicet egressi finem legemq; priorum.
Grande sophocleo carmen bacchamur hiatu
Montibus ignotum rutulis, coeloq; latino
Nos vtinam vani, sed clamat pontia, feci,
Confiteor: puerisq; meis aconita parari,
Quę deprehensa patent, facinus tn̄ ipsa peregi.
Tu ne duos vna seuissima vipera coena:
Tu ne duos: septem, si septem forte fuissent.
Credamus tragicis qcqd de cholchide torua
Dicitur ⁊ progne, nil contra conor, ⁊ illę

ęta a matribus. Montibus rutulis ignotum .i. quod quidem carmen nemo vnquam in latio ante me cecinit in satyris suis .i. nūquam fuit auditum in his regionibus tale scelus perpetratum fuisse, quod a poetis celebraretur, vt mater filios proprios necauerit. Rutulis, populi sunt latii quibus Turnus imperauit. Coeloq; latino, idem fere dixi. Nam latinus rex regnū habuit finitimum cum Rutulis. Vnde Dionysius libro .i. sic scribit. latino autem qui tūc rex erat cum finitima quadam gente bellum gerēti qui rutuli vocantur, nunciantur ⁊c. Nos vtinam vani, subaudi simus. Sed clamat pontia feci, cuperem inquit hęc omnia esse vana, sed pontia fatetur vera esse. Seque duos filios veneno necasse. duos .n. filios veneno sustulit vt adultero nuberet, de q̄ Martialis libro .ii. in galliam sic ait. O mater q̄ nec pontia deterior.

rutuli

Aconita, venena, est enim herba nascens in saxis cuius succus vim habet veneni efficacissimi, de quo diximus in prima satyra. Qui dedit ergo tribus patruis aconita. Tu ne duos: insultatio est poetę in impiam matrē. Septē, sensus est. Adeo impia fuisti vt nō solum crediderim te duos filios potuisse occidere, sed ēt septem si septem tibi fuissent. Septē, subaudi occidisses. Credamus tragicis. Sensus est, fabulosa oino sunt quę a tragicis scribūtur de matribus quę necauerint filios, vt de Medea, ⁊ progne, sed putemus esse vera. tn̄ in eiusmodi fabulis nulla mater fingitur, quę filios aliquo corrupta premio interemerit, sed aut propter iram, aut aliquem dumtaxat dolorem. De colchide. quicquid de Medea dicitur a poetis tragicis. Eam .n. ferunt Iasonem aureum vellus ope sua auferentem ex Colchis decepto patre suo Aeeta rege secutam fuisse vsq; in Thessaliā, copulatamq; matrimonio cū eo decem vixisse annos. susceptis ex eo quattuor liberis, quę postea cum accepisset Iasonē se spreta Glaucā siue Creusam filiā Creontis regis corinthiorum duxisse vxorē ira pcita regiā Creontis cremauit, quo incendio Creon cū glauca absumpti sūt, filios p̄terea suos oēs vno q aufugit excepto Thessalo in vltionē Iasonis patris iugulauit. Iason vxore ⁊ filiis orbatus tantę impatiēs cladis necem gladio sibi cōsciuit. Colchide, forma ē patronymica Colchi eni, Progne, pādonis regis athenarum filia, vxor Terei Daulia, vt scribit Thucidides in .ii. historiarum, quę nūc terrę phocidis vocatur, incoluit, tūc a thracibus habitatā. Ea Ityn filium suū interemit, apposuitq; epulandū Tereo patri, hocq; in vltionē Philomenę sororis a Tereo viciatę, vnde a multis poetarum in cōmemoranda Philomena, Luciana auis daulias celebratur, Oui. in Sapho. Cōcinit Ismariū dualis ales itym. Idē in carmine ad Liniam. Deflet threiciū daulias ales Itym. Nil contra conor, nolo inqt negare id eē verum quod dicitur de Medea ⁊ progne. Nam etiam illę ausę sunt immania facinora.

aconitum

medea

Dalui

Grandia

Mōstrū

Grandia monstra .i. indigna scelera. nā monstrū appellamus quicquid est p̄ter naturam, quid enim magis contra naturam q̄ filium a matre necari: Non pp nummos, vt ostendat longe intollerabilius esse facinus quod lucri cupiditate fit q̄ ira ⁊ dolore. Minor admiratio, Sensus est, illud nobis minus mirandum videri debet etiam si sit nefandum, quod committit per dolorē ⁊ iracundiā a muliere, sicq; cum sequntibus est coniungendū. Ira, quę ab iniuria descendit. Hunc sexū .s. muliebrem. Feruntur precipites, sumpta ē translatio ab is q a sublimi decidūt loco .i. ad oē facinus stimulante iracundia conuertuntur. Vt saxa .s. feruntur in preceps. Abrupta, auulsa. Quibus .s. saxis. Mons subtrahit, videt .n. patre mōtis labēte, reliqua pars retro cedere. Latus recedit .i. retro cedit, nam vt dixi latus montis aliqua parte auulsa videtur retrocedere. Pendente clino .i. prono saxo ⁊ iā casuro. Illam ego nō tulerim, illa inquit scelestissima est habenda, quę animo minime perturbato, menteq; cogitat ⁊ retractat prius scelus q̄ aggredit, Sicq; ostendit scelera illa grauiora esse q̄ certa animi deliberatione, q̄ quę aliqua mentis perturbatione pagūtur. Sana, non aliqua animi perturbatione vexata. Spectant, quottidie inquit spectant in theatris dum tragoedię aguntur quē admodum alcestis in maritum pia fuerit, quę ēt pro eo mortem subire nō dubitauerit, Sed tamen nulla est quę alcestin imitetur hoc est quę maritum suum seruet morte sua, sed potius animam catellę seruaret. Nam alcestis quum vir suus Admetus thessalię rex graui ⁊ conclamata valitudine laboraret, responsumq; esset eum mori oportere nisi alius pro se moreretur, ipsa sola cęteris propinquis ⁊ amicis id recusantibus pro ipso mori sustinuit. De qua Statius ī syluis, ergo Thessalici coniunx pensare mariti Funus. Hanc fabulam aliter tamen narrat fulgentius, Declinatur autem hęc Alcestis Alcestidis, alcestudi, alcestida, vel alcestin sicuti parida vel parin. Spectant subaudi mulieres romanę, nō aūt mariti spectant, coniunge ergo fata mariti .i. mortem mariti. Similis si permutatio .i. si possint fatum suum fato mariti permutare, potius seruent animam catellę, quasi minimi cuiusq; animalis. Multę belides .i. multę mulieres q̄ maritos suos vt Belides ⁊ clytēnestra occiderunt. Belides, quīquaginta beli neptes fuerunt, q̄ vna nocte totidem maritos eosdemq; patrueles occiderūt Belus .n. egypti rex duos habuit filios Danaū ⁊ ęgyptū quorum Danaus quinquaginta habuit filias, ⁊ Egyptus totidē filios, Coactus est danaus oēs filias dare in m̄rimōiū filiis ęgypti, sed quū vereret ne a gn̄is suis regno eiiceret, mandauit filiabus vt p̄mitiali nocte maritos suos singulę necarēt, quod quidem oēs fecere, p̄ter Hypmnestrā quę lyno siue lynceo pepercit. Eriphyle, vxor fuit amphiarai q̄ capta amore mōilis olim a vulcano elaborati vt illud ab argia polynicis cōiuge hēret, virum suum ne in bellum Thebanū prodiret latentē īdicauit, q postea in bello thebano hiatu terrę cū curru absumptus ē.

Alcestis.

Bellides.

Grandia monstra suis audebant tēporibus, sed
Non propter nūmos. minor admiratio sūmis
Debetur monstris, quotiens facit ira nocentem
Hunc sexum, rabit iecur incendente feruntur
Pręcipites, vt saxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clinoq; latus pendente recedit.
Illā ego nō tulerim, q̄ cōputat, ⁊ scelus ingens
Sana facit, spectant subeūtem fata mariti
Alcestin, similis si permutatio detur
Morte viri cupiant animam seruare catellę.
Occurrent tibi multę belides, atq; eriphyllę.
Mane clitēnestram nullus non vicus habebit.
Hoc tantum refert, quod tindaris illa bipennē
Insulsam ⁊ fatuam lęua, dextraq; tenebat,
At nunc res agitur tenui pulmone rubetę,
Sed tamen ⁊ ferro si pręgustaret atrides
Pontica ter victi cautus medicamina regis.

Eriphyle.

Mane clytēnestram, Sensus est, nullus erit vicus vrbis in quo nō offendas mulieres occidētes maritos. sicuti fecit Clytemnestra Tyndari ⁊ Lœdę filia, quę Agamemnonem maritum suum ex bello troiano reuersum adiuuante ęgysthibus adultero interemit, nota est hystoria. Hoc tantum refert, hoc tantum inquit interest, quod Clytēnestra securi maritum suū peremit, sed mulieres romanę maritos suos tollunt venēo, sicq; poeta mores sui tēporis insectat. Insulsam ⁊ fatuā, hypallage est, hoc est ipsa insulsa ⁊ fatua, quasi quę minie apta esset ad tractāda arma. Tenui pulmone rubetę, hoc ē veneficiis qualia p̄arantur ex rubeta rana de qua in prima Satyra abunde, illic miscet sitiēte rubetā. Agit, peragit pficit. Res .i. ipsa maritorum cœdes. Sed tn̄ ⁊ ferro, existunt inqt ēt q̄ maritos ferro necent. si forte illi cōtra venena aliquod sūpserint Antidotū. Atrides .i. ipse maritus qualis fuit Agamēnō atrei filius. Si p̄gusta Antiret pontica medicamia .i. antidota q̄lia mithridates rex doti cōpōti sūmebat aduersus venena, de quorum cōpositōe Pli. lib. xxiii. cap. ix. sic in Arcanis mithridatis maximi regis deuicti, Gn. Pōpeius īuenit in peculiari cōmentario ipsius manu cōpositionē antidoti e duabus nucibus siccis. itē ficis totidē, ⁊ rutę foliis viginti simul tritis, addito salis grano ⁊ qui hoc ieiunus sumat nullum venenum nociturum, Cęterum lenęus pompeius scribit autore Gellio mithridatem regem ponti sanguine anatis pōticę immisto quibusdam medicamentis remediū aduersus venenum soliū sumere, adeo vt quū nonnunq̄ sumeret venenū inter epulas nulla ex parte lederetur, immo ⁊ eiusdem generis remedio nomen dedit vt appelletur mithridaticum. Cor. vero celsus li. v. docet Antidotum Mithridatis qd̄ quotidie sumēdo dicitur aduersus venenorum picula tutū corpus suū reddidisse multis, variisq; verum compositionibus cōstare. Ter victi, Nā primo superatus est a Sylla mox a Lucullo, deide a Pōpeio, nocturno p̄lio lucēte luna a tergo hostibus, a facie Romanis. qua extrema clade, accepta coactus est in regnum confugere, vbi per seditionem populariū a pharnace filio in turre obsessus venenum sumpsit, quod quū parum proficeret ad mortem, quia vt diximus aduersum venena multis ante medicaminibus corpus firmauerat, a milite gallo nomine Bithocco, a quo vt adiuuaretur petierat, interfectus est.

Antipositio.

Mithridaticū.

Iunii Iuuenalis aquinatis satyra septima.

Et spes ⁊ ratio studiorum in cesare tantum.
Solus enim tristes hac tempestate camenas
Respexit, quum iam celebres notiq̄ poetę
Balneolum gabiis, romę conducere furnos
Tentarent, nec fœdum alii, nec turpe putarent
Pręcones fieri, quum desertis aganippes
Vallibus esuriens migraret in atria clio.
Nam si piera quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur, ames nomen victumq̄ machęrę,
Et vendas potius commissa quod auctio vēdit

Et spes ⁊ ratio studioꝝ. Hac satyra Telesinū poetā sui tp̄is alloquit, conqueriturq̄ poetaꝝ, ceterorūq̄ scriptoꝝ labores inanes esse, q̄nquidē pro vigiliis suis a ciuibus Romanis nihil prorsus cōsequant, Sicq̄ sui tp̄is auariciā exagitat. Solā aūt spem i Traiano pricipe ōndit, quē hoc pricipio astute laudat ⁊ extollit, vt subtiliter eū icendat in oīum scriptoꝝ fauorem, liberalis.n. vt scribit Eutropius in cunctos fuit publice, priuatimq̄, ditans oēs ⁊ honoribus augēs, ob suā in oēs bonitatē ꝑ orbē terraꝝ deo ꝓximus nihil non venerationis meruit ⁊ viuus ē mortuus, De quo Pli. i Panegyrico sic ait. Quid vitā: q̄d mores iuuētutis q̄ ꝑncipaliter formas quē honorē dicēdi magistris: quā dignitatem sapientię doctoribus habes: vt sub te spūm ⁊ sāguinem ⁊ patria receperint studia, q̄ priorū temporū imanitas exiliis puniebat quū sibi vicioꝝ oīum cōscius princeps inimicas viciis artes nō odio magisq̄ reuerētia relegaret. At tu easdem artes in cōplexu oculis, auribus hēs, ꝑstas.n. q̄cunq̄ ꝑcipiunt, tūq̄ eas diligis, q̄tum ab illis ꝓbaris. Vn̄ illi nullo mō sunt audiēdi q de Domitiano intelligunt. Qūo.n. vlla erat spes poetis hn̄da in Domitiano quū is Iuuenale Satyras suas scribēte extinctus eēt in pricipio operis docuimus: Essetq̄ bonoꝝ artiū vt taxauit Pli. inimicus quas ēt nō odio magisq̄ reuerentia relegaret:

Spes studioꝝ.i. quā poetę hn̄t cōsequendę mercedis ex studiis suis, est.n. spes bonaꝝ reꝝ expectatio. Rō.i. oīs rō qua mouentur ad scribendū in solo cęsare Traiano est posita, eo.n. consilio et aīi rōnem scribunt vt a ciuibus aliq̄d mercedis ⁊ ꝑmii cōsequant, sed fallunt inq̄t, nam solus iperator poetas respicit. Est aūt rō motus q̄dam celer cogitationis acumine ⁊ solertia constans q̄ bonū a malo discernit. Seneca vero ita diffinit. Rō nihil aliud est q̄ in corpus humanū pars diuini spūs mersa. Respexit quū iam, imꝑator solus inq̄t nostris tēporibus respexit poetas ⁊ reliquos scriptores a cęteris ciuibus neglectos, quū iam ob egestatem cogitarēt ⁊ in vrbe ⁊ extra vrbē vilissima queq̄ subire ministeria ad vitā suā sustentandā. Respexit.i. fauit, nā eos respicere dicimur q̄bus fauemus Terentius respice me in secūdis rebus tuis quasi dicat ⁊ mihi faue ⁊ adiuua, Idē. nā Hercle alius nemo respicit nos. Balneolū. vn̄ victū consequerent. Gabiis, oppidū est in via ꝑnestina centū stadiis distans ab vrbe, autor Strabo. Furnos, vt panē alienum coquerent eoq̄ mō questum facerent. Tentarent, iam consilium caperent. Precones, preconem appellamus non modo qui clara voce ad populū edicta magistratuum pronunciat vt Tranquillus in nerone, Peregrinatione quidem grecię eleusinis sacris quorum initiatione impii ac scelerati voce ꝑconis summouerentur interesse non ausus est, sed etiā qui rerum precia in publicis venditionibus pronūciat. Apuleius lib. viii. ad Mercatum producimur, magnaq̄ voce preconis pretia singulis nunciantes equi, atq̄ alii Asini opulentis emptoribus prestinantur, ⁊ Mar. lib. primo. Venderet excultos colles quum preco facetus.

Gabii.
Preco.

Quum migraret. Ordo ē. Respexit quū clio esuriēs migraret in atria, idest quum iā poete ob egestatem relictis propemodum musis in ędes nobilium migrarent quasi illis famulaturi, vnde in sequentibus. Quem colis ⁊ musarum ⁊ Apollinis ęde relicta, Mart. iisdem pene verbis in miseriam poetarum sui temporis sic inquit lib. iii. Atria magna colam, vix tres aut quatuor ista Resaluit, pallet cętera turba fame. Clio esuriens, idest ipse poeta extrema fame laborās ⁊ mēdicus. Clio vna ē ex musis, nouem fuisse ostēdit Diodorus que bacchum sequebantur. Desertis vallibus, idest relictis musis ⁊ carminibus suis que dicunt pangere in solitudinibus ⁊ locis musis consecratis.

Aganippes, fons est in Bœotia. Ouidius in lib. Metamorphoseon. Hiantea Aganippe. Nam si pieria, Sensus est Si ex studiis ⁊ carminibus tuis nullam mercedem consequeris suadeo tibi fias preco, qualis fuit machera vt accipias hoc loco macherā non pro gladio sed pro proprio nomine ꝑconis, Sequentia enim de ꝑcone dicunt, Estq̄ suasio plena amaritudinis ⁊ indignatiōis, non ignoro ⁊ Macheram nomen esse propriū ducis militum sub ventidio bellum gerente aduersus parthos. Aganippe

Quadrans, dicitur quarta pars assis.i. vncię tres, de quo i prima Satyra pluscula diximus, illic sed gillo Deuncem. quadrās item genus fuit nummi modici ꝑcii vt hoc loco. Oratius. Dum tu quadrāte Lauatum rex ibis, Mart. In vitas centum quadrantibus ⁊ bene coenas. In arca pieria, in musis ⁊ carminibus tuis nam pierides musę dicūtur a pieria rupe macedonię, de qua sic Strabo in nono. Eos qui Helicona ⁊ pieriam ⁊ Libethrum ⁊ pimplian eiusdem musis consecrarunt Thraces extitisse, pieres autem vocabant, quibus extinctis loca hec macedones nunc possident. Commissa quod auctio, potest sic exponi vendas potius cōmissa.i. tradita ad vendendum ⁊ quod auctio vendit, vt subaudias extrinsecus ⁊, aut sic ⁊ vendas potius, quod auctio commissa.s. preconi vendit stātibus, scilicet Oenophorum ⁊ cętera, auctio enim rerum ꝑconi committitur, Ille autem dicitur auctionem facere qui res aut suas aut aliēas publice vendit. Plautus in Sticho, hunc auctionem facere decretum est mihi, foras necesse est quicquid habeo vendere, aut quod.i. quam rem.i. quę cōmissa vendit auctio. Dicitur autem auctio ipsa venditio, quę publicitus fit ab augendo ꝙ rerum pretia augeātur ab emptoribus seu venditoribus. Quadrans / Auctio

Oenophoꝝ.

Stantibus oenophorū, tripodes, armaria, cistas,
Alcynoen bacchi, thebas, ⁊ terea fausti.
Hoc satius quam si dicas sub indice vidi
Quod non vidisti, faciant equites asiani
Quanquā ⁊ capadoces faciāt, equitesq̄ bityni
Altera quos nudo traducit gallia talo.
Nemo tamen studiis indignum ferre laborem
Cogetur post hac, nectit quicunq̄ canoris
Eloquium vocale modis, laurūq̄ momordit.
Hoc agite o iuuenes, circūspicit, ⁊ stimulat vos
Materiamq̄ sibi ducis indulgentia quęrit.
Si qua aliunde putas rerum spectanda tuarum

Oenophorum, vas vinarium. οινος vinum φερω porto. Armaria, vtrum librorum repositoria.i. bibliothecas, Vlpianus de legatis Bibliotheca legata vtrū armarium solum vel armaria continebantur, an vero libri quoq̄ contineantur queritur, an promptuaria armaria. Tripodes, mensas hoc loco, quę tribus pedibus sustentatur, alias tripodes capiuntur pro vasis Aeneis ad aquas calefaciendas. De quibus Homerus lib. viii. Iliados sic scribit. Recensebo primum septem tripodas nouos nunquam igni admotos cum viginti lebetibus ⁊ ipsis nouis, ac rutilo fulgore radiantibus, Tripodibus viri fortes apud grecos donari solebant. Vnde Horatius. Donarem tripodas premia fortiū gręcorum. vnde ⁊ Agamēnō Achilli dono misit, ⁊ septem tripodas pondere ⁊ arte pares. Vbi expones septem vasa Aenęa aquaria ad calefaciendam aquam. Alcynoen bacchi.i. tragoediam scriptam de Alcynoe a Baccho poeta Tragico quę vna ex pleiadibus ex neptuno peperit Ireum patrem Orionis vt scribit Higinus a quo Irea oppidū agri Thebani, Alii Alcyonem legūt, idest tragoediam de alcyone, quę quum Ceicis mariti sui cadauer ad litus eiectum vidisset in mare se deiecit, qui ab Amphytrite in aues conuersi in mari per eos dies vt Plinius ⁊ Ouidius scribunt, placido fœtificant, faciunt autem septem ante Brumam diebus nidos, ⁊ totidem sequentibus pariunt, qui dies vocātur Alcyonides Ea auis alio nomine appellatur Alcedo, de qua sic Plautus in pœnulo, Iam hercle tu peristi nisi illam mihi tam tranquillā facis q̄ mare est olim, quum ibi Alcedo pullos educit suos. Thebas ⁊ Therea fausti, idest fabulas de thebis ⁊ laio quem vt scribunt Diodorus ⁊ papinius filius Oedipus iteremit mox ducta vxore matre Iocasta gnarus ⁊ conscius flagitii perpetrati se ipsum oculis priuauit, nati ex eo etheocles ⁊ polynices per summā discordiam mutuis se vulneribus confoderunt. De his fabula scripta erat a poetis. ꝑcipue a fausto poeta sui temporis.

Terea, idest tragoediam de Tereo marito prognes, cui ipsa progne ithim filium epulandū apposuit in vindictam philomelę sororis stupratę. nota est fabula.

Fausti, Satyricę autem ostendit Bacchum ⁊ faustū viles fuisse poetas, vtpote quorum opera publica auctione venderentur tanquam vilia. Hoc satius, melius inquit est illiberali hoc questu vitam sustentare quam testimonii religionem contemnere, quod Asiani faciunt. Nam Cicero in oratione pro Flacco populis Asię fidem non adhibendam clamat, De iisdem ita etiā scribit ad Q. fratrem Nullum erit genus i familiaritate cauendum magis, propterea ꝙ ⁊ omnes vias pecunię norunt, ⁊ omnia pecunię causa faciunt, vt ostendat laudabilius esse vili ministerio vitam degere, quam per inhonestas ⁊ malas artes diuitias sibi comparare. Ordo est, hoc satius est quam si dicas sub indice, idest in indicio ⁊ ante indicem vidi, quod non vidisti. Equites Asiani, idest Asiani qui ciuitate donati ad equestrē censum per malas artes peruenerunt in vrbe. Traducit, prębet ridendos. quū nudo pede ambulent, Mart. Desine si pudor est miseram traducere caluam. In eadē significatione est ⁊ illud Iuuenalis. In quo se traducebat, idest prębebat se ridendum. Et illud, squalentes traducit auos. Propertius. nec si per totam infamis traduceret vrbem Papinius in syluis nēpe ego sum q traducor ⁊ Martialis li. vi. Rideris, multoq̄ magis traduceris afer. Quam nudus medio si spaciere foro. Traducere,

Nudo talo, nudis pedibus aut ob paupertatem, aut quia mos sit patrius nudis pedibus incedere, sed postea Romā traducti, vt dixi sunt malis artibus locupletes. Cappadoces, Cappadocia finitima est Armenię orientem versus, ad austrum vero terminatur cilicio qui dicitur taurus. Cappadocia

Bithynii, Bithyniam ab oriente paphlagōes ⁊ Mariandini ⁊ Epicteti pars terminant, A septentrione mare ponticum, ab occidente pro pontis, ad austrum Mysia ⁊ phrygia. Altera gallia, idest gallogręcia, alterā autem appellat propter galliam quę in occidente est hispanię ⁊ germanię cōtermina, Gallogręcia autem e galatia dicta est paphlagonibus contermina, eam tenuere galatę quorum gentes tres sunt duę Tragina ⁊ Tolistobogi a ducibus nominatę Tertia a gente, quę in celtica est tectosagies. Transitus in asiam dux fuisse videt Leonorius Strabo autor libro. xii. Hi autem sunt galatę ad quos scribit Diuus paulus, Laborem indignum studiis, Sensus est, ⁊ si poetę inquit iā destinauerant ad ministeria, obsequiaq̄ seruilia descēdere omni destituti cōsequendę mercedis spe ex laboribus ⁊ studiis suis, tn̄ cōfidant ⁊ bono sint animo, nam oēs studiis suis dignam mercedem consequentur, qui mercedem studiis suis dignam non consequit is laborem indignum sustinet. Bithynia / Gallogręcia / Gallatia.

Eloquium vocale, carmen grande ⁊ sonorum.

Modis, modulationibus. Laurumq̄ momordit, Imitatio est Oratiana ⁊ Persii, Sepe caput scaberet ⁊ viuos roderet vngues Persius, nec demorsos sapit vngues, Sepe.n. poetę in faciendo carmine talia solent facere, laurum aūt ideo dicit corrodi ꝙ ⁊ lauro coronant, ⁊ in cella plurimā hn̄t vtpote Apollini consecratam, in cuius tutela sunt ipsi poetę, ea ⁊ triumphantes coronabant, Ouidius primo Metamorpho. Arbor eris certe dixit mea sp hēbunt, Te coma, Te cytharę, te nostrę laure pharetrę, Tu ducibus lętis aderis quū lęta triumphū Vox canet, et longas visent capitolia pompas ⁊c. Hoc agite.s. vt aliquid scribatis, nā tanta principis liberalitas quid aliud sibi quęrit quam vt materiam aliquam ad scribendum capiatis: Querit, quasi dicat prouocat vos ⁊ inuitat vt materiam ad scribendum capiatis. Aliunde, immēsam sui temporis auaritiam taxat, totaq̄ hinc est poetę indignatio. Est enim sensus potes ocius tua carmina comburere si aliunde tibi q̄ ab Traiano aliq̄d sperandum putaueris. Tuaꝝ reꝝ, tuoꝝ studiorum.

Pręsidia, atq; ideo croceę membrana tabellę
Impletur, lignorum aliquid posce ocyus, & quę
Componis dona veneris thelesine marito,
Aut claude, & positos tinea pertunde libellos,
Frange miser calamos, vigilataq; pręlia dele
Qui facis in parua sublimia carmina cella,
Vt dignus venias hederis, & imagine macra.
Spes nulla vlterior, didicit nam diues auarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Vt pueri Iunonis auem. sed defluit ętas
Et pelagi patiens, & cassidis, atq; ligonis.
Tędia tunc subeunt animos, tunc seque, suamq;
Terpsichoren odit facunda & nuda senectus.
Accipe nunc artes, nequid tibi conferat iste
Quẽ colis, & musarũ, & apollinis ęde relicta,
Ipse facit versus atq; vni cędit homero
Propter mille annos, aut si dulcedine famę
Succensus recites, maculonus cõmodat ędes.

Membrana, paginę ipsę. Tabellę croceę, hoc est, quę tabellis cedrinis coarctatur. Nam tabellę ex cedro libris adhibebantur, quod cedrus autoribus Theophrasto Victruuio & Plinio ęternũ duret. Itaq; & simulachra deorum ex ea factitauerunt, Oratius. speramus carmina fingi Posse linenda cedro, & leui seruanda cupresso, & Mart. lib. v. Nunquam grandia nec molesta poscit. Quę cedro decorata purpuraq; Nigris pagina creuit vmbilicis. Marito veneris. i. vulcano qui pro igne accipitur. Thelesine, ad thelesinum vt diximus satyram scribit.

Tinea.

Tinea, vermis est qui vestes & cartas corrodit maxime. Plinius lib. xi. ca. xxxiiii. ait in lanis & veste puluerẽ creari tineas. Easdem etiam docet li. xvi. cap. xvi. rodere & ligna, terrestresq; tantum esse. Teredines vero grauissimo ad portionẽ capite rodere dẽtibus, sentiriq; tantum in mari, nec aliam putat teredinem proprie dici.

Teredo

Pertunde, sermo incompendium redactus. i. sine libros sic reconditos tinea potius perforari, & absumi quã vt mittas ad aliquẽ, vnde nulla sit tibi spes. Hederis, hedera poetę coronabant Virg. Pastores hedera crescentẽ ornate poetã, De hoc lege & Pliniũ. Imagine macra. Nã non solũ poetis sed & fere oĩbus qui aliquod egregiũ facinus edidissent statuę ab antiquis erigebant. Hocq; ab Atheniẽsibus manauit qui primi oĩum Harmodio & Aristogitõi tyrãnicidis publice posuerũt statuas, eo ãno quo Tarquinius expulsus fuit regno. Excepta deinde ẽ res autore Pli. ab toto orbe terrarum humanissima ambitione, vnde & poetis imagines nõ solũ publicitus sed & priuatim a studiosis ponebanẽ. Vnde Mart. ad Auitum statuam sibi ponentem edit carmen subscribẽdum. Hoc tibi sub nostra breue carmen imagine viuat, Quam non obscuris iũgis auiti viris.

Statuarũ erigẽdarum origo

Lactius poeta in ęde camenarum vt scribit Plinius lib. xxxiii. maxima forma statuam sibi posuit quum is breuiculus esset. Statuam item Carthaginenses Apuleio vt ipse testatur in tertio floridorum posuerunt. Macra, macillenta & pallente, nã poetę ex nimio e assiduo studio pallore conficiuntur, & macie.

Argus.

Auem Iunonis, periphrasis est pauonis. Nam quũ argus Iunonis pastor quem cẽtũ oculos habuisse Ouidius refert a Mercurio interfectus fuisset absciso capite, argi oculos in cauda pauonis Iuno collocauit, eamque auem in suam tutelam esse voluit. Sed defluit ętas, idest iuuentus ipsa, quę laboribus & bellicis & maritimis agricolationiq; sufficere potuit. Senectus facunda. i. ipse senex facundus & pauper.

Terpsichore.

Suam Terpsichoren, idest carmina sua, Nam Terpsichore vna ẽ musarum dicta quod choros oblectet τερψις enim ιος delectationem significat. Tunc se odit, poeta inquit quum ad senectutem peruenit, omni ętate in componẽdis carminibus iam attrita seipsum odit, & studia damnat sua. Accipe nunc artes, accipe inqt nunc astucias diuitis Romani quem vt cliens quotidie relicta ęde & musarum & Apollinis sequeris & colis, non sine spe mercedis consequendę ex carmine tuo, relinquis enim comertiũ musarum & poetarum qui in ędem musarum autore Porphyrione conueniebant vt disputarẽt recitarentq; sua carmĩa, vñ Orati. & satyris. Hęc ego ludo quę neque in ęde sonent certantia iudice Tarpa & huic soli carmine tuo studes placere, sed nequid tibi cõferat, idest nequid tibi pręmii det, ipse facit versus. idest se quoq; poetã esse ostendit pręstantissimum, hoc autem astute facit quasi nõ cõueniat poetę poetã largiri, Nã multi carmina pro carminibus & libellos pro libellis mittebant, vnde Papinius in hendeca syllabo ad Grippum cauillãdo ipsum sic inquit, Est sane iocus iste, quod libellũ Misisti mihi grippe pro libello, Quẽ colis. Nã poetę primarios colebãt, seq; eorum comites pbebãt. Oratius Brutũ coluit adolescens, sub quo tribunus militũ ciuili bello militauit, Oui. in põto ad Maximũ scribens oñdit eũ cultũ fuisse a Celso. Nam tua nõ alio coluit penetralia ritu, Terrarum dños q̃ colis ipse deos.

Celsus

Musarum & Apollinis ęde relicta. Tẽplũ Apollinis palatini excitauit Augustus in cuius aditu porticus erat cũ bibliotheca librorum tam latinorum quam grecorum autor Tranqllus in Augusto. Musarũ, tẽplũ musarum romę extruxit autore Tranqllo in Augusto Martius Philippus vbi vt diximus ex sententia Porphiriõis poetę opa sua recitabãt.

Tẽplũ musarum

Atq; vni cedit Hom. hoc dcm ex psona ipsius diuitis q homero tm̃ se putat cedere nec cuiquã alii. Propter mille annos, rõ quare cedat homero pp vetustatẽ inqt. Nã multi, quod extremę est demẽtię in libris tm̃ vetustatem & non meritũ considerare cõsueuerũt, vnde ab Oratio dãnanẽ sic. Si veteres ita miraẽ, laudatq; poetas, Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.

Cõmodatum Mutuo datũ

Maculonus cõmodat ędes, si forte inqt motus dulcedine glorię aut famę aliquid cupias recitare, hoc tm̃ bñficio te psequiẽ diues, vt tibi domũ suã cõmodet vbi recites, aliud aũt nihil dat. nam nobiliores ędes suas poetis opa sua recitaturibus cõmodabãt vt in pma Satyra diximus illic, Frõtõis Platani. Inter cõmodatũ ãt & mutuo datũ nõ nihil distare docet Agrecius sic Cõmodamus amicorum tpe equũ, seruum, vestẽ, hãc ipsã rem quã dedimus recepturi. Mutuo damus pecuniã triticũ vinum & his similia q̃ mutuo data recipe necesse non est. Verum hęc ab autoribus cõfundunẽ, nam & pecuniam commodari dicitur Ci. ad Caniniũ. Quod scribis ad me de drachmis trecẽtis nihil ẽ qđ i isto gñe cuiq̃ possi cõmodarẽ.

Ac longe ferrata domus seruire iubetur,
In qua sollicitas imitatur ianua portas;
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis & magnas comitum disponere voces.
Nemo dabit regum quanti subsellia constent,
Et quę conducto pendent anabathra tigillo,
Quęq; reportãdis posita ẽ orchestra cathedris.
Nos tñ hoc agimus; tenuiq; in puluere sulcos
Ducimus, & littus tenui versamus aratro;
Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali, tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes, & ęgro in corde senescit.
Sed autem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui

Longe ferrata. i. valde ferrata, hinc romanorum potentiam pariter & superbiam ostendit poeta. qui ianuas haberent ferratas instar portarum vrbis, quibus venientes non minore cura excipiebantur q̃ solent excipi intra portas vrbis tempore belli. Prisci vt scribit Plinius lib. xxxiiii. limina & valuas in tẽplis ex ęre factitauere. Vñ illud est apud Virgi. in primo Aeneidos. Aera cui gradibus surgebant limina, nexęq; ęre trabes foribus cardo stridebat aenis. Verum etiam priuata opulẽtia eo modo vsurpata ẽ. Camillo. n. crimini obiecit Sp. Caruilius questor, q̃ ęrata hostia haberet ĩ domo.

Ianua porta

Ianua, inter portam & ianuam hoc interest, quod ianua proprie est priuatorum, porta vero publica vt vrbis, plerũque tamen confunduntur. Scit dare libertos, qui recitanti applaudant. Sedentes in extrema parte. Nam ex arte in theatro collocabantur qui applauderent, vnde Nero auctore Trãqllo plures ex Alexandria euocauit & adolescentulos equestris ordinis, & quinq; amplius milia e plebe robustissimę iuuentutis vndiq; elegit, qui diuisi plausuum genera condiscerent. Ordinis, subselliorum in auditorio. Nemo dabit regum. Ordo est & sensus, nemo regum, idest diuitum dabit tibi, quantum constant subsellia quę cõduxisti vt sedeant in auditorio, cuius consuetudinis meminit Cornelius Tacitus in libro de claris oratoribus loquens de poetis sic. Nam & domum mutuatur & auditorium extruit & subsellia conducit & libellos dispergit.

anabathra orchestra

Et quę conducto. Ordo est a superiore. s. nemo dabit quanti constent. Tigillo conducto, idest lignis conductis a te poeta scilicet de tigno dictum est in tertia satyra. Anabathra, idest gradus vel scalę αναβαινω ascendo, nam gradus struebantur ad pulpita ascendenda, Orchestra, sic etiam subaudi nemo dabit quanti constet orchestra, quę posita est cathedris reportandis. Orchestra locus erat in ima parte theatri vbi honoratiores sedebãt, vnde alibi ante. Similemq; videbis orchestram & populum. Tradit Victruuius libro quinto. Scenicos artifices per orchestram suas pręstare actiones. ορχεομαι enim significat salto, vnde & ορχηστης saltator ορχηστρια saltatrix, & ορχηστρα, idest orchestra declinatur. Tranquillus in Cesare, Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit, Donatusq; est quingentis sestertiis & annulo aureo, sessum in quatuordecim e scena per orchestram transiit. Posita est, extructa est. Cathedris reportandis, nam sedilia illic non erant perpetua sicut in theatro, sed temporaria quę a poeta recitatis carminibus soluebantur, ad dominosq; reportabanẽ. Nos tñ hoc agimus, etsi nullũ ex nostris laboribus emolumentũ consequmur, tñ hoc agimus vt carmina scribamus & recitemus. Tenuiq; in puluere sulcos ducimus. Metaphora sumpta ab iis, q sterilẽ agrũ colunt iuxta illud Ouidii. Quid harenę semina mãdas, Non profecturis littora bobus aras. Ducimus sulcos, versus componimus. In tenui puluere, inter ciues auaros & steriles, qui nihil dant. Versamus littus. multum scribendo defatigamur. Nam qui littus arat, sterilem sumit operam, salsugine enim littora sterilescunt, vnde prouerbium ortum est, eũ arare littus qui inaniter laborat. Aratro tenui, idest stilo nostro tenui & sterili, ex quo nullus est fructus laboris nostri. Nam si discedas, si velis discedere ne scribas non potes, dulcedine enim glorię teneris, quę te veluti pedicis apprehẽdit. Laqueo, pedica, tractum a feris, quę laqueo capiuntur. Cacoethes, metaphoricos inueteratã scribendi libidinem cacoethes quoddam appellat insanabile. Est. n. vitiũ corpori obnoxiũ curatiõe difficile, parum absimile a carcinomate, de quo Cornelius Celsus lib. quinto capite de carcinomate sic. Namque pessimum id genus est, fereq; id primum fit quod cacoethes a gręcis dicitur, deinde ex eo id carcinoma, quod sine vlcere esti Ergo cacoethes insanabile scribendi, idest inueterata illa scribendi libido, quę non minus animum scribentium obsidet & angit q̃ cacoenthes corpus. Tenet, vexat, premit. Insanabile, quod ex suo animo nequeunt auellere vlla ratione, licet poeta insanabile dixerit. Celsus tamen curationem his verbis accipere docet. Discedere autem cacoethes, quod curationem recipit a Carcinomate quod non recipit nemo scire potest, de cacoethe sępe Plinius meminit libro trigesimosecũdo generis est neutri vt Hippomanes, nomina enim greca in es correptam desinentia generis sunt neutri, & vt versus ratio stet, tetrasyllabum scribendum est subsequente &.

Senescit, inueteratur. Aegro, agitato cupidine glorię. Sed vatem egregium. Sensus hic est, multi carmina quidem componunt, poetęq; nominantur, & hac scribendi consuetudine tenentur. Sed excellens & egregius poeta esse is non poterit, quem rei familiaris angustia premat, cuius mens non careat anxietate, sicq; docet mentem poetę omnibus curis vacuam esse oportere. Sappho proueniunt vacua carmina mentis opus. Ordo est. Sed animus carens anxietate facit vatem egregium. Cui non sit publica vena, idest ingenium vulgare, & rude & commune cum aliis. Soleat deducere. scribere, tractum a mulieribus nentibus, quę pensa deducere dicuntur. Nam deducere est lanam in fila trahere. Plinius loquens de Araneo. Subitq; pariter ac fila deducit, Ouidius & ipse sic metaphoricos. Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Nihil expositum, nihil commune, nam quę exponuntur cõmunia sunt, sed quod sublime sit, & quod alii ob sublimitatem attingere non potuerunt.

Feriat, faciat, metaphora sumpta ab his q̃ monetam ferunt. Triuiale, tenue ⁊ vulgare, quale solent rustici in triuiis cantare. Virg. Non tu in triuiis indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmẽ. Moneta cõmuni, communi nota ⁊ stilo vulgatiore. Sic ẽt locutus est Apuleius in prima Apologia. Ea tñ nomina labore meo ⁊ studio ita de græcis prouenere, vt tamen latina moneta percussa sint. i. nota ⁊ latino sermone. Animus carens anxietate, q̃ paupertate non vexet, vt sit sensus. Animus q̃ omnibus curis vacuus est, talem præstat poetã, qualem nequeo mõstrare ⁊ sentio tantum, quasi dicat omnibus numeris perfectum ⁊ cõsummatum. Hunc. i. talem.

Communi feriat carmen triuiale moneta.
Hunc qualem nequeo mõstrare, ẽ sentio tantũ
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus syluarum, aptusq̃ bibẽdis
Fontibus aonidum, neq̃. n. cantare sub antro
Pierio, thyrsum ve potest contingere sana
Paupertas atq̃ eris inops, quo nocte dieq̃
Corpus eget. satur est quũ dicit horatius obe.
Quis locus ingenio, nisi cum se carmine solo
Vexant, ẽ dominis cyrrhę, nyseq̃ ferũtur
Pectora nostra duas non admittentia curas?

Impatiens omnis acerbi, qui nullam acerbitatem patiatur. Cupidus syluarum, nam poetę solitudinem amant ⁊ feces sus, vt ab omni strepitu ⁊ rerum actione semoti cõmodius scribant. Horatius. Bona pars non vngues ponere curat. Non barbam, secreta petit loca, balnea vitat. Alibi. Scriptorum chorus omnis amat nemus, ⁊ fugit vrbem. Aptusq̃ bibendis fontibus. i. qui a natura feratur ad carmen, nam poetice vt sensit Democritus natura magis q̃ arte constat, vnde Horatius in arte poetica. Ingenium misera quia fortunatius arte Credit. Huic opinioni astipulatur, ⁊ Plato in Phedro sic. Qui aũt absq̃ furore musarum poeticas ad fores accedit cõsidẽs arte quadam poetam bonum se euasurum inanis ipse q̃ dem, atq̃ eius poesis præ illa quę ex furore procedit, quia quidem hęc quę ex prudentia sit euanescit. Aonidum, musaꝝ. nam Aonia dicta ẽ Beotia ab Aonibus gentibus barbaris, quę loca illa prius inhabitauere vbi plurima antra, loca ⁊ fontes musis sunt consecrati, auctor Strabo. Bene aũt ait a fontibus musaꝝ. Poetę. n. vt scribit Plato in Ione de furore poetico aiunt se nobis a fontibus, quibus mel scaturit haurientes ⁊ a musarum viridariis, collibusq̃ decerpentes carmina ad nos transferre, quẽadmodum mel ex floribus apes, ⁊ instar apũ volare se asserunt. Est enim poeta res leuis, volatilis ⁊ sacra, neq̃ poetica prius canere potest, q̃ deo plenus ⁊ extra se positus ⁊ a mente alienatus sit. Neq̃. n. cantare sub antro, ne. i. enim inquit poeta potest vrgente paupertate, licet doctus sit cantare carmina, hocq̃ modo ostendit oportere poetam, reliquosq̃ scriptores oĩum curarũ esse expertes. Sub antro pierio, pieria aũt rupes est in macedonia (vt diximus) musis consecrata. vñ ipsę muse dicuntur pierides. Tyrsum contingere, furorem bacchicum concipere, nam eos solos eẽ veros poetas sentit idem Democritus qui insaniunt, quã opinionem tenet ⁊ Plato in dialogo Ionis ⁊ Socratis de furore poetico, in tutela. n. bacchi sunt poetę. Horatius. Vt male sanos adscripsit liber satyris faunisq̃ poetas, nec sine afflatu quodam diuino consistere posse sunt. Hora. Et excludit sanos helicone poetas Democritus, vnde ⁊ Papinius in Lucani genethliaco. Docto pectora concitatus oestro, ⁊ infra. Et docti furor arduus Lucreti. Ad quod ⁊ Virg. alluſit, Insanire libet, quoniam. Tyrsus aũt hasta erat pampinis hederaq̃ inuoluta, quam in sacris bacchę in sublime iactabant, summis vociferationibus ⁊ capitis agitatione, hocq̃ ad imitatiõem Bacchi, qui tyrsum gestabat, vnde illud notissimum. Et tibi tyrsus erat gemmis ornatus ⁊ auro. Sana paupertas. i. pauper poeta, q̃is sane mentis sit. i. sapiens, nec contrarium ẽ quod ait Democritus oportere poetam esse insanum. Nã illic intelligit oportere agi quodã mentis calore ad carmẽ faciendum. hic autẽ intellig̃ poetam pauperẽ esse ẽ sapientem. Nam sanum dicimus consilium quod sapientiã præ se fert, ergo sanus poeta qui sapiens est ⁊ eruditus. Talis est fere sententia apud Dionem Chrisostomũ prusiensem his verbis de Homero scribentem. Eos aũt qui nunc in paupertate positi sunt, nihil sani dicere aiunt. Satur est, quasi responsio tacitę obiectioni. Ais o Iuuenalis poetam pauperẽ carmina nõ posse facere sublimia. Atqui Horatius quodam bachico furore ferũ, ⁊ carmẽ optimũ facit. Sed satur ingẽ ⁊ factus dines indulgẽtia mœcenatis, a quo multis muneribus est donatus. Dicit obe. vox est societatẽ designantis, vt testat Donatus, est peculiaris Horati, vt illẽ importunus amat laudari donec obe iam Ad coelum manibus sublatis dixerit vrge. Idẽ trecentos inseris obe iã satis est. Mart. Obe iã satis obe libelle Iã puenimus vsq̃ ad vmbilicum, vbi apparet semp sacietatẽ designare Plautus in Sthico obe iã satis est. Idẽ in Aululatia. Abscede hinc ẽt nunc, etiã nũc, etiam. obe. q. d. satis ẽ. vox aũt qua bacchantes vtunt græce, sic efferẽt euoi latine euoe. estq̃ vna dictio sine aspiratiõe. ⁊ cũ duobus diphthõgis. Hora. Euoe recẽti mẽs trepidat metu. Plenoq̃ bacchi pectore turbidum letatur euoe parce liber parce graui metuende thyrso. Quis locus ingenio. s. est? vt se efferat ⁊ exerceat? vt sit sensus, Põt inquit poeta ingenium suum facile probare, quũ nulli alii negocio intentus est q̃ musis ipsis. Ordo aũt est. Quis locus est ingenio, nisi quũ nostra pectora vexant se solo carmine? ⁊ cętera. Vexant, exercent se. Solo carmine, nullo alio negocio. Et dominis cyrrhę nyseq̃, ferunt, ducũtur calore quodam Apollineo ⁊ furore bacchico. In tutela enim sunt poetę Apollinis ⁊ Bacchi. Cyrrha autẽ oppidũ est phocidis regionis ad mare locatum non longe a delphis vbi Apollo dabat responsa ob eam rẽ a loci vicinitate dicitur Apollo cyrrheus. Nyseq̃, in Arabia nysa antrum est inter phoeniciam nilumq̃, vbi auctore Diodoro a nymphis Bacchus est educatus, cũ ab Ione illuc per Mercurium missus fuisset, vnde ab Ione Nisaq̃ Dionysium dixerunt, Nysam etiam vicum esse Helyconis scribit Strabo libro nono. Est ⁊ nysa vrbium indię clarissima ⁊ montium Meros Ioni sacer, ⁊ famam hinc præcipuam habent liberum in illa gentium in huius specu nutritum auctor Mela. Duas curas, nam vno eodemq̃ tempore meas hominis intenta esse non potest variis studiis.

Aonia

Pieria Pierides

Tyrsus

cyrrha Apollo cyrrheus

Nysa dionysium

Magnę

Magnę mentis opus. Sensus est, oportet inquit illũ qui carmine scripturus est bella, quę intercedẽtibus curtibus ⁊ equis, deorumq̃ personis tractari solent carere oĩ animi solicitudine. Res. n. poscit mentẽ magnã ⁊ tranquillam. Respicit q̃ ad opus Virgilianũ, quod ipse poeta haud quaq̃ feliciter scribere potuisset, si his incõmodis laborasset, nec a Mœcenate esset multis muneribus donatus. Ordo est. Aspicere currus ⁊ equos, faciesq̃ deorum, ⁊ qualis erynnis confundat rutulum ẽ opus magnę mentis, nec attonitę de lodice paranda.

Magnę mẽtis opus, quod magnã mentẽ exposcat. De lodice, dictum est in præcedẽti, satyra de Lodice illic, mõ sub lodice relictis vteris in turba. Nec attonitę, anxię ⁊ sollicitę de rebus domesticis. Currus ⁊ equos, quales describuntur a Virgilio in bello, quod inter se gesserunt Aeneas ⁊ Turnus. Vt illic in. xii. Aeneidos. Poscit equos atq̃ arma simul, saltuq̃, superbus Emicat i currũ, ⁊ manibus molitur habenas. Faciesq̃ deoꝝ. nam in toto opere varia numina describunt. Aspicere, ingenio suo representare. Qualis erynnis, q̃ horrenda ⁊ terribilis. Nam Alecto quę vna est furiarum infernalium excitata per Iunonem ab inferis ad serendã discordiam inter troianos ⁊ latinos Turnũ hortaturi somnis vt arma capiat aduersus Aeneam, ne sibi pripiat coniugem Lauinię filię Latini regis. Cuius suasionem quũ Turnus contemneret indignata Alecto horrorẽ ei immisit, tantumq̃ perterrefecit, vt solutus somno arma coperit, hortatusq̃ sit iuuentutem latinam aduersus troianos, vñ est illud Virg. Ergo iter ad regẽ polluta pace latinũ inducit primis iuuenũ, ⁊ iubet arma parari. Tuta ti Italiam detrudere finibus hostem. Erynnis autẽ furiam significat. Tres aũt dicuntur furię infernales, q̃ tricerbero deseruire ferunt, Alecto, Thisiphone, ⁊ megera.

Furię tres

Cõfundat rutulum, perturbet ⁊ terrore repleat turnum, quum in eũ facem coniecerit. Vnde Virg. Sic affata facem iuuenì, coniecit, ⁊ atro Lumine fumantis fixit sub pectore tędas. Caderent hydri, non potuisset inquit Virgilius canere bellum quod inter Aeneã ⁊ Turnum gestũ est, vbi Alecto furia infernalis, vt diximus ab Iunone excita ab inferis pastores latinos ad arma suscitat contra Troianos, si cõmoda domestica de suis sent ei. Puer, seruus qui ministrabat, Caderẽt hydri. i. non describeret vt hydri in capite Alectus erigantur alludens ad id, Et geminos erexit crinibus angues, sed oĩs caderent, quia de iis nihil scriberet. Nil gemeret, non potuisset scribere quomodo alecto sua buccina agricolas latinos ad arma excitauerit contra troianos. Surda, quia nihil cecinisset, nec sonũ vllũ edidisset, sed surda extitisset, Nam surdum nõ solum dicimus qui non audit, sed ẽt qui nõ audit, vnde Iuuenalibi. Et cędit verbere surdo. Buccina, alludit ad carmen Virgilii. Tum vero ad vocem celeres qua buccina signum Dira dedit, raptis concurrunt vndiq̃ telis Indomiti Agricolę. Buccina. i. tuba a bucca qua in flatus, vnde ⁊ Buccinator ipse tubicen. Poscimus vt sit, exigimus inquit vt poetę nostri temporis non sint inferiores carminis dignitate priscis poetis, sed non consideramus id haud q̃q̃ fieri posse, quum egestate laborẽt, ⁊ anxii sint de cõmodis domesticis ⁊ rebus necessariis.

Magnę mentis opus, nec de lodice paranda
Attonitę, currus ẽ equos, faciesq̃ deorum
Aspicere, ẽ qualis rutulum confundat erinnys.
Nam si Virgilio puer, ẽ tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri,
Surda nihil gemeret, graue buccia, poscius vt sit
Non minor antiquo rubrenus lappa cothurno,
Cuius ẽ alueolos, ẽ lęnam pignerat atreus.

Rubrenus lappa, per rubrenũ intelligit vnumquẽq̃ poetam pauperem, nam ⁊ is fuit temporibus Iuue. pauperrimus poeta tragicus. Cothurno antiquo, stilo et carminis grauitate antiquorum tragicoꝝ, nam cothurnus calciamentũ fuit tragicoꝝ, vt antea diximus. Alueolos, dictum miseratiõe quadã satyrica, legendũ est aũt alueolos non albeolos vt alibi. Illud. n. vestris datur Alueolis q̃ canna Micipsarum, vt ostendat vilem etiã supellectilẽ pignerari a rubreno. i. ẽt vasa escaria, ea aũt fieri ex ligno docet Columella in nono. Sed totũ onoꝝ numerum in alueolũ ligneũ cõferant, vt intelligas ipsas scutellas ligneas, de quo vocabulo pluscula illic diximus in quinta. quod vestris datur alueolis. Lęnam, vestimenti genus habitus duplicis, quod appellatam existimant tuscę, quod græce clamyda. auctor ẽ Festus. Nonius vero ait vestimentum esse militare, quod super omnia vestimenta sumitur Virgi. Tyrioq̃ ardebat murice lęna. Dionysius libro sexto loquens de Castore ⁊ pollnce sic scribit. Adolescẽtes dicuntur duo bellicas induti lęnas in foro romano apparuisse, Varro a lana dictã putat. Alii vero ἀπὸ τοῦ κλαίνης detractione primę litterę, nam κλαινα græce vestimentum est. Pignerat Atreus, qui hunc locũ hactenus exposuere omnes vno ore affirmarunt Atreum nomen esse foeneratoris, qui res poetę pigneraret, quasi pignerare sit pignori accipere ⁊ non dare, ita vt nec sensus nec latinitas vlla constet. Est enim pignerare pignori opponere. Terentius. Num potuit filiam meam oppignerare? Tranquillus in Vitelio, vt ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris impensas. Mart. lib. ii. Oppigneravit ad modo mensam Vix octo nũmis annulũ vnde cœnaret. Itaq̃ ego sic hunc locum interpretor, vt Atreus sit tragœdia de Atreo, vt Tereus tragœdia de tereo, vt Orestes tragœdia de oreste, alibi scriptus ⁊ in tergo nec dum finitus Orestes, ⁊ Thelephus tragœdia de thelepho. Quã Atreũ Tragœdiã Rubrenus Lappa poeta tragicus scripsit, sicut antea Accius auctore Gelio. lib. xiii. vbi ait Acciũ diuertisse ad Pacuuiũ eiq̃, desideranti Atreum tragœdiã suam legisse. Priscianus quoq̃, sic ait libro nono. Accius in Atreo epularum fictor, scelerum fratris delitor, vt sit sensus. Rubrenum dum Atreum tragœdiam scribit eo peruenit paupertatis, vt coactus sit pignerare ⁊ vestimenta ⁊ vasa escaria, vt sit ipse atreus. i. desit ipsa tragœdia fuit in causa vt pigneraret reculas suas, vt si diceremus Thebais fuit i causa vt Statius pigneraret res suas dum eam scribit, hic ẽ verus poetę sensus. Lęnam pignerat Atreus. Ita dictum sicut ⁊ illud purpura vendit causidicum, vendunt amethysina, id est purpura est in causa vt causidicus conducatur precio, eoq̃ modo a veste purpurea dicitur vendi. Sic etiam illud Valerianum in primo. Sulpitio Apex prolapsus a capite sacerdotium abstulit. id est apex prolapsus fuit in causa vt Sulpitio sacerdotium auferretur.

cothurnus lappa alueolus

Lęna

pignerare atreus

Non habet infelix numitor, insultat diuiti auaro p ironiã, quẽ infelicẽ appellat, quod verã munificẽtiã ne sciat, cũ nihil habeat qd̃ donet poetę viro honesto, multa aũt Quintillę meretrici. Numitor, p quocũq; nobili ꝛ diuite romano ponit, de quo forte ꝛ infra. Et capito ꝛ numitor ruerint dãnante senatu. Leonẽ pascendũ. Ná leones alebãtur in delitiis, sequit̃.n. iam domitum. i. mansuefactũ. vnde tpibus Domitiani leo mansuetus magistrũ a quo fuerat educatus laceravit in theatro. Martialis. Leserat ingrato leo pfidus ore magistrũ. Lãpridius in Heliogabalo de leonibus mansuefactis sic meminit. Habuit leones ꝛ leopardos exarmiatos in delitiis, quos edoctos per mãsuetarios subito ad secundã ꝛ tertiã mensam iubebãt accũbere, quos psitacis ꝛ phasianis pauit. Constat, per ironiam sunt legẽda hęc.

Nõ habet infelix numitor, quod mittat amico,
Quintillę quod donet habet, nec desinit illi
Vnde emeret multa pascendum came leonem
Iam domitum; constat leniori belua sumptu
Nimirum, ẽ capiunt plus intestina poetę.
Contentus fama iaceat Lucanus in hortis
Marmoreis, at Sarano, tenuiq; Saleio.
Gloria quantalibet, qd erit, si gloria tantũ est?
Curritur ad vocẽ iocũdã, ẽ carmen amicę
Thebaidos, lętam fecit, quũ statuis vrbem
Promisitq; diem, tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaq; libidine vulgi
Auditur, sed cum fregit subsellia versu,
Esurit, intactam paridi nisi vẽdat aganem.

Capiunt plus intestina, poeta inquit multo plus q̃ leo. Cõtentus fama, tacitę obiectioni rñdet, posse.n. dici poetas sola contẽtos esse debere gloria ꝛ fama, nec aliud sibi q̃rẽdũ, ait ergo. ita, si diuites sint qualis fuit Lucanus, is.n. sola fama cõtẽtus põt iacere in diuitiis suis, sed Sarrano ꝛ Saleio basso pauperibus poetis sit gloria q̃is magna, qd tñ illis pderit, si nihil aliud habeat q̃ gloriã. Lucanum.n. amplissimas habuisse diuitias. Docet Cornelius q scribit Anneũ melam Lucani patrẽ per pcurationes administrandis principis negociis adeo locupletatum, vt Nero eius opibus inbians passus sit eũ falso crimine coniuratiõis Pisonianę accusatũ cõdẽnari. Hortis marmoreis, luxũ romanoꝝ ostendit, qui hortos suos ẽt marmore ornarent, nã eo delitiaꝝ pervenerant, vt non solũ ędificia marmore exornarent, sed pedibus ẽt gẽmas in pauimẽtis calcarent, vnde ꝛ Seneca carpens luxũ suũ tẽporis ita scribit ad Luciliũ. Quid cũ ad balnea libertinorũ puenero? quantũ statuaꝝ, quantũ colũnaꝝ est nihil sustinentiũ? sed in ornamẽtũ positaꝝ impensę causa. Iaceat, maneat ꝛ sit contẽtus sola fama in hortis marmoreis. i. amplissimis opibus. At Sarrano, Sarranus ꝛ Saleius Bassus poetę fuere pares tpibus Iuuenalis. De Saleio basso his verbis tacitus meminit. Quis Saleiũ nostrum egregiũ poetã, vel si hoc honorificentius est prędarissimum vatẽ deduxit, aut salutat, aut prosequitur, de quo plura in principio vltimę satyrę Persii diximus.

Gloria quantalibet. s. sit. Curritur ad vocẽ iocundã, totum hoc a superiore dependet. Est.n. sensus, Non ignoro inquit ex suo carmine magnã ẽt Statio gloriã exurgere, qui precipuo otium studio ꝛ plausu audit, cũ recitat suam Thebaida, t̃ ea gloria parum illi pdesset, nisi thebaida Paridi pantomimo venderet, fame.n. cõficeretur, nam sequitur. Non tñ inuideas vati quẽ pulpita pascunt. Sicq; per exemplum statii ostendit gloriã omnino non satis esse pauperi poetę, sine premiis, totus aũt sensus eo fertur vt ostendat carmina quidem Statii vniuersis placere, sed nullum extare nisi paridem pantomimum, qui poetã remuneret, ita animum omniũ inuasit auaritia, vt in contemptum nobilium dicat, solum paridem pantomimũ personam infamem ꝛ scenicam inueniri, qui poetis faueat. Curritur, quod omnino gloriosum est, vt ipsum Statium audiant.

Lucanus dines

Sarranus Saleius bassus

Iocundam, poetę recitantis. Amicę thebaidos, q̃ omnibus grata est. Statius, Neapolitanus fuit, quod ipse in syluis suis testat. At te nascentẽ gremio mea prima recepit, Parthenope dulcisq; solo tu gloria nostro. Alius etiã fuit Tholosanus qui in gallia celeberrime rhetoricam docuit auctor Eusebius, Promisitq; diem, recitandi, scilicet. Sed quum fregit. sed profecto inquit fame conficit, ꝛ si magna cũ laude ꝛ gloria carmẽ suũ recitauit, nisi vendat Thebaida paridi pãtomimo. Fregit, ita dictum quẽadmodũ ꝛ illud. Et assiduo ruptę lectore columnę. Subsellia, sedilia ꝛ scamna auditorii a poeta extructa, nam vt paulo ante diximus illic. Nemo dabit regũ quanti subsellia constent. Et in prima satyra. Frõtinus platani, auditoria a poetis apparabant extructis sedilibus. Versu, recitatione versuum. Aganẽ, vtrũ tragœdiam de Agaue filia cadmi thebaꝝ conditoris ꝛ matre penthei quę bacchabũda cũ in celebratiõe sacrorum liberi patris interemit, rata eum esse aprũ. vñ Ouidius. Ille mihi feriendus aper. quum ab eo talia sacrificia contemnerentur. De ea igit potuit scribi fabula quę Agaue inscriberet, per tragœdias igitur ostendit poetas pfecturas ꝛ tribunatus pmeruisse, pfectos pelopea facit, philomela tribunos, an quod magis placet ipsum opus Thebanũ, in quo de pentheo ꝛ Agaue meminit vt referatur ad illud currit ad vocẽ iocundam ꝛ carmẽ amicę Thebaidos. Intactam expone, quã adhuc nõ recitauerat, nõ aũt ab aliis nõ scriptã, nã põticus poeta clarus carmine heroico scripsit Thebanũ bellũ, de quo ita Propertius. Quũ tibi cadmeę dicũt põtice Thebę Arriaq; fraterne tristia militię, eiusdẽ pontici meminit ꝛ Ouidius in tristibus. Põticus heroo, hattus quoq; clarus iambis, Scripserũt ergo ꝛ põticus ꝛ Statius bellũ Thebanũ, qd̃ inter Etheoclẽ ꝛ polynicẽ fratres gestũ fuit tãto odio vt mutuis vulneribus sese confodierint. vñ Statius in. xi. Thebaidos. Ite truces animę funestaq; tartara letho polluite, ꝛ cũctas herebi cõsumite pœnas, Paridi, hic est ille Paris pãtomimus, de quo apud Martia. extat epitaphiũ. Quisqs flaminiã teris viator, Noli nobile pterire marmor, Vrbe delitię salesq; nili, Ars ꝛ gratia lusus et voluptas, Romani decus ꝛ dolor theatri. Atq; oẽs venares, cupidinesq;. Hoc sunt condita, quo paris sepulchro. Eiusdẽ sic meminit Trangl. in Domitiano, deinde Domitianus vxorẽ suã Domitiã, ex qua in secũdo cõsulatu filium tulerat. alteroq; anno cõsalutauerat vt augustã eãdẽ Paridis histrionis amore deperditam repudiauit.

Statius neapolitãus

Statius tholosanus

pontius poeta

Paris panto mimus

De eo

De eo ꝛ poeta in precedenti satyra, paridem, ludosq; reliquit. Fuit aũt non modo Domitiano, sed toti ciuitati gratissimus, a quo ostẽdit poeta Statiũ salario suisse sustentatum, quũ in eius gratiam videretur scribere, nec a diuitibus quicquam haberet quod speraret, hocq; totum in inuidiam tam principis q̃ ciuium diuitum, cũ principi cariores essent histriones q̃ poetę, diuitesq; tanta tenerent auaritia, vt non inueniret, qui pmiis afficeret scriptores. Illud tñ obseruãdum alium suisse paridem pantomimũ occisum a Neroẽ quasi grauem aduersariũ. Ille ꝛ militię, quasi aliqs dixerit, nunqd paris põt tantum poetis prestare. Immo etiam inquit potest honores largiri militares, sicq; imperatorem sigillat, qui pro meritis poetas non ornaret, sed pluris histrionem q̃ poetam faceret. Semestri auro, hoc dicit multos etiam vates ad equestrem dignitatem pronebi per Paridem. Semestre aũt aurum intelligimus ipsum annulum quõ equites aureo vterentur, vt sit periphrasis annuli, hoc est forme rotundę. Nam semestris non solum sex mensiũ dicitur, sed medii etiam mensis, vnde lunam semestrem dicimus, quum ad mediũ puenit mensem ꝛ rotunda est. Sic sensus est manifestus poetę. A puleius in vltimo de asino aureo sic. Stellarumq; media semestris luna flammeos spirabat ignes. Luna ergo semestris hoc est rotunda, qua similitudine poeta appellauit auꝝ semestre, hoc est rotũdũ, ac per ẽ annulũ ipsum, quasi qui ferat similitudinẽ lunę semestris, in qua opinione est ꝛ Probus. Alii per auꝝ semestre exponunt tribunitiam dignitatẽ q̃ tribuni annulũ gestarent, vt ostendit Pli. lib. xxxiii. ꝛ Plinius e us nepos in epistolis pro Calpisio sic. Nunc rogo semestri tribunatu splendidiorem ꝛ sibi ꝛ annuculo suo facias. Quod non dant proceres. Histrio inquit dabit poetis quod diuites p auaritiã nõ dant, sicq; auaritiã sui tpis sigillat, docetq; diuites vt Camerinos ꝛ bareas non esse colendos, qñ ab eis nihil sit sperandũ, nam multi poetę vt dictum est ante, nobiles sequebantur vt ab eis premium aliquod acciperẽt ex camibus suis. Accipe nunc artes nequid tibi confrat iste, Quem colis ꝛ musaꝝ ꝛ apollinis ędę relicta. Tu camerinos, per camerinos ꝛ Bareas intelligit nobiles ꝛ potentes. Tu inqt sequeris ꝛ colis nobiles, sed falleris nihil. n. tibi dant. Solus Paris histrio ob opera tua ei dicata te prefectũ ꝛ tribunum facit. Sicq; ostendit poetas per fabulas suas aliqñ ad dignitates pronebi, sed tñ illis non eẽ inuidendũ quoꝝ vita ex arte musica tũ pendeat. Pelopea. i. tragœdia de pelopea filia Thiestę, cum qua ipse pater concubuerat. ex qua natus est Aegistus, qui agamẽnona ꝛ Atreum interemit. Philomela, tragœdia de philomela ꝛ progne sororibus, quę itim Tereo patri epulandum apposuerunt nota est fabula. Haud tñ inuideas, licet inquit ex carmine suo poetę premia accipiant ex publico, tñ inuidendum non est illis, quum aliũde nihil cõsequantur, nec peculiare habeant patrimoniũ. Quẽ pulpita pascunt, quem pascunt opera recitata in scœnis ex publico enim premia accipiebant, quum placebant populo, quibus alebantur. Vnde Terentius ex Eunucho sua quum esset rursus vendita, ꝛ ageretur iterum pro noua precium accepit octo milium sestertium, vt innuat poeta miserum esse vitam scriptorum pendere ex incerto euentu scoenę. Quod autem opera sua venderent poetę, illud nos Terentianum in Ecyra docet. Et is qui scripsit hanc ob eam rem voluit iterum referre, vt possit iterum vendere. Camerini autem originẽ habuerunt a Camerino Sulpitio, qui missus fuit vna cum Spurio posthumio albo, anno Manilio Athenas vt inde inclytas leges Solonis acciperent, ꝛ aliarum ciuitatum instituta, ꝛ iura moresq; noscerent. De Barea Sarano dictum est in tertia Satyra. illic Stoicus occidit Bareã.

Illę ẽ militię multis largitur honorem,
Semestri vatum digitos circũligat auro.
Q̃d nõ dãt proceres, dabit hystrio, tu camerios,
Et bareas, tu nobilium magna atria curas.
Prefectos pelopea facit, philomela tribunos.
Haud tñ inuideas vati, quem pulpita pascunt.
Quis tibi moecenas? qs nũc erit aut ꝓculeius.
Aut fabius, quis cotta itex, qs lentulus alter?
Tunc par ingenio precium, tũc vtile multis
Pallere, ẽ vinum toto nescire decembri.

camerini

Quis tibi Mœcenas, poetarum studiosissimum, fuisse Moecenatem, notius quidem est q̃ vt hoc loco oporteat indicari. Horatius. O ꝛ presidium dulce decus meum. Martialis. Ocia de nobis, sed qualia fecerat olim Moecenas, Flacco Vergilioq; suo, ergo inquit Iuuenalis, quem inuenies, quum aliquid scripseris Moecenatem, idest tam munificum in poetas quam fuit Moecenas? Proculeius, eques fuit Romanus, vt scribit Porphyrio, Augusti apprime familiaris, in fratres suos Scipionem ꝛ Murenam adeo liberalis, vt bona sua cũ iis equis partibus diuiserit, quum bello ciuili spoliati fuissent. Horatius, Vinet extento proculeius ꝓno, Notus in fratres animi paterni. De proculeio meminit ꝛ Plutarchus in Antonio. Fabius, forte intelligit de Fabio illo, ad quem Ouidius exulans scribit quattuor epistolas in libro de Ponto, tãquam ad eum, qui scriptorum esset amicus, ꝛ liberalis. Vnde est illud ipsius Ouidii.

Proculeius

Dignus es argento fuluo quoq; dignior auro,
Sed te quum donas ipsa iuuare solent.

Hocq; magis placet q̃ vt intelligas de Fabio maximo q̃ vendito suo ab Hãnibale captiuos Romanos redemit.

Cotta, cottam bonum virum fuisse ostendit superius. Quę piso bonus, quę cotta solebat largiri. Ad Cottam scribit Ouidius in ponto ter, quem amicum sibi esse ostendit sic. Quumq; labent alii, iactataq; vela relinquant, Tu lacerę remanes anchora sola rati. Grata tua est igitur pietas, ignoscimus illis, Qui cum fortuna terga dedere fugę. Tunc par, tempore Moecenatis ꝛ Proculei, ꝛ cęterorum qui iisdem fuere temporibus munifici ꝛ liberales, merces dabatur ęqua ingeniis scribentium. Nescire vinum toto decembri, hoc dicit propter Saturnalia. quę mense Decembri celebrantur. Papinius. Et multo grauidus mero decembri. Sensus igitur est. multis suisse vtile vino abstinuisse, quo tempore maxime alii vino indulgebant, idest toto decembri, ac per hoc totis Saturnalibus, quę per quinq; vt communior est opinio dies celebrabantur. Martialis Omnia misisti mihi Saturnalibus vmber
Munera contulerant, quę tibi quinq; dies.
De saturnalibus lege Macro. primo Satur. ꝛ Gelium.

Saturnalia

Vester porro labor. Sensus est. Vos autem qui historias scribitis, plus etiam tēporis consumitis q̄ poetę, plus etiam laboris sustinetis etiam cum impensa olei ⁊ iactura papyri, sed quę tum inde est merces? quasi dicat nulla. Ordo autem est. O scriptores historiarum. Foecundior, vberior ⁊ maior. Plus olei, maiorem lucubrationem, alludit ad p̄uerbium illud, qd̄ apd̄ veteres erat frequens in eos, qui longo pnigilio aliqd̄ frustra lucubrassent, cuius Cicero libro septimo epistolarum sic meminit, Pompeius se profitetur ⁊ oleum ⁊ operam perdidisse, Plautus in pœnulo. Tū pol ego ⁊ oleum ⁊ operam perdidi. Nullo modo, sine. Virg. in quarto eneidos. Sed quis erit modus? Pagina, ī libris dicitur a pangendo, qd̄ in ea versus pangantur vnde ⁊ plantę dicuntur pangi, Suetonius ī Galba. Pangi malum placuisset. Plinius lib. xvi. cap. xxvii. Nascenti et depacto sęculo natura incuriosius semē dedit. Milesima, nūerosa. Oblita modi, quasi finē nō inueniens, quale est opus Titi liuii quod centum ⁊ quadraginta voluminibus absolvitur.

Vester porro labor foecundior historiarum
Scriptores, petit hic plus tpis atq; olei plus,
Namq; oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.
Sic ingens rerū nūerus iubet, atq; operū lex.
Quę tñ inde seges? terrę quis fructus apertę?
Quis dabit historico, q̄tū daret acta legēti?
Sed genus ignauū, qd̄ tecto gaudet, & vmbra.
Dic igitur quid causidicis ciuilia prestent
Officia, & magno comites in fasę libelli?
Ipsi magna sonant, sed tūc cū creditor audit
Precipue vel si tetigit latus acrior illo
Qui venit ad dubiū grandi cū codice nomen.
Tunc immensa cani spirant mendacia folles.
Consputurq; sinus, veram deprendere messem
Sic libet, hinc centū patrimonia causidicorum,

papyrus

Actuarius

Acta

Operum lex, vt nihil s. de historia omittatur, neq; enim oportet historicum quēadmodum faciunt poetę vno aut altero verbo rem tetigisse, sed plene omnia narrasse. Papyro hoc est charta. Nam ex papyro q̄ herba nascitur in palustribus ęgypti, aut quiescentibus nili aquis preparantur chartę diuisę ac in pretennes, sed q̄latissimas philyras, ex ea etiam nauigia texunt, ⁊ e libro vela, tegetesq; necnon ⁊ vestem ⁊ stragula ac sines.

Quę tamē inde sęges? quę vtilitas tibi est? metaphora est ab agris. Inde ex laboribus scribendarum historiarū. Terrę apertę, historię diligenter explicatę. Quis dabit historico? vt sit sensus, historicus non tantū emolumenti ex laboribus suis consequitur quantum scribę ⁊ actuario legenti acta publica datur. Legenti acta. ideſt scribę sine actuario qui verba sine legis sine actorum senatus preconi subiiceret, vt ab eo clare enunciarentur. Ergo actuarii videntur dici qui acta actiōesq; describerent. eaq; descripta recitarent. De quibus sic Trāquillus in Cęsare. Orationē non immerito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptam male subsęq̄ntibus verba dicentis q̄ ab ipso editam. Ergo qui acta siue priuata, sine publica describerent, actuarii sunt dicti.

Acta, dicuntur quęcūq; publicis monumentis mandantur, vnde in secūda satyra. Cupient ⁊ in acta referri. vbi de vocabulo multa diximus, plurag; dicemus ī nona satyra illic. Et libris acto rum spargere gaudes. Sed genus ignauum, obiectio est non esse mirum si historicis nullum sit emolumentum, quum in vmbra semper versentur, quod est ociosorum ⁊ mollium. Vnde Horatius, Poscimur si quid vacui sub vmbra lusimus tecū. Et idem in epistolis. Somno gaudētis ⁊ vmbra. Dic igitur. Ostendit hac interrogatione neq; causidicos, qui se longe aliter in forensibus actionibus exercent multū lucrari. Officia ciuilia, actiones causarum ciuilium. Prestent, quid lucri afferant. Libelli comites, quos secum in forum deferunt. Ipsi. s. causidici.

Magna sonant, magno agunt strepitu ⁊ clamore vt videantur clientum suorum acerrimi defensores. Sed tunc quum creditor audit. Sensus ē causidicus tunc inquit magna sonat quū creditor eum agentem audit ⁊ precipue inquit magna sonat, si debitor latus eius tetigit tāquam qui eum magis vrgeat ad dicendum vtpote q̄ neget credita, sicq; ostendit poeta in iudiciis magis ab debitoribus q̄ creditoribus causidicū vrgeri. Acrior illo, scilicet creditore. qui. s. debitor. Venit ad nomen dubium, ideſt ad ambiguum debitū refellendum, quod incertum est ⁊ dubiū quū ipse neget. Nam nomē pro debitore ponitur, ⁊ sępe pro debito. Cicero in oratione pro Roscio. Non refert parua nomina in codices. Immo omnis summas. Idem in Topicis. Non si vxori vir legauit argentum omne quod suum esset, idcirco q̄ in nominibus fuere legata sunt. Idem in epistola ad Atticum, perfeci inquit vt salaminii totum nomen persoluerent, ideſt debitum. Plaut. in cistellar. Nunc quod reliquum restat volo persoluere, vt expungatur nomen, nequid debeam, ideſt vt debitum deleatur, pro debitore sic Horatius. Nomina sectāt. modo sumpta veste virili Sub patribus duris tyronum. Columella in primo rei rusticę. quum vel optima nomina non appellando, fieri mala foenerator Alphius dixisse seueriſſime fertur vbi nomina pro debitoribus accipit. Seneca in primo limine primi libri de beneficiis. Nomina facturi diligēter in patrimonium debitoris inquirimus. Cum codice, vtrum legum, an accepti ⁊ expensi. Tūc. inquā cani folles spirant mendacia, quum creditor audit, vt a superiore dependeat, sicq; causidicos taxat, qui lucri cupiditate falsas agūt causas, in quibus effundūt magnas offensas mendacio?. Folles, metaphoricos. i. ora ipsorum causidicorū. Conspuiturq; sinus, sputo nimio conspergitur. Verā messem, vel? laboris emolumētum ⁊ fructū. Sensus est. Si voles tñ causidicos ēt q̄ negocium agunt, lucrū ⁊ diuitias considerare, inuenies solū patrimonium Rusati lacertę plus valere q̄ patrimonia centum causidicorum, sicq; ostendit lōge maius eē lucrū in militia versantiū q̄ literato?, ⁊ hoc quidē culpa temporum, quibus anaritia cunctis in rebus dominatur, vt bene conueniat solum patrimonium ⁊ nō solum rus, precessit enim centum patrimonia, ⁊ non centum rura, comparat enim patrimonium patrimonio, vt nullo modo legendum sit rus Sati vt capias satum pro proprio nomine, sed Rusati vnica dictione.

Solum

Rusati militares

Solum, scilicet patrimonium ⁊ vnicum. Rusati lacertę, lacerta nomen militis fictū a poeta, sicut apud Horatium Gallina nomen est proprium gladiatoris. Thrax est gallina syro par. Nā milites Romani vsi sūt in ſlio vestibus russatis, quas greci phoeniceas, nos vero coccinas appellamus, sumpta a lacedęmoniis consuetudine, qui auctore Valerio tali genere vestiū vsi sunt vt coloris similitudine, vulnerū suorum cruorem occultarēt, ne hostibus aliquid fiducię afferrent, si suissent vulnerati. de colore russato meminit Seruius lib. viii. vbi exponit pilenta. Erant inquit tunc veneti coloris nō vt nūc russati, quibus nisi caste vtebantur. Romę etiam ⁊ prenestę, vt scribit Hermolaus in septimum librū annotationū Plinii, lapidum monumenta comprobant, in quibus sepe est inueniri Russatos. Purpureis etiam vestibus vsos eē in prętio ostendit Plutarchus in Eumene sic. Instructa igit acre incedentibus, vt primū auratis in armis ad solem splendor eniteret, ac belnę cum turribus ⁊ purpureę vestes inspectę sunt. (Is. n. vadētibus in prętiū ornatus est) primi iter cū clamore sistunt. Trenellius itē Pollio in vitadini Claudii. Russas vestes sic meminit. De nostro ęrario priuato dabis huic salarium. Tunicas russas militares annuas. Sago clamydes annuas duas. Flauius vopiscus item sic scribit de veste russa ī Aureliano. Cape igitur tibi pro rebus gestis tunicas ducales russas quattuor. Consedere duces, sumptum est ex lib. xiii. meta. Ouidii. Cōsedere duces ⁊ vulgi stante corona. igitur ostēdit poeta causidicoꝝ labores omnino graues eē, quos non sine magna anxietate exāclant in agēdis causis, sed eorum premia perexigua. Cōsedere duces. i. in dicibus sedētibus pro tribunali tu oras ⁊ causam alienā dicis. Aiax pallidus. i. tu causidice non minus palles quū ad alienam causam tuendam surgis q̄ palluit aiax in causa sua agenda, vbi sedentibus grecorum ducibus tanq̄ iudicibus causam suam agit petens arma patruelis Achillis aduersus Vlyssem. Dicturus pro dubia libertate, oraturus pro eo, cuius libertas in ambiguo est, quū quęritur sit ne liber? Nam romę in iudiciis plerūq; quęsitum est, an is appellandus esset liber, q̄ natus esset ex matre libera, licet ancilla concepisset. Et econtrario si libera concepisset. Deinde ancilla facta peperisset, placuit eū qui nascitur, liberum nasci. Et an is diceret liber, qui non iustis nuptiis, sed vulgo conceptus eēt, placuit etiam eum nasci liberū, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in vtero est. Ex hoc quęsitum est si ancilla pręgnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta aut expulsa ciuitate peperit, liberum an seruum pariat, ⁊ tñ rectius probatum est libe? nasci, ⁊ sufficere ei q̄ in ventre est liberam matrem, vel medio tpe habuisse. Emergebant igitur sepe romę tales causę vbi de libertate agebat. quas tanq̄ magnum aliquid causidici nū sine animi ⁊ corporis labore tuendas suscipiebant, quū multi qui se liberos dicerent, in seruitutem vendicarentur. Talia etiā in causis fictis tractabant, vñ Quinti. li. iii. vbi quęrit de statu sic scribit. Ex tempore quęstio ē. An is quē dum addicta est mater peperit, seruus sit natus.

Parte alia solum russati pone lacertę.
Consedere duces, surgis tu pallidus aiax
Dicturus dubia pro libertate bubulco
Iudice, rūpe miser tēsum iecur, vt tibi lasso
Figantur virides scalarum gloria palmę,

Bubulco iudice, hoc est rustico, ac per hoc legū imperito vt ostendat causidicum ex omni parte habere vn de laboret, ⁊ q̄ causa ad agendum sit difficilis, ⁊ q̄ ante iudicem rudem agatur, qui non sine magno causidici labore causam percipiat, sicq; docet causidicum variis modis laborare, ⁊ modica laborum assequi prēmia. Illud etiam poeta satyrice notat iudices sepe existere, non sine litigantium noxa rudes ⁊ ignaros, quod autem bubulcum iudicem dicat ex historia est. Nam iudices plerunq; ex agris in decurias mittebātur. vnde Quintilianus libro quarto sic scribit. Quum iudicē rura plerunq; in decurias mittant de eo pronunciatum quod intellexerit. Valerius libro septimo cap. de repulsis. Tribunum rusticā? sic meminit. Quum Nasica ędilitatē curulem adolescens peteret, manumq; cuidam rustico opere duratā more candidatorum tenacius apprehendisset, ioci gratia interrogauit eum non manibus solitus esse ambulare. Quod dictum a circunstantibus exceptum ad populum minauit, causamq; repulsę Scipioni attulit, omnesnanq; rustice tribus paupertatem sibi ab eo exprobratā indicantes iram suam aduersus contumeliosam eius vrbanitatem distrinxerunt. vnde legitur romę tribus suis se vrbanas ⁊ rusticas, de quibus sic Plinius libro. xviii. Rustice tribus laudatiſſimę eorum, qui rura haberent. Vrbanę vero in causa transferri ignominię esset desidię probro. Idem in lib. de viris illustribus sic scribit Gracchus censor libertinos, qui rusticas tribus occupārāt in quattuor vrbanas diuisit. Et Asconius in. ii. verrina?. Tribus vrbanę rusticęq; omnes triginta quinq; numerantur, ex quarum singulis terni eligebantur ad iudicādum, hiq; centumuiri dicebantur, licet centum ⁊ quinque essent. Potuit etiam poeta posuisse bubulcum ꝓ omni cive Romano grani ⁊ seuero, sicut etiam alibi Creticum posuit pro viro nobili, cretice pelluces. Nā. C. Attilius bubulcus consul fuit vna cum Tito manlio torquato, quo tēpore Sardinia insula rebellauit auctoribus poenis, vnde mox sardi subacti ⁊ oppressi, fuit item Iunius rusticus, quem Domitianus interemit. q̄ Peti thrasęę ⁊ heluidii prisci laudes edidisset, appellaretq; eos sanctiſſimos viros, vt sit sensus, Surgis tu pallidus aiax dicturus ꝓ dubia libertate bubulco iudice. h ē graui ⁊ magno viro iudice ęlius fuit attilius bubulcus, siue Iunius. Nā iunioꝝ familię bubulcū nōiarūt. q̄ bobus optīe vtebat Pli. Huic tñ opinioni non ita me addico, vt nolim ēt posse cū libeat citra reprehensiōem discedere. prior. n. magis placet. Rūpe, i. fultatio poetę ī vanū causidici labore. Palmę virides figantur, vt cōsequaris victoriā in iudicio ⁊ dānes reū ad scalas gemonias. Nā scalę gemonię locus erat in vrbe in quem rei vncotrahebātur. Tranquillus nemo punitorum non in gemonias abiectus vncoq; tractus. Dictę autē sunt gemonię a gemendo, q̄ non sine gemitu ⁊ lachrymis in eas traherent. Vnde plinius li. viii. mentionem faciens de canibus appellat gradus gemitorios his verbis. Testatum est canē nec a corpore recessisse abiecto in gradibus gemitoriis moestus edentem vlulatus. Magna ergo gloria erat causidico damnasse reum ad scalas gemonias. Inde plurima palma fores eius ornabātur. Martialis libro septimo ad Fuscum causidicum. Sic fora mirentur, sic te pallacia laudent. Excolat ⁊ geminas plurima palma fores.

Cētūviri

Gemonia

Quod vocis pcium, siccus petasunculus, ⁊ vas
Pelamidum, aut veteres afrorū epimenia bulbi
Aut vinum tyberi deuectum, quinq; lagenę.
Si quater egisti, si contigit aureus vnus
Inde cadunt partes in foedera pragmaticorū.
Aemilio dabitur quantum petet, ⁊ melius nos
Egimus, huius enim stat currus ab eneus, alti
Quadriiuges in vestibulis, atq; ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus, ⁊ statua meditatur prelia lusca.
Sic pedo coturbat, matho deficit, exitus hic est

Petasunculus, diminutiuum a petasone, est autem perna salita quę si vetula est ingrati est saporis. Mart. libro.xiii. Musteus est propera, caros nec differ amicos, Nam mihi cū vetulo sit petasone nihil. Siccus, aut quia in fumo suspenditur, aut quia vetulus est, ⁊ succo exhaustus. **Pelamys.** Pelamydum, piscis est qui quum minimus est ⁊ foetas redeūtes in mare autūno comitatur **Cordilla.** cordilla appellatur. Quū e mari verno tempore pontum intrat limosa ante luto pelamys incipit vocari ἀπὸ τοῦ πηλοῦ. i. a luto quod eruit. Festus sic inquit pelamys genus piscis dictū quod in luto moretur, quod grece πηλος dicitur. Quū autem tempus annuū excessit thynnus, **Cybiū** Cybium vero concisa pelamys dicit. De hoc pisce Plinius libro. ix. ⁊.xxxii. multa scribit, de quo ⁊ nos ex auctoritate eius in cōmentariis Persii. Veteres bulbi. i. non recentes, ⁊ proinde minus sapidi. Nā vt scribit Plini. Vetustiores īprobant ⁊ parui ⁊ longi, ē enim **Bulbus** Bulbus genus oleris de quo multa Plinius lib.ix. cap.iiii.⁊.v. Bulbos Cato imprimis serendos pręcipit celebrās megaricos a megaris ciuitare. Vnde Columella. Iam megaris venient genitalia semina bulbi. Bulbos. item scribit Columella libro tertio, esse oculos harundinum. Epimenia, expositio est. Nā ex genere bulborum sunt scylla, ⁊ duo genera medicę, masculus albis foliis, foemina nigris, ⁊ tertium genus est cibis gratum Epimenium vocatur. Afrorum autem dicit bulbos, quia qui in africa nascuntur maxime vt scribit Plinius laudātur. Vinū tyberi deuectum, quasi dicat transmarinum, non romanum, aut campanum quod optimum erat. Quīq; lagoenę, cum distinctione legendum, quasi dicat nō iam multum vinum dabitur, sed quinq; dumtaxat lagoenę. Est autem lagoena tam aquarium quā vinarium uas, Martia. Et nigra syra defruti lagoena. Talis est etiam locutio apud Plautum in pseudulo. Nisi argentum mihi redditur, viginti minę. Sic etiam locutus est Plinius libro.xiiii. capitu.xiiii. Censores edixerunt nequis vinum gręcum amineumq; octonis ęris singula quadrantalia venderet. Si quater egisti si contigit aureus vnus, Laborem causidici magnum esse ostendit cum modico emolumento. Sensus enim est, Si forte causam quater egisti ⁊ si ex ea re aureum vnum accepisti eius mercedis pars tibi danda est pragmaticis a quibus adiutus fuisti. Nam pragmatici dicuntur qui causidicis ⁊ oratoribus verba Iuris subministrant, de quibus sic Cicero libro primo de Oratore Itaq; nō vt apud grecos infimi homines mercedula adducti ministros se prębent in iudiciis oratoribus ii qui apud illos pragmatici vocant, πρᾶγμα enim negocium causamq; significat Plautus in Casina. Enimuero pragmata mox Parechis hoc est negociū mihi exhibes, nā παρέχειν est exhibere, πραγματευς negociator Quītilianus lib.iii. vbi de statibus disserit, docet pragmaticos a gręcis iuris interpretes appellari. Inde, ex eo aureo. In foedera, quia ita pacti sunt. Aemylio dabitur, Illud etiā incōmodum est causidicis, vt inter illos pręmia ii tantū capiant qui diuites habent ⁊ nobiles, per Aemylium autem intelligimus diuitem ⁊ nobilē. Huius enim, hec particula semp rei pręcedētis signat causam.

Stat currus ad ęneus, statuas habet ī quadrigis ⁊ nobilis habet. Nā apud romanos quū antiquitus statuę maiorum togata effigie ponerentur deinde etiā hastas tenētes equestres quoq; statuę celebrato sunt, postea vero ī bigis ⁊ quadrigis vnde ⁊ triūphales natę, Plinius hęc libro trigesimoq̄rto. ponebantur etiā ⁊ causidicis equestres statuę, Mart. libro nono. Tam graue percussis incudibus ęra resultant, Causidicum medio quū faber aptat equo. Alii quadriiuges, quaterni equi iuncti curru quadriiuges dicuntur ⁊ quadriiugi, ⁊ biuges ⁊ biugi si bini tm̄. In vestibulis, in prima ędium partę, de quo plura illic. Vestibulis abeunt veteres lassiq; cliētes. Ipse, Aemylius. Bellatore, equo ęneo qui videtur pugnas minari. Minatur, intētat quasi in hostem, sic papinius de equo domitiani, cursumq; minatur. Meditatur prelia, pręparare ⁊ exercere videtur. Lusca, quia ita se habebat statua vt vnus tm̄ oculus videret in alterā partē obliquato capite, aut (quod magis placet) quia vnū claudebat oculū quo certiorē inferret ictū, Nā naturale est vt vno tm̄ oculo clauso aliqd rectius longe mittat, quia plures motus, vt scri. Aristoteles duobus q̄ vno excitant oculo. Et ga radii vtriusq; oculi nō sine pturbatōe ī idē cōcidūt.

Sic pedo conturbat, Sensus est. Pedo causas agit tractat, miscet talis est locutio apud Ciceronē lib. i. de natura deo℞. Aristote. in tertio de phia lib. multa turba a magro platone dissentiēs sic, i. p exiguā mercedē ⁊ modica munera vt reliq de qbus supra. Sed Matho etiam īfelicius q deficit, ⁊ ppemodū oī ope destituit, quē exitū sentit ⁊ Tonigillus. i. Tōgil. eundē exitū ⁊ finē experit quia nihil lucratur, licet variis modis diuitem se ostentet, vt conducatur, quasi innuat hoc accidere iniuria tēporū, quibus auaricia bonos mores oppressit, Et tamen inquit hęc falsa opum ostentatio fuit vtilis multis, hominū enim ingenia ex cultu maxime censentur. Sicq; poeta per hos tres causidicos ostēdit, aut nullum aut sane modicum esse in actionibus causarum emolumentū. De Mathone causidico diximus in pma satyra. De quo ⁊ Martialis. Parua rogas magnos, sed nō dant hęc quoq; magni. vt Leuius pudeat iam matho magna roga. eū oratorē fuisse vilē ostendit in satyra. xi. Dic tibi q sis, Orator vehemēs, an curtius an matho. Exitus hic ē tōgilli. i. talis ē ⁊ finis Tōgilli vt deficiat, modicāq; capiat mercedē, q vt se p opes cōmēdet in balneis lauat rhino cerote comitatus magna hoīum multitudīe, ⁊ p forū gestat lectica purpura amictus, tanq̄ q empturus sit seruos aliaq; multa pciosa. Exitus, finis. alibi Quis eni te deficiēte crumena. Et crescente gula manet exitus? Alibi Seuus ⁊ illū exitus eripuit. De Tongillo meminit

Tongilli, magno cum rhinocerote lauari
Qui solet, ⁊ vexat lutulenta balnea turba,
Perque forū iuuenes longo pmit assere medos
Empturus pueros, argentum, murrina, villas,
Spondet enim tyrio stlataria purpura filo,
Et tamen hoc ipsis est vtile, purpura vendit
Causidicum, vendūt amethysina. cōuenit illis
Et strepitu ⁊ facie maioris viuere census.
Sed finem ipensę non seruat prodiga roma.
Fidimus eloquio, ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nūmos, nisi fulserit anulus igens.
Respicit hoc primum qui litigat, an tibi serui

meminit Martialis Vri Tongillus male dicitur hemytriteo, Noui hominis mores, esurit atq; sitit. **Rhinoceros.** Rhinocerote, hoc est vase ex cornu rhinocerotis quo potētiores in balneis vtebant cum oleo, pauperioribus aūt in vsu erat Guttus ex cornu tauri vnde supra, pleno componit lintea gutto, Rhinoceros est anial de quo meminerūt Plinius lib.viii, Diodorus ⁊ Solinus, vnū in fronte cornu habet ęuueni nasus dicit κέρας cornu, hostis est Elephāto, cornuq; ad saxa elimato se pugnę pparat, in dimicatiōe aluū maxime petēs quā scit esse molliorem, vulgo nūc appellamus alicornum. Turba lutulenta. i. multitudine comitum qui eum per lutū sūt comitati. Premit Iuuenes. i. oneri est iuuenibus medis, hoc est suis medis dū lectica per forum gestat. Medos, populi sunt cōtermini Persis. illinc mittebant serui robusto ⁊ valido corpore. Assere. i. ligno, quo lecticarii serui vtebant ad sustinendam lecticam, Vnde Tranquillus in Galligula. Ad primū tumultū lecticarii cū asseribus in auxilium accurrerūt. Mart. vt canusinatus nostro syrus assere sudet, Iuuenalis alibi ferit hic cubito, ferit assere duro alter. De hoc autem plura diximus in tertia satyra. Empturus pueros, vt diues videat, ostētat se velle emere multa preciosa. Argētū vasa argētea. **Murrina.** Murrina, Oriens auctore Plinio li.xxxvii. murrina mittit. Inueniunt enim ibi in pluribus locis nec īsignibus parthici regni. Vocabulū autē deductum est a murra quē humorem putant sub terra calore densari. de qua Lucanus. Nō auro murraq; bibūt. Martia. Si calidum petas ardenti murra falernū, Conuenit ⁊ melior fit sapor inde mero. Spondet idest pmittit ostenditq; hoīem esse diuitem qui possit talia emere. Stlataria idest ampla ⁊ lata, nā auctoribus festo ⁊ Quintiliano in pmo antiqui Stlatū pro latū dixerūt. Stlitē pro litem, vnde ⁊ stlatā genus nauigii appellarūt latū magisq̄ altum, Latū clauū videtur designare. Filo tyrio. i. purpureo, Nam vt scribit Plinius lib. nono purpurę vsum Romę semp fuisse constat, sed Romulo in Trabea. Nā toga pretexta ⁊ latiore clauo Tulliū hostiliū e regibus primum vsum manifestū est, vt liquido appareat de lato clauo hoc loco intelligere. Et tamē hoc ipsis est vtile, Sensus est. licet hoc sit ambitiosum hęc ostentare, tamē ipsis aliquā affert vtilitatē quod a clientibus facilius conducunt. Purpura. i. vestis ipsa purpurea in causa est vt causidicus conducatur, ita dictū sicut illud. Et lenam pignerat Atreus. idest Atreus fabula in causa est, vt poeta pigneret vestimenta, ita premit paupertate dū scribit. **Amethysina** Amethysina, Vestimēta coloris violacei, nam amethysus Lapis est pciosus de quo Plin. libro.xxxvii. cap.ix. cuius fulgor ille emicans violaceus est, a cuius similitudie dicunt vestes amethysinę. Amethysi Indicę principatū tenent. Illud obseruandū apud auctores grecos nō tam amethystū q̄ amethysum legi quod vocabuli origo maxime docet, est enim facta cōpositio noīs ab a que particula ē puatiua ⁊ μεθυσος ebrius. Vnde sic scribit Plinius eodē libro. Causam nominis afferūt ꝙ vsq; ad vini colorem accedens priusq̄ eum degustet in violam desinit, fulgorq; quidā in illa purpurę nō ex toto igneus, sed in vini colorē deficiens, quibus verbis ostendit dici amethysum ꝙ nō penitus colore vini inebriet. Et paulo infra hęc subdit. Magorum vanitas resistere ebrietati amethysos promittit ⁊ inde appellatas, ita vt manifesto constet ⁊ amethysū ⁊ amethystum dici. Et sic amethysina sicut dicimus byssina a bysso. Vnde apud Theophrastū d lapidibus sic legit τὸ δὲ ἀμέθυσον οἰνωπὸν τῇ χρόᾳ hoc est Amethysum aūt colore vini aspectum representat, vbi. obseruādum est amethysum simplici s ⁊ sine t scribi ⁊ genere neutro. Alibi etiā idem in eodē libello sic ἔτι δὲ καὶ ἡ κρύσταλλος καὶ τὸ ἀμέθυσον ἄμφω δὲ διαφανῆ hoc est, ad hęc etiā ⁊ chrystalrus ⁊ amethysum, ambo aūt transparentia. Amethystan etiam dici docet epigrāma illud in.iiii. epigrāmatū, ἀλλ' οἶδος ἐς' ἀμέθυστος ἐγὼ δὲ ὁ πότας διόνυσος ἢ πεισάτω νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν. Hic lapis est amethystus, ego aūt bibulus sum dionysius, vel ergo lapis hic psuadent mihi sobriū esse vel ipse discar inebriari. In amethysto insculptus erat bacchus qui loquit sic. Cōuenit illis, nō est inquit mirum si talia per ostentationē faciunt, nā cōuenit illis viuere (si conduci volūt) facie maioris census. Strepitu, referri pōt ad seruorū multitudinē. Facie, ostentatione, licet facies pprie sit ipsa oris spēs qua nobis hoīs qualitas ostendit, ad alia tn̄ methaphoricos referē vt dicamus faciē huius rei. i. speciem huius rei. Salust. in Iugurtha, Cęte℞ facies totius negocii varia erat. i. spēs. Maioris cēsus, maiorū opū. Sed finem ipensę, vt igitur diuites viderent, ⁊ sic conducerent, vltra modū circa corporis ornatū impendebāt, ita moribus vrbis exigentibus. Vnde Seneca ad Luciliū. Nā ego ambitiosus sum, sed nemo aliter potest viuere, non ego sumptuosus sum, sed vrbs ipsa magnas ipēsas exigit. Prodiga, profusa ad sumptū, prodigere enim apud festū est pro cōsumere. Fidimus eloquio Omnes quos hactenus vidimus codices Iuuenalis scriptū manifestissimo habent errore Vt redeant veteres verū Priscianus in libro de diuersis vsibus omnium orationis partum disputans de verbo fido docet legendū esse Fidimus eloquio, hunc enim versum allegat seculi antem sui stultitiam notat, quum in causidicis diuitię tātū ⁊ non virtutes considerentur. Est enim sensus Confidimus nos nostra eloquentię fore gratos ac per hoc cōductum iri, sed fallemur nam si Cicero nunc adsita a nemine ducentis nummis conducatur nisi anulos habeat aureos, nisi in illius manibus inspecti fuerint annuli preciosi, quasi soli diuites sint sapientes ⁊ diserti, vt ostendat homines non de vestibus, sed de virtutibus esse censendos.

Octophorū. Exaphorū.

Octo serui. qui lecticā ferant, vnde octophorū ⁊ exaphorum quę ab octo ⁊ sex seruis fertur appellatur. Martialis li.vi. Laxior Exaphoris tua sit lectica licebit Idē libro.iiii. Quum tibi non essent sex milia ceciliane, Ingenti late vectus es Exaphoro, de Octophoro Trāquillus in Caligula, eum enim adeo delicate incessisse scribit, vt octophoro veheretur, Decem comites. post te. i. cliētes, qui te sequantur. An sit sella. vtrum vbi sedeat, an lectica qua gestetur.

Sella.

Nam sella accipi pro lectica manifestū est. Iuuenalis in prima satyra ostēdens Vacuā ⁊ clausam pro cōiuge sellam. Togati ante pedes. i. anteambulones togati qui per ambitionē diuitem precedebant. Mart. lib. iii. Centum miselli iam valete quadrantes Anteambulonis cōgiarium lassi. Idem Sum comes ipse tuus tumidique anteambulo regis. Ideo. quia animaduerteret istas ostētationes opum esse vtiles. Agebat. causam dicebat.

Onix.

Sardonice. Onycē scribit Plinius gēmam esse cui cum sarda nomen sit cōiunctū (est enim alius lapis) scribit etiam Porphyrio Onycem, marmoreā ampullā significare. Onyci enim cādor est vnguis humani similitudine. Item Chrysoliti ⁊ iaspidis ⁊ Sardę. vnde nominis societas oritur, Sadonycē Ptolemęus a Sardonyce monte Indię deriuari tradit, ergo sardonyce. i. annulo sardonyce ornato. Conducta. nā vestes ⁊ comites conducebātur. Pluris. maiore emolumento cōducitur. Basilus, ⁊ Cossus. nomina pauperum causidicorū. Rara in tenui facūdia pāno. nō mirum est inquit si cossus ⁊ Basilus raro conducuntur ad agendas causas, putat enim vulgus sub sordido amictu facundiā nō habitare hoc igitur modo poeta hominum stulticiam taxat, quū homines de vestibus (vt diximus) non sint censendi. Quando licet basilo. vult ostēdere grauiores causas non cōmitti causidicis pauperibus, licet sint diserti. Est enim sensus. Quando licet basilo deducere matrem. i. agere causam difficilē vbi maxime sit iudicum miseratio captāda per multas matris lachrymas. i. mulieris viduę cuius filii circūueniant.

Quis ferat. licet inquit sit causidicus disertissimus, tamen quia pauper est, non auditur a iudicibus, non conducitur a litigantibus. Benedicentem diserte dicentē vnde Rhetoricē dicimus esse bñdicēdi scientiam. idest beneloquēdi. Nam quū orator sit vir bonus necesse est semper bene hoc est recte dicat quū bene dicere nō possit auctore Quintiliano in. ii. nisi bonus, vt benedicere ad mores referat, alii vero ad p̄cepta artis hoc est loqui sm̄ artis p̄cepta. Est eni benedicere sm̄ Ciceronē in oratore, sciēter ⁊ perite ⁊ ornate dicere. Accipiat te. Sensus est, si vis inquit agende causas lucrari, fac petas galliam aut aphricam vbi magnis patroni premiis afficiūtur. Declamare doces. miseretur rhetorum qui adolescentulos per declamationes exerceāt summo cum labore ⁊ modico emolumento.

Decla/matio.

Est enim declamatio vt (inquit Quintilianus libro decimo) forensium actionum meditatio. Nam in scholis ponebantur certa quędam discipulis quę themata dicimus, quibus sic exercebantur, vt domestica illa exercitatione ad veras litium causas instructiores descenderent.

Octo, decem comites post te, an sit sella, togati
Ante pedes, ideo conducta paulus agebat
Sardonice, atq; ideo pluris quā cossus agebat,
Quam basilus, rara in tenui facundia panno,
Quādo licet flentem basilo deducere matrem?
Quis benedicentem basilum ferat? accipiat te
Gallia vel potius nutricula ausidicorum
Aphrica, si placuit mercedē imponere lingue.
Declamare doces o ferrea pectora vecti,
Quum pimit sęuos classis numerosa tyrānos
Nā quęcūq; sedēs modo legerat, hęc eadē stans
Proferet, atq; eadem cantabit versibus iisdem.
Occidit miseros crambe repetita magistros
Quis color? ⁊ quod sit causę gēnus, atq; vbi sūma

Declamationes ante Ciceronem (vt scribit Seneca) vocabant thesis. deinde controuersias nominarunt ⁊ declamationes. Est enim ordo. Tu doces vecti expositiue pectora ferrea, idest patientissima declamare, est autem interposita acclamatio in nimiam patiētiam rhetoris qui quotidie tot adolescentes ⁊ doceat ⁊ audiat. Nam quecūq; sedens. ratio quare sit patientissimus. Sedens legerat scilicet classis puerorum. Classis numerosa scilicet puerorum declamantium ordo.

Classis

Classis autem dicebatur vt ostēdit Quintilianus libro primo discipulorū multitudo, quibus in ordinem distributis preceptores secundum ingenii vires ordinem dicendi dabant, ⁊ ita superiore loco quisq; declamabat. vt pręcedere profectu videbat illic ingēs palmę contentio, ducere vero classem multo pulcherrimum. Nec de hoc semel decretum erat tricesimus dies reddebat stricto certaminis potestatem. Quum perimit. Tunc inquit sunt ferrea ⁊ patientissima pectora, quū classis numerosa perimit sęuos tyrānos idest quū audis discipulos se declamationibus exercentes, quibus tyrannorum cędes cōtinētur. Crambe repetita. Angelus Politianus vir ętate nostra sine controuersia graphice ęruditus contendit Crambe legendum esse, expressumq; esse a Iuuenale adagium illud grecum Δὶς κράμβη θάνατος quo significatur bis positam crambem mortem esse, est enim crambe (vt ostendit Plini.) genus brassicę, vt fastidium, videlicet sępius repetitę controuersię denotaret, quum vulgo quoq; recalfacta brassica iam in prouerbium fastidii concesserit, erit ergo dictum per prouerbium Declamatio sępe repetita fastidio pręceptores cōficit. Quod sane prouerbium vsurpari potest, vbi aliquid sępe repetitum nobis fastidium gignit. quis color? ordo est, omnes volunt nosce quis color ⁊ quod sit genus causę ⁊c. Quis color. volunt inquit discipuli noscere omnia quę pertineant ad declamationum exercitationem ⁊ quis sit color qui in declamationibus queritur de quo superius disseruimus Dic quintiliane colorem hoc est quę sit ratio excusans factum. Nam color vt diximus ante est ratio quę factū excusat, vt Orestes quum fatetur se occidisse matrem nisi attulerit facti rationem peruertit defensionem, ergo affert rationem, quę nisi intercederet ne causa quidem esset. Illa enim inquit patrem meum occiderat, ergo ratio ea est quę continet defensionem, sine qua causa non consisteret. Inuenta ratione firmamentum querēdum est idest quod accusationem continet ⁊ quod affertur contra rationem defensionis hoc modo. Quum vsus fuerit Orestes ratione hoc pacto, iure occidi. Illa enim patrem meum occiderat, vtetur firmamento accusator hoc modo. Sed non abs te occidi neq; indemnatam pœnas pendere oportuit. Ex ratione defensionis ⁊ ex firmamēto accusationis iudicii quęstio nascatur oportet quā iudicationem appellamus. quum ergo poeta ait Quis color intelligit quę ratio sit rei. Quum ait quę veniant diuersa parte sagittę, firmamentū intelligit, quod affertur contra rationē defensionis, quod ideo appellat sagittas, qđ eo quasi acutis sagittis reus vrgeatur. Genus causę, an demonstratiuum an deliberatiuum an iudiciale, aut causę genus honestum, turpe, dubium, humile, admirabile.

Quęstio, quę veniant diuersa parte sagittę,
Nosse volunt omnes, mercedem soluere nemo
Mercedē appellas, qđ enim scio? culpa docentis
Scilicet arguitur, quod lęua in parte mamillę
Nil salit arcadico iuueni, cuius mihi sexta
Quaq; die miserum dirus caput hānibal iplet,
Quicqđ id est de quo deliberat, an petat vrbē
A cannis, an post nymbos ⁊ fulmina cautus
Circumagat madidas a tempestate cohortes.
Quantū uis stipulare, ⁊ protinus accipe qđ do,
Vt totiens illum pater audiat, ast alii sex

Causa.

Causa autem est vt finit Apollodorus negocium omnibus suis partibus spectans ad quęstionem, aut causa est negocium, cuius finis est controuersia. Summa quęstio. in causa plures possunt esse quęstiones, sed summa illa appellatur, vnde summus nascitur status, ⁊ in qua res maxime vertitur, quam aliqui auctore Fabio generalē quęstionem, vel caput generale appellauerunt. Quę sagittę. sumptum a sagittariis idest quod sit firmamentū, quod ab accusatore affertur, vt diximus ad euertendā rationem defensionis, aut reuera intelligit firmissima argumenta grauissimasq; accusationes, vt illud. Nūc etiā audes in horum conspectum venire proditor patrię, p̄ditor inquā patrię venire audes in horum conspectū. Vehementer enim aduersarium vrget feritq; quasi aliquod telum sępius perueniat in eadem partem corporis

Mercedem appellas? verba sunt poetę ad rhetorem. i. si laboris tui mercedem petis, discipulus respōdet quid scio? Culpa docentis scilicet. statim inquit accusat magister quum ad discendū tardus sit discipulus. ideo ironicos pronunciatur. In lęua parte. vbi sedes est cordis, vnde omnis est intellectus, nam vt auctor est Plinius libro. xi. Cor homini est tm̄ infra lęuam papillā, quū in cęteris animalibus in medio pectore sit. Nil salit. Nihil sapientię sit, Nam nōnulli philosophorum in corde, vt scribit Fulgentius sapientiam esse dixerūt, Sed hoc verbo salit ad id respexit qđ cordi pręcipuus est calor ⁊ palpitatio. Nam vt scribit Aristoteles de natura animalium cor homini animalium vni palpitat, quia homo solus spe rei futurę expectationeq; moneat. Arcadio iuueni. i. tardo, ⁊ asinino. Nā in arcadia optimi progenerantur vt apud Persium docuimus illic, vt arcadię pecuaria rudere credas, quod alii sentiant iuueni arcadico idest nobili, qđ romani ab Euandro rege arcadię originem duxerint, proindeq; in testimonium originis antiquę in calceis lunam gestarēt vt docet Plutarchus non probo, hinc enim exit indignatio, qđ iniq; preceptor accusetur, quum asinus doceri nequeat, quasi in potestate preceptoris sit etiam tardo ⁊ asino virtutis cognitionem ingerere, Sicq; poeta ostendit sterilia nullo labore vinci. Possumus etiā ⁊ melius p̄ iuuenem archadicum intelligere. rudem ⁊ imperitum. Constat enim Arcades rudes esse ⁊ agrestes. vnde philostratus. libro. viii. sic scribit. Non enim exteris grecis sapientiores sunt arcades, vt aliquid plusquā alii in extis ostendant, immo vero rudis sunt atq; agrestes ⁊ suibus simillimi, cum ob alia multa, tamen qđ arborum fructibus vtplurimum turgent, vnde prouerbium est, apud grecos ἀρκάδιον βλάστημα idest arcadicum germen. Sexta quaq; die dirus Hannibal implet caput miserum. Ordo est. Cuius Hannibal dirus implet mihi caput sexta quaq; die quicquid id est de quo deliberat, vt sit sensus. Cuius suasoria de hannibale sexta qq; die mihi non sine magna animi molestia ⁊ fastidio audienda est. Nam in scholis rhetorum pręter Declamationes ⁊ controuersias suasorię quoq; proponebantur discipulis in quibus se exercerent. Talis ergo suasoria erat de Hannibale. Deliberat Hannibal an post victoriam canensem ducat exercitum ad vrbem Maherbale pręfecto equitum suadente, pollicenteq; ei cœnam in capitolio die quinto. Et an relicta vrbe quā armis pręmebat reducat copias in Appulliam repulsus bis ab imbre quum esset ad tertium lapidem. Circū agat. idest reducat. Sillius, cunctantem ⁊ vana minantem circumagit, castrisq; ducem succedere cogit. A tempestate. nā duplici rempestate quum iam ad tertiū lapidem exercitū duxisset repulsus est vt scribit Liuius.

Stipulari. Stipulatio.

Quantum vis stipulare. verba sunt dispensatoris discipulum preceptori tradentis, idest pete ⁊ roga, Columella Fœnoris tui syluine quod stipulanti spoponderam tibi reliquam pensiunculam percipe, vnde ⁊ stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogat datur facturūue id quod interrogatus est respondet, vt das ne capram sanam? do. Protinus accipe quod do. idest tantum cape quantum tecum paciscor ⁊ quanrū teneor dare ex conuentione nostra. Vt totiens illū. accedebāt enim patres ad magistros, quum filii in scholis declamarent. Pers, Atq; oculos memini tingebam paruus olim, Grandia si nollem morituri verba catonis Discere, ab insano multū laudanda magistro, Quę pater adductis sudans audiret amicis. Audiebantur autem certis diebus vt modo dixit poeta Quaq; die sexta, vnde ita Quintilianus in. x. Obstat huic frequens turba discipulorum ⁊ cōsuetudo classium certis diebus audiendarum, non nihil etiam persuasio patrum numerātium potius declamatiōes q̄ ęstimantiū. Ast alii sex ⁊ plures, hęc a poeta cum indignatiōe ⁊ miseratiōe quędam proferunt, vt sit sensus, Grauis profecto labor est, exigua autem merces docentium declamare, ⁊ multi tamē id muneris obeunt, verum multi alii ex iis intelligentes in huiusmodi munere docendi tenuem esse quęstū relictis declamationibus, quę in scholis ⁊ locis priuatis exercebant, in forum descēdunt vbi agant veras causas, sed melius inqt poeta sibi cōsulerēt si aliū viuēdi tramitē ingrederētur. Alii sex ⁊ plures. i. multi.

Et plures vno conclamant ore sophistę,
Et veras agitant lites raptore relicto,
Fusa venena silent, malus ingratusq; maritus,
Et quę iam veteres sanant mortaria cęcos.
Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra movebūt
Consilia, & vitę diversum iter ingredietur
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra
Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti, quippe hęc merces lautissima, tenta
Chrysogonus quanti doceat, vel pollio quanti
Lautorum pueros artem scindens theodori,

Sophiste

Sophistę. Sophistę apud antiquos idē fuere apud antiquos qui rhetores & declamatores dicūtur, verum postea cepti sunt dici, q artē deceptoriam, quę sophistice dicit exercent, vnde & Boetius interpretat sophisticen cavillatoriā. Quinti. li. xi. ostēdit & antisophistas declamatores fuisse his verbis, Vrbane Flavius Virginius interrogavit de quodā suo antisophista quot milia passuū declamasset. Antisophistę aūt dnr inter se cōcertātes, nomē cōpositum ex αντι quod est contra & σοφιςης. Cice. in academicis ait Sophistas appellari, q ostētationis, aut quęstus cā philosophant, q fallacibus cōclusionibus vtūtur, vnde sophismata eo auctore fallaces conclusiuncule appellātur, cui ita astipulat Plato i lib. qui inscribit Sophista, Sophista inquit est qui in sermonibus contradicere sibi ipsi disputantē cogit, qui & ironici pars est, ab imitatore opinoso veniēs. phantastici itē generis ab imaginaria facultate pfluēs, non divinę sed humanę effectionis determinata progenies, ex eorūq; numero, qui verbis quasi qbusdā pstigiis mirum in modū decipiūt auditores. Idē in eodē ait sophista pstigiator & imitator qdam ē dicēdus, vnus quidē ē ex iis qui allucinationibus & pstigiis fallūt. Vno ore, vno modo, quum oēs idem agunt, vt confirant se ad agendas veras cās. Raptore relicto. i. declamatione omissa de raptore. i. stupratore. Nam in scholis talis proponebat declamatio. Rapta raptoris aut nuptias indotatas, aut mortē optet, vna nocte quidā duas rapuit, altera mortē optat, altera nuptias. Hanc tractat Seneca in primo declamationū. Itē alia est declamatio. Rapta, raptoris mortē, aut indotatas nuptias optet. Rapta pducta nuptias optavit. Iuvenis raptorem se negavit. Convictus est, illa mortem petiit raptor contradicit. Fusa venena silent. i. declamatio omittitur, vbi actio ē veneficii, qualis septima est declamatio apud Senecā lib. tertio. de veneno dato filio furenti, quę sic incipit. Filio furenti, & sua membra lanianti pater venenum dedit. Accusatur ab vxore malę tractationis, vnde sequitur malus, ingratusq; maritus. potest etiam ingratus maritus ita exponi, vt intelligamus aliam declamationē, quę est huiusmodi. Torta a tyranno vxor nunquid de viri tyrānicido sciret, perseveravit negare, postea eius maritus tyrannū occidit, Intra quinquēnium non parientē noīe sterilitatis dimisit, agit illa ingrati. Et mortaria, subaudi a superiore silent. i. declamatio omittitur filii conterentis in mortario medicamenta ad sanādos cęci patris oculos, quę noverca venena esse dixit, & pater credidit, testamentūq; mutavit. Ait ergo poeta tales declamationes a sophistis relinqui, & veras cās agi.

Rudis

Dabit sibi rudem, imponet sibi finē agendi causas in foro, est aūt rudis virga qua donabantur gladiatores, quum missionem artis impetrabant auctor Priscianus, Horatius, spectatum satis & donatum iam rude quęris Moecenas iterum antiquo me includere ludo, Et supra Accepta rude coepisset veiento videri. Ovi. Et me donati iā rude tempus erat. Eiusdem fit mentio apud Cicerōem in secunda Antonianarum. Tam bonus gladiator rudem tam cito cœpisti, inde Rudiarii, q missionem artis gladiatorię impetrarunt, quo vocabulo vti Tranquillus in Tiberio. Rudem tamen Cato in re rustica generaliter capit pro virga, vt illic. Duabus rudibus versato, inde per diminutionem rudicula. Diversum, contrarium superiori, Ab vmbra rhetorica, a declamationibus quę in scholis aguntur. Ad pugnā, ad verum certamen, id est ad veras lites & causas forenses. Summula ne pereat, hęc videtur esse ratio quare in forum descēdat ad agēdas veras causas, ne sūma scilicet & census decrescat, propter quē tesseram habuit frumentariam, apparet tesseram dari consuevisse pro qualitate census, dabatur autem populo per tesseram frumentum. Tranquillus in Augusto. Ac ne plebs frumentationum causa frequētius a negociis avocaretur ter in anno quaternorū mensium tesseras dare destinavit. Dabātur & pecunię per tesseras. Tranquillus in eodem. Frumentumq; in annonę difficultatibus sępe levissimo interdum nullo precio viritim admensus est tesserasq; nummarias duplicavit.

Tessera

Tessera etiam erat pręceptum ducis quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum monebatur. Vegetius auctor libro sexto capite septimo. Vergili. It bello tessera signum.

Quippe hęc merces lautissima. Ironice, idest hęc est merces amplissima quę datur Romę. Tenta Chrysogonus quanti doceat. Inquire inquit & vestigia quanti Cytharoedi filios nobilium doceant fidibus, vt ostendat longe vberius esse Cytharoedorum lucrum q̄ Sophistarum & causidicorum. Sic igitur poeta sui temporis cęcitatem & stultitiam notat, quum studia litterarum arti musicę postponantur, parvoq; in precio habeantur, quod & Martialis notat libro quinto. Artes discere vult pecuniosas, fac discat Cytharoedos aut choraulas. Chrysogonus, de hoc & satyra sexta. Chrysogonum cantare vetent, fuit enim Cytharoedus. Pollio. de eo illic diximus. An capitolinam deberet pollio quercum, est autem nomen Cytharoedi, ostendit igitur Cytharoedos maiorem ex laboribus suis mercedem consequi quam rhetores. Tenta igitur ait, idest si tentare volueris, invenies eorum mercedem esse maiorem. Pueros lautorum, filios divitum et primorum.

Scindere

Scindens, lacerans & deridens, nam Pollio inquit deridet artem Rhetoricam, quum plus ipse lucretur in arte sua. Scindere enim est contumelia verborum lacerare. Tranquillus in Augusto, Antonio honorifice salutato Augustum sevissimo convicio coram prosciderunt. Theodori, hic est de quo Quintilianus sic libro tertio. Theodorus gadareus q se dici maluit Rhodiū, quē studiose quū in eam insulā secessisset dicitur Tyberius audivisse, de hoc meminit et Tranquil. in tyberio, docuit aūt rhodi pręcepta Rhetorices per id tempus, quo tyberius Rhodum secessit,

vbi

Balnea sexcentis, & pluris porticus in qua
Gestetur dominus quoties pluit, an ne serenum
Expectet, spargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius, nāq; hic mūdę nitet vngula mulę.
Parte alia longis numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat coenatio solem.
Quanticunq; domus, veniet qui fercula docte
Componat, veniet qui pulmētaria condiat.
Hos inter sumptus sestertia quintiliano
Vt multum duo sufficient, res nulla minoris
Constabit patri quam filius, vnde igitur tot

Gadares

vbi circa scholas & auditoria professorum assiduus fuit & imprimis Theodorum audivit. Gadareus autem dictus est a Gadaribus civitate Syrię quā iudei sibi vendicarūt, Vnde & Strabo quum de Gadaribus loqueretur ait hinc fuit Theodorus orator qui ętate nostra viguit. Strabo autem scribit se tpibus tyberii floruisse Theodori ēt cuiusdam Gadarei meminit & Iosephus libro primo Belli iudaici incertum antē an hunc intelligat. Nicetes & Hibracas & Theodorus & plusio nobilissimi artis rhetoricę greci pręceptores habiti sunt quo tempore Augustus bellum gessit adversus Antonium & Cleopatram, Eusebius auctor. Balnea sexcentis. Sensus est nō cunctabunt divites Romani & balnea & alia ędificia summis impensis erigere, circa antē filiorum eruditionem erunt parcissimi. Balnea sexcentis. s. sestertiis. s. extruunt a divitibus, nec eiusmodi parcunt impensis. Vnde Seneca ad Lucilium. At nunc qs est qui sic lavari sustineat, pauper sibi videt & sordidus nisi parietes magnis & pciosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora numidicis crustis distincta sunt, nisi illis vndiq; operosa & in picturę modum variata circūlitio prętexit, nisi vitro abscondit camera, nisi thasius lapis quondam rerum in aliquo spectaculum tēplo piscinas nostras circūdedit, in quas multa sudatione corpora exanimata demittimus, nisi quā argentea epitonia fuderint, & adhuc plebeias fistulas loquor. quid quum ad balnea libertinorum pervenero? quātū statuarum? quantum columnarum est? nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum impensę causa? quātum aquarum per gradus cum frigore labentium? In qua gestet dominus, tanta erat vrbis luxuria vt porticus haberent & loca quas gestationes appellavere, in quibus ęstivo, pluvioq; tempore ad amœnitatem vel gestarentur a

Gestatio

servis vel veherentur iumentis, de quibus sic Plinius iunior ad Caninium Ruffum, Quid agit Euripus viridis & gēmeus? quid subiectus & serviens lacus? quid illa mollis & tam frigida gestatio? Idem ad Apollinarem, Ambit hunc ambitio pressis, varieq; tonsis viridibus, inclusa ab iis gestatio in modum circi, quę buxū multiformem huiusmodi & recētes manu arbusculas circuit, Sydonius de gestatione sic meminit, Prediorum iis vira contermina, domicilia vicina, quibus interiecta gestatio lassat peditem, nec sufficit equitaturo. Gestatio itē alia significatione accipitur pro potatione, scilicet Seneca in secundo libro epistolarum Gestatio & corpus concutit & studio non officit, possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil nec ambulatio vetat fieri &c. Anne serenum expectet, luxurię Romanę per Ironiam insultat, debet ne inquit spectare donec serenat, quo minus gestet. Hic potius. s. gestetur in porticu. Parte alia. magnificentiam pariter & luxuriam vrbis ostendit vbi porticus columnis marmoreis & iis numidicis ędificabantur. M. Lepidus Catuli in cōsulatu collega primus omnium, vt scribit Plinius lib. xxxvi. Limina ex numidico marmore in domo posuit magna rephensione, id autem erat variatū maculis purpureis, vnde Statius in sylvis. Sola nitet flavis nomadum decisa metallis purpura. Surgat, surgere videas.

Coenatio — Coenaculum

Coenatio. locus vbi coenabant, quod triclinium greci appellant. Plinius Iunior, iunctaq; ei quotidiana amicorumq; coenatio, hoc est locus vbi coenabant. Idem etiam coenaculum dicebatur, sed postq̄ (ut scribit Varro) in supiore parte domus coenitare coeperunt, superioris domus vniversa coenacula sunt appellata, vnde in sequentibus. Rarus venit in coenacula miles. Solem algentem. hoc est vt habeat lumē ab sole hiberno, ita vt possit eā hiberni solis totus propemodū cursus hilarare. Nā antiqui pro temporum & regionū qualitate ędificia vt docent & victruvius, palladius & Columella erigebant vt fenestrę ęstivo tpe ad septētrionem vergerent, solem aversarent, hiberno vero solem raperent, vñ Plin. iunior ita scribit de domo sua novocomensi. Incipit porticus añ medium diem hiberna, inclinato die ęstiva, hac adeūtur dietę duę quarum in altera cubicula quattuor, altera tria vt circuit sol aut sole vtunt, aut vmbra. De positiōe ędificii sic Columella in primo Vrbana rursus in hibernacula & ęstiva sic digerat vt spectent hiemalis tpis cubicula brumalē oriētem, coenationes ęquinoctialem occidētem. Rursus ęstiva cubilia spectent meridiem ęquinoctialem sed coenationes eiusdem temporis prospectent hibernum oriētem. Quanticunq; domus. Non minoris inquit cōducetur coquus quā domus extruetur illa marmorea. q̄si dicat i ędificiis, extruēdis paradisq; coqs & epulis grādem pecunię summam non verebuntur impendere, sed magistris qualis fuit Quintilianus exiguam sane mercedem dabunt. Nam (vt scribit Plinius lib. ix.) Coqui triumphorum preciis parabant. & coquorum pisces, nullusq; prope iam mortalis ęstimabat pluris q̄ qui peritissime censum domini mergeret. coquos aūt in servitiis habebant, quū antea eos ex macello vt docet Plinius conducere consuevissent. Livius de bello mace. Tum coquus vilissimum antiqs mancipiū & ęstimatione & vsu in pcio esse cepit, & quod ministerium fuerat, ars haberi coepta. Pulmētaria. greci vocant obsonia, q̄ nos pulmētaria a pulte (vt scribit Plinius) denominata, qua vice panis multis annis vsi fuere romani.

Pulmētaria

Pulmentaria condiat, versus est Hypermeter sicut illud Virg. Hęc finis fandi solio quum iuppiter aureo. Hos inter sumptus. idest inter tales sumptus. Vt multum. vt magnum precium. Vnde igitur tot, verba poetā interrogantis. Si romani inquit tam parci sunt erga pręceptores, vnde igit Quintilianus ē tam locupletatus? Nā romę. xxiii. annis rhetoricē professus est vt ipse tradidit, primusq; mercedem publicam meruit, Ex hispania a Galba autore Eusebio ductus ē, a Mart. Laudatur hoc epigrāmate. Quintilianę vagę moderator summe iuventę Gloria romanę quintilianę togę &c.

Saltus.tantum soli,unde saltuarii quos nunc camparios uocant. Exempla trāsi,uerba sūt poetę respōdentis Quintilianum esse prętereundum, tanq̄ unicū foelicitatis exemplum,ac si dicat nullum alium inuentum,qui ex liberalibus studiis sit locupletatus. Nouorum fatorum.nouę foelicitatis quā ipsa fata tribuere Quintiliano ut esset dines. Foelix, bñficio inquit fortunatę factū est,ut in qntiliano omnia agnoscerentur quę in fortunato homie cōuenirūt esse. Foelix, quasi cui fortuna aspirauerit,quod ter est repetitum,ut latenter innuat tantam foelicitatem nō tam doctrinę, q̄ fortunę beneficio esse assequutū,unde sequitur Si fortuna uolet.

Quintilianus habet saltus: exempla nouorū
Fatorum transi,foelix,ē pulcher,ē acer.
Foelix,ē sapiens,ē nobilis,ē generosos
Appositam nigrę lunam subtexit alutę.
Foelix,orator quoq̄ maximus ē iaculator,
Et si perfrixit cantat bene,distat enim quę
Sydera te accipiāt modo primos incipientem
Edere uagitus,ē adhuc a matre rubentem.
Si fortuna volet,fies de rhetore consul,
Si volet hęc eadem fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? q̄d tullius? an ne alind q̄

Pulcher.iocūdus aspectu.aut politus ꝛ mundus ut ad Stilū referas.

Acer,ad dicendum. Sapiens. eruditione multa.

Generosus,est qui magni ꝛ longi est generis. Subtexit lunam.nobiles romani lunatis calceis utebantur Martialis libro primo. Lunata nusq̄ pellis ꝛ nusq̄ toga. Statius in syluis ad Crispinum Primaq, patricia clasit uestigia luna.cuius rationem Plutarchus in problematis longa disputatione ostendit. Quid est q̄d q nobilitate prestare uidentur lunulas in calceis ferunt, an ut dicit cassor,signum est eius quę in luna esse dicitur habitatiōis,ꝛ q̄ post mortem animę rursus lunam sub pedibus habebunt.an q̄ arcades qui cum Enādro in italiā uenerunt proselenes appellati hoc est antelunares eo calcei genere uterentur.omitto reliqua quę apud Plutarchum legi possunt.alii tradunt romanos calceis lunatis esse usos instituente id Numo Pompolio qui calceis senatorum c litteram quę centum significat inscribi iussit,ut per eam sese. e numero centum patrum admonerentur,hāc postea a figurę similitudine lunę effugiem esse dixere ꝛ ob id lunatos calceos appellatos. Nigrę. alutę,nigros suis se calceos exeo carmine Horatii dat intelligi in satyris. Nam ut quisq̄ insanus nigris mediū impedit crus pellibus. Alutę.i.calceo, appellatōe alutę intelligimus omnem pellem tenuem ꝛ mollem.

Lunati calcei.

Aluta

Orator.dicendi peritus. Iaculator, qui argumentis suis tanq̄ telis aduersarium urgeat. Et si perfrixit cantat bene. Adeo inquit fortuna q̄ntiliano aspirauit ut etsi rancus esset nimia frigore,tamē bene canere diceret. Perfrixir.pteritū ēa pfrigeo,illū ät diximus pfrixisse q nimio frigore sit factus rancus. Martialis lib. iii. Perfrixisse tuas quęsta est prefatio fauces. Distat, differt. Quę syderate excipiāt,idest q̄ syderum aspectus in ortu tibi affulserit. Creditū enī est exastrorū motu futura cognosci,ꝛ nascētibus boibus maliciā uel bonitatē,felicitatē uel infelicitatem portēdi,unde Mathematici horā partus.i.horoscopū maxime obseruāt, Suetonius in Augusto, Vulgata res est. p.nigidiū cōparata morę causa,ut horā quoq̄ partus acceperit affirmasse dominū terrarū orbi natū. Iouis aūt ꝛ ueneris sydera benigna sunt nascentibus ꝛ salutaria. Ouidius Natus es infelix(ita dii uoluere)nec ulla cōmoda nascēti stella fauisse fuit, Nō uenus affulsit,nō nulla Iuppiter hora, Cōtra stella saturni malefica est,quibus in ortu irridiauerit.alibi Iuuenalis Hęc tamē ignorat quid' sydus tibi sse minetur Saturni, Proptius ꝛ graue Saturni sydus in omne caput. Primos uagitus.primos ploratus,est enim uagitus ꝓprie puerorū infantiū, Ouidius in epistola Canaces ad Machareū, Vagitus dedit ille miſ sensisse putares

Aluta

Rubetē,ob partū recentē. Si fortuna uolet. Quintilianū (ut diximus) latenter innuit fortunę magis q̄ doctrinę bñficio eo diuiciarū pemeniſe, Est ergo sensus,bñficio fortunę fieri posse ut ex infima cōditiōe aliquis ad supremos honores proueheatur,unde est illud Trāqlli de rhetoribus, magna iquit professorum atq, doctorū ꝓfluxit copia,adeoq, floruit,ut nōnulli ex infima fortuna in ordinem senatoriū,atq, ad summos honores ꝓcesserint. uideturq, hoc dixisse ꝓpter Quintilianū quē Ausonius ad cōsulatum ꝓuectū fuisse ostēdit his uerbis. Quintilianus consularia per Clementem ornamēta sortitus.

De consule rhetor, Id accidit ualerio Liciniano, de quo Plinius i epistola ad Cornelū Minutianū ita scribit, Audistine Valeriū Licinianū in scicilia ꝓfecisse non dū te puto audiuisse. Est enī recēs nūcius. Prętorius hic modo inter eloquētissimos causarū actores hēatur,nūc eo decidit,ut exul de Senatore,Rhetor de oratore fieret, itaq, ipse in prefatiōe dixit dolenter ꝛ graniter. Quos tibi fortuna ludos facis. Facis enim ex ꝓfessoribus senatores ex senatoribus ꝓfessores. Ventidius quid enim? ꝑbat exēplo uentidii Bassi ꝛ seruii tullii fortunā magna habere potestatē in homines. Est autē ordo ꝛ sensus,Vētidius qd fuit aliud q̄ sydus.i.qua alia re ꝓuectus est ad consulatum q̄ syderum beneficio? Nam Ventidius picēs fuit genere ꝛ loco humili, quē puerum cum matre captum Pompeius Strabo Magni Pōpeii pater Asculo subacto inter cęteros ante currū suum triūphās sine matris iacentem uexit, postea quū adoleuisset uictum sibi quęsiuit comparendis mulis ꝛ uehiculis quę magistratibus prębere q sortiti ꝓuincias forent,unde in amiciciam Cęsaris peruenit,mox tribunus plebis ac deinde ꝓtor creatus atq, in eo tēpore iudicatus est a senatu hostis cū. M. Antonio post uero cōiunctis partibus nō prīstinam tantū dignitatem recuperauit sed pontificatum ac deinde consulatū quoq, adeptus est. quā rem adeo intoleranter tulit populus romanus ut uulgo per uias urbis uersiculi ꝓscriberent. Cōcurrite omnes augures, aruspices.portētū inusitatū cōflatū est recēs. Nam mulos qui fricabat consul factus est. Idem auctore Plutarcho in uita. M. Antonii orientalibus ꝓuinciis ꝓpositus a. M. Antonio parthos in Syriam rumpentes tribus ꝓeliis fudit,primusq, de parthis triumphauit, ꝛ morte obita publico funere sepultus est. Tullius.non de Cicerone,sed de seruio Tullio intelligit,qui ex serua natus in domo Tarquinii Prisci Tanaquilis astutia regnum post interfectum Tarquinium optinuit.

Ventidius.

Seruis,ut seruio Tullio Captinis,ut ventidio.

Fati occulti,non intellecti a nobis. Foelix ille tamen,cui hoc acciderit ut ex seruo fiat rex, ꝛ ex captiuo consul ꝛ triumphator. Poenituit,exemplo Trasymachi ꝛ secūdi Carinatis rhetorum ostendit infoelicia esse litteratorum studia, quando eorum laboribus insita prę

Sydus ē occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captinis fata triumphos,
Foelix ille tamen,corno quoq̄ rarior albo.
Poenituit multos vanę sterilisq̄ cathedrę,
Sicut thrasymachi probat exitus,atq̄ secundi
Carinatis,ē hunc inopem vidistis athenę
Nil pręter gelidas ausę conferre cicutas,
Dii maiorū vmbris tenuē ē fine pondere terrā,
Spirantesq̄ crocos,ē in vrna perpetuum ver,
Qui pręceptorem sancti voluere parentis
Esse loco.metuens virgę iam grandis achilles
Cantabat patriis in montibus,ē cui non tunc
Eliceret risum citaredi cauda magistri?
Sed ruffum atq̄ alios cędit sua quęq̄ iuuentus,
Ruffum qui totiens ciceronē allobroga dixit.
Quis gremio enceladi,doctiq̄ palęmōis affert
Quātū grāmāticus meruit labor? ē tū ex hoc
Quodcūq̄ est(minus est aūt quā rbetoris ęra)
Discipuli custos pręmordet acęnetus ipse,
Et qui dispensat,frangit sibi,cęde palęmon,

mia nō reddātur, uterq̄ ęni coactus est quū fructum ex studiis nō caperent relinquere artē docendi. Thrasymachus autem fuit carthaginēsis inter Sophistas numeratus a philostrato,qui quū rhetoricen coepisset profiteri desitit ob exiguam mercedem, Cōquerit ꝛ Martialis studia liberalia penitus negligi. At circū pulpita nostra. Et steriles cathedras basia sola crepant. Et hunc.s. Secundum sicuti uisus fuit ꝛ trasymachus carthaginensis inops, De Secūdo Carinate Tacitus libro. xv. scribit sic. Secūdū Carinatē gręca doctrina oretenus exercitum quodq̄ animū non bonis artibus imbuerat. Dion uero scribit Caligulam adeo in uidū ꝛ suspiciosum ad omnia ut Secūdum carinatem rethora in exilium egerit,q̄ aliquando orationē quandam per exercitationem in tyrānos dixisset. Nil pręter cicutas gelidas. Damnat athenienses anaricię pariter ē insipientię,qui debitis non afficerent pręmiis ꝛ honoribus uiros bonos ꝛ litteratos,innuēs ab eis Socratem etiam tantū philosophū qui omni honore honestandus erat sublatum ueneno cicutę. Est aūt cicuta ut docet Plinius publica athenięnsium poena inuisa, Semili ꝛ foliis refrigeratoria uis, ut epota statim perimat hominem. Dii maiorum umbris.optat manibus maiorum perpetuam tranquillitatem qui pręceptores non minus q̄ parentes coluerint.

Dii.s.date. Tenuem terram. Sic Martia. Sit tibi terra leuis molliq, tegaris harena. Ouidius Et seruis Anchisę molliter ossa cubent. Tibullus cōtra. O tu qui venerem docuisti uendere primus Quisq, es infoelix uregeat ossa lapis. Et in urna perpetuum ver, perpetuos flores, nam intra herbas odoratas cōdebantur. Loco parentis, qui summa pietate pręceptores uenerati sunt, Seneca ad Lucilium. Quā uenerationem pręceptoribus meis debeo, eandem pręceptoribus humani generis a q̄ bus tanti boni initia fluxerunt. Metuēs uirge. Exemplo Achillis ostendit, pręceptores esse miro honore colēdos, qui quū in pelio monte thessalię educaretur sub disciplina Chironis Centauri summo in honore eū semper habuit, ꝛ timuit, unde Ouidius in Arte amandi. Creditur annosum pertinuisse senem. Quas hector sensurus erat poscente magistro, Verberibus iussas prębuit ille manus, a quo ꝛ medendi ꝛ canendi artē didicit Deinde hoc plura ante Recubās sub eodem marmore Chirō.

Cantabat.s. Achilles laudes magistri. Montibus patriis.i.thessalicis, unde fuit peleus Achillis pater.

Et cui non tunc,erat inquit Chiron eiusmodi ut facile de se risum spectantibus posset monere tanq̄ cauda tus magister. Cytharędi, Chironis, qui ut dixi docuit Achillem ꝛ musicen ꝛ medicinam,de eo nō nulla Higinus, hic herbā inuenit quę Chironeum appellatur, sed ꝛ aliam quę Gentaurion, omnium morborū remedium promittentem,de hoc plura in cōmentariis Achilleidos.

Sed ruffum,nūc autem inquit tam longe abest ut pręceptores colantur, ut multi etiam a discipulis uerberent. Ruffum qui totiēs. habet Emphasim,quasi dicat qui contemnendus nō erat, utpute rhetor optimus qui etiam Ciceronem eloquentię cuiusdam gallicę dicerit,Nam ꝛ alii extitere qui Ciceronē ut superfluum notauerint, Brutus (ut auctor est Tacitus in libro de Claris Oratoribus) eum elumbem ꝛ fractū nominauit. Rursus idem auctor est Ciceronem a Caluo male audiuisse,tanq̄ solutum ꝛ enernem, unde sic scribit Seneca in declamationibus. Caluus qui diu cum cicerone iniquissimam litem de eloquētię principatu habuit ꝛc. Allobroga idest gallum ꝛ barbarum, nam Allobroges populi sunt gallię quorum Vienna ciuitas est metropolis,auctor est Strabo libro quarto. Docti q̄ palęmonis,hic est ille Rhemnius Palęmon vicentinus grammaticus qui ut scribit Tranquillus de claris grāmaticis tanta fuit superbia ut diceret litteras secum natas ꝛ secum morituras, Marcum Varronem porcum litterarum appellabat,iactabatq, nomen suū in Buccolicis non temere positum prędicente Virgilio fore quā doq, omnium poetarum ac poematū iudicē, qui quandoq, interrogatus quid inter Stillam ꝛ guttam interesset,gutta inquit stat,ꝛ stilla cadit.auctor est Eusebius. Eius meminit ꝛ Plinius libro.xiiii.capite iiii. Et tamen ex hoc licet inquit id modicū sit quod datur grāmatico,tamen ex eo ipse pędagogus aliquid sibi intercipit,ꝛ est ordo,ꝛ tamen acoenetus ipse custos discipuli pręmordet ex hoc quodcunq, est,reliqua par entheſim leguntur. Acoenetus.nomen uidetur esse fictū q̄ propriam nimium spectet utilitatem ab ἀ quod est sine ꝛ κοινότης communitas. Custos discipuli. Pędagogus. Franget sibi,ex solida mercede magistri aliquid sibi prędicet. Cede palęmon, uerba sunt Iuuenalis quadam cum miseratione subsanantis defraudātium anariciam, ut sit cędę palęmon de iure tuo et patere ęquo animo si quid tibi intercipitur.

Allobroges Viēna.

Institor Non aliter, quam patitur sibi detrahi institor vilis supellectilis, vt accipias tegetis pro tegumento lecti ad arcendum frigus hibernum, ē enim teges genus straguli de qua ab vnde dictum est in quinta satyra institor autem auctore Vlpiano appellat ex eo ꝙ negocio gerendo instat, nec multum facit, taberne sit prepositus an cuilibet alii negociationi, nam quicunque ad emendum vendendū ne preponitur istitor appellatur, eos etiam dicēdos placuit Institores q̄bus vestiarii vel lintearii dant vestem circumferendam ⁊ distrahendam, quos vulgo circitores appellamus, Circitores Stabularii quoque institorum loco habendi sunt. Stabularius Sed ⁊ si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas ⁊ sibi mittendas loco institoris habendum scribit Labeo, hic Institorię operę dicuntur. Tranquillus in Nerone. parabantur insignes ganeę ⁊ matronarum institorias operas imitantium. Ouidius, istitor ad dominam veniat discinctus emacē. Cadurci, vtrum stragulo an tegumento lecti. Solent enim lecti superne veluti tentoriis coopiri velis eiusmodi candidis, supra, Violato poena cadurco, idest lecto qui aut stragulo niueo sternitur, aut superne vt dixi velis candidis integitur. Sunt enim Cadurci populi gallię apud quos lini prestantia principatum obtinet in culturis ob candorem, de quibus in precedenti satyra diximus. Dummodo ne pereat, verba Iuuenalis deridentis tam extremam hominum auaritiam, idest dummodo non pereat Labor tuus docendi post mediam noctem, quo tempore multę tibi olfaciendę sunt lucernę, quod pro maximo fastidio intelligit. Ab hora, post horam. Plinius in septimo. A cōceptu decimo die dolores capitis, A. idest post conceptum, de qua particula plura disseruimus in prima satyra illic Exul ab octaua Marius bibit. Medię noctis, eo enim tempore pueri ludum litterarium petebant. Martialis libro nono. Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister infoelix pueris virginibusq; caput, Nondū cristati rupere silentia galli, Murmure quum seuo, verberibusq; tonas. Flaccus. Horatius, bene autem Horatium ⁊ Virgilium nomiauit, Nam grammaticorum proprium est poetas interpretari. Decolor, qui nimia attrectatione ⁊ fumo lucernarum colorem amittit. Fuligo Fuligo, nigrities ea dicitur, quę prouenit ex fumo dicta fuligo quasi fumigo, Lucernarum fuligo a Plinio dicitur. Rara tamen merces, licet inquit aliqua tibi merces det, eam

Et patere inde aliquid decrescere, non alter quā
Institor hibernę tegetis, niueiq; cadurci
Dūmodo nō pereat medię, qđ noctis ab hora
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sedebat
Qui docet obliquo lanam deducere ferro.
Dummodo nō pereat totidē olfecisse lucernas,
Quot stabant pueri quum totus decolor esset
Flaccus, & hęreret nigro fuligo maroni.
Rara tamen merces, quę cognitione tribuni
Non egeat, sed vos sęuas imponite leges,
Vt preceptori verborum regula constet;
Vt legat historias, auctores nouerit omnes
Tanq̄ vngues, digitosq; suos, vt forte rogatus
Dū petit aut thermas, aut phoebi balnea dicat
Nutricem anchisę, nomen, patriamq; nouercę
Anchemoli, dicat quot acestes vixerit annos.
Quot siculus phrygibus vini donauerit vrnas;
Exigite vt mores teneros ceu pollice ducat.
Vt siquis cęra vultum facit, exigite vt sit
Et pater ipsius coetus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus, non est leue tot puerorum
Obseruare manus, oculosq; in fine trementes.

tamen non habebis nisi per litem ⁊ strepitum forensem. Cognitione tribuni, iudices, Nam pro tribuno vnum quemque iudicem intelligit. Sed vos sęuas, cum indignatione ⁊ quadam miseratione hęc dicit in magistros qui multis laboribus ⁊ incommodis onerantur, ex quo inquit ipsi non possunt his tot incommodis deterreri quo minus vestros filios doceant, vos eis asperas leges imponite. Regula verborū, vt intelligat regulam omnium verborum, quem casum vnumquodque verbum regat, quod inter rudimenta grammatices haud minimum est. Thermę Dum petit Thermas, loca calida ad hoc parata vt sudor e toto corpore eliceretur, θερμὸν enim significat calidum. Nutricem anchisę, sępe enim eiusmodi quęstiones obscurę exigebantur a grammaticis, vnde ⁊ Tiberius (auctore Tranquillo) solitus est fatigare grammaticos quęrendo, quę fuerit mater Hecubę, quod Achilli nomen quum inter filias lycomedis latuit habitu muliebri. Nec antē oīa commemorat quasi quę modicę sint vtilitatis, parumq; necessaria, vnde est illud Senecę in epistola de studiis liberalibus. Hoc quidem me quęrere, ętate fuerit maior Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire an minor Hecuba fuerit, quam Helena. Quid inquā annos patrocli ⁊ Achillis inquirere ad rem existimas ptinere? Nouercę Anchemoli, De nouerca anchemoli Virg. hęc cecinit Hinc Stelenū petit ⁊ rheti de gēte vetusta Anchemolum thalamos ausum incestare nouercę, scribit Seruius Rhetū marubioꝝ regē fuisse in Italia, q Anchemolo filio casperiā supduxit nouercam, q̄ puignus stuprauit, quo cognito quū pater eū psequeret ⁊ ad poenā vocaret, fugiēs ille ad Turnū se cōtulit. Anchemoli siue Anchemori cuiusdā ab hipsiphyle educati mox serpētis morsu necati meminit Statius ī thebaide. Acestes, Crinisii Siculi fluuii filius fuit ex Segesta Troiana, Virg. Troia Crimnisio conceptū flumine mr̄ quē genuit, hic in sicilia ipsum tenēs ęneę multos cados vini dono dedit Virg. Vina bonus, q̄ deiñ cadis onerarat acestes. Ducat, singat, formet, Pollice, tā q̄ digito, sumptū est aūt de Persio. Et pmit rōne aius, viciniq; laborat, Artificēq; tuo ducit sub pollice vultum. Ne faciāt vicibus, repudendā verbis hōestis expssit .i. ne inter se vicibus coeant. In fine, perpetratę veneris in qua oculi ad angulos retorqueri solent Virg. Nouimus ⁊ qui te transuersa tuentibus hisquis. Hęc inqt

Hęc inquit curas, hęc sunt inquit pater, quę tibi curanda sunt o magister. Et quum se verterit annus. ego hunc locum simpliciter accipiēdum arbitror, idest quum annus cursum suum perfecerit, nam propriū anni est in seipsum reuerti. Papinius in syluis. Versumq; domus sibi temperat annum. Tranquillus in Caligula vicies ac septies milies sestertium non toto vertēte anno absumpsit. Vergi. Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. Columella. Tacito nā tempora gressu diffugiunt, nulloq; sono cōuertitur annus. vñ ⁊ Oui. in meta. appellat annū voluentem. Iuppiter ex ęquo voluentē diuidit annū. Horatius. Inuersum annum appellauit perpetuo, vt est auctor Porphyrio, epitheto, qa in se semper vertitur vt sit sensus. Difficilia quidem sunt, quę tibi o magister imponuntur a parentibus discentiū, sed finito anno premium tuum promeritum non accipies nisi p litē ⁊ quod populus .i. ipse tribunus magistratus populi iusserit, tibi victori dari, vt sic referas ad illud. Rara tamē merces quę cognitione tribuni non egeat. Legēdū hoc est risu satyrico in contemptum auaritię sui temporis, verba enim sunt Iuuenalis dicentis post labores tuos finito anno accipe mercedem quam tibi daturus nō est nisi per litem. Non tñ ignoro tradi a Macrobio li. secundo in somnium Scipionis. Vertentem annum appellari posse. quum astra cuncta ad eandem metā redierint, vnde semel profecta sunt, ⁊ paulopost inqt. Annus vero qui mundanus vocatur, qui vere vertens est, qa cōuersione plenę vniuersitatis efficitur. largissimis seculis explicatur. Et in primo saturnaliium annum solis vertētem nominat. Sed vt diximus simplici sensu hic locus est accipiendus.

Hęc inquit curas, & cum se verteres annus
Accipe victori populus quod postulat aurum.

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra octaua.

Stemmata quid faciunt? quid prodest pontice longo
Sanguine censeri? pictosq; ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus ęmilianos
Et curios iam dimidios, nasumq; minorem

Stemmata quid. Hac satyra eos insectat qui aut maiorum gloria, aut falsis fortunę bonis efferuntur existimātes verā in de hominis nobilitatē pendere, docēs eā hereditariam non esse, nec a parentibus testamento relinqui, sed vnumquemq; virtutum meritis fieri nobilem, vnde illud est Senecę ad Lucilium. Platonem non accepit nobilem philosophia sed fecit. Hincq; nactus occasionem monet ponticum ad quem scribit satyram multos extitisse, q humili loco nati ad summam dignitatem consurrexerūt, seq; virtutis splendore claros nobilesq; fecerunt, contra non nullos qui ex claris parentibus orti in aliquod dedecus reuoluti sunt lucem, quam a maioribus suis acceperāt in tenebras conuertisse, vt sic demum ostendat verā nobilitatem ex virtute pendere. Stēma Stemmata, in atriis romani imagines maiorum cęreas habebant singulis armariis dispositas, vt essent imagines quę comitarentur gētilicia funera, semperq; defuncto aliquo totus aderat familię eius, qui vnquam fuerat populus. Stēmata igit vt scribit Plinius, lineis discurrebant ad imagines pictas. Talem igitur imaginum ordinem antiqui stēma nominauerunt. Tranquillus in Nerone. Obiectum est Cassio longino, ꝙ in vetere gentili stemmate. C. Cassii percussoris Cęsaris imagines retinuisset. Idem ī Galba Imperator vero etiam stemma ī atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad pasiphaē Minois vxorem referret, Martialis. Atria pisonum stabant cū stemmate toto, Et docti Senecę ter veneranda domus. Diuus Hieronymus ad prinapiā virginem vt exponam stemmata p consules ⁊ prefectos ptorio decurrentia. Spartianus in vita cōmodi. Is, n. liber debet omnia quę ad stēmata generis cōtinere. Lampridius in Alexandro Seuero. Et stemma generis depinxerat, quo ostendebat genus eius a Metellis descendere. Seneca in. iii. de beneficiis Qui imagines in atrio exponūt, ⁊ noīa familię suę lōgo ordine ac multis illigata flexuris in pte prima ędiū collocant nō noti magis q̄ nobiles sunt, ꝙ stēmata pro statuis acciperētur, nō probo. Nā quū Trāqllus scribat in veteri stēmate imagines retinuisse. Idē esset ac si diceret statuam in statua retinuisse. Sed vt dixi pro ordine illo nobilitatis, qui designabat per eas statuas ī atriis dispositas in armariis ⁊ illigatas multis lineis, de qbus ⁊ Paulus iurisconsultus de gradibus sic scribit stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior. Ex superiore aūt vero ⁊ secundo gradu transuersę lineę pendent. Stēmata item a scriptoribus frequentissime pro generositate vsurpantur. Martia. Argenti furiosa sui, quum stemmata narrat. Papinius ī syluis. Expectatur equus, cuius de stemmate longo Foelix demeritos habet admissura parentes. Persius. Stēmate ꝙ tusco ramū millesime ducis. Ait ergo poeta stēmata non esse ea, quę nobilitatem homini parent, Longo sanguine, longo maiorum genere, vt ostendat ex genere maioꝝ veram nobilitatē nō pendere. Ouidius. Nam genus ⁊ proauos, ⁊ quę non fecimus ipsi, Vix ea nostra puto. Pictos vultus. nam imagines pictę erant vt dictum est, Stemmata discurrebant lineis ad imagines pictas. Aemilianos stantes in curribus. i. statuas triumphales Aemilianorum. Nā Paulus Aemilius filius eius, qui apud cannas trucidatus est de Liguribus ⁊ Persa rege Macedonum triumphauit, ex quo natus est filius, quem Scipioni filio Aphricani superioris tradidit in adoptionem, qui Aemilianus est cognominatus, is fuit, qui Carthaginem deleuit. Numantiam in Hispania vicit, vnde Aphricani inferioris, ⁊ Numantini cognomen reportauit. Et Curios. M. Curium abstinentissimum fuisse illud declarat, quod quum Samnitum legati (vt scribunt Valerius, plinius, plutarchus, ⁊ Liuius) ad eum in scamno sedentem magnum auri pōdus attulissent publice missum, inuitarentq; vt id acciperet, respondit se malle locupletibus imperare q̄ locupletem fieri, ⁊ qui acie vinci non potuit eum pecunia corrumpi non posse. Dimidios vetustate exesos ⁊ mutilatos.

Corunini,coruinorum familia fuit antiquissima,q̃ a corno propugnatore Valerii aduersus ferocem gallũ accepit cognomen,ex ea familia fuit Messala coruinus orator,qui primus prefectus vrbis sexto die magistratu se abdicauit non ciuilem potestatem esse contestans.Eũ inter oratores laudat sic Quintilianus in.x. At Messala nitidus ꝛ cãdidus,ꝛ quodam modo pre se ferens in dicendo nobilitatem suam viribus mingr.

Galbam, sulpitiorũ familiam antiquissimam docet Tranquil.in Galba. Qui autem primus cognomẽ Galbę tulerit, cur,aut vñ traxerit, ambigitur, Familiam illustrauit Sergius galba cõsularis ꝛ eloquẽtissimus quem tradunt Hispani am ex pretura obtinentem.xxx.lusitanoꝝ milibus perfidia trucidatis Variatini belli causam extitisse. Quis fructus generis,si bauidi est.i.quid prodest ad nobilitatẽ,quę hoc modo non paratur? Iactare,ostentare. Tabula capaci.amplo armario,erant enim vt diximus, imagines cereę in armariis. Magistros fumosos,id est imagines fumosas ꝛ veteres suorum maiorum,q fuerint magistri,equitum,quę dignitas in populo Romano fuit amplissima.Nam dictatoribus semper iungebãtur eo modo quo regibus tribuni celerum.i.equitũ,nec vnquam dictatores creabantur, nisi ingruẽte maxima necessitate,tunc ceteri magistratus in vrbe cessabant ab iis ius pronocãdi non erat,quibus ꝛ capitis animaduersio data est. Et quia hic magistratus maximę esset potestatis,nõ erat fas vltra sex menses retineri,quũ ergo dictator sine magistro equitum nõ creatur, bene dixit cũ dictatore magistros,dictus est a dicendo dictator, quod a consule diceret.Tranquillus in Tyberio. Quũ dictatorem dicere a senatu inberet.Fumosos autem legendũ esse non famosos,illud me monet Ciceronis in pisonẽ. Obrepsisti ad honores errore hominum commendatione fumosarum imaginum,quarum simile habes nihil prẽter colorem.Seneca ad Lucilium non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Boetius in principio operis loquens de ꝯbusdam vestibus ait.quarũ specie sicut fumosas solet imagines caligo quędam obduxerat.Nam in atriis ignis fiebat,vnde ꝛ Dinus Lucas i diuinis scripturis ait.Petrus vero sequebat eum a lõge. Accenso aũt igne in medio atrii ꝛ circunsedẽtibus illis erat Petrus in medio illorum.Nõ ignoro famosum capi etiam in laudem.de quo illic famosaq; moenia lagi.

Coram lepidis.i.clarissimis imaginibus maiorum tuoꝝ,qualis fuit Aemilius lepidus,qui bis consul fuit, pontifex maximus ꝛ censor,de quo plura in sexta satyra. Effigies quo tot bellatoꝝ,quid necesse est inquit iactare ꝛ ostentare effigies tot bellatoꝝ,si tota nocte in alea versaris ante numantinos.i.ante imagines tuorum maioꝝ,qualis fuit Scipio Numãtinus.Nã Scipio emilianus Macedonici filius,vt a deleta carthagine cognominatus est Aphricanus.Sic ꝛ a Numãtia deuicta numantinus,quę ciuitas in Hispania olim memoratissima quis sine muris ꝛ turribus populi ro.per multos annos bella sustinuit,demũq; longa obsidione ꝛ famę victa seipsam ferro veneno ꝛ igne subiecto absumpsit.De lete Numantię solum titulum in triumphum tulit Scipio,nullo numantino inuento,qui cathenatus in triũphũ ducerẽ,cuius cognominis meminit,ꝛ Propertius. Vera numantinos regna loquuntur auos.Et Apuleius in primo limine secundę Apologię. At hoc ego Aemiliano,nõ huic Aphro,sed illi Aphricano ꝛ Numãtino ꝛ preterea censorio vix crediderim.Et ita dictũ ante numantinos.i.ante statuas numantinoꝝ sicut ꝛ infra. Statuamq; parentis ante triũphalẽ.

Corunii,ẽ galbam auriculis nasoq; carentem?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram lepidis male viuitur? effigies quo
Tot bellatorum,si luditur alea pernox
Ante numantinos,si dormire incipis ortu
Luciferi,quo signa duces,ẽ castra monebant?
Cur allobrogicis,ẽ magna gaudeat ara

Effigies quo.i. cur, ad quid.Virg. Quo modo lem hãc immanis equi, statuere? Ludit alea pnox. Passiue dixit ludit alea, cũ voce actiua dicat ludit aleã.Sueto.i Nerone. quadrigenis i punctũ sestertiis lusit aleã,ita dictũ sicut curro cursum, vino vitã. Pernox alea,ita dictũ,vt illud vigiles fenestre,nã qđ hoꝭ est.rei applicuit.Pernox. n. appellat, qđ p nocte vigilat.Gelius.Stare solitus Socrates dicit p tinaci statu perdius atq; pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconueniens. Luciferi ortu,ideſt ipso aurore ortu.i.si tota nocte in alea versatus quieti tãdẽ te ad auroꝝ tradis,quo tpe maiores illi tui clarissimi imperatores in expeditionẽ exercitũ ducebãt. Nam ꝛ.C.Sulpitius dictator,vt docet Liuius li.vii.prime decadis,vbi illuxit in radicibus montium extendere aciem coepit aduersus gallos. Ortu luciferi, Lucifer stella est veneris,quę quum ante solem currit.ꝛ orit ante lucem.lucifer appellatur,grece aũt phosphoros,eadẽ quum solẽ sequatur post occasum eius apparẽs in cœlo,clarissimeq; lucẽs Vesperugo siue vesper vocitat,grece aũt besperos.lege Victruuiũ lib.ix.ꝛ Plinii lib.ii.capite.viii.ꝛ Cice.in.ii.ne natura deoꝝ. Cur allobrogicis.Sensus est,cur inqt Fabius maioꝝ gloria efferat,eorumq; titulos sibi asciscat,si auaritia ꝛ libidine flagrat? vt ostendat nobilitatem non pendere ex genere, neq; ex gloria maiorũ,hoc dicit propter.Qu. Fabiũ maximum filiũ Qu. Fabii maximi Allobrogis ciuis ꝛ imperatoris clarissimi,q vitam luxu perditã egit,ꝛ maioribus indignam,adeo vt Pompeius ꝓtor vrbanus paternis bonis ei interdixerit,lege Valeriũ lib.iii.cap.v. Per hunc autẽ intelligit oẽs.qui moribus nequaq; maioribus suis similes,eoꝝ tiũ gloria efferuntur. Allobrogicis, cognomine maioꝝ,quod familię peperit,Is Fabius qui apud flumẽ Isaram aduersus Allobroges ꝛ Bituitum Arnẽ norum regem feliciter pugnauit.Ex Bituiti exercitu ęsa milia hominum centum viginti.Bituitus Albę custodiendus datus est,quum ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset Allobroges in deditionem accepti.Lege Liuium.Allobroges autem populi sunt gallię Narbonensis,quorum metropolis est Vienna.Strab. lib.iiii. Fabius natus in lare herculeo,hoc dicit,quia gens fabia originem duxit ab Hercule.Ouidius i fastis libro secũdo.Vt tamen herculeę supereſſent nomina gẽtis Credibile est ipsos consuluisse deos.Idem in libro de ponto scribens ad Fabium maximum sic ait. Conueniens animo genus est tibi,nobile namq, pectus,ꝛ herculeę simplicitatis habes.Syllius in secundo. Fabius tyrinthia proles Ter centum memorabat auos. Ferunt enim auctore

Dictator magister equitum

Scipio numãtinus

allobroges

auctore Plutarcho ex vna nympharum Fabium maximum genitum esse.quidã vero Herculem apud fluuiũ tiberim cum muliere indigena cõgressum habuisse asserunt,ꝛ Fabium virũ optimũ,a quo fabiorũ familia rome initium habuit genuisse,vñ etiam tanq deũ sibi propinquum ꝛ familiarẽ inuocabant fabii.Plutar.ẽ eadem vita fabii sic scribit.Vt animaduertit dissipatas romanorum copias,ꝛ vndiq; ab hoste circunuentas,clamorq; fugientiũ ad aures eius pernasit,percusso foemore suspiriisq; ac gemitu omnibus prẽsentibus prob Hercules inqt Citius quidem q̃ sperabam,tardius vero q̃ ipse maturabat Minutius seipsum perdidit. Fabius item, vt scribit Plinius.Recepto Tarento ab hostibus signũ Herculis inde translatum in capitolio dedicauit. Et magna gaudeat ara.Cur inqt sibi placeat Fabius q̃ sacra Herculis ministret.Nam familia fabiorũ sacra Herculis hereditaria habebat,quę peculiari colebat veneratione,originem.n.vt diximus ducebat ab Hercule. Eã aram magnam dixit pro maxima, idq; ratione carminis,neq; enim maxima in sexto casu potest stare in versu.Eam aram Euander Herculi dedicauit in foro boario.vnde Ouidius in fastis.Instituitq; tibi, quę maxima dicitur aram.De hac lege Liuium in primo limine primi libri ab vrbe condita.Et Ouidium in primo fastorum.Dionysius de ea ita scribit.Est.n. foro boario proxima veneratõeq; apud incolas inter ceteras ꝯpicua. Solinus.Hercules instituit aram,quę maxima apud põtifices habeẽ,quum se ex Nicostrata Euandri matre,q̃ a Vaticinio Carmentis dicta est imortalem comperisset.

Si cupidus,si auarus sit, quod turpissimũ homini est.Tale est illud Persii.Egregiũ quũ me vicinia dicat. Non credam? viso si palles improbe nummo, Si facis in penem quicquid tibi venit amarum, Si puteal multa cantus vibice flagellas Nequicq̃ populo bibulas donaueris aures.

Natus in herculeo fabius lare,si cupidus,si
Vanus ẽ enganea quantumuis mollior agna,
Si tenerum attritus catanensi pumice lumbũ
Squallentes traducit auos,emptorq; veneni
Frangenda miseram funestat imagine gẽtem?
Tota licet veteres exorent vndiq; ceras

Vanus, stultus,ac si dicat modicę prudentię, vt illud. Sic libitum vano,q nos dissinxit Otboni,aut vanũ mendacẽ inielligit ꝛ nequam.Teren. non ne pudet vanitatis? hoc est mendacii.Verg.Nec si miserũ fortuna Sinonẽ finxit,vanũ etiam mendacẽq; improba finget. Enganea,patauina,ad oues aũt altinates respexit,quę lanaꝝ mollitię auctore Columella commẽdabantur Martia.Velleribus primis apulia, parma secundis,Nobilis Altinũ tertia laudat ouis, sunt aũt Enganei Venetię populi.Sydonius Apollinaris mentionem faciens de Tito Liuio sic,vel quicquid in eum mittunt enganeis patauina volumina chartis.Martia.laudãs altini littora lib.quarto epigrãmatum sic inquit.

Quęq; antenoreo dryadum pulcherrima fauno
Nupsit ad enganeos sola puella lacus.

Cęterum de Enganeis leges Plinium libro tertio, capite vigesimo ꝛ vigesimoprimo. Mollior, delicatior ꝛ minime aptus laboribus bellicis,vt offendat corporis molliciem haud quaq; viris cõuenire. Attritus lũbũ,sinecdoche.i.habens lũbum attritũ,molliciẽ sui tẽporis notat,quo multi sibi draucos appetebant cutẽ sibi polientes.Lumbum autem posuit pro podice,quem vt teneri ꝛ veluti mulieres viderentur depilem,glabrumq; sibi reddebant. Pumice catanensi.i.siculo. Nam ci tana ciuitas est Sicilię non longe a monte Aetna, qui catana perpetuo flagrans incendio lapides pumices eructat in pumex littus catanense.Est autem pumex lapis leuis,ꝛ spongius atque aridus incendio excoctus.De quo sic Virgil. in Aetna. Congeries saxi Augusto e vertice surgunt. Sic veluti in fornace lapis torretur,ꝛ omnis exuitur penitus venit subit altius humor,amissis opibus leuis sine pondere pumex excoquitur.de pumice sic Plinius lib.trigesimosexto. Sed et his pumices qui sunt i vsu corporum lenigandorũ foeminis iam quidem ꝛ viris.

Traducit auos squallentes.i.dedecorat ꝛ ridendos p Tradubet, quum eis similis non sit,Traducere enim est dedecorare,ꝛ veluti infamia afficere, vt est illud Martialis. Rideris multoq; magis traduceris,affer, ideſt infamia afficeris,ꝛ dedecore aspergeris, ꝛ rideris,ꝛ in sequentibus,in qua se traducebat Vlysses,ideſt dedecorabat seq; ridendum prębebat.Sic ẽ illud in sacra scriptura, Ioseph autem quum esset vir bonus ꝛ nollet eam traducere,hoc est nota ꝛ infamia afficere ꝛ ridendam prębere.De hoc etiam priore satyra diximus. Squallentes,vetustate,aut ita effugatos ab assiduos labores quos pro patria tulerunt. Emptorq; veneni,ꝛ si venefi cus est. Imagine frangenda,si in Stemmate suorum maiorum habet statuam, quę ceteris est dedecori, et ideo frangenda. Funestat,commaculat. Miseram,dictum per commiserationem.quę talem produxerit. Veteres ceras,licet inquit Atria plena sint statuis maiorum tuorum,non tamen inde pendet nobilitas,sed ex sola vnicaque virtute,ea enim est,quę(vt diximus) hominem reddit clarum ꝛ nobilem,per veteres igitur ceras intelligo imagines cereas,quę collocabantur in armariis in atriis,vt dictum est.Seneca de beneficiis.Nemo altero nobilior,nisi cui rectius ingenium, et artibus bonis aptius. Qui imagines in atriis exponunt, ꝛ noia familię suę longo ordine,ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ędium collocant,non noti magis quam nobiles sunt. Atria, Atrium prima erat pars ędium, vbi imagines Cereę maiorum in armariis collocabantur,ꝛ vbi Clientes dominum expectantes considebant. Horatius. Et rebus omissis Atria seruantem postico falle clientem. Seneca de breuitate vitę. Quam multi per refertum Clientibus Atrium prodire vitabant. Illic ignis (vt paulo ante diximus) fiebat. Ideo Iuuenalis superius Imagines fumosas appellat. Dictaque sunt Atria vel ab Atriatibus Tuscis, quod illinc exemplum sumptum sit. Auctor Varro. Vel quod a terra oriantur quasi a terraria, vel quod atra esent ex fumo. De iis sic meminit Victruuius in sexto. Earum autem rerum non solum erunt in vrbe ędificiorum rationes, sed etiam rari, prętquam quod in vrbe atria proxima Ianuis solent esse. Poni autem solebant imagines maiorum cum titulis suis in prima parte ędium vt eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur.

Nobilitas sola virtus. Cōcludit nobilitatē nō in gloria maiorū, neq; in falsis fortunę bonis, sed in propria vera q; animi virtute consistere. vñ Marius apud Salustiū ait fortissimū quēq; generosum eē. Oñdit aūt poeta nobilitatē hereditariam nō esse, qñ qdem virtus in qua ipsa consistit nobilitas, neq; dono det, neq; accipiat, quum diuitię ꝛ imagines ꝛ alia fortunę bona a maioribus relinqui possint.

Virtus Habitus

Virtus, auctore Cicerone in rhetoricis, ai habitus est naturę mō atq; rationi cōsentaneus, habitus vero est animi corporisq; cōstans ꝛ absoluta aliqua in re pfectio.

Paulus moribus esto, facito sis similis moribus pauli ꝛ Corso ꝛ Druso, qui multis officiis de re pu. bñmeriti sunt. p pauli intelligere possumus Paulum Aemiliū, qui persen Macedonię regē cū liberis eius in triumphū duxit, quiq; frugalitatis ꝛ modestię amator filiarū maiorē. M. Catonis filio vxorē dedit, minorē Helio Tuberoni pauperi, sed optimo, virtutem. n. est admiratus p quam erat pauper. Vel cossus. de coso intelligēdum est, qui vt scribit Florus Musulanos ꝛ Getulos accolas syrtium inbēte Augusto Cęsare domuit, vnde cognomētum getulici asecutus est, vñ sequitur. Salue Getulice, meminit ꝛ Tranquillus in Augusto, fuit ꝛ ante, vt scribit Liuius lib. iiii. Cornelius Cossus tribunus militū, qui occiso Volumnio rege Veientium opima spolia secūda retulit. Drusus, de Claudio druso pōt intelligi, qui auctore Trāquillo bellū duce Drauso cominus trucidato sibi posterisq; suis cognomē inuenit. Tradit ēt ꝓpretor ex prouincia gallia retulisse aurū, Senonibus olim in obsidiōe capitolii datū, nec (vt fama est) extortū a Camillo, possēs ēt intelligere de Druso Neroē, q Hasdrubalē iuxta metaū cecidit, aut Druso fratre Tyberii Neronis, qui ab Augusto in Germaniam missus parta illa victoria Germanici cognomē est assequutus. Hos ergo tres cōmemorat, vt de repub. optime meritos,

Hos s. mores, vt sit sensus. Fac vt imagines tuoꝝ maiorū videāt vitam bene cōpositam in te esse. Illi s. mores. Prędicāt, si vis inquit vera nobilitate censeri fac dignitates ꝛ honores, quos in rep. adeptus es virtutibus ꝛ moribus omes, ꝛ eos semp tecū prefras. Ipsas virgas, ipsas dignitates, nā cōsulibus duodecim lictores dabant cū duodecim fascibus virgaꝝ, totidemq; securibus colligatis, qui cōsules ꝓcedebant, ꝓtoribus vero sex tm fasces cū reliquis insignibus. Animi bona, bonorū tria sunt genera, alia sunt corporis, vt valitudo, velocitas, vires, dignitas. Alia fortunę q̄ externa dicuntur q̄ penitus extra sunt oēm hois potestatē ꝛ fortunę impio subiecta, vt genus, eductio, opes, cliētelę, amicitię, affinitates, gloria maiorū, quę incerta infirmaq; sunt, quęq; homines ignauos plerūq; reddūt, ꝛ ab omni virtute alienos, hinc ergo vera nobilitas nō pēdet. Alia sunt ai bona, quę cōsilio ꝛ cogitatiōe nostra cōstāt, videlicet, iustitia, fortitudo, prudēcia, ꝛ modestia, q̄ virtutes sunt morales, ꝛ qbus veluti diis similes efficimur, hinc ergo vera

Bonorū tria genera

Atria, nobilitas sola est atq; vnica virtus.
Paulus, vel cossus, vel drusus moribus esto,
Hos ante effigies maiorum pone tuorum,
Precedant ipsas illi te consule virgas.
Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi
Iustitięq; tenax factis dictisq; mereris,
Agnosco procerum, salue getulice, seu tu
Syllanus quocunq; alio de sanguine rarus
Ciuis ē egregius patrię contingit ouanti
Exclamare libet populus quod clamat osyri
Inuento, quis enim generosum dixerit hūc, qui
Indignus genere, ē preclaro nomine tantum

habetur nobilitas. inq̄t igitur poeta, prima mihi debes animi bona, vt sit prima pro primū, nomē ꝓ aduerbio, vt sit sensus. Si vis nobilis haberi ex bonis externis ꝛ corporis, fac primū bona animi. i. virtutē amplexus sis, q̄ maxime ęternitati hois memoriā cōsecrat, ꝛ sine ea vera nobilitas nō habeť, vt oñdat ꝛ illis bonis hoīem etiā posse clarescere, sed bona animi ea ēē q̄ veram hois nobilitatē tribuāt.

Sanctus haberi. Ordo hic est ꝛ sensus. Ego te inq̄t agnosco ꝓcerē i. nobilem si mereris haberi ꝛ dictis ꝛ factis sanctus, ꝛ iustitię tenax. Bene aūt Iuuenalis virtū bonū definiuit, q̄ opere ꝛ verbo vnicuique si possit ꝓdesse, ꝛ nemini iniuriā facit. Sanctū auctore Macro. dicimus sacrum ꝛ religiosum ꝛ oī obseruatiōe inuiolatū, vez etiā apud auctores vt hoc loco accipiť Sanctus pro eo, qui se ab oī labe purum custodit. Agnosco ꝓcerem, te habeo ꝛ admitto nobilem ꝛ generosum.

Mereris, subaudi extrinsecus s. i. si tu mereris haberi sanctus. i. bonus factis ꝛ dictis salue. Getulice, te. n. salutabo quocūq; vis cognomine, vt nobilissimum qualis fuit Cossus Getulicus tanq̄ ꝛ tu getulos deuiceris, nā a victoriis cognomēta duces reportabāt, vt Numidicus, Macedonicus, Creticus, Isauricus, Dacicus, Britānicus, Martia. Creta dedit magnum. Maius dedit aphrica nomen Scipio, q̄ victor, quodq; Metellus habet. Nobilius domito tribuit Germania rheno Et puer hoc dignus nomine Cęsar eras ꝛc. Seu tu syllanus. Ordo est ꝛ sensus. Et libet mihi exclamare prę lętitia, quod populus Aegyptius clamat inuento Osyri. Si tu contingis patrię ouanti Syllanus rarus ꝛ egregius ciuis de quocūq; alio sanguine. i. prę lętitia clamabo, si tu de quocūq; sanguine, ac si dicat etiam vilissimo natus, similis fueris Syllano raro ꝛ egregio ciui vt ꝑclara ꝓ rep. facias sicut Syllanus. Is. n. auctore Liuio lib. viii. secundi belli punici Scipionis legatus Magonem ducē Carthaginēsiū in hispania superauit. Hannonē alterū imperatorem vinum cœpit. Sicq. poeta semper docet illos nobiles eē vndecūq; nati fuerint, qui preclaris facinoribus vitā suā illustrauerint. Patrię ouanti. Nam patria lęta ē, quū de rep. bñmerētes habet cives. Osyri inuēto. i. inuēto Api bone quē egyptii colūt veluti osyridem. Nā tradiderūt aīam Osyridis in bonē transmigrasse. Nō est fas eū certos, vt scribit Pli. Vitę annos excedere. Mersam igit in sacerdotum fonte enecant quęsturi luctu alium quē substituant, donec inueniāt moerent. Derasis ēt capitibus, nec tñ vsq̄ diu queritur vitulus priori persimilis, quo inuēto populus luctum finit. De api bone ita scribit Strabo lib. xvii. Memphis egyptiorum est regia, ea Apidis templum habet, qui idem est, q̄ osyris. Hic aūt est ille Osyris, quem alii Saturni ex Rhea filium fuisse tradūt. Alii Ionis ex Niobe. Vir magni ingenii glorię cupidum, q̄ relictis agris patria sua ad egyptios transfretauit, quos ditioni suę subegit. Isidē Inachi filiam, quę Io ante vocabatur duxit vxorē,

quorum

Isis Thesmophora

quorum vterq; ob varias virtutes diuinos honores meruit. Isis. n. leges statuisse fertur, vnde Thesmophoros a grecis hoc est legifera dicta est. Eā ēt frugū inuētricem dicunt. Osyrim vero varias artes ęgyptios docuisse, de quibus sic cecinit Tibullus. Primus aratra manu sollerti fecit osyris, Et teneram ferro sollicitauit humum. Primus inexperte cōmisit semina terrę. Pomaq; nōtis legit ab arboribus.

Hic docuit teneram palis adiūgere vitē. Hic viridem dura cedere falce comā. Verū Osyrim fuerunt a Typhone fratre ꝓ fraudem occisum suis se ac dilaniatū, eiusque mēbra ab vxore diuīsta, quę quū non inueniret in maximos fletus prūpere solitā. Quare cōmotos egyptios tamdiu ea quęsiuisse quoad iuxta Syenē inuenerunt, q̄ illic Isis sepulturę mandauit. Insignis, subaudi est. Quis enim, rōnem affert illū nobilē nequaquā censendū, in quo solū prędarū genus ꝛ nō virtus spectat vt ostēdat solā virtutem dare homini nobilitatē Seneca. Quis est generosus ad virtutē bene a natura cōpositus. Quintilianus. Qui generosissimas nō ne q optimus: non qui celebritate nascendi, sed q virtute maxime excellit. Nanū cuiusdam, ostendit illum sepe derisui haberi, q nobilis ꝛ generosus appellatur. Nā quēadmodū per risum ꝛ iocū appellamus nanum alicuius Athlanta, ꝛ Aethiopē albū, ꝛ Cygnum, ita etiā ironicos appellamus aliquos creticos ꝛ Camerinos, quum tñ nō sint veri cretici nec camerini, hoc est quum in iis nulla maiorū virtutis ornamenta spectentur, vt sit sensus. Non si te Creticū aut Camerinū aliquis appellat, ꝓpterea es creticus aut Camerinus, nā id cognomen posset tibi esse impositū in derisum, sicuti ēt ꝓ iocū Athlanta nanū appellamus. Europen, quā ob pulchritudinē Iuppiter in taurū conuersus ex phoenicia in cretam aduexit, fuit aūt filia Agenoris Phœnicię regis. Leuibus, sine pilis, q̄ pp ętatē longam, ꝛ scabiem, decidūt.

Violētius, q̄ pardus, tygris, ꝛ leo. Ergo canebis. Et metues, ne te ita per derisum vocent creticū ꝛ camerinū, quēadmodū Nanū appellant athlāta, ꝛ ethyopē cygnum. Ab eo Metello qui deuicta creta creticus ē cognominatus, ꝛ ab eo. P. Sulpitio Camerino vetustissimi generis, qui vna cum Sp. posthumio Albo. Aulo Manlio missi fuerunt athenas, inde inclitas leges Solonis describere, ꝛ alia quoꝝ ciuitatū institutа iura, mores que noscere. Tecū est mihi sermo Rubelli pláce, a ponticō ad quē scribit satyrā discedit, ꝛ Rubellium plancū alloquit, mox ad pōticū redibit, quū dicet paulopost, hęc satis ad inuenem. De Rubellio planco ita scribit Tacitus in Nerone. I gitur quasi iam depulso Nerone quisnam deligeretur, perquirebant, ꝛ omnium ore Rubellius plancus celebrabatur, cui nobilitas per matrē ex Iulia familia, ipse placita maiorū colebat habitu seuero casta ꝛ secreta domo, quanto q; metu occultior tāto plus famę adeptus. Tumes alto sanguine Drusoꝝ. q̄ genus trahis a familia Claudia, in qua fuit Claudius drusus ille, qui auctore Trangllo in augusto hostiū duce Drusō cominus trucidato sibi posterisq; suis cognomen inuenit. Hinc fuit Claudius ille Drusus, qui statua sibi cū diademate ad Appii forū posita Italiā per clientelas occupare tentauit, hinc Claudius ille pulcher q̄ apud Siciliā nō pascentibus in auspicando pullis, ac per contēptum religionis mari demersis quasi biberēt quādo eē nollent prelium nauale iniit, ꝛ superatus ē, hinc deniq; Tyberius Nero tertius imperator, ꝛ Drusus frater eius. Tumes in superbiā euehens tanq̄ aliquid egregium feceris, vnde nobilis sis censendus, sicq; oñdit ad verā nobilitatem non sufficere genus maiorum. Vt te cōcipere t, subaudi extrinsecus ꝛ, vt sit. Et vt te concipere t mater ex familia Iulia, nō aūt ignobilis mulier, quę vrgente paupertate texit telā cōducta mercede. Sub aere, sub dio, sicq; paupeꝝ mansiones designauit. Horatius. Dines ne prisco natus ab Inacho, nil interest an pauper, aninfima De gente sub dio moreris. Vos hu miles inquis, subaudi estis, cum contemptu proferēdū, hoc est. Patriā parētis. vnde descēderit parēs vestr.

Insignis: nanū cuiusdam athlanta vocamus.
Aethiopem cygnū, puam extortamq; puellam
Europen, canibus pigris, scabięq; vetustа
Leuibus, ē ficcę lambentibus ora lucernę,
Nomen erit pardus, tigris, leo, siquid adhuc est
Quod fremit in terris violētius, ergo canebis,
Et metues ne tu sis creticus, aut camerinus.
His ego quē monui tecū ē mihi sermo rubelli
Plance, tumes alto drusorū sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses.
Vt te conciperet, quę sanguine fulget iuli,
Non quę ventoso conducta sub aere texit.
Vos humiles inquis vulgi pars vltima nostri,
Quorū nemo queat patriam mōstrare parētis.
Asť ego cecropides, vinas, ē originis huius
Gaudia longa feras, tñ ima plebe quiritem
Facundum inuenies, solet hic defendere causas
Nobilis indocti, veniet de plebe togata
Qui iuris nodos, ē legum ęnygmata soluat.

Asť ego cecropides, subaudi sum. i. nobilis, non aūt hoc dicit, qa sit athenienſis Rubellius, sed qa cū Athenis de nobilitate esset certatio, aliq; se dicerēt oriūdos a Cecrope, seq; cecropidas dicerent, alii ab Alcmęone, vñ Alcmęonii, alii ab Erechtheo vñ Erechthide, Cecropide genere ꝓfabāt. Vinas, nō sine indignatione dictū a poeta ꝛ irrisiōe vanę nobilitatis. Imitatio ē Persii, Dinomaches ego sum fuffla, sum cādidus, esto. Tñ ima, vt oñdat nobilitatē pēdere ex virtute ꝛ bonis aī, nō aūt ex bonis externis, qbus īflati hoīes inflant. Nobilis, ironicos q; se nobilē putat. De plebe toga. i. vili. toga. n. vt diximus ex Asconii testimōio erat vilioꝝ. Nodos, difficultates. Soluat, explicet ꝛ enodet. Aenigmata, ęnigma sermo ē obscurus inter ꝓtamēto id; gēs ab αἰνίττω, q̄ ē innuo, inuit. n. qddā q̄ postea ē pluribus explicādū, vel ab αἰνίττομαι q̄ ē obscure loquor, vt illud. Vidi mare cōcretū i creta ligneo i campo. vbi caro būana ossibus ludebat, signat. n. salinū cū sale in mēsa, vbi manus būana talos iactabat, itē vt mē me genuit. eadē mox gigniť ex me, cū significat ex aq̄ glaciē cōcrescere, ꝛ rursus i aquā resolui. ergo ęnigmata dubios ꝛ obscuros legū sensus, quę greci dicūr ęnigmata, hoc genus quidam e nostris veteribus Scirpos appellant. Gelius.

Cecropidę Erichti de

alcmęonii

ęnigma

Hic petit euphraten iuuenis domitiq; batani
Custodes aquilas armts industrius, at tu
Nil nisi cecropides, truncoq; simillimus hermę,
Nullo quippe alio uincis discrimine, quā quod
Illi marmoreum caput est, tua uiuit imago.
Dic mihi teucrorum proles animalia muta
Quis generosa putet nisi fortia? nēpe uolucrē
Sic laudamus equū, facili cui plurima palma
Feruet, & exultat rauco uictoria circo.
Nobilis hic quocunq; venit de gramine, cuius
Clara fuga āte alios, & primus i ęquore puluis.
Sed venale pecus corithę, posteritas &
Hirpini, si rara iugo victoria sedit,
Nil ibi maiorum respectus, gratia nulla
Vmbrarum, dominos preciis mutare iubentur

Hic. alius, vt sit sensus. Alius inquit iuuenis, quem tu ignobilem appellas nulli prorsus ꝑ rep. parcens labori longinquas regiones petit mille pericula adit. At tu nihil hoꝝ facis, cecropiden te tm̃ vocas, hoc est nobilē, quūq; desidię cōsulas vna hac re tm̃ gloriaris ꝙ nobilis sis, eū aūt nō appellat Cecropidē, vt diximus, ꝙ sit atheniēsis, cū familię de nobilitate contēderēt, alię dicebāt se a cecrope oriundas, vnde Cecropide dicebantur, alię ab Alcmeone, vñ Alcmeonii, alię ab Ericthęo vnde Ericthidę, sed cecropidę nobiliores habebātur, a Cecrope, q ēt añ Deucalionis tpa regnauit athenis, quē omnis antiquitas fabulata est fuisse biformē, qa primus marē fœminę matrimōio iūxit. Euphratē. partes oriētales. nā Euphrates fluuius ē quem fundit maior Armenia Babylonē interluens auctores Strabo lib. ii. ꝛ lib. xi. Solinus ꝛ Mela hūc Assirii Regiū flumē appellant. Batani domiti, de batanis meminit Tacitus in
Batani eo opusculo, quē de Germanis cōposuit. Sunt. n. germanię populi rhenū incolētes, hos Domitianus adhuc puer domuit, vt scribit Tacitus ꝛ Sylius. At puer auricomo iam formidate batano. Custodes aqlas, vexilla, nā aquila romanoꝝ erat insigne Iuuena. in sequētibus Da nūc ꝛ volucrē sceptro, quę surgit eburno, eo loco de aqla pluscula dicemus, Vegetius primū signū totius legionis est aqla, quā aquilifer portat. Aqlas custodes domiti batani. i. pręsidia posita ad tenēdos Batanos nuꝑ domitos a Domitiano. Trūcoq; simillimus herme. i. statuę Mercurii. Hermes. n. appellatus est Mercurius, vt
hermes auctor est Fulgētius, ab eo qđ ἑρμηνεύω idē est quod interꝑtor ꝛ dissero, illa videlicet cā, vel quod negociatori linguaꝝ sit dissertio necessaria (vtraq;. n. regna ꝑmeare dicit̃ supna atq; inferna) qđ mō ventis in altū nauigans currat, mō demersus inferna tēpestatibus appetat, vel vt auctor est Diodorus libro primo. ꝙ sermonis inuentor fuerit. Horatius. Mercuri facunde nepos Athlantis Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus, vel quia verborum interpretationem inuenerit, vnde ꝛ ipsum Hermem hoc est interpretem appellarunt. Latini vero Mercurium dici voluere quasi mercium curam, negociis. n. vt scribit Fulgentius pręfuisse dicit̃, eūq; deū lucri putauerūt. Persius. Mercuriumq; accersis fibra da fortunare penates. Horat. Mercarier vnus Cū lucro norā nō frequentia mercuriale iposuere mihi cognomē compita. Herme lapidei athenis ex domestica consuetudine opus quadratū plurimi erāt, tā in priuatarū ędiū vestibulis q̃ in sacraꝝ, q vt scribit Thucydides lib. vi. historiaꝝ vna nocte, quū atheniēses expeditionē aduersus Syracusanos pararēt ex maxima ꝑte circa ora circūcisi fuerūt incerto auctore, quę res infelicitatē portendit Atheniensibus, nā a Syracusanis superati cęsiq; pene fuerunt omnes. De Mercurio etiam sic loquit̃ Macrobius primo Saturna. Pleraq; etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita. Hoc idem testatur Plutarchus ī Nicia ꝛ Alcibiade sic. Adiiciebant pręterea Mercurii statuas, quarum Athenis magna copia erat ex omnibus locis ciuitatis vna nocte fuisse deiectas, capitibusq; ꝑfractis ad terram prostratas iacere, meminit ꝛ Aemylius probus in Alcibiade, in. iiii. etiam lib. epigrammatum Xenocratis quidam epigramma edidit, vbi introducit Mercurium loquentem interrogantemque cur ipsum sine pedibus ꝛ manibus sculpsissent, quum ꝛ palęstrita sit et gesticulator. ἕρμης ὠκὺς ἐγὼ κικλήσκομαι ἀλλὰ παλαίστρη. μὴ κολοβὸν χειρῶν ἵστατε μηδ' ἀπόδα. ἢ πῶς ὠκὺς ἐγὼ πῶς δ' ὄρθια χειρονομήσω ἐς βάσιν ὀμφοτέρων ὀρφανὸς ἱστάμενος, hoc est Hermes ego celer vocor, sed palestrę. Non mutilum manibus statuite, neque absque pedibus, vel quomodo celer ego, quomodo autem recte manus mouebo? Adgressum vtrorumque orphanus existens. bene igit̃ comparat poeta illum, qui se Cecropidem dixit, quum patrię inutilis sit statuę truncę Mercurii. Nullo discrimine nulla differentia. Dic mihi teucrorum proles, idest o tu Rubelli, qui te iactas criundum ex sanguine Iuli ꝛ Troianorum, nam ex familia iulia (vt dixi) ducebat originem. Nisi fortia, idest alicuius virtutis. Sic laudamus equum, quia sępe sit velox in certamine ꝛ victor. Feruet, celebratur.

Exultat, applaudit, ꝛ fauet, Rauco, sonoro propter clamorem fauentium ꝛ excitantium currentes illic aurigas. Nam vt diximus initio operis Rauci Codri. Raucus vocabulum est medium, vt modo sonorum, modo obtusę vocis raucum appellemus. Nobilis, scilicet est. Nobilis hic, ille inquit nobilis habetur equus vndecunq; ortus sit, qui in certamine cęteros cursu superat, vt innuat ita ꝛ illos nobiles vocandos qui egregio aliquo facto cęteris pręstant, non qui opibus, aut maiorum gloria nitantur, quum nobilitas tota ab animi probitatibus pendeat. Hirpini, nomen equi optimi. Martialis.
Hirpini veteres, qui bene nouit auos.

Hirpini, ꝛ Corithe, ait poeta eorum sobolem a dominis, quibus chari esse deberent respectu parentum, venditioni exponi, quia parum cursu valeant. Si rara. ratio quare vendatur. Iugo, idest si raram consequuta fuerit victoriam, dum currum in circo trahit. Nil ibi maiorum, nullo enim maiorum respectu mouentur, quin illos vt inutiles vendant, Sicq; poeta docet illos contemni, qui a maioribus suis degenerauere. Nil ibi. Ordo est. nil respectus est. Ibi idest in equo optimis parentibus progenito. Vmbrarum, maiorum mortuorum.

Epirhedia.

Exiguis, tritoq; trahunt epirhedia collo
Segnipedes, digniq; molam versare nepotis.
Ergo vt miremur te nō tua, primū aliquid da,
Quod possim titulis incidere pręter honores
Quos illis damus & dedimus, qbus oia debes.
Hęc satis ad iuuenē, quē nobis fama superbum
Tradit & inflatum plenūq; nerone propinquo,
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna, sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim, sic vt nihil ipse futurę,
Laudis agas, miserum est aliorū incūbere famę,
Me collapsa ruant subductis tecta columnis.
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos.
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer, ambiguę siquando citabere testis
Incertęq; rei, phalaris licet imperet vt sis
Falsus, & admoto dictet periuria tauro,
Sūmū crede nephas animā pręferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere causas.

Epirhedium rheda Epirhedia. Epirhedium currum significat, qđ vocabulum Romani auctore Fabio ex duobus ꝑegrinis suum fecerunt. ἐπὶ ꝛ rheda dictione gallica, quod vehiculum significat, Celius auctor est quosdam sensisse vocabulum totum esse barbarum. Molam nepotis. nepos nomen est proprium viri, qui Romę habebat pistrinum, de quo Mart.
Bis vicinę nepos.

Segnipedes. pigri, facta est compositio ex segnis et pes, contra sonipedes acres appellamus. Ergo vt miremur. Sensus hic est. quandoquidem is nobilis dūtaxat est cuius vita pendet ex virtute ꝛ non ex maiorum gloria. Aliquid igitur primum effice, vnde te ꝛ non tua, idest maiorū tuorū genus ꝛ facta miremur, quia vt dictum est ex Ouidii sententia,
Genus ꝛ proauos, ꝛ quę nō fecimus ipsi, Vix ea nostra puto, sed qđ per virtutem fecimus id totum nostrum est ꝛ facit nobiles. Non tua. genus ꝛ gloriam maiorū tuorum. Aliquid da, aliquid preclarum ede.

Quod possim incidere titulis, idest inscriptionibus. Pręter honores, pręter famam ꝛ gloriam tuorum maiorum, quos tanquam viros probos laudauimus. Quibus omnia debes, ex quibus totus pendes, omnia enim quę habes videlicet gloriam ꝛ famā illis debes. i. eorum beneficio omnia habes, ita dictum vt illud Criminibus debent hortos. i. obligati sunt criminibus, ꝙ hortos habeant, quia eorum beneficio sunt assequuti. Hęc satis. absoluta quam fecit digressione ad Rubelliū, redit ad ponticum. Hęc satis. s. sunt. Fama, aut quē gloria maiorum tradit ꝛ reddit superbum, aut quem fama. i. rumor tradit esse superbum. i. dicit.

Nerone propinquo. hinc enim inflatur, ꝙ ex familia iulia oriundum, vt diximus se pręd icabat, ex qua et Nero Cęsarū vltimus originem ducebat. Rarus. n. non est inquit mirum Rubellium ita inflari gloria, qa raro fit vt sensus communis in magnis opibus inueniatur, sicq; taxat Rubellium mœrę inscitię, vt qui inde veram nobilitatem pendere existimet. Sensus cōmu-
Sensus cōis nis. Intelligentia quędā omnium communis, dicimus enim hominem a communi sensu remotū, qui aliquid turpiter ꝛ citra rōnem facit, quasi qui minime quod ab oībus cōmuniter fieri solet, faciat. Imitatio est Horatii cōmuni sensu plane caret, inquimus. Quintilia. libro primo improbans vitam solitariam in futuro Oratore sic scribit. Sensum ipsum, qui communis dicitur, vbi discet? quum se a congressu qui nō hominibus solum sed mutis quoq; animalibus naturalis est, segregarit? Laude tuorum, nolim te totum ex rebus gestis maiorū pendere, sic vt nihil ipse facias vnde laudem merearis.

Ne tecta collapsa, metaphoricos columnas vocat laudes maiorum, idest ne si laudes maiorum subtrahātur, quibus sustētaris ꝛ tu corruas, quum te propria virtute non fulcias, ergo ne tecta, idest ne tu ipse pereas amotis laudibus maiorum. Stratus humi palmes, alia translatione ostendit oportere hominē propria virtute niti, vt stet ꝛ vt palmes vlmis sustentandus est, si humi iaceat, sic ꝛ homo est propria virtute fulciendus, exponitq; quibus virtutibus sit innitendum ad veram nobilitatem consequendam.

Esto bonus miles. ostendit quemadmodū vera nobilitas comparetur. Tutor. is est qui Tutor
vim ꝛ potestatem habet in capite libero ad tuendum eum, qui propter ętatem suam spōte se nequit defendere, itaq; tutor appellatur quasi tuitor atq; defensor, vnde tutela ipsa vis ꝛ potestas arbiter
Vulpianus. Arbiter idem. is proprie arbiter dicitur, qui voluntarie assumitur causę cognitor ab vtroq; litigante, finemq; sententia sua cōtrouersiis imponit. Cicero in oratione pro Roscio, quum ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrium confugiunt. Tranquillus in Othone. Cuidam etiam de parte finium litiganti cum arbitrarium
vicino, adhibitus arbiter totū agrum redemit, vnde arbitrarium dicitur, quum adhuc res apud arbitrum geritur, ꝛ adhuc est incerta. Arbitrum etiam appellamus testem siue pręsentem ꝛ inspectum ē, vt illud apud Salustium in Cati. Atq; ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huiuscemodi habuit. Integer, qui minime corrumpatur. Ambiguę, ordo est ꝛ sensus, crede esse summum nephas pręferre animam pudori, idest pluris facere vitam q̃ pudorem ꝛ honestatem, hoc dico siquando citabere testis rei ambiguę, vt sit sensus, laudabilius esse mori q̃ aliquid flagitiosum propter vitam committere. Phalaris licet. Phalaris cru- Phalaris
delissimus fuit tyrannus, qui primus Agrigenti in Sicilia tyrannidem exercuit, ad omnem sęuitiam natus, quam matri, inauspicatum somnum portendit. (Visa enim est facem parere) nouorum tormentorum repertoribus premia proponebat. Ob quam rem Perillus ei taurum ęneum fabricauit, quo homines subiecto igne inclusi torquerentur, ꝛ mugitum bouis vox hominis imitaretur. Cęterum Phalaris ipsum opificem eo inclusum supplicio mortis affecit. Ouidius in Ibin. Paphio clausus in ęre gemas. Dictet, ostendat quomodo Dictare
tibi iurandum sit. Nam dictare est aliquid docere in omni genere doctrinę, quod alius excipiat, ꝛ dictata quę traduntur in omni genere disciplinę. Persius. Centum dictata fuisse pro nihilo pendas. Perdere causas viuendi. Dupliciter dicimus hominem viuere, videlicet, quum anima est coniuncta corpori. Et

Dignus morte perit, coenet licet ostrea centum
Gaurana, & cosmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia, quum te
Rectorem accipiet, pone irę frena, modumq;
Pone & auaritię, miserere inopum sociorum.
Ossa vides regum vacuis exhausta medullis.
Respice qd moneant leges, quid curia mandet.
Pręmia quanta bonos maneãt, q̃ fulmine iusto
Et capito & tutor ruerint damnante senatu
Piratę cilicum, sed quid damnatio confert,
Quũ pãsa eripiat, quicquid tibi nacta reliqt?
Pręconem cherippe tuis circunspice pannis

quum post hãc quã mortem dicimus, hominis memoria bonorum operum meritis ad posteriores extenditur Qui igit pro conseruatione huius vitę turpia & nefanda cõmittit, amittit causas viuendi, idest bonos mores, bonũ nomen, honestatẽ, quę omnia sunt causa vt hominis fama imortalitatem cõsortiatur. bene enim agendo fit quod scribit Salustius Vt memoriam nostri q̃ maxime longam efficiamus, Ergo bona opera sunt causa ęternę memorię, Et vt hominis nomẽ semper viuat Vnde illud Mart. Post te victurę, per te quoq; viuere chartę Incipiẽt, cineri gloria sera venit. Dignus morte perit. Sẽsus est, Ille omnino perit idest nomen & fama eius omnino extinguitur, & in obscuro est dignus morte. i. de quo nulla vnq̃ fiat mentio, tanq̃ de scelerato, qui relicta honestate voluptatibus se imergit. Plinius Iunior. Nam quicũq; voluptatibus dediti, quasi in diem viuunt, viuendi causas quottidie finiunt, Qui vero posteros cogitant & memoriam sui operibus extẽdunt, his nulla mors non repentina est, Merito igitur illos periisse indicamus qui vitam a virtutibus alienam duxere, vnde & Plinius exprobrans nimium vnguentorum luxum romanis sic inquit, Quis non merito indicet periisse tales? Licet coenet lauticię inquit istę diuitiarum, et luxus non ea sunt quę hominis memoriam ad posteros propagent. Gaurana ostrea. i. quę in lacu lucrino saginabantur. **Gaurus** Est enim Gaurus mons in campania non longe a Bais, proximus lucrino lacui de quo Lucanus, Vel si conuulso vertice Gaurus Decidat in fundum penitus stagnantis auerni, Strabo libro quinto. Mergatur. perfundatur, ungatur, hinc illud est Plinianum. Liniq; iam non solum sed & perfundi vnguentis gaudent. **Ahenũ Cacabus.** Aheno Cosmi. vnguento Cosmiano, Martia. Pastillos Cosmi luxuriosa voras. Nam vnguentis cognomina dedere, aliis patrię, aliis succi aliis arbores, aliis causę, aliis confectores. Aheno, vas est coquinarium ex ęre, Paulus iurisconsultus scribit inter Cacabos & ahenum, quod supra focum pendet omnino multum interesse, vt hoc aqua ad potandum calefiat, in illis pulmentaria coquantur. Expectata diu. Docet ponticum in prouincię administratiõe quid sit agendum, notans auariciam pręfectorum, qui ad omnes rapinas conuersi socios & prouinciales spoliabant. Expectata diu. quam diu & summo desiderio expectasti.

Pone frena irę, nequid per iram violentum cuiq̃ facias. Pone & auaritię. sis ab rebus alienis abstinens. Ossa vides regum, idest vides reges ipsos exhaustos & exinanitos vsq; ad sanguinem & medullas. vnde Plutarchus in Antonio. Multi & reges ab eodem spoliati sunt & fortunis omnibus exuti. Vnde Tiberius rephendens pręsides suadentes prouincias onerandas tributo scripsit sic Boni pastoris esse tondere pecus non deglubere. Respice. legibus inquit fac pereas, q̃ monent nihil esse faciendum, quod ab honestate sit solutum. Quid curia mandet. hoc est senatus, qui magistratibus in prouincias euntibus mandat vt iuste, recteq; omnia administrent. **Curię duę** Curia. duorum autem generum curię in vrbe fuerunt, & vbi curarent res diuinas sacerdotes, vt curię veteres, & vbi senatus humanas, vt curia Hostilia quã primus edificauit hostilius rex, auctor Varro. De qua sic & Titus Liuius libro primo ab vrbe condita, Tullus hostilius principes albanorum in patres vt ea quoq; pars rei pub. cresceret legit, Templumq; ordini ab se aucto fecit curiã, quę hostilia vsq; ad patrum nostrorum ętatem appellata est. Maneant. expectent. Fulmine iusto. seuera & graui senatus condemnatiõe. Ruerint. ceciderint condemnati. Et Capito. Hic est ille Cossucianus Capito, qui vt scribit Tacitus in Nerone, fuit Tigillini gener, cuius precibus ascitus in ordinem senatorium repetundarum dãnatus fuit quod Ciliciam prouinciã cui pręfuerat spoliasset. Numitor. possumus intelligere & Numitorem a Senatu vt prouincię spoliatorẽ dãnatũ fuisse, placet vt legat Numitor. nã & ãn Numitorem posuit pro nobili & diuite. Non hẽt infoelix Numitor, qd mittat amico. Quintillę quod donet hẽt, nec defuit illi vnde emeret multa pascendũ carne leonem. Sunt ẽt Codices qui legunt & Tutor. Nã fuit temporibus Vitelii Iulius Tutor, quẽ ripę rheni pfecit Vitelius. lege Cor. Tacitum. Piratę cilicũ, ac si dicat spoliatores spoliatorum. Nã & Cilices pyraticã exercuerunt Tryphõis & regum, qui successerũt (vt auctor est Strabo) ignauia, eos Pompeius Magnus intra quadraginta dies captis octingentis q̃draginta sex nauibus ademit, auctor Plutarchus, & Plin. li. vii. Sed quid dãnatio cõfert. sed quid inquit prodest tibi illos esse dãnatos qñ Aerarium id capiat, quod ipsi pręfecti tibi relinquerunt. i. qd tu extorsisti ex ipsis dãnatis. Nam per iudicium coacti erãt bona illa rapta relinquere sociis & prouincialibus, verum auaricia principum ea in ęrarium deferebant, quod & prima Satyra poeta est conquestus illic At tu victrix prouincia ploras. Quũ pansa eripiat quicquid tibi Nacta reliquit idest quum publicum ęrarium tibi eripiat quicquid tibi reliquit prefectus spoliator, vt per pansam intelligas publicum ęrarium, per Nactam omnem pręfectũ spoliatorem sociorum, legendũq; est coniunctim cum superiore, vt sic se habeant versus. Sed quid damnatio cõfert quum pansa eripiat quicquid tibi nacta reliquit.

Preconẽ cherippe. hoc legendum quadam cũ miseratione, vt sit sensus, O cherippe o cilix circũspice pręconẽ vendentem pannos tuos, hoc est pannos pręfecti damnati qui tui esse deberent, sed in ęrarium deferẽtur. Et iam tace noli vllo modo conqueri, nequid tibi ab iperatore grauius contingat, vt sit aspice vt iniuste omnia romę agantur, & tace, supprimẽda inquit tibi est iniuria quum iam mortis etiam immineat periculum si loqui & conqueri volueris.

Furor

Iamq; tace, furor est post omnia perdere naulũ.
Non iidem gemitus olim, nec vulnus erat par
Damnorum sociis f lorentibus, & modo victis,
Plena domus tũc oĩs, & ingens stabat aceruus
Nummorũ, spartana chlamys, cõchylia, choa
Et cum parrhasii tabulis, signisq; mironis
Phidiacum viuebat ebur, necnon polycleti
Multus vbiq; labor, rarę sine mentore mensę,
Inde dolobella est, atq; hinc antonius, inde
Sacrilegus verres, referebant nauibus altis
Occulta & spolia & plures de pace triumphos.

Furor est pdere naulũ. Sũma inqt insania est velle perdere vitã post oĩa fortunę bona. **Naulũ** Metaphora aũt est a dño nauis sumpta q post iacturã factã in mari, Naulũ tñ ab his q in naui secũ mãsere studet exigere ne pdat. Naulum aũt proprie dr ipsum pcium, qd gubernatori nauis persoluit, ναῦλον greci vocãt. Ergo perdere naulum. i. vitam. Non iidem gemitus. nõ erat inqt tantus dolor olim spoliatis, quãtus nunc. erant enim tũc locupletes. Illud sciendũ gemitus numeri esse pluralis vt stet versus. Vulnus dãnorum. i. dolor q̃ ex damnis pueniebat. Non erat par. i. similis, qa tanto dolore non afficiebant, quũ omnino pluribus ablatis multa ẽt superessent. Sociis florẽtibus. i. existentibus in maximo diuitiarum flore & cumulo. Modo victis. recẽter superatis nam tunc quũ primo victi fuerant erant diuites. Plena domus tũc oĩs, ita vt q̃uis spoliarent multa tñ ẽt relinquerent. **Purpura. Chlamys. Choa.** Spartana chlamys. hoc est vestis purpura. laconica ĩfecta. Nã succus ille purpure nõ mõ apud tyrios inuenit, sed & in menynge aphricę & getulo littore oceani & in lacõia europę. lege Plinium lib. ix. cap. xxxvi. Chlamys aũt vestis est militaris. Conchylia. vestes conchyliatę hoc est purpura infectę, Nam conchylia sunt ex gñe purpurarum auctore Plinio lib. ix. ex cuius faucibus habet ros sine liquor aptus ad tingendas vestes, **Bõbicina.** Choa. absolute dictum. i. vestis choa tenuissima quã Bombicinam appellamus, tanta tenuitate vt corpus pelluceret, Plin. lib. xi. in mollium rephensionem sic exclamat. Nec puduit has vestes ẽt viros leuitate vsurpare, pp onera ęstiua, in tñ a lorica gerenda discessere mores, vt oneri sint ẽt vestes. & Solinus, hoc est illud sericum in vsum publicum dãno seueritatis admissum & quo ostẽtare potius corpora quã vestire primo foeminis, nunc ẽt viris psuasit luxurię libido Oratius Altera nil obstat, Chois tibi pene videre est Vt nudã, hę fiebant in Cho insula quas prima texisse ferẽt Pamphylę platis filia (vt scribit Plin.) & tradit Aristoteles in qnto, Propertius Quid iuuat ornato procedere vita capillo? Aut tenues Coa veste mouere sinus? **Parrhasius.** Parrhasii. hic est ille, nobilissimus pictor q olim cum Zeuside cõtendit, eumq; lintei pictura elusit. natus ẽ Ephesi. De eo multa memorabilia tradit Plinius lib. xxxv, cap. ix. de eo & Tranquillus in Tyberio, & quintilianus lib. xii. scribunt. Signis. statuis. **Miron. Phidias** Mironis. Egregius hic fuit Statuarius quod indicat Plin. lib. xxxiiii. & lib. xxxvi. cap. v. sic scribẽs, Nã Myronis ille, q ęre laudat anus ebria est smyrnę imprimis inclyta. & Propertius, sic Atq; aram circum Steterant armẽta mironis Quattuor artificis viuida signa Boues. Phidiacum ebur. i. statuę eburneę sculptę a phidia tãto successu vt viuere viderent, Virg. Credo ẽt viuos ducent de marmore vultus, In ebore effingẽdo (vt scrib. Quintilianus) lõge citra Aemulũ viguit, de hoc scribit Strabo lib. viii. & Plinius lib, vii. & xxxiiii. huius ẽt Seneca & Plutarchus meminerũt, Propertius Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno Poeta in carmine osceno Nõ sum phidiaca manu politus. **Polycletus** Nec non polycleti. Sycionius statuarius fuit de quo Plinius qui diligẽtia supra cęteros fuit, formamq; humanam supra verum expssit sed deorum auctoritatem nõ expleuit, ergo inquit poeta vbiq; extabant opa polycleti statuarii egregia, q̃ multo cum labore ab eo fuerant peracta. ordo aũt ẽ, Necnõ multus labor polycleti vbiq; viuebat.

Mentor Mentore. hic celeberrimus fuit poculorũ celator (vt scribit Plinius lib. xxxiii. & Mart.) Accipe Mẽtorea pocula facta manu. Idẽ alibi Solus Mentoreos hẽs labores, Propertius. Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Inde Dolobella est. Ob eas inquit diuitias multi ad latrocinia conuertebantur. Quales fuerunt Dolobella, Antonius, & Verres qui prouinciarum pręfecti eas spoliauerunt. Duos Dolobellas fuisse eodem nomine, & tempore scribit Pedianus quorum alterum Cęsar accusauit ex Sicilia reum, nec damnauit. quo Absoluto Rhodum (vt scribit Tranquillus) secessit, Alterum Dolobellam qui Asię pręfuerat proconsul accusauit Scaurus repetũdarum, damnauitq;. Atq; hinc Antonius. Hic est ille C. Antonius de quo Pedianus, Hunc Antoniũ Cẽsores sexennio q̃ hęc dicerentur senatu mouerunt, causasq; subscripserunt quod socios diripuerat. multos enim in Achaia spoliauerat. Sacrilegus Verres (vt in secũda Satyra diximus) Verres per triennium Siciliam tenuit atq; in ea libidinose, auare, crudeliterq; versatus est. succedente tandem Metello, repetũdarum reus a siculis postulatus est. Sacrilegum autem ob id appellat, quod non solum deos Siculis sustulit, sed & Athenis Mineruã, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Dianam pgami. Deosq; tota Asia, gręciaq; violauit, Vnde illud est Ciceronis in ipsum oxymoron, Siculos iam ne deos quidem in suis vrbibus ad quos confugerent habere, quod eorum simulacra sanctissima C. verres ex delubris sanctissimis sustulisset. Occulta spolia. in vrbem inquit referebãt plura spolia prouincialium veluti de rebus bellicis parta, quum omnino essent de pace sublata. Occulta. i. furtiua, nam ea palam non referebant vt conspicerentur, quo more solent imperatores in triumphis spolia hostium referre. Produxit autem a in fine cõtra regulam nisi sit factum ratione finalitatis vt illud apud Virg. i. iii. Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto, aut quod duę subsint consonantes in dictione sequenti, quod tamẽ raro accidit, aut quod magis placet est legendum Occulta & spolia & plures de pace triumphos sicq; & sententia, & versus optime stabit. Et plures triumphos de pace. ex prouinciis inquit finitis magistratibus domum cũ multis triumphis redibant, hoc est cum multis spoliis sumptis de pace, vt faciunt triumphantes ex hostibus, vñ ẽ ẽt illa Salustii conquestio in Iugurthino. Pars ex pacatis pręadas agebant. Et alibi in eodẽ Nõ peculatus ęrarii factus est, neq; p vim sociis ereptę pecunię, q̃ quanquã grauia sint tñ pro consuetudine iam pronihilo habent.

Iuga pauca boum, subaudi ab inferioribus eripientur, Indomitam enim sui temporis auariciā notat quū etiam res viles raperent. Capto eripietur agello. Ex quo inquit prouicialibus agelli erepti sunt nunc rapiūt pauca iuga boum. i. omnem reliquam vilem supellectilem, vnde Salustius in Catilinario sic conqueritur, At hi contra ignauissimi homies per summū scelus oia ea sociis adimere quę fortissimi viri victores hostibus reliquerant. Ipsi deinde lares, ipsi dii domestici quos colunt, bene autem ipsi quasi qui minime sint violandi. Si quod scilicet est. Spectabile, pulchrū & spectatu dignū. Signum, Statua. Vnicus, etiā vnicus. Nā sunt hęc maxima. i. hęc quę eis sunt relicta, quā uis minima p summis sunt. Despicias tu for. possis forsitā secure rhodios ibelles & Corithios spoliarē, aqbus tibi nihil sit metuendum, quādo effoemiati mollesq; sint sed caue iquit hispanię iniuriam facias, quę scelus inultum nō sinet. Imbelles rhodios, luxuria & delitiis affluentes. Nam ex Asia vt docet Valerius Lanticia & immodici sumptus & omnia non necessaria voluptatis genera fluxerunt. Sic & Liuius lib. ix. de bello macedonico luxurię peregrinę origo ab exercitu asiatico in vrbem inuecta est. Rhodos autem insula est maris Lycii cognominata vt diximus in sexta satyra a Rhodo Neptuni filia ex sorore Telchinum, Lycia autē pars est Asię. **Corinthus** Vnctāq; Corinctum, pinguē & locupletissimā ac proinde voluptatibus & luxurię obsequentē, Nam pecunia vt docet Thucidides lib. primo, Prępotēs fuit, vt etiam ab antiquis poetis demōstratur locuples oppidū cognominantibus. Eam etiam scribit Strabo libr. viii. Locupletissimā fuisse, ibiq; emporium fuisse, mercatoribus illuc vndiq; mercimonia conuehētibus, Vnde vectigalia pendi ingentia cōtingebat, veneris etiam templum adeo locupletatum extitit, vt supra mille deę prostitutas puellas caperet, quas veneri viri mulieresq; addixerunt, propter has igitur frequens in vrbem multitudo turbaq; conueniebat, vnde ciuitas mirum in modum ditabatur. Nautę etiam leuiter sumptus factitantes absumebantur Hinc vulgatū est veteri sermone puerbiū, **Resina** Non oium est virorū corinthum nauigatio. sita aūt est in medio Isthmi. Resinata, expilata. Arborū vt scribit Plin. lib. xiiii. ex qbus manat succus alię picē alię resinā mittūt. Resina aūt pilos e corpe hoium euellebāt, Quod vt turpissimū notat Plinius eodē libro his verbis, pudetq; confiteri maximū iam honorē eius esse in euellendis e viroꝝ corpibus pilis, Ergo resinata, glabrata cuius crura sunt depilia & mollia. Illud aūt obseruandū in hac dictione Resina primā & secūdam syllabā produci. Mart. in tertio libro. Resina, veneto nec resecare luto. Idē in eodē Resinata bibis vina falerna fugis. Plautus i mercatore Resinā ex melle ęgyptiā rorate ex quo apparet Legendū esse Quid resinata iuuentus, nō quid enim resinata iuuentus. Leuia, expilata, nam leue appellamus priore pducta sine pilis, Macrobius. Leue aūt est mulierū corpus quasi naturali frigore densēt. Iuue. Et iam leue caput.

Nūc sociis iuga pauca boū, & grex pnus eqrū,
Et pater armenti capto eripietur agello.
Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum
Si qs in ędicula deus vnicus, hęc & enim sunt
Pro summis, nā sunt hęc maxima, despicias tu
Forsitan imbelles rhodios, vnctamq; corinthū,
Despicias merito, quid resinata iuuentus
Cruraq; totius facient tibi leuia gentis?
Horrida vitanda est hispania, gallicus axis,
Illyricumq; latus, parce & messoribus illis,
Qui saturant vrbem circo scęneq; vacantem,
Quāta autem inde feres tam dirę pmia culpę,
Quū tenues nuper marius discinxerit afros?
Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus & miseris, tollas licet oē qd vsq̄ est
Auri, atq; argenti, scutum, gladiūq; relinques,
Et iacula, & galeam, spoliatis arma supersunt.

Horrida vitāda est hispania, nulla iquit iniuria lacessenda ē hispania Nā romanos impetus sępe sustinuit, Numātini enim multos iperatores cū exercitibus profligarunt primo. Q. Pompeiū. deiñ. M. Pompilium postea Hostilium Mācinum, qd bellum vicesimū perdurauit annum. Et postremo quū ipsi a Scipione obsessi ad extremā necessitatē essent redacti ne in romanoꝝ potestatem peruenirent res omnes i forum collatas cum vxoribus & liberis incendio absumpserunt, seq; omnes igni superiecerunt. Horrida, iculta & deliciarum aspernatrix. Vitanda est, qa se vlciscitur. Gallicus axis. i. gallia quę in continuo armorum tumultu versatur, & in qua subiuganda Cęsar decem cōsumpsit annos & nunc Imperii Romani frena recusat, nam temporibus Vitelii & Vespasiani tumultum excitauit armorū. Illyricumq; latus, Illyrii auctore. L. floro sub extremis Alpium radicibus agunt inter Arsiam gentem liburnorum, Titiumq; flumen longissime per totū adriani maris littus effusi. Plin. lib. iii. ostendit Illyricū Macedonia, pānonia & Noricis terminari. Parce & messoribus illis, aphros intelligit vnde romā frumenta multa mittebantur Plin. lib. v. scribit in Aphrica regiōem esse. ccl. M. passuum fertilitatis eximię cū centesima fruge agricolis foenus reddente terra. Circo, satyrice dictum. i. ludis circensibus & Scenicis quibus tota ciuitas vacabat, vnde & alibi indignat poeta Si potes auelli circensibus & alibi, Atq; duas tantum res anxius orat Panum & Circenses. Quanta autem inde feres? quasi dicat modica. cum iterrogatione legendū. i. minima erūt aphris q̄ abstuleris, quum iam a Mario prisco sint spoliati, Inde, ab aphris, nam pcessit messoribus illis sequitur deinde quum marius discinxerit aphros. Tā dirę culpę, tam nefandę rapinę & spoliatiōis. Marius. i. priscus de quo satyra prima, Exul ab octaua Marius bibit. Discinxerit, spoliauerit, tractū ab his qui vestimenta alicui ablaturi Zonā dissoluunt. Curandum in primis. Curandū inqt est ne cuiq̄ magna fiat iniuria sed pcipue fortibus & paupibus, quia tales facile ad vindictam accendunt. Fortibus & miseris, vtrunq; .n. ad vindictam est validū, nā vbi fortis se ab alio sentit iniuste opprimi, Iniuriam ęquo animo ferre neqt. Tollas licet oē. s. facere nō poteris quin arma relinquat qbus se vindicent, Licet reliquis bonis fuerint spoliati.

Quod

Quod modo proposui, quod ego dixi de prouincialium vindicta. **Snia.** Non est sententia, non est q, tantum modo ego ita sentiam, sed est Sibyllę vaticinium, vt ab auctoritate sit suasio vt dicat credēdum esse ex illatis iniuriis prouincialibus & sociis eos ab Romanoꝝ imperio defecturos, Sententiam inquit Quintilianus vocauerunt, quod animo sensissent. Sententiam ēt dicimus orationē generalem pronunciationē continētem, q̄ vel hortat vel demōstrat, vt Inscitia est contra stimulum calces. Foliū Sibyllę, Sibylla in foliis respōsa dabat scripta, Virg. Foliis tm̄ ne carmina manda, Hoc ēt apud priscos vt scribit Plin. seruatum est, ante vsum chartaꝝ vt in foliis Palmarū scriberent. **Sibylla** Sibyllę, nomen ē nō proprium mulieris, sed officii σιους enim deos Eoles appellant. & βουλη consiliū quasi dei cōsilium, hoc est quę mentem & cōsilium dei scire viderent, futura enim pdicebant, fuere aūt auctore Varrone vt scribit Lactantius decem. Si tibi sancta cohors, Ordo est, Tunc licet a Pico numeres genus tuum si tibi est sancta cohors, vt sit sensus patiar te ostentes generosum origine deducta vel a pico si nemo **Acersecomes.** Acersecomes. i. nullus libertus tuus, vendit tribunal. i. Indicia & sententias. Acersecomes, capillatum significat, dictio est grēca ab a quod est sine & κείρω tondeo cuius futurum secundum Eoles est κέρσω, & κομα coma inde Acersecomes intonsus comam quales pueros Romani vt scribit Seneca in delitiis habuere, Appellatus est etiā Apollo Acersecomes q intonsus semper esset, estq; peculiare Apollinis epitheton, q nunq̄ radii possunt a fronte lucis auelli. Crimen in coniuge, subaudi est, nam sępe pfecti vxoribus obsequentes iniquas sententias ferunt. Celęno. i. si auaritia tua tanq̄ altera celęno arpyia non parat ire per conuentus (Nam Arpyię finguntur a poetis rapaces & sordidę fuisse & tres sorores) κελαινος aūt apud nos significat obscurū & tenebrosum. **Cōuentus.** Conuētus, quattuor modis intelligit, vno mō quū quēlibet hoiem ab aliquo conuentū dicimus, vt illud Terentianum. Non hoc de nihilo est, q Laches me cōuentam expetit. Alio quū significat multitudo ex compluribus hominum generibus in vnum cōtracta locū, Tertio quum aliquem in locum frequētia hominum supplicationis aut gratulationis causa congregat. Quarto quum a magistratibus iudicii causa populus colligitur, Hoc igitur loco Iuue. de locis vbi a magistratibus iudicii causa populi prouincię congregabant. In hispania aūt erant conuentus quattuor statuti per rectores prouincię ad Iudicia facienda. Gaditanus, Cordubēsis, Astysitanus & Hispalensis, vñ Suetonius in Cęsare. quęstori vlterior hispania obuenit, vbi cum mandato rei. p. iure dicendo conuentus circumiret. A pico, q primus rex aboriginū fuit & Fauni pater, Saturni vero filius, Virg. Isq; parentem Te Saturne refert tu sanguinis vltimus auctor, Ergo a pico tanq̄ ab antiqua nobili progenie, De pico Ouidius lib. xiiii. Meta. et in fastis, Item Dionysius lib. primo antiquitatum Italię meminerūt. Alta nomina, sublimia & fortium virorum, Sic Statius in Thebaide noia ingentia dicit. i. noia viroꝝ magnoꝝ & fortiū, quorūq; ingentia tellus Aonis & Tyrię suspirant nomina matres. Omnem pugnā titanida. i. ipsos titanas qui aduersus deos pugnauerūt lege Ouid. & Higinū. Ipsumq; promethea, quasi q antiqssimus fuerit. Deucalionis .n. thessalię regis fuit pr̄ quo regnante fuit diluuiū illud cantatissimū, Hunc prometheū antiquitas cōmenta est primū fuisse q ex limo hominem finxerit, quē infuso igne cęlesti ex solis rotis subrepto aīauerit, vñ Fulgētius prometheū dicit esse appellatum προμήθειαν quasi prouidentē viꝝ, Huius meminit & Higinius.

Quod modo proposui nō est sententia, verum
Credite me vobis folium recitare sibyllę.
Si tibi sancta cohors comitū, si nemo tribunal
Vēdit acersecomes, si nullū in coniuge crimen,
Nec per conuentus, nec cuncta p oppida curuis
Vnguibus ire parat nummos raptura celęno,
Tunc licet a pico numeres genus, altaq; si te
Nomina delectant, omnem titanida pugnam
Inter maiores, ipsumq; promethea ponas,
De quocūq; voles proauum tibi sumito libro.
Quod si pręcipitem rapit ambitus, atq; libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures,
Incipit ipsorum contra te stare parentum

Proauū, maiores tuos, Ouid. Et genus & proauos & regia noia iactas. De quocūq; libro. i. de oibus iis de qbus scriptores tradiderunt, neq; .n. nobis scire liceret q egregii, fortesq; fuissent, nisi scriptoꝝ monumenta extarent, ergo bñ ait de quocūq; libro. Qd si pcipitē, Ordo est Nobilitas ipsoꝝ parētū incipit stare cōtra te si ambitus rapit te pcipitē, Sensus est, Si male inqt vixeris nobilitas tuoꝝ maioꝝ tibi obest, qa efficit vt eoꝝ splendore ab oibus cognoscaris, q si humili loco natus esses nō ita oibus esses notus. Ambitus, Ambitū p ambitiōe posuit. Est. n. ambitio honoris cupiditas Salustius, sed a quo incepto studio me ābitio mala detinuerat. Atq; libido, Vsus veneris, quo nihil turpius est hoi, quo. n. id viciū penetrauit iniuria ibi dominat, infamia flagrat. Ambitio

Frangis virgas si crudelis es in socios qbus pręes, Nā sex lictores pcedentes ptorem sex virgaꝝ fasces cū securibus colligatos gestabant, Duodecim aūt cōsules, Eę aūt erant ex Betulla, vnde inquit Plinius Betulla terribilis magistratuū virgis. Incipit ipsoꝝ cōtra te stare, Nobilitas inqt tuoꝝ tibi nocet, facit .n. vt scelera tua oibus nota sint, vr aūt hoc sumptū ex Salustio in Iugurthio, q sic scribit. Maioꝝ gloria posteris lumē est, neq; bona neq; mala eoꝝ in occulto patitur, qcunq; .n. cām hēt celebritatis & nois in eū oīum oculi cōiiciunt, ita vt nullū obscuꝝ possit nec dcīn eius esse nec factū. Pręferre clarā facē pudēdis, & scelera tua oibus nota facere, nā eorū fama & splendore tanq̄ face pcedente facta tua illustrantur & nota fiunt. Omne animi vicium, Sensus est, omne inquit hominis viciū tanto omnibus notius est quāto ipse qui cōmittit est illustrior, vt sit pcedentis sententię confirmatio. Vnde ita Salustius in Catilinario. Qui demissi in obscuro vitam agunt, siquid iracūdia deliqre, pauci sciunt, fama, atq; fortuna pares sunt. Qui magno imperio prediti in excelso ętatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Tanto conspectius, tanto euidentius, & quod conspici possit.

Quo mibi te solitum falsas signare tabellas
In templis, quę fecit auus, statuamq̨ parentis
Ante triumphalem, quo si nocturnus adulter
Tempora santonico velas adoperta cucullo?
Pręter maiorum cineres, atq̨ ossa volucri
Carpento rapitur pinguis damasippus, & ipse
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul,
Nocte quidem, sed luna videt, sed sydera testes
Intendunt oculos finitum tempus honoris
Quum fuerit clara damasippus luce flagellū
Sumet, & occursum nusq̄ trepidabit amici
Iam senis, ac virga prior annuet, atq̨ maniplos
Soluet, & infundet iumentis hordea lassis.
Interea dum lanatas, toruumq̨ iuuencum
More numę cedit ionis ante altaria, iurat
Solam hyppo & facies olida ad presepia pictas.
Sed quū peruigiles placet instaurare popinas,
Obuius assiduo syrophenix vdus amomo

Quo mibi te solitū. Sensus est, qd opus est te iactes, ꝛ nobilē te ꝑdices, si falsa testamēta solitus es signare, qd hoīs est sceleratissimi, vt doceat nobilitatē ex bonis moribus cēseri. Subandiēdum igit̄ est iactas, vt sit. quo ad qd, te iactas, ita dcm̄ vt illud Horatii, quo tibi Tulli sumere depositū clauū, fieriq̨ tribuno. ꝛ alibi. Quo mibi fortuna si nō cōceditur vti. bis aūt repetit quo, ad maiorē indignationē exprimēdā. Signare, obsignare ánulo, vn̄ alibi. Signator falso q se lautū atq̨ beatū Exiguis tabulis ꝛ gēma fecerat vda. Tranquil. in Cęsare. Quū quid per iocū testandi gratia signarēt. Falsas tabellas, falsa testamenta, Vulpianus de testamentis, signatas tabulas accipi oportet, ꝛ si tabulę lintheo quo inuolutę sunt signa īpressa fuerint. Tranql. in nerone. Tunc primū reptū ne tabulę nisi pertusę ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. In tēplis quę fecit anus, ibi eni sępe signabant vt ostenderēt fidē religione maxime constringi. Anus. i. maiores tui, quasi dicat, quę illi per virtutem, nec sine ingēti gloria fecerunt tu tuis flagitiis dedecoras. Statuāq̨ parentis ante triūphalē, ita dictū sicut ꝛ ante. Ante numantinos si dormire incipis ortu Luciferi, quo signa duces, ꝛ castra mouebant. Si nocturnus adulter. Si tēpore nocturno scortaris contecto capite cucullo Santonico, hoc aūt fiebat ne ab occurrentibus cognoscerent̄.

Cucullus Est aūt Cucullus genus vestimēti gallici, q ēt cōposito nomine a bardis gente gallica dicitur bardocucullus, ꝛ bardiacus cucullus, de quo plura dicemus in vltima satyra. Illic Bardiacus datur index ꝛc. De eo alibi poeta. Illa iubet sumpto iuuenē properare cucullo. Santonico, gallico. Mart. Gallia Santonico vestit te bardocucullo. Santones. n. populi sunt Aquitanię ad oceanum versi, quę est tertia pars gallię. Strabo lib. iiii. Tibullus Et oceani littora Santonici. Pręter, iuxta. Damasippus, equoꝝ domitor interpretatur. δαμάζω. n. domito ἵππος equus, per Damasippū aūt quēcūq̨ nobilem taxat. Nam tēporibus Nerōis multi a claris maioribus oriundi aurigare in gratiā principis didicerunt, q vt est apud Tranqllum eodē studio tenebatur. Hos igitur vt turpi studio foedatos sugillat ostendēs tales haudquāq̨ esse nobiles, nam poeta non modo sui, sed ꝛ superiorum tēporum vicia insectatur, latenterq̨ Neronē tangere videtur. Ipse, habet emphasim. Stringit, cohibet, ne recurrat.

Sufflamen Sufflamine, sufflamen, i. quod rotę in descensu, vel nimio procursu opponitur, ne aut recurrat, aut nimiū procurrat, pro mora posuit in vltima satyra. Nec res atteritur longo sufflamine litis, a quo videtur ꝛ verbum sufflamminare formari. Nam Augustus Cęsar sufflāminādus participio vsus est, vt docet Seneca sic. Acherius noster sufflāminandus est, adeo nō currere, sed decurrere videt̄, voluit. n. ostendere miram illi fuisse eloquētię velocitatē. Nocte qdē, verba damasippū excusantis, cui rn̄det poeta sed luna videt ꝛ sydera testes oculos intēdūt. Finitū tēpus honoris quum fuerit, eo inqt Damasippus ipudentię deuenit, vt nō dubitauerit finito consulatus sui tpe palā ꝛ media luce aurigare. Tēpus honoris. i. consulatus. Flagellū, ad agitandos equos. Ac virga prior annuet, prior amicū salutabit citra omnē pudorē, vel qd melius ē annuet prior virga ipsis iumētis vt cū sequentibus cōiungant. Maniplos soluet, syncope ꝑ manipulos. i. fasciculos foeni, sic ꝛ Ouid. lib. ii. fastoꝝ. Pertica suspēsos portabat longa maniplos, inde Manplaris nomina miles habet. Interea dū lanatas, dū sacrificia inqt peragūtur, in qbus oues ꝛ iuuenci mactātur añ aras Ionis more Numę, q plrima vt scribūt Liui. Plutar. Diōysius ꝛ Pli. de viris illustribus, sacra īstituit. Iurat īterea solā Hippo tanq̄ stabularioꝝ deā, q̄ eqs ꝑsit ꝛ agasonibus. Lanatas, oues. s. Iurat solā Hippo, tāto inqt studio tenet̄ aurigādi, agēdiq̨, vt ēt ꝑ Hyppo q̄si ꝑ numē peculiare agasonū, sibiq̨ maxime colēdum iuret, erit igit̄ actūs gręcus Hyppo, triplicē. n. habet īflexionē in actō vt Hypponē, hypponā ꝛ hyppo dicamus, vt dicimus Didonē ꝛ dido, Manthonē ꝛ mantho, Saphonē ꝛ sapho. Ouid Miserāq̨ relinqre Dido, nā versus aliter nō staret, aut reuera hypponā tm̄ dicemus, nā sic ī multis legit̄ codicibus, Hipponā ꝛ facies olida ad pręsepia pictas. tolliturq̨ illud. Solā Hyppo, deā, quā Stabularii colebant, vt ostēdit Apuleius. li. iii. meta. his verbis. nā Respicio pilę medio, quę stabuli trabes sustinebat, ī ipso meditullio Hyppone deę simulacrū residens ędiculę, quod accurate corollis roseis recētibus fuerat ornatum. **Hyppo** Quin ꝛ florentissimus Tertulianus ī Apologetico de eadē sic. Vos tm̄ nō negabitis ꝛ iumēta oīa ꝛ cūctos cāterios cū sua Hyppona coli a vobis. Et facies pictas. s. ipsius deę Hypponę, vt ītelligas plures imagines deę, q̄ in stabulis pingebantur tanq̄ deę iumentoꝝ agasonūq̨ pręsidis. Sed quum peruigiles, aliud in nobilitate īsectatur flagitium, q. s. sine vllo pudore intermissa aurigatione popinas frequentent. Est ergo sensus. Quum nobilis Damasippus in popinas descendit, stati adsunt vnguentarii, qui eum venientem blande excipiāt atq̨ salutent. Placet, ipsi nobili. Instaurare. repetere, ac per hoc ostendit frequenter ab eo fieri. Peruigiles. i. noctu dieq̨ patētes ꝑpter multitudinē cōfluentem.

Popinas, loca sunt desidię luxuriēq̨ apparata, ibi. n. cōmessabantur, cęteraq̨ faciebant, quę intemperantię sunt, qui in ea versabantur popinones sunt appellati. **Popinones**

Syrophenix

Currit, idumeę syrophoenix incola portę
Hospitis affectu dominum regemq̨ salutat,
Et cum venali cyane succincta lagœna.
Defensor culpę dicet mihi fecimus & nos
Hęc iuuenes, esto, desisti nempe, nec vltra
Fouisti errorem, breue sit quod turpiter audes.
Quędam cum prima resecētur crimina barba.
Indulge veniam pueris, damasippus ad illos
Thermarum calices inscriptaq̨ lintea vadit,
Maturus bello armenię syrięq̨ tuendis
Amnibus & rheno atq̨ istro, prestare neronem
Securum valet hęc ętas, mitte hostia cesar,
Mitte, sed in magna legatum quęre popina,
Inuenies aliquo cum percussore iacentem
Permixtum nautis, aut furibus, aut fugitiuis
Inter carnifices & fabros sandapilarum,

Syrophenix, vnguentarius, fictum est nomē ex syria ꝛ phoenicia, nam illinc vnguenta preciosa mittebātur, optimiq̨ vnguentorum cōpositores. Vdus, idest profluens vndiq̨ ex nimia vnguentorum attrectatione. Amomo, idest vnguento ex amomo. Est enim amomum genus fruticis prouenientis in parte Armenię quę vocatur ocene, **Amomum.** ꝛ in Media ꝛ in pōto ex quo vnguentum optimum fit, vnde Plinius de Vnguentis scribens sic tradit. Omnia antē acutiora fiunt costo, amomo, quę maxīe nares feriunt. **Idume** Incola portę Idumeę, hoc est qui domi suę icolit portas syras. Nam Idume pars est syrię vt scribit Iosephus libro primo. ꝛ Strabo libro. xvi. Plinius libro. v. qui ita tradit. Qui subtilius Syriam diuidunt circum Euphratē Syriam phoenicen volunt, ꝛ esse orā maritimam syrię cuius pars sit Idumęa ꝛ Iudęa, poeta igitur portā idumęam intelligit portam syram. Nam in syria oppidum Rhosos est ꝛ a tergo portę quę syrę vocantur, **Portę syrię.** interuallo Rhosiorū montium ꝛ Tauri, bene ergo ait īcola portę idumeę quum idumęa vt dixi pars sit phoenices, vnguentariusq̨ sit ex syria phoenice. Hospitis affectu idest salutat ꝛ appellat dominum ꝛ regem blandiendo ex affectu ipsius hospitis, qui ita gaudet salutari. **Mos p̄scus. Salutādi.** hoc autem est ex vetere consuetudine vt docet Seneca libro primo epistolarum qui scribit Priscos solitos fuisse quotiens homini ignoto occurrerēt eum dominum ꝛ regem appellare, idq̨ genus blādimenti quoddam erat ꝛ honorifica appellatio. Martia. libro primo, quum te non nossem dominū regemq̨ vocabam Quum bene te noui iam mihi priscus eris. Idem libro secūdo. Quod te nomine iam tuo saluto quem regem ꝛ dominum prius vocabā Ne me dixeris esse contumacem Augustus vt scribit Trāquillus ꝛ Tertulianus meminit se nec a liberis nec a seruis vel serio vel ioco dominū passus est appellari, atq̨ eiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Et cum venali, adest inquit non solum vnguētarius, sed ꝛ mulier quę vinum vendit, quę iisdem venientem blanditiis nobilem excipit. Cyane autem est nomen mulieris versantis in popinis, eiusdē nominis est Mulier ī nympham conuersa in Sicilia ꝛ item alia Meandri fluui filia mater Cauni ꝛ Biblidos, auctor Ouidius in met.

Succincta, administrandum. Venali lagœna. i. vino venali, nam lagœna vt diximus supra est vas tā vinarium quā aquarium, ostendit igitur poeta homines illic ꝛ vngi ꝛ potare. Defensor culpę. occurrit bis quę possent obiici a criminis defensore, ꝛ ipsos aliquando in iisdem erroribus versatos, vt dicat verum quidem esse ꝙ ꝛ ipsi in adolescentia sua peccauerint, sed erroribus suis nō nimium immoratos, vt moneat si plętumq̨ per ętatis imbecillitatem, aut fragilitatem humanam in aliquod quis vicium prolapsus fuerit ab eo celeriter recedendum. Fouisti errorem idest tenuisti.

Breue sit, attende sententiam, Innuit poeta cuius vis hominis esse vt erret, sed nullus nisi insipientis in errore perseuerare. Indulge veniam. debes inquit pueris ꝛ adolescentibus talia propter ętatem perpetrantibus ignoscere, Sed Damasippo ignoscendum nequaq̄ est, qui iā est ętate prouectior ꝛ iam grauioribus negotiis aptus. Damasippus ad illos Thermarū calices. Damasippus inqt per quē ītelligit vt diximus vnūquēq̨ nobilem non erubescit se in popinas ꝛ Thermas ad potandū demittere, ibi enim homines tātum flagitiosi vilissimiq̨ versabātur, vnde cum Emphasi est pronunciandum ad illos calices Thermarum, quasi ad illas potiones, quibus foedissimi homines inebriātur. Inscripta lintea. i. sudaria thermarum quibus detergebantur quum sudassent. ita enim a varietate texturę appellabantur, quę videntur inscripta ꝛ picta. Maturus bello Armenię, ea ętate vt aptus sit ad tractanda bella. Arme **Armenię.** nię, bene autem Armeniam nominat Nam imperantenia vn̄ Nerōe Armenia nouos excitauit Tumultus. Illuc missus Corbulo Megistanas qui primi defecerant pepulit sedibus, Castella eorum excindit, plana, edita, validos inualidosq̨ pari metu complet. Tacitus. Armenia finitima est Cappadocię dicta ab armeno Iasonis comite.

Syrięq̨ tuendis amnibus, quales sunt Euphrates. Tigris ꝛ Orontes, sunt enim amnes Syrię. Et Rheno scilicet tuendo, fluuius est Rheticarum Alpium q inarcesso ꝛ precipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem versus, germaniam a gallia separat septentrionaliq̨ oceano miscetur. **Rhenus.** Istro, is est qui ꝛ Danubius nominatur, quem iccirco Papinius in Syluis vocat binominē, ex vertice montis Arbonę effusus plures adit populos, donec in pōticū mare sex erumpit meatibus. **Ister.**

Mitte hostia Cęsar, Locus hic duobus modis pōt explicari, vt sit sensus. O Cęsar si Damasippū ad bella gerēda es missurus mitte hostia eius. i. noli q̄rere Damasippū in sua domo qa illic nō inuenies, sed q̄re illū in popinis vbi quotidie versat̄, Itē sic. O Cęsar Damasippū potes mittere ad hostia Istri ꝛ Rheni quia iam ętate est graui, sed si vis eum inuenire accede ad popinas, nam ibi est frequens, vt sit manifesta irrisio nobilitatis. Legatum, legatus pro oratore ponitur Legatus item dicitur qui in exercitu secūdam post imperatorem obtinet dignitatem, vt hoc loco. Sandapilarum, feretrum est Sandapila, ad mortuos efferendos in qua non nobilium, sed plebeiorum tantum atq̨ damnatorum cadauera portabantur, **Sandapila.** auctor Fulgentius, vnde Tranquillus sic de Domitiano interfecto. Cadauer eius populari sandapila per Vespillones exportatum.

Et resupinati cessantia tympana galli.
Aequa ibi libertas, cõmunia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec mensa remotior vlli.
Quid facias talem sortitus pontice seruum
Nempe in lucanos, aut thusca ergastula mittas
At vos troingenę vobis ignoscitis, eę quę
Turpia cerdoni, volesos brutosq; decebunt.
Quid si nunqam adeo foedis, adeoq; pudẽdis
Vtimur exemplis, vt non peiora supersint.
Consumptis opibus vocem damasippe locasti
Suppario, clamosũ ageres vt phasma catulli.
Laureolum velox etiam bene lentulus egit

Tympana cessantia. i. inter gallos sacerdotes cybeles qui a suis per vrbem bacchationibus ꝛ discursibus cessant, ꝛ in popinis secedũt. Galli, sacerdotes cybelei. De gallis illic diximus apud Persiũ. Tunc grandes galli, Dicti sunt Plinio Festo ꝛ Ouidio a gallo pheygię fluuio cuius aquã potantes reddunt insani, Martianus etiam tradit ab hoc fluuio ministros mris deũ gallos dictos Tradunt scriptores hos spiritibus afflatos ꝛ in armorum agitatõe tumultuosa, ꝛ cum strepitu ꝛ fragore cymbalisq; ac tympãis ꝛ armis item etiam tybiis vociferationibus inter sacrificandũ stupefacientes inq; ministrorũ habitu publica modo quodam sacra factitantes. Resupinati, vt ocioſi ꝛ ebrii. Aequa ibi libertas, indifferẽter omnia illic aguntur, vt alicuius nullus sit respectus, sed omnes pari modo habeant. Lectus, discubitorius. s. Remotior, sepatior i loco abstruso, quid facias, si talẽ inquit nactus sis seruum hoc est tam flagitiosum q̃ est nobilis ille vitiosus. qd facias de illo, vt sit sensus, illum statim a te reiicias mittasq; vt nequã hominem in ergastula. Sed vos inquit nobiles vobis ignoscitis, neq; quicq̃ vobis turpe putatis, quod non recte facitis, quasi dicat deberetis in vicia animaduertere, talia q; delicta non pati. In lucanos. nam frequentia erãt ergastula in Lucania ꝛ Ethruria. Marti. lib. viii. Et sonet innumera compede tuscus ager. Lucanos. populi sunt Italię, qui littus Thuscum attingunt mediterraneamq; plagam tenentes supra tarentinum sinum incolunt, Brutiis contermini sunt, Lege Straboné in sexto.

Ergastula. De ergastulis abunde diximus in sexta satyra. At vos traingenę, Satyrica irrisio. i. nobiles qui ex sanguine troiano iactatis originem vestram duci.

Vobis ignoscitis, siquid inquit turpiter facitis vobis ignoscitis, putatisq; vobis id licere, quod in Cerdone ꝛ paupere damnaretis si admitterent. Cerdoni, ignobili ꝛ humillimę conditiõis. Nam Cerdones dicunẽ qui artificio ꝛ lucro victum quęrũt nam κερδος significat lucrum. Volesos ꝛ Brutos, per hos omnes nobiles intelligit, fuerunt eni Romani cives antiquissimi Volesi originẽ ex sabinis duxerunt, tẽporibus Romuli in vrbẽ recepti. Nam Tacius rex Sabinorũ post pactiões factas cum Romulo vt ęqua potestate paribusq; honoribus in vrbe roma maneret, ipse ꝛ cum eo tres viri ex illustribus familiis romę permanserunt Valerius volesius, ꝛ talus cognomine tyrãnus, ꝛ vltimus Metius Curtius is qui armatus lacum nando se transmisit, ꝛ cognati ꝛ clientes gentiles numero haud panciores centum.

Quid si nusq̃ adeo. Sensus est, Nobilitas romana ad eo est flagitiis contaminata nostris temporibus, vt eisi foeda sunt quę cõmemorani, spurciora tamen etiam supersint quę facit, Sicq, pbat per exemplum eiusdẽ Damasippi per quẽ vnumquẽq, nobilem intelligit etiam turpiora fieri q̃ quę supra etiã sint cõmẽorata. Quid scilicet dicat. Cõsumptis opibus. in eos eni invehit nobiles qui opibus per luxum cõsumptis ad artem scenicã descenderunt vt pro histriõibus in scena fabulas agerent, quod erat hominum vilissimorũ ẽ infamiũ, multi etiam ad gladiaturã quod extremę erat infamię se conferebant, quod notat poeta in satyra vndecima, illic. Nam dum valida ꝛ Iuuenilia mẽbra sufficiunt gręe. Suppario, arti scenicę Nam Suppario vt scribit Festus mimici genus fuit veli, De quo sic ꝛ Donatus in Terentiũ, pro auleis supparia posterior ętas accepit, Est autẽ mimicum velum quod populo obsistit, dũ fabularũ actus cõmutat. De eo sic meminit. Apuleius primo met. Oro te inquã auleũ tragicum dimoueto ꝛ suppariũ Scenicũ cõplicato, ꝛ Itẽ, auleo subducto ꝛ cõplicato, ꝛ cõplicitis suppariis scena disponitur vbi locũ coreximus, nam pro alueo scripsimus auleo. Seneca ad Serenũ de Trãquillitate vitę Publius Tragicis comicisq; vehemẽtior ingeniis, quotiẽs inimicitias, ineptias, ꝛ verba ad summã caueam spectantia reliquit. Inter multa alia cothurno non tantũ Suppario fortiora. Cicero de pũnciis consularibus. Itaq, ille alter vt ipse est homo doctus ꝛ a suis grecis subtilius eruditus quibuscũ iam in exedra bellnatur, antea post suppariũ solebat. ergo locasti vocem damasippe Suppario. i. ludis scenicis vocẽ tuã mercede locauisti. Phasma grece, visio latine nomen fuit fabulę Catulli poetę forte tẽporibus Iuuena. quemadmodum ꝛ Menãdri, vnde Terentius. Idẽ Menandri phasma nunc nuper dedit. Illic nãq, adolescens vt scribit Donatus est itroductus, qui aspectu pulchre virginis veluti numinis visu perculsus exhorruit, nomen igitur fabula sortita est ab euentu rei, q̃ visa fuerit puella veluti dea φαινεσκω enim idem est quod appareo, Phasma item ponitur pro portẽto vt sepe apud Herodotum, Tale inquit Phasma apparuit in grecia, In ea igitur fabula aut visio alicuius rei aut monstra repsentabant, in quibus magno esset opus clamore, vnde clamosum dixit poeta. Laureolum velox. etiam inquit Lentulus velox bene egit laureolum, estq, risu Saturico adinuandũ, vt ostendat non modo vnum nobilem, sed multos ludis Scenicis cõtaminari, optimeq, fabulas tanq̃ peritos mimos agere, vnde mira vrbanitate ait etiã Lẽtulus bene egit. i. bene se quidẽ in actione fabulę gessit. Lentulus, nomen proprium nobilis qui ꝛ ipse fabulam laureolum egit in scena, Nam Laureolus Tragœdia fuit, quam Nevius scripsit auctore Gelio in carcere, dicta a Laureolo qui in ea introducebatur sublatus ob scelus in crucem, hanc fabulam vt alias multas Domitianus representauit, ita vt qui ageret, vera nõ falsa cruce pẽderet. Martia. lib. i. Nuda Calidonio sic pectora pbuit vrso Non falsa pendẽs in cruce laureolus, Lentulus igitur nobilis Romanus eam egit pro Histrione, ita vt non vera tamen cruce penderit, quemadmodum debuit vt ait Iuuena. quãdo nõ erubuerit p histriõe in scenã descẽdere. Velox, mira strenuitate.

Digitized by Google

Indice me dignus vera cruce, nec tamen ipsi
Ignoscas populo, populi frons durior huius
Qui sedet, ẽ spectat triscuria patriciorum,
Planipedes audit fabios, ridere potest qui
Mamercorũ alapas, quanti sua funera vẽdant
Quid refert? vendunt nullo cogente nerone.
Nec dubitant celsi prętoris vendere ludis.
Finge tũ gladios inde, atq; hinc pulpita pone,
Quid satius, mortem sic quisq̃ exhorruit vt sit
Zelotypus thymeles, stupidi collega corinthi?

Dignus vera cruce, ex stomacho dixit poeta, dignus erat inquit qui vera cruce ꝛ non ficta penderet, quando quidem histrioniam faceret. Nec tamen ipsi ignoscas populo. Nõ solum inquit hęc in nobilibus nõ sunt ferenda quę faciunt, sed ne populo quidem ignoscendũ qui hęc sine pudore spectat. Durior frons. quia nullo afficit pudore, in frõte enim est sedes pudoris, vnde extat proverbium vt quum quis pudorem amiserit dicatur frontẽ pfricuisse. Quintilianus perfrica frontẽ frõtem ꝛ dic te digniorem qui prętor fieres, q̃ Catonẽ Huius. populi, quasi qui altiora curare deberet. qui sedet ꝛ spectat. qui sustinet sedere ꝛ spectare. Triscuria, nona vocabuli compositio, per quã signat niminm ꝛ maximam patriciorum scurilitatem a tris ꝛ scurra, Nã tris ꝛ ter pro superlatiuo greci ꝛ latini vsi sunt Plautus in Rudente Tũ trisurcifer mihi audes iclemẽter dicere? Idẽ in Bachidibus, Vt pergręcetur tecum triuenefice idest maxime venefice, ꝛ maxime furcifer, vnde dicimus ꝛ Trimegiston mercurium quasi ter maximum, μεγιστον enim maximum significat. Mart. libro. vi. Hermes omnia solus ꝛ ter vnus idest trimegistus. Patriciorum, nobilium, de vocabuli significatu diximus prima satyra. Illic patricios omnes opibus quũ prouocet vnus.

Fabios planipedes idest nobiles quales fuerunt fabii recitantes comedias Planipedias, de Comœdis diximus Satyra prima. Illic recitauerit ille togatas. Mamercorum alapas idest qui potest ridere ꝛ spectare mercos nobiles, qui in scena alapas ꝛ alia flagra patiebantur in agendis fabulis, sicuti ꝛ Latinus Mimus qui vt risum spectatoribus moueret Paniculum alium mimum percutiebat. Martialis. Hesterna factum narratur posthume cœna. Os tibi precisum quanto non ipse latinus Vilia panniculi percutit ora sono. Idem libro quinto. O quam dignus eras alapis mariane Latini, Te successurum credo ego panniculo. Mamercorum autem alapas possumus intelligere aut quas ipsi aliis incuterent, aut quas ipsi paterentur, Mamercorum familia antiquissima fuit quę nobilitatis principium accepit ab eo Mamerco æmilio qui Dictator fidenas quũ defecissent debellauit cœpitq, Quanti sua funera, nobilium imprudentiam insectatur q̃ ꝛ non modo artibus scenicis operam suam prestent, sed ꝛ in gladiaturam spõte sua descendant in barena, Nam antea Nero quadringentos Senatores, sexcentosq, equites romanos, ꝛ quosdam fortunę atq; existimationis integre vt Tranquillus ꝛ Tacitus scribunt ad ferrum exhibuit. Ait igitur Iuuenal. Nobiles cogente Nerone ad ferrum se tunc exhibuisse. Nunc autem nullo iubente ad id muneris descendere. Ordo est. Quid refert quanti vendãt sua funera, est autem tacita responsio ad defensores. Non sunt inquit excusandi quia digladiando magna premia consequãtur. Turpissimum enim est eis, quia sponte tali se offerunt muneri q̃ si coacti essent inquit poeta excusandi essent. Quid refert? quid prodest etiam si multũ invocentur tali arte foedari. Vendunt nullo cogente Nerone. hinc tota indignatio poetę est. q̃ non coacti id faciant. Vendere scilicet sua funera. Ludis Celsi prętoris. nam prętores ludis prerant, vnde alibi. Quid si vidisset prętorem in curribus altis Extantem ꝛ medio sublimem in puluere circi. Celsi celsus non est prętorẽ propriũ hoc loco vt quidam putauerunt, sed celsum exponẽ sublimen ꝛ sedentẽ in curru quũ ludis habitu triumphali presit. Finge tamẽ gladios. Duplici modo exponi posse videtur, vt sit Sensus. Esto inquit mortis supplicium tibi paratum sit, nisi in theatrum descendas ad artes scenicas. nonne satius est mori q̃ ludis scenicis foedari? Hicq, maxime ostendit artem illam scenicã vilissimorum tũ heminum fuisse ꝛ infamium, vnde ꝛ apud Iurisconsultos libro tertio digestorum legimus eos qui in scena ob prẽmium versarentur, ꝛ omnes qui operas suas locarint arti ludicrę, infames esse. Quod ꝛ in secunda satyra docet illic Vicit ꝛ hoc monstrum tunicati fiscina gracchi. nam profligatissimus quisq, ex iuuentute vtriusq, ordinis tenebatur senatusconsulto in opera scenę arenęq, edenda, multiq, etiam sponte sua famosam illam indicium notam subibant auctor Tranquillus in Tiberio. Alius sensus est. Finge gladios inde. atq, hinc pone pulpita. i. ponamus tibi ludos gladiatorios ꝛ scenicos proponi, quibus exercearis, vtrum horum potius eligas, quasi dicat munus gladiatorium magis eligendum vt minus turpe. Sicq, ostendit quum vterq, ludus sit inhonestus turpiorem tamen esse scenicum, vnde bene ait An quisquã sic mortem exhorruit vt sit Zelotypus thymeles idest an quisquã ita expauit ludos gladiatorios vbi homines cedunturt, vt malit artibus scenicis contaminari. hocq, magis placet Nam histrioniam et gladiaturam comparat, de vtraq, etiam fecit mentionẽ vt ostendat iam nobilitarem Ro. sine aliquo pudore in vtroq, munere uersari graui cum ignominia. Finge gladios. puta gladios esse qui te confodiant aut gladiaturam tibi proponi. Hinc pulpita idest scenam ipsam multis pulpitis extructã, in qua tibi vt histrioni sint agendę fabulę. Ac per hoc ostendit mortem esse potius appetendam q̃ pudorem amittendũ, aut gladiaturam potius quã histrioniam eligẽdam. Mortem sic quisq̃ itane mortem quisquã timuit vt omni prorsus pudore calcato malit in scena uersari pro histrione? ac si dicat repetatq, quod dictũ est, potius mortẽ eligendã q̃ honestatẽ deserẽdam, aut vt diximus itane gladiaturã quisq̃ extimuit vbi mortis inest periculum vt malit amplecti artẽ scenicam. Vt sit Zelotypus thymeles, vt uelit in scena versari, vbi representet pro histrione Latinum mimum Zelotypum Thymeles vxoris sue. Nam Latinus mimus de quo Satyra pma, tẽporibus Domitiani tanq̃ Thymeles vxoris Zelotypus Paniculũ alterũ mimum alapis cedebat, vt risum spectatoribus moueret. Collega stupidi Corinthi. i. socius Corinthi alterius mimi. Stupidi, bebetis ꝛ ignavi.

Res haud mira tamē,citharoedo pricipe natus
Nobilis.hęc vltra,quid erit nisi ludus?& illud
Dedecus vrbis habes,nec mirmillonis in armis
Nec clypeo gracchū pugnātē,aut falce supina,
Damnat enim tales habitus,& damnat & odit,
Nec galea frontē abscōdit,monet ecce tridētē,
Postquam vibrata pendentia retia dextra
Nequicq̄ effudit,nudum ad spectacula vultum
Erigit,& tota fugit agnoscendus arena
Cedamus tunicę,de faucibus aurea cum se
Porrigat,& longo iactetur spira galero.
Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere, cum graccho iussus pugnare secutor,

Res haud mira tamen.s.est. Et est Sensus.non est tamen mirum,nobilem romanum hęc facere, quia sub Nerone principe natus est, qui artibus scęnicis multū delectatus est,nam vt scribunt Tacitus Tranquillus ꝛ Eusebius,adeo cytharedicę arti deditus fuit, vt i Achaia instituerit ciuitates apud quas musici agones edi solēt,omnes cytharedorū coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate accipiebat, vt legatos qui ꝑtulissent non modo primos admitteret, sed etiā familiaribus epulis interponeret, Cantante eo ne necessaria qdem causa excedere theatro licitū fuit, Itaq; enixę quędam in spectaculis feruntur. Nunc poeta demonstrat philosophice quantā perniciem moribus hominum ꝛ ciuitatibus afferant corrupti mores pricipum,eorumq; quorū vita omnibus tanq̄ speculū esse debet, vnde illud etiam exit, Sed quid non faciet,quod principis vxor? Natus nobilis scilicet est. Hęc vltra,posthac quid videbimus in vrbe nisi omnes nobiles scęnicis artibus vacare? Vltra hęc.s.tempora Et illud dedecus. Sēsus est,habes hoc etiā quod in dedecus vrbis maxime redundat gracchum pugnantem non armis mirmillonis,non clypeo,non galea tectum,sed habitu retiarii tunicati.eritq; expositio Gracchum pugnantem. dedecus autem appellat tum q artem gladiatoriā exerceat quę infamis habetur,tum q Mirmillo esse non vult qui tecta facie pugnat,sed retiarius qui galerum tantum sumit vultu aperto vt cognoscatur. Totaq; est hinc poetę indignatio,q gaudeat operam suam sponte harenę pręstare ꝛ cognosci, quasi qui omnem pudoris rationem amiserit,per Gracchum nobilissimum quēq; intelligit Nam gracchorum familia nobilissima fuit ꝛ potens.

Mirmillo. Retiarius. Mirmillonis.glodiatorum alter sequutor ꝛ Mirmillo,alter Retiarius dicebatur. Mirmillo scutum ꝛ falcem sumebat ꝛ galeam,in cuius vertice erat effigies piscis, aduersus quem Retiarius pugnans quū eum insequeretur hęc cantabat. Nō te peto,piscem peto, quid me fugis galle? Retiarius aūt Fuscinā ꝛ rete gestabat tunicatus,ait igit poeta nobiles eo insolētię ꝛ ipudētię deuenisse, vt nō modo nō erubescant tecti armis in harena decertare more mirmillonis qui tectus galea ꝛ scuto pugnat.sed vltro omnia facie aperte peragant habitu retiarii tunicati,qui tunica tantum tectus dimicabat fuscinam ꝛ rete gestans vt cognoscantur,nam gaudent cognosci. Aut falce supina,i.erecta quę a mirmillone sumebatur. Dānat,quia non pudet,imo gaudet cognosci. Tridentem,i.fuscinam,quam habet vt retiarius. Erigit vultū,vt cognoscatur. Ad spectacula. idest ad ipsos spectatores theatri, Nequicquā,frustra, cum mirmillonem capere non potuerit. Effudit.emisit. Dextra vibrata.dextra cōmota ꝛ concussa iniiciendo rete. Cedamus tunicę,Cedamus inquit tunicę.i.retiario homini tunicato,quū presertim sit ciuis et nobilis romanus quod facile agnoscas ex habitu diuite ꝛ magnifico. Nam funiculus ipse quo sibi galerū capiti alligauit aureus est,qui ornatus non est pauperū gladiatorum,hocq; totum ironicos pronūciandū. vt sit sensus. Debemus inquit cedere ꝛ locum dare nobili romano fugienti tota harena, vt euadat ne scilicet a mirmillone insequente feriatur,hocq; quasi quadam cum miseratione nobilitatis, habēdus est īquit aliquis respectus ipsi nobili vt possit effugere manus mirmillonis ne cędatur i harena Sic etiam cōstat vt tradit Herodianus Cōmodo impatori qui in amphiteatro cum gladiatoribus dimicauit, habitū fuisse respectum a cęteris glandiatoribus. Sic enim scribit. Facile aūt dimicās suos compares superabat,neq; tum vltra vulnera procedebat dāte vnoquoq; manus, atq; imperatorē potius q̄ gladiatorē agnoscente. Sicq; legendum est Cedamus et nō credamus,aliter sensus non procedit, vnde bene sequitur, Ergo ignominiā,qua dicat ipsum mirmillonē ex victoria aduersum nobilem potius ignominiam reportasse quam laudem aut gloriam, vt sit sensus. Ergo mirmillo cum non passus sit Retiarium virum nobilē fugere quasi cuius misereri deberet, grauiorem adeptus est ignominiam q̄ si graue vulnus accepisset,nā a spectatoribus derisus est,quasi qui peritus impitum superauerit.hocq; totum ironicos in contēptum ipsius nobilis,tanq̄ qui fedam in harena operā nauauerit. Tunicę.tunicato retiario.Nam Retiarii tunicati erant. vn̄ in secūda satyra tunicati fuscina gracchi. Tranquillus in Caligula.Retiarii tunicati qnq; numero gregatim dimicantis sine certamine vllo,totidē secutoribus succubuerant. Aurea spira.i.funiculus ipse aureus qui circa galerū discurrens ad ornatū porrigebat ad fauces, vt galerus sub mento vinciret. Spira aūt ꝓprie appellat innolucrū funis in orbē collecti. Et serpentē dicimus collectā in spiram hoc est in girum ꝛ reuolutionē. Spira. Spiram item dicimus circulum illū eminētem qui basi apponitur. Victruuius, Sin autem ionicę columnę fient,scapus preter spiram ꝛ capitulum in octo partes ꝛ dimidiā diuidatur. Plinius lib.xxxvi,cap.xxiiii. In ephesię dianę primum colūnis spirę subditę,ꝛ capitella addita. Victruuius Loquēs de ęde Dianę sic scribit. Et fecerūt primo colūnę crassitudinē octaua parte, vt haberēt speciē excelsiorē, Basi spirā apposuerūt ꝓ calceo,capitulo volutas, vti capillamēto cōcrispātos cicinos ꝓpēdentes ornauerūt,trūcoq; toto strias, vti stolaꝝ rugas mīronali more demiserūt. Spiras etiā dicimus i ligno quū venę ꝛ nodi se cōuoluerūt. Pli.li.xvi.publicū oīum viciū vocat spiras, vbi sese cōuoluerī venę atq; nodi. Lōgo galero.i.ꝓcero ꝛ eminēti. Secutor.hē mirmillo q retiariū postq̄ ab eo captus n̄ ē isegt. Iussus,a ꝑtore q ꝑest ludis ꝛ cui operā suā vēdidit. Graccho, Nobili viro retiario de quo ēt i scda satyria meminit Tunicati fuscia gracchi.

Libera

Libera si dentur populo suffragia,quis tam
Perditus vt dubitet Senecam pręferre neroni
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia,nec serpens vnus,nec culeus vnus?
Par agamemnonidę crimen,sed causa facit rem
Dissimilem,quippe ille deis auctoribus vltor
Patris erat cęsi media inter pocula,sed nec
Electrę iugulo se polluit,aut spartani
Sanguine coniugii, nullis aconita propinquis
Miscuit,in scoena nunq̄ cantauit Orestes.
Troica non scripsit,quid enim virginis armis

Libera si dentur,si posset inquit quod sentit populus libere dicere,indubitanter Senecā,qūis humili loco natū ꝓpter eius virtutes Neroni ꝑferret,q nobilitatis suę splendorem viciis obscurauit, vt ostēdat in virtute nō in maiorū gloria verā nobilitatē cōsistere. Fuit aūt Seneca ꝑceptor Neronis ꝛ Lucani poetę patruus,qui incisiōe venarum ꝛ veneni haustu periit. Tranqllus Tacitus ꝛ Eusebius auctores. Sed quū dicit libera si dentur populo suffragia, iniquā tēporum suoꝝ cōditionē suspirat, qbus ab ipatoribus occupata libertate oīa eorum nutu administrabantur quū antea magistratus suffragiis populi crearētur, vt latius dicemus in satyra.x. Veꝝ poeta ad id respexisse videt quod scribit Tacitus. Ait.n.famā fuisse principes cōiurationis pisonianę destinasse, vt post occisū nerōnē, Piso quoq; iterficeret tradereturq; iperiū Senecę claritudie virtutū ad sūmā fastigiū delecto. Quis tam pditus,quis adeo rōnis egēs.s.est Vt dubitet, vt nō dicat Senecā Nerōi ꝑferēdū.

Parricidiaꝝ supplicium. Nō vna simia,qui parricidiū cōmisissent virgis cęsi ꝛ culeo insuti cū simia,gallinaceo,serpente,ꝛ cane in mare, vel in ꝓpinquū flumen ꝓiiciebant. Auctor est Modestinus Iurisconsultus lib.digestoꝝ.xliiii, Plautus. Iube hunc insui Culeo atq; in altū deportari,si vis bonā annonam. Non vna,sed multę, vt qui multa cōmiserit parricidia,ac per hoc multę mortes. Parricidiū.n.dicit cōmittere quicūq; magnus cognatoꝝ sanguine cōmaculat,licet Quinti.lib.viii.scribat parricidam abusiue dici matris aut fratris interfectorē. Nero.n. vt Tacitus ꝛ Tranqllus scribunt conscius fuit necis Claudii, matrē Agrippinā ꝛ sororē patris interfecit,auctor Eusebius, Octauiā vxorē prius relegatā sub crimine adulterii occidit, Popeiam duodecimo die post diuortium Octauię in matrimoniū acceptā, ictu calcis grauidā i teremit ꝛ ęgrā, Antoniā quoq; filiā Claudii recusantē post mortē popeię nuptias suas quasi nouaꝝ reꝝ molitricē interfecit. Aulū plantiū iuuenē sibi ꝓpinquitate cōiunctū iactans eū a matre dilectū,ꝛ ad spem imperii impulsum, Itē priuignū Ruphiriū Crispinum popeia natū impuberē adhuc,qa ferebat ducatus ꝛ imperia ludere,mergēdū dū piscaret mari seruis ipsis demādauit. Britannicū fratrē suū per adoptionem veneno sustulit.

Culeus. Culeus. Saccus est ex corio, quo vt diximus insuebant parricidę. Itē nomē est mensurę cōtinentis amphoras viginti, Priscia. Est ꝛ bis decies quē cōficit amphora nostra Culeus,ac nulla est maior mensura liquoris. Cato. Vbi delegeris in eius musti culeum aquę marinę veteris quartas binas, vel salis puri modiū,ꝛ eū i fiscellā suspēdito. Par Agamēnonidę,crimē inquit qd cōmisit Orestes,quū matrē interemit,par fuit crimini Neronis,q eodē modo Agrippinam matrē suā occidit, est aūt Agamēnonidę gtūs casus.i.Orestis filii agamēnonis. Sed cā facit rē dissimilē. Sed cędes inqt Orestis multū a cęde quā fecit Nero differt. Orestes.n.cām videtur habuisse honestā necis matemę,qa ea Agamēnonē maritū suū,ꝛ patrē ipsius Orestis occidisset adiuta,ab Aegisto adultero,nā eū vt alii tradiderūt in cōuiuio securi ꝑcussit, vn̄ ait,cęsi media inter pocula, vt alii vero quū vestē induceret sine capitio. Neroni vero nulla fuit honesta cā cur matrē suā interficeret. Sed nec electrę iugulo,sed nec se contaminauit cęde sororis suę, nā electra soror eius fuit a qua e manibus Clytēnestrę matris ꝛ Aegisthi adulteri liberatus ē. Sanguine cōiugii spartani,hoc ē Hermiones vxoris suę, q̄ filia fuit Menelai ex Helena. Nullis propinquis. quēadmodū Nero, qui Britānicū fratrē suū veneno sustulit. Nunq̄ cantauit Orestes, qd fecit Nero,q nō mō Romę in agone cytharistarū cōtendēs oēs superauit,sed ꝛ Olympia isthmia Pithia Actia celebrans inter Cerycas tragoedos ꝛ cytharistas corōatus est,auctor Eusebius, Tranqllus scribit coronā ēt cythare a iudicibus sibi allatā adorauisse, ferriq; ad Augusti statuā iussisse,sed ꝛ Neapoli vbi sepius plures ēt dies cātauit,sumpto ēt ad reficiendā vocē breui tpe. Nec cōtētus haꝝ artiū experimēta Romę dedisse Achaiā ēt petiit. vbi maxime motus instituerat ciuitates,apud quas musici agones ędi solent, oēs cytharoedoꝝ coronas ad ipm mittere.

Troica nerōis. Troica nō scripsit,nō dāt Neronem q troica sua scripserit,qbus excidiū troianoꝝ cōtinebatur sed qd vrbē icēderit,cuius cōflagratione ex turre moecenatica prospectans,lętusq; flāmę (vt aiebat) pulchrytudine halosin Ilii cantauit in habitu scoenico. i.captiuitatē troię,quā suis troicis cōplexus fuerat.q.d nō incēdit vrbē Orestes vt Nero,quē cōstat ipso tpe verbis flagrātis iniisse domesticā scoenā ꝛ troianū incēdiū cecinisse,ꝑsentia mala casibus vetustis assimulantē, vrbem aūt incēderat,quasi offensus veteꝝ ędificioꝝ deformitate,ꝛ angustiis flexurisq; vicoꝝ. Trāqllus Tacitus, Eusebius auctores. Eutropius tradit Neronē vrbē incēdisse vt spectaculi eius imaginē cerneret,qualis olim Troia capta arserat. Troica scripta a Nerone fuisse Seruius docet illud exponens. Et troię cynthius auctor, cynthiū eē regem troię quē in troicis suis Nero cōmemorauit. Idē illud enarrans in.v.ęneidos. Solus q paridē. Paris inquit ꝑm troica Neronis fortissimus fuit. Troica autē appellauit Nero,quā Homerus Iliada. Troica ēt scripsit Macer quidam affinis Ouidii,de quo ipse in ponto sic meminit. Tu canis ęterno quicquid restabat Homero, Ne careant summa troica bella manu. quid.n.virginius armis. Nero quē iam.xiiii.annos tanq̄ immanē belluā,ꝛ terrificū monstrū terraꝝ orbis perpesus fuerat, destitutus fuit initium faciētibus gallis duce Iulio vindice,qui tū eam prouinciā propretor obtinebat.

Vindex galba. Desciuit ꝛ Galba in Hispania cum exercitu, Item virginius Ruffus germanici exercitus ductor,q quū Galbę assensurus nō foret, nec alii nisi quē senatus delegisset ad imperium, Iulius vindex indignatus,quū Galbę faueret cōgressus est cū Virginio,a quo superatus est, ꝛ ad mortem compulsus cęsis in eo conflictu viginti millibus

galloꝝ. Recusauit tñ Virginius imperiū oblatū a militibus. cōscius se ex equestri familia ortū ignoto patre, impareq; si recepisset, tutum si recusasset, vñ extat apđ Dionē in vita Neruę, ⁊ Pli. iuniorem tale distichon. Hic situs est Ruffus pulso q vindice quondā Imperiū asseruit nō sibi sed patrię. Demum. n. secutus ē partes Galbę q Neroni impiū ademit,

Debuit vlcisci magis, aut cum vindice galba?
Quid nero tam sęua crudaq; tyrannide fecit?
Hęc opera, atq; hę sunt generosi principis artes
Gaudentis foedo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, graięq; apium meruisse coronę.
Maiorum effigies habeant insignia vocis.
Ante pedes domiti longum tu pone thyestę
Syrma, vel antigones, seu personā menalippes.

Ait ergo poeta recte factū a Virginio. Vindice ⁊ galba, q a Nerōe descinerint eius scelera, vlciscētes. De vindice sic scribit Philostratus, vindex hispanos ad defectionem solicitabat idonea certe, q posset fides cōcidere, qbus ineptę cantabat Nero. nā apud exercitus orationē habuit cōtra tyrānum ex media philosophia depromptā. Inter alia nāq; dicebat Nerōnē magis esse oīa q̄ citharoedū. Citharoedū vero magis q̄ regē, eundem quoq; insania, furore, auaritia, lasciuia, oīq; crudelitate corruptū criminabat, iā vero oium ab eo factoꝝ crudelissimum q̄ s. matrem infecisset, nequaq̄ illi dicebat crimini dandū esse, se nanq; iure interfectū putare, q̄ tale portentū peperisset. Quid nero tā sęua. Nero inqt in tyrānide sua tā crudeli quid fecit? ac si dicat pter tā crudelia facta, h̄ est cędes suoꝝ ⁊ vrbis incēdiū qd aliud fecit? sicq; interrogationi rñdendo, oñdit illū etiam cōtra oēm impatoris maiestatē versatū eē in certaminibus citharedoꝝ. Hęc opa, verba rñdentis, Hęc inquit qñ me interrogas, sunt opa ⁊ artes Neronis. Generosi, irōice.

Prostitui, Priscianus ait pstitui positum eē p prosisti vt sit a sisto. i. gaudētis statui, ⁊ poni. Ad pulpita pegrina. i. in scoena vbi multa pulpita sunt extructa, vt docet Victruuius. hoc dānat, qđ nō solū Romę, sed neapoli in theatro cōplures cantauerit dies, idēq; ēt i Achaia p cytharedo versatus sit in certaminibus, vbi istituerat ciuitates, apud quas musici agones edi solent oēs cytharedoꝝ coronas ad ipm mittere, eas adeo grate vt diximus recipiebat vt legatos, q ptulissent nō mō primos admitteret, sed ēt familiaribus epulis interponeret, olympię quoq; pter cōsuetudinē musicū agona cōmisit, ibiq; etiā plurifariā auriganit, sed excussus curru, ac rursus repositus, quum pdurare nō posset, destitit añ decursum, nec eo secius coronatus est, deniq; certamina obiit oīa. Quatuor aūt certamina erant celebratissima, q̄ i grecia celebrabant.

olympia — Olympica in honorē Iouis, donabāturq; victores corona ex oleastro, vñ ait Pli. gręci olympię victores oleaster coronant.
pythia — Pythia, in honorē Apollinis, victoribus corona dabat ex lauro.
isthmia — Isthmia in honorē Palęmonis, victores coronā accipiebāt pineam.
nemea — Nemea Archemoro dicata, victoꝝ corona erat ex apio, vñ seqt Graięq; apiū meruisse coronę.

Ex gręcia reuersus romā tanq̄ ingentē reportās victoriā eo curru rediit, quo Augustus olim triūphauerat ⁊ in veste purpurea, distictaq; stellis aureis chlamyde, coronāq; capite gerens olympicā. dextra manu pythiā, sequētibus currū ouātiū ritu plausoribus, augustianos militesq; se triūphi eius clamātibus. Insectat ergo ipsum poeta quē nō puduerit, non mō romę ⁊ in Italia, sed ēt in gręcia locis pegrinis artibus scoenicis se foedare. Foedo saltu, scoenica saltatione ac p hoc foeda minimeq; hoīe libero ⁊ principe digna. Meruisse apiū. i. coronā ex apio, q̄ vt diximus dabat victoribus in ludis nemeis, sicut docet Pli. lib. xix. his verbis. honos apio in achaia coronare victores sacri certaminis nemeę, vnde innuit ⁊ poeta ipsum in ludis Nemeis cōcertasse. Maiorū effigies, in irrisionē Neronis hęc dicit, quū alii inquit hostiū spolia, aliaq; victoriaꝝ premia soleant añ statuas maioꝝ suoꝝ collocare cū ipsis rerum gestaꝝ titulis, tu potes inquit o Nero ante effigies maiorū tuoꝝ collocare ornamenta scoenica, quę in recitatione tragoediarū sumpsisti, ⁊ insignia vocis tuę. i. ornamenta ⁊ pmia q̄ ex cantu tuo scoenico consequutus es, vt per insignia vocis intelligat pręmia, q̄ accepit cantu suo, hoc est coronas ⁊ cytharā quam ab iudicibus ad se allatam adorauit sicq; aperte eius impudentiā sugillat.

isignia — Nam insignia dicuntur omnia, quę sunt homini ornamento, vnde dicimus insignia cōsulis virgaꝝ fasces cum lictoribus. Annulum insigne ordinis equestris eo q homines insigniat ornet ⁊ decoret. Horatius. Tu quū proiectis insignibus annulo equestri Romanoq; habitu prodis. Effigies maiorū. i. statuę, quę in atriis cęreę in armariis ordine, vt diximus collocatę ponebant.

Ante pe. domi. pro domiti, aut patris tui, aut attaui. Nā vterq; vt docet Tran qllus Domitius appellatus est.

Thyeste. de Thyeste ⁊ Atreo Tragœdiā scripserunt Varius ⁊ Seneca.

syrma — Syrma, Tragœdorum fuit vestis quam pallam latini dixere, de qua Horatius in poetica, Post hunc personę palleq; repertor honestę Aeschylus. Mart. Transtulit ad satyros nostra thalia cothurnos Aptasti longū tu quoq; Syrma tibi. Longū Syrma, pone inquit ornamenta, habitusq; scoenicos, quibus vsus es in agendis fabulis añ pedes patris tui, dictum autem est Syrma a συρω quod est traho, trahebatur enim per pulpita. Horatius. Traxitq; vagus per pulpita vestem. Nero aūt cantauit tragoedias Canacem parturiētem, Orestem matricidam, Oedipoden excęcatū, Herculem insanū. Tranquillus auctor.

antigone — Antigones, huius nominis fuit filia Laomedontis regis troianorum, q̄ quum ausa eēt Iunoni se pulchritudine preferre, ab ea in Ciconiā est conuersa. Fuit item Antigone filia Oedipi, q̄ patrē cęcū ductitauit de hac frequens scripta fuerat tragoedia, de ea ⁊ Statius in Thebaide.

Menalippe — Menalippes. Dionysius Halycarnasẽus et Eusebius de pparatione euangelica scribunt Euripidem Anaxagore physici auditorem tragoediam fecisse της σοχης μεναλιππις. i. de sapiente Menalippe, in qua tragoedia Mnalippe filios in patris stabulis exposuit, quam rem propter pdigium esse existimans, deliberauit adurere. Sed Menalippe dum vellet filios seruare, philosophorum rationibus non esse monstrum ostendit. De hac fortasse intellexit ⁊ Varro in secundo de re rustica, vbi mentionem facit de boue sic. Scio hunc esse, in quem potissimum Iuppiter se conuertit, quum se prostrauit per mare e phoenice amans Europam. Hunc esse qui filios Neptuni a Menalippa seruarit, nec in stabulo infantes grex boum obtereret. Ad eam fabulam agendam gestu maxime opus fuisse docet Cicero in primo officiorum sic. Qui enim voce freti sunt Epigones Medeamq;, qui gestu Menalippam, Clitemnestram eligunt.

Colosso

Et de marmoreo cytharam suspende colosso.
Quis catilina tuis natalibus, atq; cethegi
Inueniet quicquam sublimius? arma tamē vos
Nocturna, & flāmas domibus tēplisq; parastis,
Vt bracatorum pueri senonūq; minores,
Ausi quod liceat tunica punire molesta.
Sed vigilat consul, vexillaq; vestra coercet.
Hic nouus arpinas ignobilis, & modo romę
Municipalis eques galeatum ponit vbiq;
Presidium attonitis, & in omni gente laborat,
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis, & tituli, quantū non leucade, quantū
Thessalię campis octauius abstulit vdo
Cędibus assiduis gladio, sed roma parentem
Roma patrem patrię Ciceronem libera dixit.

Colossus — Colosso marmoreo, respexit ad colossū, quē vt scri. Tranql. cētū ⁊ xx. pedū ęreū erexit Nero i vestibulo domus areę, quę statua eo mortuo dicata fuit Soli mutato noie. eā fabricauit Zenodotus accitus e gallia. Pli. scrib. xxxiiii. ca. vii. statuaꝝ moles turribus pares colossos vocitatas. Festus ait vocitatū esse colossum a Colosso pmo inuentore. Colossum in portu suo Rhodii habuere tāta magnitudie vt iter crura naues extensis velis trāsirēt, is ducatus fuit Soli. lxx. enī fuit cubitoꝝ alitudinis, quē fecerat Chares Lyndius Lysippi discipulus. hoc simulacrū post quadragesimū sextū annū terrę motu pstratū. Sed iacēs quoq; miraculo fuit, pauci. n. pollicē eius amplectebant. Duodecim annis tradūt effectū. ccc. talentis. hoc aūt loco non de Neronis colosso itelligit, q nō marmoreus, sed aereus vt diximus fuit, sed de statua augusti Trāquil. n. ait sic de Nerone. Cytharā aūt ab iudicibus ad se allatā adorauit, ferriq; ad Augusti statuā iussit, hoc nūc poeta Nerōi obiicit, aut (qd oino placet) illū notat, q vt scribit idē Tranquil. posuit statuas suas cytharoedico habitu, qua nota ēt nūmū pcussit. Quis catilina tuis? Exēplo Catilinę ⁊ cethegi oñdit illos nō appellādos eē nobiles, q ex nobili ortu genere impie atq; turpiter viuūt. Nā Catilina cū C. Cethego viro senatorio ⁊ aliis nobilibus opprimēdę reip. cōsiliū inierūt. sensus ē. Nihil gñe tuo o Catilina ⁊ Cethege fuit nobilius, tñ nō dubitastis patrię exitiū machinari, quo more fecerūt galli. Tuis natalibus, tuo genere ⁊ tua origine. Seneca ad Luciliū. Cōditor ille iuris humani nō natalibus nos necnoīum claritate distinxit. Vt braccatoꝝ pueri. s. parauerūt, pueri braccatoꝝ. i. posteri galloꝝ, q duce breno relictis ob sterilitatē agris suis Clusiū Italię oppidū obsederūt, ad quos quū missi fuissent ab senatu tres legati, q eos monerēt vt ab oppugnatiōe desisterēt, ex iis vnus cōtra ius gētiū pcessit et ducē senonū interemit, quo facto cōcitati senones vrbē infesto exercitu petierunt, ⁊ fuso exercitu romano apud Haliā fluuiū victores vrbē itrauerūt, vbi nobilissimos senū cū insignibus honoꝝ, quos qs gesserat i vestibulis ędiū sedentes occiderūt. Reliqua iuuentus cū Manlio i capitoliū fugit, vbi obsessa Camilli virtute liberata est. ait ergo poeta Catilinā cū cōiurationibus nō aliter pnicię q̄sinisse q̄ gallos.

gallia braccata — Gallia aūt braccata apellata est Narbonēsis puincia, q̄ interno mari alluit. Varo flumine ab Italia alpiūq; saluberrimis iugis discreta, a genere vestiū, q̄s ad terrorē intonsas ⁊ varii coloris ferūt,

Anaxiridę — eas dē gręci auctore Diodo. anaxiridas vocāt, de quibus ita meminit Cor. Taci. At cecinna velut relicta post alpes sęuicia ac licētia modesto agmine p italiā incessit, ornatū ipsius municipia ⁊ Colonię in supbiā trahebant, qđ versicolori sagulo braccas barbaꝝ tegmē indutus togatos alloqret. De iis ēt sic Trangl. in Cęsare. Gallos Cęsar in triūphū ducit. Idē in curia galli braccas deposuerūt, Medos ēt aliasq; gētes barbaras tali genere vestiū vsas docet ⁊ Persius, Queq; docet sapiens braccatis illita medis porticus. Et Oui. de tristi. Pellibus hirsutis arcēt mala frigora braccis. Senones aūt populi sunt gallię lugdunēsis. Ausi. s. vos cōiuratores id facinoris. Quod liceat, qđ oibus licitū sit. i. id facinoris cōmisistis, qđ incēdio hoc est grauissimo supplicio mereret puniri. Tunica molesta. i. igne, et supplicio ignis. de tūica aūt molesta sic Sene. li. ii. ad Luciliū. Cogita illā tūicā alimētis igniū ⁊ illitā ⁊ intextā, ⁊ qcqd aliud cōmēta ē sęuitia, h. n. genus supplicii excogitatū ē vt facinorosi hoīes igne ⁊ tunica obuoluti cremarent viui. Sed vigilat cōsul, vos inqt patria q̄ritis pdere, q nobiles vos eē dicitis, Cōsul vero quē ignobilē putatis, ipsam tuet ac seruat, sicq; poeta oñdit nō ex natalibus, sed ex recte factis virtuteq; nobilitatem pēdere censendāq; eē. Vigilat, opam dat ne catilina ⁊ reliq cōiurati rēp. pdāt.

vexilla vñ — Vexil. ve. conatus ⁊ furores vestros, vexilla. n. sūt signa militaria p diminutionē dicta a velis. Coercet, repmit. Hic no. ar. ign. i. cicero, quē vos nouū ⁊ ignobilē p cōtēptū appellatis, cū tñ cōstet vt plutar. ⁊ Eusebi. scribūt eū ex regio volscoꝝ genere eē ortū, matre Heluia ⁊ pre eqstris ordīs. Nā romani eos q nulla maioꝝ dignitate claruissēt nouos soliti sūt appellar vñ Catilina inectus in ciceronē, eū nouū hoiem nūcupat.

ciceronis genus volsci — Arpīas, arpinū oppidū ē volscoꝝ pria cicerōis. volsci āt populi sūt iūcti latinis, quoꝝ oppida sūt, aqnū, fabrateria, frusino, cora, pometia, antiū, Velitrę, ⁊ suessa eorū metropolis. Eqs mu. ro. i. natus i mūicipio arpino, sed romę i ordie eqstri Mō ro. quē mō ⁊ nup i eqstri ordie dicitis eē romę, ñ vetere ⁊ nobili gñe, vñ Salu. ita ignobilitatē obiicit, veꝝ vt opior splēdor dōesticus tibi aīos attollit, Et paulopost veꝝ vt opior hō nouus arpinas ex M. crassi familia illius virtutē imitat, nā illos vt dixius romāi, q sine maioꝝ splēdore p seipsos claruissent i cōtēptū nouos appellabāt, ⁊ iqlinos q̄si q aliēas ędes icolerēt.

Tñ ig. m. Cic. iqt miorē tulit laudē ex pria cōsuata i toga, q̄ augustus ex victoria actiaca supatis M. ant. ⁊ cleopatra, ⁊ ex victoria pharsalica pfligatis bruto ⁊ cassio.

Nois, famę ⁊ laudis. Tituli, honoꝝ q non sine titulo ⁊ iscriptōe notāt i fastis, statuisq; subscribūt. Nō leu. i. ex bello actiaco, vbi. M. ant. cū cleopatra bello nauali supauit augustus.

leucas — Nā leucas isula ē añ sinū ambraciū iuxta actiū pmōtoriū epyri, vbi pugna cōmissa fuit. Eā isulā appellarūt leucadē a petra albicāte q̄ i pelagus illic ptēdit, Alcmeōides vero scribit Aliceū ⁊ Leucadiū filios fuisse Icari, ⁊ a leucadio deīn eē leucadē. Cāp. the. i. ex victoria pharsalica supatis cassio ⁊ bruto. Abstulit reportauit. Sed ro. roma igt ñ huit, vñ aug. cęsarē, licet diuersa bella tractasset, appellaret patrē prię, sed huit vñ Ciceronē appellaret, sic igit cōmēdat quē romāi vt ignobilē vitupabāt.

Pater prię — Pa. pa. prius fuit cicero q tale cognomē meruit cōsuata pria i cōiuratōe catilinaria, id postea cognominis ad ipatores adulatiōe magis q̄ merito delatū.

Arpinas, alius.i.marius. Ná arpinũ patria fuit cõmunis Marii ⁊ Cicerõis. Monet exẽplo item Marii nobilitatẽ ex virtute pendere.

Marius

Lassus aratro alieno, ostẽdit Iuuẽalis nõ solũ Mariũ aratorẽ fuisse, sed ẽt agricolã mercẽnariũ. de quo sic Pli.lib.xxxiii.c.xi. Ille arator arpinas ⁊ manipulares imperator. Post hec, post agricolatiõe rebus stratioticis se accõmodauit. Sequutus.n. est romanoꝝ castra vt miles gregarius, quod indicat quum ait illũ versatũ inter fabros ad dolanda ligna. Milites.n. operibus fabrilibꝫ exercebãtur. vñ Martianus iurisconsultus titulo de re militari sic scribit. Et si scio fabrilibus operibus exerceri milites nõ esse alienũ. Fabri .n.tignarii, carpentarii, ferrarii, idq genus artifices, vt docet Vegetius castra sequebant nullius rei participes nisi operis castroꝝ muniendorũ. Marius vt scri. Plutarchus obscuro genere ortus patrẽ Mariũ, matrẽ Fulciniã pauperes hoies atq moechanicos habuit, vitã ab vrbanis, lautisq viuendi moribus alienã, sed modestam ⁊ priscis viuendi institutis egit in villa Cirernate, q̃ erat in agro arpinati, militauit primo sub Scipione Africano Numantiã obsidẽte, vbi quum aliqñ post coenã de impatoribus sermo fieret, ⁊ quidã ex presentibus siue serio siue ioco Scipionẽ interrogaret, quẽ talem ducẽ post illũ populus ro. habiturus eẽt. Scipio pcusso leniter Marii humero hunc inquit, hic prestanti virtute erit. Frãgebat vertice vitẽ.i.vitę pulsabat a centuriõe in castris Nã centuriones vitem gestabant ad milites in officio continendos. Pli.lib.xiiii.cap.i.loquens de vitę. Quid quod in serte castris summã reꝝ imperiũq cõtinẽt. Cẽturionũ in manu vitis, ⁊ optimo pmio tardos ordines ad lentas perducit aqlas. Liuius lib.lvii.ab vrbe condita loquens de Scipione inferiore. Quẽ militẽ extra ordinẽ dephendit, si romanus esset vitibus, si extraneus virgis cecidit.

Dolabra

Pigra dolabra. hoc est ipse piger. Dolabra ferramentũ est fabroꝝ ad dolanda ligna, vñ ⁊ nomẽ deductũ. Castra.n. sequebant, fabri, centonarii ⁊ dẽdrophoni.i.arboꝝ succisores. Hic tñ ⁊ Cimbros. Hic tñ inqt Marius, quem vos ignobilem dicitis, vicit ⁊ cimbros. Nã eos in gallia apud aquas statyellas iũctis Catuli pconsulis cũ exercitu suo copiis deleuit, in quo plio tradunt cesa fuisse hoium centũ ⁊.xl.milia, capta.lx. Sunt aũt cimbri populi germanię pximi oceano, qui animo ⁊ audacia prestantissimi ⁊ manuũ virtute ac celeritate ⁊ impetu egregii in bello habiti sunt. Eoꝝ impetum nemo sustinere poterat, multos.n. magnosq exercitus ro. deleuerunt. Descenderant aũt tridẽtinis iugis in Italiã quũ terras eoꝝ inũdasset oceanus, nouasq sedes toto orbe sibi quererent exclusi gallia ⁊ hispania. Et solus, non aũt solus hostem superauit, sed vna cũ collega Catulo. Ceteꝝ hoc ex historia est. Nã vt scribit Plutarch. famã ⁊ gloriam huius rei totam Mario pp primam victoriam aduersus Teutonas ⁊ Ambrones, ⁊ nomen imperii tribuebant, vnde auctore Liuio primores ciuitatis qui aliquantulum vt nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant conseruatã ab eo remp. fatebant, quasi ab eo solo ⁊ nõ ẽt a collega. Atq ideo. ob talem inquit victoriam factum est vt Collega nobilis Catulus Luctatius habuerit vnde triũpharet. q.d. ex sudore hominis noui ⁊ ignobilis inuenit nobilis vñ triũpharet, sicq nobilitatẽ cauillando virtutem extollit Marii, nam quũ duo ei triũphi primus.s. ex teutonis secundus ex Cimbris offerent, ambos agere noluit. Nam vt in huiusmodi secundis rebus mansuetum se preberet cũ Catulo triũphare omnino instituit. formidabat.n. milites, q in ea diminutione conuenerant, vt si Catulus honore excluderet, ipse quoq triumpho priuaretur.

Qu.c tulus

Ergo ipse in causa fuit vt Catulus secũdũ habuerit triumphum, scilicet Cimbricum, quũ vterq ei esset ab vniuerso populo oblatus, cuius rei ita meminit Cice. in Tuscu. C. Marius cũ Cimbricę victorię gloriã cũ collega Catulo cõmunicauit. Hic aũt est ille Catulus luctatius, de quo ⁊ in secũda Satyra nõnulla attigimus, q capitoliũ igni absumptũ nõ solum refecit, sed ⁊ magnificẽtius dedicauit.

Cada…

Maiora cadauera, magno.n. corpore horrendisq oculis erant, ⁊ apud germanos predones appellabantur, auctor Plutar. Cadauer aũt dictũ est a cadendo, nõ autem vt qdã exposuerũt quasi caro data vermibus, diciturq cadauer nõ solũ hoium sed oium animaliũ, atq etiam reꝝ inanimataꝝ. Vnde Seruius Sulpitius sic scribit Ciceroni. Hem nos homunculi indignamur siquis nostroꝝ interiit aut occisus est, quoꝝ vita breuior esse debet, quũ vno loco tot oppidoꝝ cadauera proiecta iaceant! Locutus.n. est ante de multis ciuitatibus prostratis ⁊ dirutis. Postq̃ corui volabant.i. postq̃ parta fuit victoria. Stragẽ, cladẽ dictã a sternẽdo. Plebeię decioꝝ animę, licet inqt decii ignobiles haberent, cũ in domũ suã Decius pater primus cõsulatum detulerit, tñ opꝫ patrię tulerunt, Nã vterq Decius pater ⁊ filius se deuouit, pater bello latino, filius bello aduersus ethruscos, Sannites, Vmbros, ⁊ Gallos, Decius pater quũ se deuouit his verbis, vt scribit Liui.lib.viii. est vsus, sicuti verbis nuncupaui, ita pro rep. quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi ro quiritum legiones, auxiliaq hostium mecũ diis manibus deuoueo.

Decii

Decius filius quũ videret acies inclinari exẽplũ patris imitatus aduocato M. Liuio põtifice hastę insistens ⁊ solẽnia verba respõdens se ⁊ hostes diis manibus deuouit, impetuq in hostes facto, victoriã suis reliqt legiõibus. Nã ilico pugna istaurata fuit, cepitq põtifex vociferari vicisse romãos defunctos cõsulis fato, galios sannitesq, telluris mr̃is ac deoꝝ maniũ eẽ. Pro to.le. ꝓ totius exercitus romani salute. Sufficiũt, sufficere dicimus ei cui desideriũ iplemus. q.d. solis deciis dii inferni cõtenti sunt. Terrę parenti, in cuius visceribus dicuntur ipsi esse inferi.

Pluris

Arpinas alius volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.
Nodosam post hec frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Hic tñ ⁊ cimbros, ⁊ summa pericula rerum
Excipit, ⁊ solus trepidantem protegit vrbem
Atq ideo postq̃ ad cimbros, strageq volabant,
Qui nunq̃ attigerant maiora cadauera corui
Nobilis ornatur lauro collega secunda.
Plebeię deciorũ animę, plebeia fuerunt
Nomina, pro totis legionibus ii tamen, ⁊ pro
Omnibus auxiliis, atq omni plebe latina
Sufficiunt diis infernis, terręq parenti.

Pluris.n.decii. exẽplo ergo Decioꝝ oñdit hoiem sola animi virtute nobilem, vt diximus fieri, quod itẽ exẽplo Seruii Tullii probat, qui in domo Tarquinii vxoris industria ⁊ consilio tanta gratia apud populũ Ro. vixit, vt quum interdum iactari voces ab iuuene Tarquinio audiret se in iussu populi regnare, ausus sit ferre ad populũ, vellent iuberẽt ne se regnare, vnde tãto consensu q̃to haud quicq̃ alius ante rex est declaratus.

Seruius Tullius

ancilla

Ancilla, cornicularia, fuerat enĩ ex corniculo oppido latii. Est aũt ordo. Ille bonorũ regũ vltimus natus ancilla meruit trabeã. Ancilla proprie dicitur mulier quę in seruitute est.

trabea

Trabeã, vestis fuit regũ. Liuius. Seruius cum trabea ⁊ lictoribus prodiit. Plinius. Trabeis vsos inquit accipio reges. Eã scribit Dioysius Hal. lib. ii. Circũdistinctam fuisse purpura sub tegmine puniceo vestemq fuisse gentilẽ romanis honorificã.

diadema

Diadema, a diadeo quod est circumligo, erat aũt pannus quo veluti fascia reges caput sibi vinciebant. Seneca ad Lucilium. Vides illũ scythię sarmathięq regẽ insigni capitis decore, si vis illum estimare totumq, scire qualis sit, sciam solue, multum mali sub illa latet. Valerius de Põpeio sic. Cui candida fascia habenti crus alligatum Fauonius non inquit refert, qua in parte corporis sit diadema exigua panni cauillatione regias eius vires exprobrans. Idẽ alibi. Rex ẽt ille subtilis iudicii quem ferunt traditum sibi Diadema prius q̃ capiti imponeret retẽtũ diu considerasse, ac dixisse. O nobilẽ magis q̃ foelicẽ pãnum. Hęc ideo copiosius dixi vt eoꝝ opinio explodatur q diadema coronã regiã interptãtur. Quirini, hẽ ẽ insigne regiũ, quo Romulus, q quirinus dictus ẽ pmus rex apud romanos ẽ vsus, de Quirino illic ẽ dcm i valle quirini. Fasces, de fascibus abũde supius diximus, his ⁊ reges vtebant. Liuius, Dionysius, Plutar. ⁊ Macro. auctores. Vltimus bonoꝝ regũ, nã fuit sextus rex romanoꝝ, post quẽ Tarquinius superbus regnauit omniũ vltimus, qui quanto ceteri meliores fuere, tanto ipse fuit nequior. Iuuenes ipsius consulis. Exẽplo filiorũ Bruti ⁊ Aquilii, aliorũq cõiuratoꝝ, qui nobili genere fuerũt ostendit vt supra exẽplo Catilinę ⁊ Cethegi eos appellandos non esse nobiles, qui citra virtutem viuunt,

De filiis bruti

pulsis enim Tarquiniis regibus patricii iuuenes iter quos fuere filii duo Iunii Bruti consulis, Marcus ⁊ Manlius, gelii vxoris Bruti fratres. L. ⁊. M. Aquilii memores eius licentię, quam sub regibus habuerãt, conspirarunt i domo Aquilioꝝ de reducẽdis regibus. Coniurationẽ detexit vindex Cecinensis Aquilioꝝ seruus. Deprehẽsi iuuenes poenas dederunt, Bruto filiis suis nõ parcente, nã supliciũ eoꝝ constantissime iussit ⁊ spectauit, auctores Liuius, Dionysius, Plutarchus, Plinius. ⁊ Florus.

Ipsius cõsulis.i. Bruti qui primus eiecto Tarquinio superbo consul est creatus. Deceret. conueniret facere pro libertate.i. pro libertatis conseruatione, quã pater eorum eiectis regibus patrię tradiderat. multum autem interest, quum dicimus pro imperio pugnat, ⁊ de imperio,

de ĩpio

pugnare enim pro imperio est pro conseruatiõe imperii, vt scilicet quod habeas, conserues. De imperio aũt pugnare, est de imperio habendo.s. vt quod non habeas, acqras, vt illud sit in conseruatione. hoc in auctione.

Dubia libertate, hoc est quum libertas in ambiguo est, quum alii in oppugnanda, alii in tuenda laborent.

Quod miraret, quod posset mirari ⁊ imitari.

Mutius Scęuola

Mutius.s. Scęuola q adolescens nobilis indigne ferens ciuitatẽ romanã ab ethruscis obsideri, quorũ sepe exercitus fudisset, abdito intra vestem ferro in castra hostium venit, quorũ dux erat Porsena, q in regnũ conabat Tarquinios restituere, ibi forte quum stipendiũ militibus daret, ⁊ scriba cũ rege pari ornatu sederet, scribã pro rege obtruncat, captus ⁊ ante tribunal regis adductus, tum quoque inter tantas fortunę minas metuendus magisq̃ metuens, romanus sum inquit Ciuis C. Mutium vocant, hostis hostẽ occidere volui, nec ad mortem minus animi est q̃ ad cędẽ, statimq dextrã incenso ad sacrificium foculo iniecit, quam animi virtutẽ conspicatus Porsena eũ intactũ inuiolatũq dimisit, vnde postea Scęuolę cognomen accepit, a clade dextrę manus, nota est historia. Cũ coclite. Horatius cocles eodem bello positus foret in statione pontis, quũ Porsena irrueret, solus hostiũ impetum in primo põtis aditu sustinuit donec a tergo pons interrumperet. Tunc in Tiberim armatus desiliit, multisq super incidentibus telis incolumis ad suos tranauit. Statua ei erecta fuit i comitio, agriq quantum vno die arari posset datũ trans Tiberim. Cocles aũt ob id est cognominatus, q in alio prelio oculum amiserat, scribit Pli.lib. xi. eos Coclites appellari, qui altero lumine orbi nascerentur, vnde ⁊ Cyclopes accepimus appellatos in Sicilia, quod solũ oculũ in fronte haberent Coclites.

Coclites

Virgo.i. Chloelia, quę eodem bello inter pacis conditiões data Porsenę iter obsides dux agminis virginum, deceptis custodibus noctu castris eius egressa equum quem sors dederat, arripuit, ⁊ tyberim traiecit. Rex ira incensu Chloeliam ob sidem petiit, accepitq, cuius virtutem admiratus eam ad suos remisit, facta ei potestate eligendi quos vellet secum ducere ex obsidibus, quę pueros impuberes elegisse fertur, quorum ętatem iniurię non obnoxiam esse sciebat, statua ei equestris in foro posita. Virgo. Ordo est. ⁊ quod miraretur virgo, quę natauit.

Imperii finem Tiberinum, hoc est quę natauit Tiberim, qui tunc Imperii Romani finis erat, non enim tunc temporis Romani vlterius imperabant. vnde virgam in octauo. Hinc Thusco claudimur amni. Hetruria enim fines suos tendebat vsq ad primam ripam Tiberis, dictaque Hetruria quasi ετερος ορος. Nam ετερος est alter ⁊ ορος finis. Roma enim vnam tantum Tiberis ripam antea tenebat. Seruus, idest Vindex cecinensis vnus ex seruis Aquiliorum coniurationis consilium, vt diximus detexit, ad consules enim rem detulit, vnde ille primum dicitur vindicta liberatus, vindicta ab eo denominata. Post illum obseruatum est, vt q ita liberati essent, in ciuitatẽ accepti viderent.

vindicta

Pluris enim decii quam qui seruantur ab illis.
Ancilla natus trabeam, ⁊ diadema quirini
Et fasces meruit regum vltimus ille bonorum.
Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
Exulibus iuuenes ipsius consulis, ⁊ quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret.
Quod miraretur cum coclite mutius, ⁊ quę
Imperii finem tiberinum virgo natauit
Occulta ad patres produxit crimina seruus

Matronis lugendus,at illos verbera,iustis
Afficiunt poenis,& legum prima securis.
Malo pater tibi sit thersites,dũmodo tu sis
Aeacidę similis,vulcaniaq; arma capessas,
Quam te thersitę similem producat achilles.
Et tamen vt longe repetas longeq; reuoluas
Nomen,ab infami gentem deducis asylo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit,aut illud quod dicere,nolo.

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. IX.

Scire velim quare totiens mihi Neuole tristis
Occurras fronte obducta, ceu marsya victus,
Quid tibi quum vultu, qualem deprensus habebat

Matronis lugẽdus,aut quẽ matronę lugerẽt vt filiorũ suoꝝ acusatorẽ,aut qđ magis placet,cuius obitũ matronę merito lugere deberẽt,tanq̃ q cõiurationẽ ꝓdẽdo libertatẽ patrię seruasset,quo more Brutũ annũ,vt scri. Liui. Fleuerũt in acrẽ violatę pudicitię vindicẽ. Verbera,nã nudatos nobilissimos iuuenes virgis ceciderũt securiq; ꝑcusserũt. Et legũ pri.se.i.cõsulatus ꝓmus,q fuit iter leges ex pulsis regibus. nã antea reges sine legibus oĩa arbitrio suo moderabanť, ac ꝑ hꝯ Brutũ intellige q primus regibus exactis creatus cõsul supplicũ sumpsit de filiis reliqsq; cõiuratoribus. Malo pr̃ tibi sit,sensus ẽ. Malo te ex hũili gñe ortũ,mõ virtutẽ amplexus sis, q̃ verã homini nobilitatẽ largiť,q̃ ex claris maioribus,ꝛ nihil facias dignũ memoria ꝛ laude, vñ nobilitas cõparatur. Thersites Thersites,i castris grecoꝝ Thersites fuit vt in Iliade scri. Home.lib.ii. vir loqcissimus,q nihil curę hẽret q̃ recte aut q̃ apte,sed vt q̃ primũ ꝛ q̃ maxime loqreť. Idẽ foedissimus oĩum,q ad troiã nauigauerant. Strabo.n.fuit altero pede claudicus incuruis humeris ad pectus cõtractis, vertice acuminato, raro capillo. Idẽ cũ regibus cõtẽtionẽ agere solitus est assidue, eosq; obiurgare nõ hõestatis vtilitatisue grã,sed vt scurrã ageret,hũc cõstat vt auctor ẽ Quint.ab Achille pugno interẽptũ fuisse. Aeacide.i. Achillis nepotis eaci. Nã Aeacus genuit Peleũ. Peleus Achillẽ. Vulcania,nã Vulcanus Thetidis ꝓcibus,vt scri.Home.arma Achilli filio fabricauit. Et tñ vt lõ.nõ sine summa idignatione hęc a poeta dñr,vt sit sensus, licet inqt intumescas lõgo genere maioꝝ,illud tñ scies originẽ tuam duci ab ignobilibus,oñdens oẽs pariter romanos humili loco ortos eẽ,quũ aut a pastoribus genus suũ duxerit, aut ab hoĩbus sceleratissimis,q ad Asylũ romuli cõfugerãt. Romanũ aũt po.a pastoribus duxisse originẽ indicat ꝛ Varro in re ru.his verbis, Romanoꝝ vero populũ pastoribus eẽ ortũ qs nõ dicit? Quis Faustulũ nescit pastorẽ fuisse nutriciũ,q romulũ ꝛ remũ educauit,nõ ipsos fuisse pastores obtinebit,q; parilibus potissimũ cõdiderũt vrbẽ? Reuoluas nomẽ.i.originẽ ꝛ nomẽ familię tuę. Gentẽ.i.genus tuũ. Asylũ Infami Asylo,hꝯ est infami genere hoĩum. Nã vt docet Liui.li.i. Romulus ne vana eẽt vrbis magnitudo, adiiciẽdę multitudinis cã locũ,q tũc septus erat densis sentibus iter duos lucos asylũ apuit,i honorẽ dei referẽs,sacrũ.n.eẽ voluit ꝛ inuiolabilẽ,eo ex finitimis populis turba oĩs sine discrimine liber an seruus eẽt,auida nouarũ reꝝ ꝓfugit,idq; primũ ad ceptã magnitudinẽ roboris fuit. Sicq; ꝑ spẽm religionis erga deos Sponsor spõsor factus ẽ eos q illuc cõfugissent,nihil detrimẽti ab inimicis accepturos,ꝛ si apud se ꝑmanere vellẽt,ciuitatis ẽt ꝑticipes faciebat,tradebatq; agri portionẽ,quẽ bello qsierat,lege Dionysiũ, Asylũ aũt dixerunt ab a particula priuatina τὸ υλεω qđ ẽ diripio,nullus.n.illinc vi aliq̃ diripi poterat,hoc aũt nõ fuit i oĩbus tẽplis nisi qbus cõsecrationis lege cõcessum fuit, primo aũt vt docet Seruius apud Atheniẽses statutũ fuit asylũ,hꝯ est tẽplũ misericordię vñ nullus posset abduci ab Herculis nepotibus,quos insequebanť q erãt ab eo oppssi,sicut docet Statius in vii. Thebaidos. Fama ẽ defensos acie post busta paterni Numinis herculeos sedẽ fundasse nepotes. Tẽplũ ẽt Iunonis in vrbe troia appellatũ fuisse Asylũ oñdit Virg. ii. Et iã porticibus vacuis Iunonis asylo custodes dicti phoenix ꝛ dirus Vlysses predã asseruabãt. Aut pastor fuit,vt fuit romulus ꝛ Remus eorũq; alter Faustulus,aut reuera vult ipm originem ducere ab ipo romulo,qui sub faustulo nutritus ẽ inter pastores. Quod di. no.i.sceleratissimus, q̃les multi in asylũ ex finitimis locis cõfluxerãt. qđ si ad romulũ refrras hꝯ significat ipm fuisse nothũ, hꝯ est ex moecho natũ, vñ illud ẽ Ausonii. Credo q; illi nec pr̃ certus fuit,ꝛ mater est vere lupa.

Scire velim q̃re totiens. Hac satyra detestãdũ sui tpis flagitiũ insectať. Multi.n.abiecta oi honestate,cũ iã barbati essent, vxoreq; hẽrẽt,draucoꝝ cõmertio vtebanť ꝑ se ꝛ vxore sua. Tale igiť genus hoĩum tota satyra exagitat,pari mõ notans ꝛ molles cinędeos ꝛ drancos ipsos. Sed cũ poeta liberiore stilo talẽ turpitudinẽ flagellet,illud oĩo hãc satyrã interꝑtãti obꝑuãdũ ẽ,vt cũ turpia offenderit sũmã adhibeat verboꝝ modestiã, viciũ i cõtẽptũ trahat, doceat talia vt nefandissima eẽ fugiẽda,nihil eẽ oĩpotẽti deo nr̃o detestabilius. Sic.n.legẽdo adolescẽtiũ mẽtes a viciis resiliũt, virtutibus ihẽrẽt, ꝛ praua declinãtes recta sequũť. Introductũ igiť Neuolũ q i tali turpitudine cinędis opam ꝑstabat q̃si ꝑ dialogũ interrogat cur tristis sit,ꝛ is rñdẽs auaritiã sui tpis accusat, cõqueritq; ꝑ laboribus suis ꝑmia nõ repẽdi a Cinędis,nec ab iis quoꝝ vxoribus opam ꝑstitit,sicq; poeta satyrico veluti dialogo nefanda sui tpis vicia isectať. Frõte ob.capata ꝛ i rugas cõtracta. Marsia vi.de Marsia phrygio itelligit,q vt Apuleius scri. in ꝑ limine primi li.floridoꝝ filius fuit illius Hiagnis q rudibus adhuc musicę seculis solus añ alios cãtus canere istituit. Nã añ Hiagnin nihil aliud pleriq; callebãt q̃ qđ Virgilianus opilio seu bubsequa Stridẽti miserũ stipula disperdere carmẽ. Primus Hiagnis in canendo manus discapedinauit,primus duas tibias vno spiritu aĩauit, primus leuis ꝛ dextris foraminibus,acuto tinnitu ꝛ graui bõbo cõcentũ musicũ miscuit,a pr̃e igiť Marsias eruditus cũ apolline certauit,a quo sugatus velut vrsus bipes corio execto nudis ꝛ laceris visceribus relictus ẽ. Marsye fabula Ita Marsyas i pœnã cecinit ꝛ cecidit. Quid ti.cũ vul. s.tali.i.qđ sibi vult talis vultus? Dephẽsus in turpi ope.

Ranola

Rauola,dũ rhodopes vda terit vnguina barba?
Nos colaphũ icutimus lambẽti crustula seruo.
Non erat hac facie miserabilior crepereius
Pollio,qui triplicem vsuram prestare paratus
Circuit,& fatuos non inuenit,vnde repente
Tot rugę? certe modico contentus agebas
Vernam equitẽ,cõuiua ioco mordẽte facetus,
Et salibus vehemens intra pomeria natis.
Omnia nũc cõtra,vultus grauis,horrida siccę
Sylua comę,nulla tota nitor in cute,qualem
Prestabit calidi circumlita fascia visci.
Sed fruticante pilo neglecta & squallida crura.
Quid macies ęgri veteris; quẽ tempore longo
Torret quarta dies,olimq; domestica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in ęgro
Corpore,deprendas & gaudia,sumit vtrunq;
Inde habitum facies,igitur flexisse videris
Propositum,& vitę contrarius ire priori.

Rauola,pro cunnilingo sui temporis accipitur. Rhodopes,nomen mulieris infamis. Nos colaphum,legendum est quasi per acclamationem poetę ex quo rei turpitudinem ostendit.q.d. Tam turpia fiunt per totam vrbem,ꝛ sine vlla peccantis castigatione, verũ si seruus crustula comedit, statim eũ verberamus et acriter castigamus,sicq; poeta docet miram esse mortalium cęcitatem q leniora crimina notent ꝛ puniant,grauiora vero impunita relinquãt. Colaphum, dictio est greca,latine alapa dicitur. Terentius. Plus quingentos colaphos in fregit mihi. Crusta crustũ Crustula. Seruius differẽtiam facit inter crustam ꝛ crustum,vt crusta sit eorũ, quę non comeduntur, vt crusta marmoris. Virg. Currenti in flumie crustę. Crustum vero eorũ quę comeduntur. Vergi. Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Horatius per diminutionem in satyris. Dãt crustula blãdi doctores elementa velint vt discere prima, verum ꝛ crusta genere foeminino capiť etiam de iis quę comeduntur dicitur. Pli.lib. xix. cap. vii. Hoc ꝛ panis rustici crustę inspergitur,adfuso ouo iherens, vbi inferiorem crustam apio,gitq; ceriali sapore condiunt. Pollio crepereius,pollionẽ vt luxuriosum & nepotem sugillat,qui absumptis opibus mutuo ꝛ in foenus cogebatur pecuniam quęrere, quod non faciebat sine magno pudore ꝛ frontis contractione ob pristinam fortunam,a qua ob gulã deiectus erat. Hac facie,tua.s.o Neuole. Non inuenit fatuos,hoc est qui tenera fatui fuissent,si dedissent mutuo, quod ad se nõ esset rediturum. Fatui aũt dicũtur qui nullius sunt prudentię, vnde virgines ille in sacra scriptura fatuę dicuntur,quę oleum secũ non attulerũt, contra prudẽtes quę attulerant,ita vt vocabula opposita sint,ꝛ contraria. Fatui aũt facile decipiuntur. Vñ,subandi sunt. Tot rugę,tãta vultus tristitia quę per rugas ostẽdiť. Certe modico,occurrit tacitę responsioni,posset enim dicere,paupertas mihi molesta est,ꝛ proinde tristis sum, ait ergo. Certe tu contentus modico vitam per summam hilaritatem agebas,ita vt vernas prorsus hilaritate vitę referres. Nam vernę vtpote in domibus potentiorũ nati ꝛ nutriti mirę dicacitatis erant,a verna fit vernaliter. Horatius in sermonibus. Continuatq; dapes,nec nõ vernaliter ipsis Fungitur officiis prelambens omne quod Seruus verna affert. Differt autem verna a seruo q; seruus is sit q aut bello captus,aut ęre paratus in potestatem nostram venit. Vernę vero qui ex ancillis nascuntur domi,nam ꝛ ii in seruitute sunt. Vernam equitem, ita inquit hilare viuebas,iisq; iocis vt verna eques videreris. Sic.n. romani vernas equites per iocum nominauere. Mart. Quirinalis fituit ancillas,domumq; ꝛ agros implet equitibus vernis. Idẽ alibi Cuius nõ syrięue parthięue,nec de cappadocis eques cathastis. Facetus Facetus,scribit Quintilianus facetũ non tñ circa ridicula consistre.sed ẽt esse appellationem excultę cuiusdã elegãtię, vñ Hora. Molle atq; facetũ. Ioco mordẽte,iocũ accipimus auctore Fabio qđ est cõtrariũ serio. Nã ꝛ fingere ꝛ terrere ꝛ promittere interim iocus ẽ. Mordẽte,ꝑ iocũ mordentẽ intellexit dicacitatem,quę ꝓprie significat sermonẽ cũ risu aliquos incessentẽ,iõ Demosthenẽ vrbanũ fuisse dicũt,dicacẽ negant. Dicacitas Vehemens, valde ꝓmptus. Sales Salibus,ridiculis. Cice. Oẽ qđ salsum sit ait esse atticorũ, qa sunt maxime ad risũ cõpositi. Et Catullus cũ dicit. Nulla ẽ corpe mica salis,hoc dicit nihil i corpore eius eẽ ridiculũ, Salsum igiť erit qđ nõ erit insulsũ, velut quoddã simplex orationis cõdimentũ, quod sentitur latente indicio, ꝛ velut palatũ excitat, qđ ꝛ a tedio defendit oratiõem. Vrbanitas Intra pomeria, eos sales itelligit,qui auctore Fabio vrbanitas dicuntur,qua ait significari sermonẽ ꝑferentẽ in verbis ꝛ sono ꝛ vsu ꝓpriũ quendã gustũ vrbis,ꝛ sumptã ex conuersatione doctoꝝ tacitam eruditionẽ,deniq; cui cõtraria sit Rusticitas rusticitas. Pomeriam Pomeria,dicunť quasi post mœnia. Nam vt scribit Liuius spacium quod neq; habitari neque arari fas erat nõ magis,qđ post murum esset, q̃ qđ murus post id,pomerium romani appellauere. Oĩa nunc contra,subandi sunt tibi. Sylua horrida,cęsaries incompta. Siccę,nõ vnguentatę,nam ꝛ capilli totumq; caput vnguento fouebãtur. Mart. Si sapis assyrio semper tibi crinis amomo Splẽdeat, ꝛ cingãt florea serta caput. Plautus in Casina. Vnde hic amabo vnguẽta olent? ob perii, Cesso caput palio detergere. Calidi visci. hoc dicit,quia vt scribit Pli.lib.xxiiii. Viscũ cum resina ꝛ cęra pannos in cute mitigat oĩs generis, tali igitur remedio facies reddebatur nitidior. Sed fruticãte, notat molliciem turpitudineq; sui tpis. Nam cinędi, vt molliores viderenť,crura ꝛ brachia sibi depilabant. Est ergo sensus. Crura inquit nũc tibi sunt neglecta ꝛ squallida pilo fruticante.i.subnascẽte instar fruticis. Quid macies egri veteris? subandi sibi vult. Aegri veteris, valitudinarii hominis qui morbo diutino laborauerit. Dephẽdas animi tormenta. Sensus ẽ. Sentio ꝑfecto te graui cura vexari. Nã facile vnusqsq; dephendat animi perturbatiões ex habitu corporis.i. ꝛ curas et gaudia. Dephẽdas. secũdã ꝑsonam pro tertia.i. vnusqsq; facilẽ possit deprehendere. Vtrunq; habitum,ꝛ mœroris ꝛ gaudii. Inde,ex animo.i.ex affectibus latentibus in animo gaudio,scilicet ꝛ mœrore. Flexisse,in aliam partem vertisse ꝛ mutasse. Vitę priori,quam agebas multis iocis ꝛ salibus.

Nuper enim vt repeto, Dum ostendit Neuolum fuisse moechum & pediconem notissimum notat adulteria, aliaq; flagitia sui tp̄is, quę in tantum adoleuerant, vt tota fere ciuitas corrupta, contaminataq; foret. Est ergo ordo & sensus, O Neuole tu nuper moechus notior Aufidio solebas celebrare phanū Isidis vt repeto.s. memoria. Phanum isidis.i. tēplis & in p̄mis isidis frequentia committebantur adulteria, de q̄bus pluscula diximus ī sexta satyra illic Isiacę sacraria lenę. Erat autē templum Isidis vicinū campo martio. Ganymedem pacis, Templum pacis Vespasianus extruxit iuxta forū in quo aut pictam imaginem aut statuam Ganymedis fuisse ostendit poeta. Ganymedes autē filius fuit Laomedontis regis Troianorum quē dilectum Iuppiter in aquilam conuersus rapuit in coelū, remotaq; hebe filia pocillatorem suum fecit. Palatia.i. templum extructum ī palatio, de quo ita Liuius lib.xxxix. ab vrbe cōdita. Et ędē magnę matris in palatio faciēdam locauerunt. Secreta, quę tantum a sacerdotibus curent, sunt.n. omnia deorum sacra mystica. Matris aduectę, idest cybeles aduectę ex phrygia, de qua in tertia satyra plura diximus illic. Hospes numinis idei. Lege Liuium eodem libro. Cererem, templum Cereris, quod erat ad circum maximū vt docet Pli.lib.xxxv.cap.xi. Nam quo non p̄stat? hęc leguntur per parenthesim & summam indignationem. ostendit autem pudicitiam non modo in locis p̄phanis sed ne sacris quidem esse tutam, hocq; maxime dicit, quia Cererem nominauit in cuius templo solebant esse tantum castę matronę in quo nunc adulteria committunt. Ouidius lib.iiii. fastorum. Sed si tura aberunt, vdas accendite tedas, Parua bonę cereri, sint modo casta placent. Prostat, prostare est corpus vt diximus in prima satyra in vulgus dare, estq; verbum neutrum. Aufidio, Aufidius taxat vt nobilis adulteriis & matronarum corruptor. Quod taceo, color occupatio. Vtile & hoc mu'tis, subaudi est, verba sunt Neuoli respondentis sub cuius persona tota satyra exurgit.

Isidis tēplum | Pacis templū | Prosto.

Inclinare, Incuruare ad rem turpem, vt alibi quot discipulos inclinet Amillus. Inde, ex tali turpi ope.

Operęp̄cium, Emolumētum, sermo sumptus a mercenariis quibus iucundum est & vtile post operam p̄ciū accipere. Lacernas, Ordo est, Accipimus aliquando lacernas pingues. De lacerna dictum est in prima satyra. Pingues, crassioris lanę. Munimenta, appositio est, hoc est quę superinduuntur togę. Mart. in distichis.

Nup.n. vt repeto phanum isidis, & ganymedē
Pacis, & aduectę secreta palatia matris.
Et cererē (nam quo nō prostat foemina tēplo)?
Notior aufidio moechus celebrare solebas.
(Quod taceo) atq; ipsos ēt inclinare maritos.
Vtile & hoc multis vitę genus, at mihi nullum
Inde operępreciū, pingues aliquando lacernas
Munimenta togę duri, crassiq; coloris,
Et male percussas textoris pectine galli
Accipimus tenue argentum, venęq; secundę
Fata regunt homines, fatum est & partibus illis
Quas sinus abscondit; nam si tibi sidera cessant
Nil faciet longi mensura incognita nerui;
Quamuis te nudum spumanti viro labello
Viderit, & blande asiduę; densęq; tabellę
Sollicitent? κνθουσ γὰρ γλυκεος ἀνδρα κιναιδον
Quod tñ vlterius mōstrū, q̄ mollis auarus?
Hęc tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.
Computat; atq; cauet, ponat calculus, adsint
Cum tabula pueri, numera sestertia quinque
Omnibus in rebus, numerentur deinde labores.
An facile & pronū est agere intra viscera penem

Amphiteatrales nos cōmendamur ad vsus, Quum tegit albentes nostra lacerna togas. Toga autem vt diximus ante communis fuit habitus Romanorum nulla inter eos discretione, vnde Virg. eos appellauit, Gentemq; togatam, sed postea remansit in pauperibus & clientibus.

Male percussas, male calcatas, ac per hoc rariore textura, mi[n]oreq; ęstimatione. Pectine, pectē instrumētum est quo stamen calcatur in texendis pannis & linteis. Textoris galli. Nam galli viliores, crassiores que vestes conficiebant Mart. Me pinguis gallia vestit. Tenue argentum.i. tenuem laminam aut aliquid ex tenui, modicoq; argento vt ligulam. Venęq; secūdę, ita dictum sicut dicimus panem secundarium quem alio vocabulo cibarium appellamus qui bonitate sit īferior q̄ qui fit ex p̄ma farina. Fata regunt hoīes. hoc dcm̄ a Neuolo cū suspirio & q̄rela, vt dicat deos q rerū oīum moderatores sunt sibi aduersos exister, nec queq̄ in ope suo optatū exitū sortiturū cui dii propicii nō fuerint. Fatum est in partibus illis, nec esse est & illum fata sibi propicia habere qui inhonestę voluptati inseruit, nam & res illa ex fato ē syderibus pendet. Sinus, vestis. Si ti. syde. cessant.i. si ī ortu tuo benignū tibi ñ affulserit sydus. Spumāti la.q.n. appetūt labra mouēt titillatu pruriginis. Virro, nomē diuitis adamātis sibi drancos. Alibi p̄ diuite tm̄ pōit Virrōi murina daī. Te nu. ac p̄ hoc ēt bñ mētulatū. Nā ī balneis dabat occasio īspiciūdi q̄lis q̄sq; esset. Tabellę, q̄ mittebant a ciędis. κνθουσ γαρ γλυκε ος ανδρα κιναιδον i. moris.n. dulcis vir eē ciędū, subaudi ē. Vlterius mō.i. peius? vñ dicius vltima vicia .i. extrēa & pessima. q̄si vltra q̄ ñ possis p̄gredi, verba sūt adhuc Neuoli cōq̄rētis de auaritia ciędi. Hęc tri. verba Virrōis recitata a neuolo ponētis calculū rōnibus suis cū Neuolo. Canet, aliq legūt & cenet, vt sit, Ciędus in drancū auaricia vtit, & tñ in re turpi p̄senerat, Nā cenere ē ī obscenis, de quo añ Ego te cenētē sexte verebor, q; si legas, atq; canet erit sēsus, computat, atq; canet.s. sibi ne ī cōputatiōe decipiat. Ponat cal.i. subducat rō expēsi & accepti, calculus aūt breuis ē lapillus, quo rōcinatores vtunt in rōnū cōputatiōe, possunt eē verba neuoli indignantis munera q̄q; sibi numerari & proinde p̄rupentis ponat calculus &c. De calculo dicemus Huberius in satyra vndecima. Omnibus in rebus, ex omnibus inquit quę mihi tribuisti nō plusq̄ quinq; sestertia fuerunt, sed numerentur labores mei, quos inuenies lōge maiores quam munera tua.

Calculus.

Legitimum,

Legitimum, cōuenienti magnitudine. Sed tu sane, ironicos.h.d. vt ostendat nullam sibi fuisse voluptatem, quum esset iam grandi ętate & totus hirsutus.

Dignum cyatho, alterum ganymedē qui Iouis fuit formosissimus pocillator. Vos, o diuites cinędi. Est.n. interrogatio ad diuites cinędos, & argumentum a minori ad maius.i. si drancis nihil datis qui voluptati vestrę cum maximo suo labore inseruiūt, nihil est, q̄d pauperes cliētes a vobis sperare possint. Assecle, datiuus casus, a sequendo sūt dicti assecle, ii.n. sunt q spe alicuius emolumēti diuites sequunt. Cultori. clianti. Morbo, hoc est prurigini vestrę, idest ipsis drancis qui in morbo vestrę libidinis succurrūt, vt hę sint verba Drauci an poetę. En cui tu viridem vmbellam, verba possunt eē tam drauci, q̄ poetę subsanantis per irrisionem ipm cinędū, cui tāq̄ muliercule mittebant munera a Drancis, quum contra ipse nimia ingratitudine nihil referret, Vt sit sensus & dissuasio nihil cinędo tam ingrato esse donandū. Vmbellam, velum erat quo presertim mulieres vtebant ad arcendum solem, Mart. Accipe quę nimios vincant vmbracula soles. Sit licet & ventus, te tua tela teget. Succina, electra dñr a succo arboꝝ, vnde desudant, Nā vanitas prodidit grecorum Phaetōtis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos lachrymis electrū oībus annis fundere iuxta Eridanum amnem quē padū vocamus, Et electrum appellatum qm̄ sol' vocitatus sit electros, quā opinionē vt multi alii poetę secutus Mart. sic cecinit. Quum phaetōtea formica vagat in vmbra, Implicuit tenuem succina gutta feram. Diodorus hoc vt falsum improbans tradit Basileam insulam esse Scythię oppositam ī oceano, in q̄ tempestas electrum plurimum eiicit nulla alia in parte orbis repertum, illudque ab incolis ad loca vsq; nostra transmitti. Succinis autē mulieres delectabant, vnde Plin. lib.xxxvii. sic scribit, Proximum locum in delitiis foeminarum tñ adhuc tātum succina optinent, eandemq; oīa hęc q̄ gemmę auctoritatem. Natalis quotiēs, nam ab amicis mittebātur munera celebranti diem suum natalem, vnde multi lucri cā non solum semel sed sępius in anno natalē celebrabant, vnde Mart. sic taxat Clytum. Vt poscas clyto minus, exigasq;, uno nasceris octies in anno. Madidum ver incipit.i. quotiens venere Kalēdę martię, quo tp̄e incipit ver & frequentes sunt pluuię. Kalendis igit martiis munera mulieribus mittebant ab amicis, sicuti mense decembri quinq; diebus viris, quo tp̄e saturnalia celebrabant. Et quemadmodum mulieres Kalēdis martiis seruos coena excipiebant tanq̄ exhortantes eos ad insequentis anni operam, Sic & viri in saturnalibus seruos in coenam admittebant tanq̄ eis gratias agētes operę toto anno nauatę, vnde Tibullus in p̄mo limine tertii libri. ad Neerā. Martis romani festę venere Kalendę, Exoriens nostris hic fuit annus auis. Et vaga nunc certa discurrunt vndiq; pompa. Perq; vias vrbis munera, perq; domos. Et Mart. lib.v. ad Gallā. Scis certe puto vestra iā venire Saturnalia martias Kalendas. Mulieres aūt Kalendas martias colebant in memoriā belli cū Sabinis cōpositi, nam tali die sabinę mulieres bella sedarūt, Oratius Martiis celebs quid agā Kalēdis. Et tra legēdū ē tractat & nō tractas vt sit ordo & sensus En cui tu mitas vmbellā quotiens natalis redit, Et ipse potius ī cathedra strata tractat mūera secreta femineis kalendis. Tractat ergo.i. māibus p̄tractat tanq̄ faemella. Secreta, q̄ non vult ab aliis videri vt pudenda, muliebriaq;, Nam & ipse cinędus tanquā foemina sedet expectans dona ab amatoribus. Positus, sedens. Cathedra strata.i. sella tapetibus ornata, q̄li sede mulieres sedētes munera expectabant ab amicis, & amatoribus.

Asseclae | Vmbella. | Succinum | Kalēdę Martię

Legitimū, atq; illic hesternę occurrere coenę?
Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum
Quam dominum; sed tu sane tener & puerū te
Et pulchrum & dignū cyatho, coeloq; putabas.
Vos humili asseclę vos indulgebitis vnquam
Cultori, iam nec morbo donare parati?
En cui tu viridē vmbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quotiens redit, aut madidū ver
Incipit, & strata positus, longaq; cathedra
Munera foemineis tractat secreta calendis.
Dic passer; cui tot montes, tot prędia seruas
Appula, tot miluos intra tua pascua lassos?
Tetripholinus ager foecundis vitibus implet,
Suspectumq; iugū cumis, & gaurus inanis.
Nam quis plura linit victuro dolia musto?
Quantum erat exhausti lūbos donare clientis

Foemineis Kalendis.i. martiis quę vt dcm̄ est a mulieribus tm̄ colebant. Dic passer, insultat eius molicici pariter & auaricię. Passer, tu mollis & salax vt passer q in venerē putris est. Tot miluos.i. tot tua pascua in q̄bus ambiēdis milui volando defatigant. Imitatio ē Persii. Diues aras curibus quantū non miluus oberret.

Tetripholinus, in cāpania est ager tripholinus. Plinius lib.xiiii. cap.vi. vina trebellica appellarunt ad q̄rtum a Neapoli lapidem & iuxta Capuā Caulina mox tripholina. Suspectum, q̄d imminet Cumis & q̄d a Cumis suspicit. De Misseno vr̄ intelligere, nā vicinū est Cumis. Strabo proximum est Cumis Missenum p̄montorium. Gaurus, mons campanię non lōge a baiis prope lacū auernum, de quo Lucanus Vel si cōuulso vertice gaurus Decidat in fundum. Plinius li. xiiii. cap.ix. Certant massica ę q̄ ex monte gaurano puteolos, Baiasq; prospectantia. Inanis, concauus, ut est natura montiū. Plura linit, plura recōdit ī cella vinaria. Linit aūt.i. gypsat, Nam vasa vino repleta cōsueuere pice aut gypso obturari ne vina exhalarēt. Vñ est illud Persii, Seriolę veteris metuens deradere limum .i. gypsum aut picē. Columella li.xiii. Nā oportebit post hunc numerum dieꝝ confestim vinum emundare, & si quid fecis aut labris vasoꝝ aut lateribus hesit eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini. Horati. Vile potabis modicis sabinum Cantharis, gręca quod ego ipse testa Conditū leui. hoc est gypsaui, Huic cōtrariū est terentianū illud. Releui dolia oīa, atq; oēs serias, quod significat aperui & quasi regypsaui, nam p̄teritum ē a relino non vt quidam falso putauerunt a releuo per syncopen. Victuro, quod diu seruabitur. Quantum erat, q̄ magna res erat, Irōicos. ac si dicat. res minia erat.

Tripholinus. | Missenum. | Gaurus | Lino. Relino

Ingeribus paucis, melius ne hic rusticus infans
Cum matre & casulis, & cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatus fiet amici?
Improbus es cum poscis ait, sed pensio clamat
Posce, sed appellat puer vnicus, vt polyphemi
Lata acies, per quam solers euasit Vlysses.
Alter emēdus erit, nanq; hic nō sufficit, ambo
Pascēdi, quid agam bruma spirante, quod oro,
Quid dicam scapulis seruorū mēse decembri
Et pedibus, durare, atq; aspectare cicadas.
Verum vt dissimules, vt mittas cętera, quanto
Metiris precio, quod ni tibi deditus essem
Deuotusq; cliens vxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, q̈ sępe rogaris
Et quę pollicitus, fugientem sępe puellam

Melius ne hic rusticus īfans, Sensus ē maius ꝑfecto erit lucrū, qđ faciet puerulus q deferat nūcios sacerdoti cybeleio q̄ ego facio, estq; legēdū cū interrogatōe Et erit ordo īfans rusticus cū matre ꝛ casulis ꝛ cū catello lusorī. i. q pauprimus est ꝛ aliud nihil hēt q̄ matrē ꝛ casulam ꝛ catellū ne fiet. i. nōne fiet hic. i. romę melius. i. cū maiori emolumēto legatus. i. internūcius ꝛ veluti leno amici pulsantis cymbala. i. sacerdotis cybelei, q sacerdotes rebus spurcis ꝛ venereis dediti erant, nā patiebanť muliebria vt molles ꝛ eunuchi. Ergo melius ne. i. nōne, vt alibi in sequētibus iam ne igiť laudas. i. nonne laudas. posset ēt ꝓnūciatiue legi Et ne pro certe ꝛ valde vt est sępe apud Terētiū. Persius Ne mihi polydamas et troiades labeonē Pręculerit. Pulsantis cymbala, de gallis gestātibus cimbala diximus añriore satyra Et resupinati cessātia tympana galli. Improbus es, verba Cinędi. i. insaciabilis es. Virg. Improbū anserē appellat insaciabilem, Improbū itē dicimus sicuti manifestissimū est minime probū. Vt illud apud Senecā Improbus hō est q beneficiū scit sumere ꝛ reddere nescit. Improbū sęuū signať. Virg. Lauit improba teter ora cruor. Sed pensio cla. verba sunt Neuoli. Pēsio inqt. i. ęs alienū qđ mihi pro domicilio meritorio pēdendū est clamat ꝛ vrget vt poscā a te. pēsio a pendēdo diciť, nam apud antiquos oīs pecunia pēdebať, appellat aūt pensionē, q̄ pro locis cōductis soluiť. Mart. lib. iii. ad Gargilianū. Vñ tibi toga est, ꝛ fuscę pensio cellę? Capiť ēt pro ipsa in oī re solōne, vt illud apud Liuiū li. xxxix ab vrbe condita. Decreuerūt cōsules vt tribus pensionibus ea pecunia solueret hoc est tribus enumerationibus siue solōnibus. Sed appellat puer vnicus, puer inqt q ita vnicus est, vt fuit acies vnica Polyphēi. q. d. q solus mihi satis nō ē, sicuti acies vnica nō satis fuit polyphemo, nā si duas hūisset Vlysses nō euasisset, appellat me ꝛ vrget vt alteȝ reperiam seruū, q̄a solus nō possit mihi dare operam. Acies lata, laus oculus acies aūt proprie vt docet Cicero in li. de natura deorū diciť ipsa pupilla. Euasit Vlysses, Nam Vlysses vt scribit Hom̄. ix. tēpestate ꝑ nouem dies iactatus quū in patriam cum sociis esset rediturus ad Lothophagos prius in Africam delatus est vñ socii lotho gustata vix abstrahi poterāt, deinde illinc discedens in Siciliam venit ad Cyclopas apud quos oīa spōte sine cultura ꝓueniūt, oues pascūt. Vlysses accep. is. xii. sociis e nauibus in littus descēdit inquisiturus q̄ loca qs teneret, tulitq; secū vtrum plenum vini suauissimi, qđ dederat Maro Ismari accola sacerdos Apollinis, ꝛ Euantois filius, vñ dcm̄ ē vinum maroneum, cuius tāta erat vis vt vni mensurę vini viginti aquaȝ adderenť. Hęc prodidit Hom̄. quoȝ ꝛ Plinius meminit lib. xiiii. cap. iiii. Speluncā Polyphemi intrauerūt q tūc ꝑ pascua agebat oues, Illic copia casei, agnorū ꝛ hedoȝ, orauere socii vlyssem vt his rebus onusti ad

Impro bus. · Pensio · Vinū Maroneum · Polyphemi fabula.

naues remearent, Vlysses renuit cupidus vidēdi ꝛ experiendi an polyphemus iure hospitii aliquid donaturus esset, Caseo igiť considentes vesci coeperūt. Superuenit custos cum ouibus, ingens saxū ostio opponit, q sint īterrogat superbe, rñdent se achiuos esse ex Agamēnonis exercitu, fluctibus illuc pulsos, supplices aliquid petere, hospites. n. ꝛ supplices in tutela esse Iouis. Tū dii inqt non sunt curę cyclopibus, ꝛ cū dicto duos ex iis arreptos more mōtani leonis depastus ē, vnde Ouidius. Quo vidi bina meorum Ter quater affligi sociorum corpore terrę Desuper ipse iacēs montani more leonis, Vir. in. iii. ęneidos. vidi egomet duo de numero quū corpora nostro Prensa manu magna medio resupinus in antro Frangeret. multo hausto lacte obdormiuit. Sequenti die gregē in pascua eduxit, ꝛ fores eadem mole clausit, vespera rediit, duas in cœna capras deuorauit, Vlysses blandis verbis suauissimi vini, quod secum attulerant poculum obtulit, quo gustato ter iussit ad se deferri, exhilaratus vino petiit de nomine eius tanq̄ ei gratias acturus. Nemo mihi nomē est inquit Vlysses. At ille Neminem vltimum comoedam, ꝛ somno se dedit ꝓfundissimo vino repletus, Vlysses cum sociis accepto ligno oblōgo ꝛ acuto, igniq; obusto oculum qui vnus illi erat in media fronte eruerūt, palum in vulnere relinquentes. Cyclops dolore percitus grauiter mugiit. Ad tam horrendam vocem cōcurrere alii cyclopes querentes cur ipsos a somno excitaret Tum ille Nemo inquit dolo me ꝛ viribus interficit. Illi responderunt si nemo vim infert, certe Iouis mala euitare neqs, Cyclops amoto saxo oues emisit singulas manibus pertentatas Vlysses mira astutia socios primum, mox se sub ventre arietum alligauit, ꝛ ita periculū euasit, ad sociosq; rediit. polyphemus autem vt tradit Homerus filius fuit Neptuni ꝛ Theossę, qui obcecatus descendit ad littora ꝛ patrem Neptunum contra Vlyssem precatus est, ex quo putatur illum passum naufragium. Scapulis, Terentius. Dum studeo esse fidelis amisi scapulas, sunt autem ossa humeris annexa a quibus dependent brachia. Mense decembri, Illud obseruandum est dici mense decembri, ꝛ mense Ianuario ꝛ non mense decembris ꝛ Ianuarii ꝛ sic de reliquis. Item vrbē patauium, ꝛ lacum benacum, ꝛ fluuium Adduam, ꝛ montem parnasum, ꝛ arborem ficū, Licet plęrunq; contra peruulgatam ꝛ meram latinitatem in contrarium dici reperiatur. Durate, verba sunt Neuoli ꝛ non auari, vt qui dicat, Qui dicam scapulis ꝛ pedibus tempore hyemis vt durent ꝛ toleranter ferant frigoris iniuriam. Verum vt dissimules, Esto inquit vt fingas te ignorare reliqua, quę in te contuli beneficia, quā to precio metiris, idest quanti facis quot ego feci tibi grauidam vxorem. Virgo maneret, sed eam tibi impleui.

Scapulę.

Tabulas,

Amplexu rapui, tabulas quoq; ruperat, & iam
Signabat, tota vix hęc ego nocte redemi
Te plorante foris, testis mihi lectulus, & tu
Ad quem peruenit lecti sonus, & dominę vox.
Instabile ac dirimi coeptum, & iam pene solutū
Coniugiū, in multis domibus seruauit adulter
Quo te circūagas? quę prima aut vltima pōas
Nullū ergo meritū est ingrate ac pfide nullum
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me.
Tollis. n. libris actorū spargere gaudes
Argumenta viri, foribus suspende coronas,
Iam pater es, dedimus, qđ famę oppōere possis,
Iura parentis habes, propter me scriberis heres,
Legatū omne capis, nec nō & dulce caducum.
Commoda ꝑterea iunguntur multa caducis,
Si numerum, si tres implenero, iusta doloris,

Tabulas, quibus inter se conuenerant in cōiunctione matrimonii. Signabat. i. alias tabulas iam erat signatura cum alio viro. Quo te circūagas? quo fugias, qđ respondeas? Quę prima aut vltima ponas? i. quę pręmia poteris tu dicere esse aut prima, aut vltima. q. d. tā multa in te contuli beneficia vt nō possis dicere, ego volo hoc esse vltimum pręmium laboribus Neuoli quum nunq̄ possis satisfacere. Sermo autem est prouerbialis quo gręci vtuntur, τί πρῶτον ἤ τί ὕστατον Quid primum aut vltimum. Nullum ergo meritum, Occurrit tacitę obiectioni, posset enim dicere auarus merita eius nulla esse. An non inqt hoc est meritum maximum, ꝙ quum ipse nō posses ex vxore suscipere liberos ego vicem tuam suppleuerim, ꝛ inde tibi nati sint liberi. Tollis, Educas tanq̄ tuos. Terentius Quicqd peperisset decreuerūt tollere. Argumenta viri, Argumentum autore fabio plura significat. Nam ꝛ fabulę ad actus scęnaȝ compositę argumenta dñr, ꝛ orationum Ciceronis velut thema argumētum appellamus, vnde Pedianus inquit argumentum tale est. Ex quo apparet argumentū oēm esse materiam ad scribendum destinatam. Et ꝑ materia accepit Cicero inquiens. Quoniam nullum scribēdi argumentum mihi relictum est. Argumētum etiā dicimus, quod probationem, indicium, fidem facit. Ergo argumenta viri. i. filios qui fidem faciunt ꝛ īdicium te esse virum, dicimus enim sic, silentium tuum fuit mihi argumento te virum bonum esse. i. indicio. Plin. loquens de ursis. Cibi nulla argumenta. i. nulla īdicia, deductumq; est vocabulum ab arguo, quod idem est, qđ fidem facio ꝛ indico, vt verba tua arguunt te improbū esse. i. indicant ꝛ fidem faciunt. Libris actorum, diximus in secunda satyra illic. Cupient ꝛ in acta referri, acta non esse libros, sed negocia ipsa tam priuata q̄ publica, quę in libris describebanť, vnde bene poeta ait Et libris actorum. Vnde Cicero in. ii. Philippica in publicis actis nihil est lege grauius. In priuatis firmissimum est testamentum. Tranquillus in Tiberio, Interim quū in actis senatus legisset dimissos, ac ne auditos quidem quosdam reos. Idem in Cęsare. Fuerat animus cōiuratis corpus occisi in tyberim trahere, bona publicare, acta rescindere. i. libros qbus acta siue gesta Cęsaris continerentur. Vnde ꝛ ętate nostra dicimus in actis tabellionū hoc inueniť. i. in libris quibus describuntur acta ꝛ gesta hominum. absolute etiam dicimus facta ꝛ gesta imperatorum acta, vt illud apud Tranquillum in Augusto. Nihil conuenientius ducens q̄ necem auunculi vindicare, tueriq; acta. i. quę egisset. Ergo libris actorum. i. libris continētibus publica ciuitatis negotia, nam ꝛ nomina liberorū in publicis ciuitatis monumētis describebanť. Vñ Apuleius in secunda apologia ita scrib. Pater eius natam sibi filiam more cęterorum professus est, tabulę eius partim tabulario publico, partim dono asseruabanť. quam consuetudinem seruant adhuc ꝛ veneti. possumus etiam intelligere priuatos libros in quibus parentes acta sua describerent, inter quę ꝛ nomina liberorum, vnde Seruius in secundo. Georgi. exponens illud. Populi tabularia vidit, scribit in templo Saturni vbi erat ęrarium solita fuisse repōi acta, quę susceptis liberis faciebant parentes. Ab actis dicuntur Actuarii hoc est qui scribēdo negotia tam publica quā priuata in libros continentes acta referunt q̄si notarii. Vnde Trāquillus in Cęsare. Oratiōes aliquas reliquit, inter quas temere quędā feruntur pro. Q. Metello, quam non īmerito Augustus existimabat magis ab actuariis exceptā male subseq̄ntibus uerba dicentis q̄ ab ipso editam. Suspende coronas, i. signum lęticię, ornabāt. n. fores domus coronamētis, frondibusq; Alibi. Pōe domi lauros. Iā pr̄ es, iā filios hēs. Dedimus, qđ famę. i. dedimus tibi filios, qbus potes oñdere te esse ꝛ viȝ ꝛ maritū, ac ꝑ hoc detractoȝ famā extīguere q te mulierē ꝛ ciędū dicebāt. Scriberis he. Nā lege cautū fuisse vr̄ vt q liberos ñ susciperet hr̄ditates adire nō posset. Legatū oē capis, bñficio inqt meo factū est vt possis scribi heres oium legatoȝ, quū antea obstātibus legibus tibi ñ liceret, q̄s tñ leges in corpe iuris ciuilis nō hēmus sublatas ab impatoribus, Legatū appellať vt diffinit Modestus qdā dōatio testō relicta, deducto vocabulo a lego legas, qđ est idē, qđ mādo ꝛ decerno testō, Inde est legator q testō legat ꝛ reliqt bōa sua alicui. Legatarius vero is appellať q legatū capit. A lego cōpositū est allego, qđ capiť pro mitto. Plau. qui in ea ipsa me allegauit q istā accersere. Allego ēt ꝓadduco. Pli. Tū multa allegauit, q̄ ad rē ꝓpositā ꝑtinere non videbanť. Et dulce caducū. Testīñ caducū vt legiť apud iuriscōsultos codice de testamentis dr̄ quod sub conditione fit a cadēdo, ꝙ ea deficiente vel viuo vel mortuo testatore id cadat ꝑueniatq;, vel ad testatorem vel ad substitutū eo mortuo, vel ꝙ ab vno cadit ī alterū ꝑ hereditatē. Capis inqt ꝛ caducū legatū, id quod sine liberis capere non poteeas, id. n. in te cadit, qđ non expectabas, nam a cadendo vt diximus deduciť vocabulū, quū ab vno in alteȝ per hereditatē cadit. Dulce aūt appellat, qđ ex insperato cōtingit. Si numeȝ, si tres implenero, Si tres ex vxore tua suscepo filios. Nam qui in vrbe tres filios, qnq; in Italia, septē in ꝓuincis habuisset immunitate donabať, quā plęriq; ēt sine vxore ꝛ liberis ab impatoribus impetrauerūt, quod ꝛ Mart. quū esset sine liberis petiit, impetrauitq; a Domitiano vt docet carmine suo. Quod fortuna vetat fieri, permitte videri Natoȝ genitor dicar vt esse trium. Et alibi ad vxorē Natorū mihi ius triū roganti musaȝ ꝑciū dedit meaȝ.

Argumentū · Acta · Actuarius · Legatū · Legare · Legator · Legatarius. · Allegare · Caducus · Ius triū. · In itoȝ

Neuole causa tui, contra tñ ille quid affert?
Negligit, atq; alium bipedem sibi querit asellũ.
Hec soli commissa tibi celare memento,
Et tacitus nostras intra te fige querelas,
Nam res mortifera est inimicus pumice leuis.
Qui modo secretum cõmiserat, ardet ē odit
Tanq̃ prodiderim qcquid scio, sumere ferrum
Fuste aperire caput candelam apponere valuis
Non dubitat, nec cõtẽnas aut despicias q
His opibus nũquam cara est annona veneni,
Ergo occulta teges, vt curia martis athenis?
O corydon corydon, secretum diuitis vllum
Esse putas? serui vt taceant, iumenta loquẽtur,
Et canis, ē postes, ē marmora, claude fenestras
Vela tegant rimas, iunge ostia, tollito lumen
E medio, clament omnes, prope nemo recũbat
Quod tamẽ ad cantum galli facit ille secũdi,
Proximus ante diem caupo sciet, audiet ē que
Finxerunt pariter librarius, archimagiri

Solus qui poterat, valebis vxor. Non debet domini perire munus. Idem alibi. Premia laudato tribuit mihi Cesar vterq;, Natorumq; dedit iura paterna trium. Qui ergo ius trium liberorum habuissent multa consequebantur preter ceteros commoda, vnde Appianus ⁊ Tranquillus scribunt in diuisione agri campani Iulium Cesarem iussisse agros qui circa Capuam ceteris fuissent cultiores ⁊ feraciores patribus diuidendos esse, quibus trium liberorum ius adesset, quo facto cõcurrisse ad viginti hominum milia, qui trium liberorũ alimenta deposcerent. Idem tradit Tesseram frumenti triplicem solitos accipere, Et in petitione magistratuũ non habentibus filios eo numero anteponebantur.

Iusta doloris causa tui, possunt esse verba poetę quasi dolentis casum Neuoli, possunt etiam referri ad ipsum Neuolum sui ipsius miserescentem. Dolor est Dolor motus asper in corpore a sensibus alienus Cicero in secundo Tusculanarum. Ille quid affert, diues auarus. Negligit, scilicet te Neuole, nihil tibi dat. Hec soli, verba Neuoli ad poetam vt taceat. Leuis, mollis ⁊ effoeminatus, qui pumice cutem sibi polit. Qui modo secretum, Cinędus iquit qui secreto opera mea vsus est timens ne publicetur odio me prosequitur ⁊ cędem mihi omnibus modis machinatur. Ardet, indignatione ⁊ ira accenditur. Candelam apponere valuis, idest domum accendere adhibita cãdela, hoc magis placet q̃ vt intelligas candelam per inferiora immissam, illud enim minime letale esset supplicium. Valuę autem dicuntur ipse fores a voluendo. Plinius libro sextodecimo valuas ex cupresso etiam quadringentis prope an- vlaue nis durare. Sumere ferrum, ad occidendum. Aperire caput, idest scindere. Petronius. Iam non potui supplicio caput aperire. Nec contemnas, quod dico. ãnona Q d', quia. Annona veneni, idest ipsa veneni merx ⁊ copia nunquam est cara huiusmodi diuitibus ⁊ cinędis, quia impensę non parcunt, appellatione autẽ annonę intelligimus non modo rem omnem frumentariam, sed alia quoque cibaria, vnde Cicero scribit in secundo de diuinatione, Annonam futuram cariorem in macello. Sic ⁊ Tranquillus in Tiberio. Annonã macelli senatus arbitratu quotannis temperantiam censuit. Varro in tertio de re rustica. Coenę innumerabiles excandescunt annonam macelli, videturq; vocabulũ deductum ab anno tanquam sit anni alimonia. Et cum Romę sepe famę laboraretur magistratus cõstituti sunt pfecti qui annonę preessent, qui prefecti annonę dicebantur anonę Vsurpatur etiam annona in aliis q̃ in eduliis. Horatius in epistolis. Vilis amicorum est annona, bonis vbi qd deest. Et locum sic intelligas, amici viri boni ⁊ sapientes nihil desiderant, neq; petunt quod magni sit precii, vbi aliquid eis deest, quasi dicat vili re contenti sunt, ⁊ modica, quia boni sunt ⁊ sapientes. Vt curia martis athenis, scilicet tegit, sic inquit non minore silentio hec tegas, q̃ consilia sua tegit senatus atticus. Curia martis, idest Areopa- areopagus gus, vbi teste polluce iudicia cędis, vulnerum, ⁊ veneficiorum per populum exerceri solita sunt. Plinius libro septimo scribit sic. iudicium capitis in Areopago primum actum est, ibi. n. Mars, vt docet Diuus Augustinus libro decimo octauo. cap. decimo quum homicidii crimine reus fieret iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est. Iudicabant autem noctu ⁊ in tenebris ne ad dicentes, sed ad ea quę dicerentur, respicerent, quod Lucianus apte scribit in Dialogo, q inscribitur Hermotinus hortans ipsum Hermotinum philosophum, vt in iudiciis ⁊ rerum examinatione imitetur Areopagitas οἱ ἐν νυκτὶ καὶ σκοτῳ δικαζουσιν ὡς μη ες τους λεγοντας ἀλλ' ἐς τὰ λεγομενα ἀποβλεποιεν, hoc est qui in nocte ⁊ tenebris iudicant, vt non ad dicentes, sed a dea, quę dicerentur, respicerent. Cuius consuetudinis meminit ⁊ Macrobius libro vltimo Saturnalium his verbis. Queramus silentiumne conuiuiis an ⁊ opportunus sermo conueniat. Nam sicut apud Athenas areopagitę tacentes iudicant, ita inter epulas oportet semper sileri, Areopagus autem interpretatus cliuus Martis, αρης. vel αρηος, vel αρεος Martem significat παγος vel locum eminentem. De Areopago ita Valerius libro secundo. Eiusdem vrbis ⁊ sanctissimum consilium. Areopagus quid quisque Atheniensium ageret. aut quonam questu sustentaretur, diligentissime inquirere solebant. O Corydon, verba poetę respondentis. Ne volo quid petierat vt taceret. Hemistichon est Virgilii. O corydon corydon que te dementia coepit, quasi dicat. o stulte credisne quicquam esse turpe, quod possit latere? Serui vt taceant, idest quamuis taceant serui. Ad cantum secundi galli, idest ad secundum cantum galli. Iunge ostia, claude. Caupo, is est qui cauponam exercet quem stabularium etiã nominamus a stabulo, quod pro caupona ⁊ taberna meritoria accipitur. de quo ante dictum est, per Cauponem autem intelligit vnumquemq; vulgarem hominem. caupo Librarius, qui libros exscribit. Tranquillus Domitiano. librarius etiam qui eam descripserant crucifixis. Archimagiri, Archimagirus magister et princeps coquorum, ⁊ coquus inter seruos erat, αρχος enim principem ⁊ μαγειρος coquum significat. Archimagirus

Captores

Carptores, quid enim dubitant cõponere crimẽ
In dominos, quotiens rumoribus vlciscuntur
Balthea, nec deerit qui te per compita querat
Nolentem, ē miseram vinosus inebriet aurem,
Illos ergo roges quicquid paulo ante petebas
A nobis, taceant illi, sed prodere malunt
Arcanum, q̃ subrepti potare falerni,
Pro populo faciens quantum laufeia bibebat.
Viuendum est recte cum pp plurima, tum istis
Precipue causis, vt linguas mancipiorum
Contemnas, nã lingua mali pars pessima serui,
Deterior tamen hic, qui liber non erit illis
Quorum animas ē farre suo custodit ē ere,
Iccirco vt possim linguam contẽnere serui
Vtile consilium mihi, sed cõmune dedisti
Nunc mihi qd suades post dãnum tpis, ē spes
Deceptas? festinat enim decurrere velox
Flosculus angustę miserę q breuissima uite
Portio? dũ bibimus, dũ serta, unguẽta, puellas
Poscimus, ob repit non intellecta senectus.
Ne trepida. nunquã paticus tibi deerit amicus
Stantibus ē saluis his collibus, undiq ad illos
Conueniunt, ē carpentis, ē nauibus omnes
Qui digito scalpunt uno caput, altera maior
Spes superest, tu tantũ erucis imprime dentem.

Carptores, Carpere multa significat, vt mordere ⁊ Carpe. taxare, vt poeta carpit auariciam. Carpere frui. Persius. Carpamus dulcia. Carpere eligere. Terentius vnum quodq; quod erit bellissimum carpam. Carpere ledere. Virgilius. Carpit enim vites paulatim vritq; videndo. Carpere rapere. Tibullus Carpite nunc tauri de septem montibus herbas idest rapite ad comedendum. In qua significatione potest videri dictum hoc loco Archimagiri carptores, idest raptores qui semper aliquid ad comedendum rapiunt ⁊ auferunt ex epulis domini. Quid enim dubitant, non est inquit mirum si dominos suos accusant quũ velint vlcisci verbera quę acceperunt ab eis falsis criminationibus Balthe- ⁊ rumoribus, quos vbi- us. q; disserunt. Balthea, verbera baltheorũ quibus sepe cesi fuerũt, sũt autem cingula militaria bullata ex corio a q̃bus gladii dependebant pro cingulo tamen muliebri accipitur ab Apuleio. Inebriet, repleat Illos scilicet seruos, librarium scilicet ⁊ Archimagiros. Petebat a nobis, propter illud. Hec soli commissa tibi celare memento. Quã potare, subaudi tantum. Laufeia bibebat, Lauseiam sui tẽporis mulierem vinolentam notat. Faciens, sacrificans ⁊ rem diuinam peragens Virgilius. Quum faciam vitula pro frugibus. Pro populo, pro salute populi ro. Sacra autem intelligit Bonę deę quę pro salute populi ro. celebrabantur a mulieribus quotannis in domo summi pontificis de quibus Plutarchus multa in vita Ciceronis. Seneca ad Lucilium. Credat aliquis pecuniam esse versatam in eo iudicio in quo reus erat clodius ob id adulterium quod cum Cęsaris vxore in aperto commiserat violatis regionibus eius sacrificii, quod pro populo fieri dicitur, sic summotis extra conspectum omnibus viris vt picturę quoq; masculorum animalium contegantur, vnde est illud ante. Iubet picta velari. De hoc etiam ante illic. Atq; bonam tenerę placant abdomine porcę, Viuendum recte, salubre consilium. Contemnas, contemnere queas. Tum his, legendum est istis, aliter versus non staret. Nam lingua, sensus est. In seruo improbo lingua est pars maxima totius corporis, quasi dicat lingua inter cetera membra multum valet in seruo, quasi dicat promptus est ad loquendum, vnde seruus ille corrigitur apud Plautum in milite sic. Plus oportet scire seruum q̃ loqui, nisi potius legatur pars pessima. vt sit sensus, linguam in seruo vitioso esse pessimam totius corporis partem. Deterior tamen hic, sensus est. Deterior autem erit conditio domini qui aliquid fecerit. vnde sit seruus idest subiectus seruo suo ⁊ non liber. Nam dominus qui aliquod scoelus commiserit, semper timet seruum suum ne ab eo accusetur, ⁊ ita semper est seruus seruo ⁊ nũquam liber. Illis, scilicet seruis. Quorum animas, idest quos alit. Suo farre, idest pãe, farre autem ait, quia Romani trecentis annis vixerũt farre vt Plinius tradit ex sententia Verrii. Iccirco, verba Neuoli. Commune, quod ad omnes ęque ꝑtinet. Ne trepida, verba Iuuenalis. Paticus, cinędus a patiendo muliebria, qđ si a latino deducis cum t exili scribetur, si vero a greco παθος aspirationem addes. His collibus, idest durante hac vrbe vbi septẽ sunt colles. Tibullus Carpite nunc tauri de septem montibus herbas. Carpentis ⁊ nauibus, terra ⁊ mari. Qui digito, hoc est molles ⁊ effoeminati, q vno dũtaxat digito sibi caput scalpunt soliciti, ne comam studiose concinnatam perturbẽt, qđ in Cęsare notatum est qui caput sibi vno digito scalperet, vnde Cicero coniiciebat nihil suspicandũ esse de eo tanquam molli. Seneca ad Lucilium. Impudicum ⁊ incessus ostendit, ⁊ manus mota, ⁊ vnum interdum responsum ⁊ relatus ad caput digitus ⁊ flexus oculorum. Nam ⁊ Pompeius sica Clodio est notatus vt scribit Plutarchus in vita Põpeii. Et Amianus Marcellinus historię li. xvii. Pompeii obtrectatores ait hoc etiam in eo ludibriosum ⁊ irritum obseruasse, q genuino quodam more caput digito vno scalpebat. Sicq; poeta ostendit Romam confluere omnes molles qui virum sibi appetant. Altera maior spes, non est inquit tibi dehinc desperandum, Immo altera tibi maior spes superest, scilicet cinędes tibi non defuturos. Eruca

Tu tantum erucis, per Erucam omne aliud veneris excitamentum intelligit, Eruca autem est herba, quę maxime vires in venerem prestat Virgil. in moreto, Intybaq; ⁊ venerem reuocans eruca morantem. Plinius in. x. cap. lxiii. Auiditas coitus putatur ex cibis fieri, sicut viro eruca, pecori coepe. Ouid. in. ii. de re. Nec minus erucas aptum est vitare salaces. Columella. Et quę frugifero seritur vicina priapo, Excitet vt veneri tardos eruca maritos.

Hęc exempla, verba Neuoli, para inquit hęc exempla ꝛ documenta excitandę libidinis foelicibus. q. d. se i tali re minime esse fortunatum. At mea clotho, Sed licet inquit in tali vitę instituto infoelix sim, Clotho tñ mea ꝛ lachesis. i. tota vita mea semp tali vitę genere delectata est, maximeq; delectatur, per clothon autem ꝛ lachesin, quę duę sunt ex parcis, quęq; vitam hominum disponere dñr vitam intelligit. O parui, votum est Neuoli cum suspirio quo diuitias more insipientis sibi optat, sicq; poeta ꝑ irrisionem ostēdit eum nescire viuere cōtentū (quod facit sapiēs) paruo, atq; ideo turpes exercere artes, quasi innuat vitiosum hominem a sapiente in hoc differre ꝙ hic multa concupiscat, ille paucis contentus sit. O parui, ex affectu dictum, nam parui ei videbantur.

Lares

Lares, dii familiares, de quibus pluscula diximus illic apđ Persium. Bullaq; succinctis laribus donata pependit. Nam eos vt domus pręsides colebant, quibus canis asistebat ꝛ ipsi caninis pellibus vestiebantur. De iis multa Plutarchus in problematis ꝛ Festus Pō.

Lemures.

Apuleius putat ex lemuribus eū qui posteriorum suorum curam sortitus pacato ꝛ quieto minime domū possidet larē dici. Eum vero qui propter aduersa vitę merita nullis bonis sedibus in terra vagatione ceu quodā exilio punit inane terriculamentū bonis hominibus, cęterum noxium malis laruam dici. lemurē aūt volebāt esse animum quum ex corpore nostro migrasset. Hinc autem ortam esse originem colendi lares in domo ostēdit Seruius, qa homines apud maiores in suis domibus sepeliebant, quos pro diis colere ꝛ venerari cœperunt.

Larue.

Aut farre, molla quę ex sale ꝛ farre cocto constabat. Tenui corona, Nam laribus publicis ꝛ priuatis dabatur corona vnde Plin. lib. xxi. Et iam tūc coronę deorum honos erant, ꝛ larium publicorum, priuatorumq;. Figam aliqd, reponam. A tegete ꝛ baculo, a mendicatione. Viginti milia, subaudi sint mihi. Optat enim habere hęc. Fœnus, appositio est. Sed quę fabricius, hoc est, quę inuidiosa ēt sint, vt mereant etiam a Fabricio notari. Hocq; dicit, qa Fabricius Licinius cēsor Cornelium Rufinū duobus cōsulatibus ꝛ dictatura speciosissime functum, ꝙ decem pondo vasa argentea cōparasset, perinde ac malo exēplo luxuriosū in ordine senatorio retinendum non censuit lege Valerium in ii. de censoria nota, & Gelium lib. iiii. Et duo fortes, subaudi sint serui. De rege moesoꝝ. i. de grege seruorū

Moesia.

quales habebantur ex Moesia. Est autem moesia vt Pli. docet lib. iii. prouincia pannonię finitima, ad pontum vsq; cum Danubio decurrens. Ex qua venerunt qui in Asia vt tradit Artemidorus habitant iuxta Bithyniā,

Hęc exempla para felicibus, at mea clotho
Et lachesis gaudent, si pascitur inguine uenter.
O parui nostriq; lares, quos ture minuto
Aut farre, & tenui soleo exornare corona,
Qñ ego figā aliqd, quo sit mihi tuta senectus
A tegete & bacculo? viginti milia fœnus
Pignoribus positis, argenti vascula puri,
Sed quę fabricius censor notet, & duo fortes
De grege moesorum, qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoso insistere circo,
Sit mihi pręterea curuus cęlator, & alter
Qui multas facies pingat cito, sufficient hęc,
Qñ ego pauper ero? votū miserabile nec spes
His saltem, nam cū pro me fortuna rogatur
Affigit ceras illa de naue petitas,
Quę siculos cantus effugit remige surdo.

supraq; fontes Caici. De quibus multa Strabo lib. xii. Loca, supposita ad ferendā lecticam, aut reuera qui eum in circo succollantes ferrēt, neq; enim lectica a duobus tantum seruis gestari potuisset, sed a sex vel octo, vnde hexaphorum ꝛ octophorum appellata est lectica. Circo clamoso, propter populi clamorem ꝛ plausum fauentis aurigis, vnde alibi. Totam hodie Romam circus capit, ꝛ fragor aurem Percutit, euentum viridis quo colligo panni. Cęlator, qui mihi vasa preciosa cęlet. Celare enim est insculpere, vnde ꝛ cęlum ferrum quo vasa cęlantur, quę veteres ancęsa vocabant quot circumcędendo fiant. Sufficient hęc, pronunciatiue legendum est, idest satis erunt hęc mihi si habeam. quando ego pauper ero? si hęc habuero? Votum miserabile, verba Neuoli votum suum damnantis, estq; veluti acclamatio quasi qui errorem suum iam cognoscat.

Sirenes

Affigit ceras, Sirenes tres suisse filię Acheloi ex calliope musa finguntur a poetis, quę in littore cāpano hitātes nautas ꝑter ea loca nauigātes suauitate cantus in somnum ꝛ scopulos inducebant, cogebantque facere naufragium. vnde Vlysses vt scribit Home. libro. xii. Odyssę. quum iuxta ea littora esset nauigaturus a Circe admonitus, aures sociis suis cęra obturauit, se autem malo manibus ꝛ pedibus alligari iussit apertis auribus, imperans etiam si innueret ne solueretur. Nauigantibus igitur Syrenes statim cantare suauissime coeperunt, O decus argolicum quin puppim flectis Vlysses, Auribus vt nostros possis agnoscere cantus. Nam nemo hęc vnquam est transuectus cerula cursu, Quin prius astiterit vocum dulcedine captus post variis auido sacratus pectore musis Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras, Nunc graue certamen belli, clademq; canemus Grecia quam Troię diuino numine vexit, Omniaq; elatis regum vestigia terris. Iis ergo cātus illecebris captus Vlysses quum sociis annuens superciliis iuberent se solui, non id prius impetrauit, quam periculum euaserit. Ferunt tunc illas dolore percitas in mare se pręcipitasse ꝛ a nomine vnius parthenopes, quę Neapoli sepulta fuit appellatam esse vrbem parthenopem.

Parthenope vnde

Vnde Silius Italicus. Sirenum dedit vna suum memorabile nomen parthenope moriens acheloias ęquore, cuius Regnauere diu cantus, quum dulce per vndas Exitium miseris caneret nō prospera nautis. Earum nomina fuere parthenope. Leucosia, Ligia. Plinius tum libro. x. non sentit sirenes fuisse sic inquiens, Nec Sirenes impetrauerunt fidem licet affirmet Dino Clytarchi celebrati auctoris pater in India esse, mulceriq; earum cantu quos grauatos somno lacerant.

Omnibus

Omnibus in terris, Hac satyra Iuuenalis insectatur stulta hominum vota, q mentis affectibus iseruiētes a diis multa petunt tanquam bona, quę eis maxime sunt perniciosa. Ait ergo poeta homines adeo ignorantię profundo imersos, vt pauci existant q vera bona, malaq; cognoscant, ꝛ proinde fieri vt pro bonis mala sibi optent, Colligitq; a diis aut nihil omnino petendum quum ipsi multo melius q̄ nos sciant quid nobis expediat, aut id tantum petendum vt mens sana sit i corpore sano. A gadibus, idest ab occidente. Nam gades insula ē extra columnas herculeas ad hostium betis irrumpētis in occeanum britannicum.

Gades. Ganges

Gangem. i. orientem, nam Ganges Indię fluuius est, quē alii incertis fontibus vt nilum, rigantemq; vicina eodē mō, alii in scythicis montibus nasci dixerunt, in eum nouem ꝛ decem amnes influunt. Plinius lib. vi. Pauci dignoscere possunt, pauci inquit sunt ab occidēte vsq; in orientem qui vere sciant dignoscere verū bonum multum enim interest inter verum ꝛ opinatū bonum seu malum. Vera bona, quia multa sunt, q̄ bona videntur quum tamen non sint, ea igitur bōa sunt opinabilia non vera. Diuersa, contraria. i. mala. Illis. s. bonis. Remota nebula erroris, idest remota animi nostri cęcitate, q mala deuinctus cupiditate transuersus fertur. Vnde Valerius, Et enim densissimis inuoluta tenebris mortalium mens in quā late patentem errorem cęca precationes tuas spargis? Timemus, vt malum. Cupimus, vt bonum. Dextro pede, secundo, ꝛ prospero conatu. Nam pede dextro id dicimur facere, quod nobis prospere cędit, contra sinistro, vñ Apuleius in Asino aureo, sinistro pede profectum me spes compendii frustrata est.

Concipere

Concipis, verbum est votis conueniens, dicimus. n. vota concepta, quę mente concipimus ꝛ agitamus, quid concipis. i. animo tuo optas. Euertere domos, ordo est, dii faciles ipsis optantibus euertere domos. Nocitura toga, nocitura petuntur, Militia. Toga ꝛ militia ablatiui sunt casus, ꝛ est sensus, Adeo inquit homines longe sunt a cognitione veri boni vt plęrunq; petant, quę omnino eis sunt nocitura ꝛ domi ꝛ militię, alii enim reip. administratiōem, alii rei militiaris iperia expetunt, ꝛ multa id genus, quę ipsis exitium afferunt. Toga, nam per togā quę (vt scribit Pedianus (ꝛ iam sępe diximus cōmunis fuit habitus marium ꝛ foeminarum, itelligimus res vrbanas. vnde Cicero, cedant arma togę, ꝛ Iuuenalis Tantū igitur muros intra toga contulit illi Nominis ꝛ tituli. Valer. lib. viii. Toga Scipionē duceē aduersus poenos creauit, arma poposcerunt. Et torrens dicendi copia. s. petitur. Multis, cum sequentibus connectitur, vt sit sensus, Multi elloquentiam optant sed multis mortifera est ꝛ perniciosa, vt fuit Demostheni ꝛ Ciceroni, de quibus inferius.

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra Decima.

Omnibus in terris quę sunt a gadibus vsq;
Auroram & gangem pauci dignoscere possunt
Vera bona, atq; illis multum diuersa, remota
Erroris nebula, quid. n. ratione timemus
Aut cupimus, qd tam dextro pede cōcipis, vt te
Conatus non poeniteat, votiq; peracti?
Euertere domos totas optantibus ipsis
Dii faciles. nocitura toga, nocitura petuntur
Militia, & torrens dicendi copia multis,
Et sua mortifera est facundia, viribus ille
Confisus periit, admirandisq; lacertis.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cūcta exuperās patrimōia cęsus,
Quanto delphinis balena britannica maior.
Temporibus diris igitur, iussuq; neronis

Torrēs, ingens ꝛ abundans, vn̄ inferius de Demosthene. Torrentem ꝛ pleni moderantem frena theatri, ꝛ alibi Iseo torrentior. sumpta translatiōe a torrente hoc est fluuio qui magno rapit impetu. Viribus ille. i. alius. Ostendit. n. ꝛ vires homini quandoq; esse perniciosas, respexit autem ad Milonem crotoniensem quē ferūt egisse omnia supra, quā homo valet, de quo ꝛ hoc proditur, quod ictu nudę manus taurum fecit victimam, eum solidum ea qua mactauerat die humeris solus gestauit nō grauatim. Exitum autem habuit vitę miserandum, quū enim iam natu grandis artem athleticā desisset, iterque solus per loca faceret syluestria, quercum vidit rimis in media parte hiantem, tunc volens experiri an vires sibi adhuc superessent, immissis in arboris scissuram digitis quercum diducere, ac rescindere conatus est, dimidiaque diducta parte, moxq; viribus cessantibus ꝛ in naturam suam arbore redeunte, retentus ꝛ captus se feris prębuit lacerandum. plura de hoc Gelius, Valerius, Solinus, Plinius ꝛ Strabo disserunt, Ouidius in Ibin sic. Vtque milo robur diducere fissile tentes, Nec possis captas inde referre manus.

Milo crotoniensis.

Sed plures nimia, Multa inquit exitiosa petuntur sed diuitię maximę, quę inter alia petuntur plures occidunt, ꝛ quanto quis plura possidet tanto magis exitio est obnoxius. Census, scilicet strangulat tantum exuperans cuncta patrimonia quanto maior est balena delphino, idest qui sit valde extra communem diuitiarum mensuram.

Balena

Balena Britannica, bene autem britannicam nominauit quia in oceano Britannico, vt in nono testatur Plinius tales beluę maiores spectantur. greci phalenam appellant, Festus autem Pompeius eandem pistricem ꝛ cetum putat. Temporibus diris, ostendit poeta exemplo Cassii Longini ꝛ Senecę, diuitias homini saepe perniciosas esse. nam quo tempore Nero imperabat Cassium longinum iussit interfici, hac vna ex causa, quod in vetere gentili stemmate Cassii, Cęsaris percussoris imaginem retinuisset. Sed Iuuenalis innuit Longinum intersectum, quod eius opibus Nero inhiaret. eadem etiam causa Seneca coactus est mori.

Longinũ & magnos senecę prędiuitis hortos
Clausit, & egregias lateranorum obsidet ędes
Tota cohors, rarus venit in coenacula miles,
Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus, gladiũ contũq; timebis,
Et motę ad lunã trepidabis arundinis umbrã.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima fere vota, & cunctis notissima templis,
Diuitię vt crescant, vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca foro, sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus, tunc illa time quum pocula sumes
Gemmata, & lato setinum ardebit in auro.
Iam ne igitur laudas, quod de sapiẽtibus alter

Seneca dis. Senecę prędiuitis, Nam Seneca opes vel inuidiosas possedit. de quibus sic Cornelius Tacitus. Festus Ruffus ꝛ Tigillinus variis criminationibus Senecam adoriuntur tanquã qui ingentes ꝛ supra priuatum modum euectas opes adhuc augeret, quodq; studia ciuiũ in se verteret, hortorum quoq; amoenitate ꝛ villarum magnificẽtia quasi principem supergrederetur. Seneca quoq; apud eundem Tacitum alloquẽs Neronem se diuitem testatur iis verbis. Attu gratiam immẽsam, Innumeram pecuniã dedisti, adeo vt plerunque intra me ipse voluam, egone equestri & prouinciali loco ortus proceribus ciuitatis annumeror? Vbi est animus ille modicis contentus? talis hortos extruit, ꝛ per hęc suburbana incedit? ꝛ tantis agrorum spatiis tam lato foenore exuberat? Demum finis vitę eius fuit, quum enim ex campania remeans in agro suburbano apud quartum lapidem substitisset, Illo iussit Neronis propinqua vespera Syluanus Tribunus pretorię cohortis venit ꝛ villam globis militum sepsit, intromisitq; vnum ex centurionibus qui necessitatem vltimam denunciaret, quo accepto brachia primũ ferro percussit. mox crurum ꝛ poplitum venas abrupit, illatusq; balneo ꝛ vapore eius exanimatus sine vllo funeris solemni crematur. Aedes lateranorum, Nam ꝛ Plautum lateranum consulem designatum Nero adeo propere interfici iussit, vt non complecti liberos, nõ illud breue mortis arbitrium permitteret, manu autem Turrii tribuni trucidatus est. In coenacula, Raro inquit fit, vt pauperibus ꝛ inquilinis qui conductis coenaculis habitare consueuerunt cędes paretur. Vnde est illud Senecę in hippolyto. Non caput vnquam ma-
Coenacula gnos motus Humilis tecte plebeia domus. Coenacula autem antiqui ꝛ coenationes loca appellauerunt vbi coenabant, sed postquam vt scribit Varro in lingua latiali in superiori parte coenitare coeperunt superioris domus vniuersa ędificia coenacula dicta sunt, Vetus enĩ vocabulum (licet vetus consuetudo coenandi in superiore parte domus abolitę sit) remansit. Nec mirum, Nã ꝛ pistrinum veteri vocabulo adhuc nominamus in
Pistrinum quo grana molis versatilibus teruntur, quum antea tantum ante vsum molarum in pilis pinserentur, vnde ꝛ
Lorica nomen, simili modo dicimus veteri nomine loricam, quę ferro modo constat quum antea loris conficeretur, a quibus et nomen, vnde Festus scribit coenacula dici ad quę scalis ascenditur, cui astipulatur Apuleius in nono Metamorphoseos. Meq; per scalas complicitis pedibus in superius coenaculum attracto. Plautus in Amphitri one. In superiore qui habito coenaculo. Trãquillus in Augusto. Ipse circenses ex amicorum fere, libertorumq; coenaculis spectabat. Liuius libro nono de bello Macedonico, Coenaculum super ędes datum est scalis ferentibus in publicum obseratis. Ea autem coenacula vtpote diuitibus incommoda inquilinis locabantur,

de quibus alibi ante sensit. Vltimus ardebit quem tegula sola tuetur A pluuia, molles vbi reddunt oua columbę. Pauca licet portes argenti vascula puri. Ostendit diuitem magis de vita solicitum esse quã pauperem minusq; securum, nam eum semper metus comitatur, ne aut occidatur, aut bonis suis spolietur, aut aliis afficiatur incommodis, q̃ illa multa solent strui diuitibus. Contum, lignum cuspidatũ. quo nautę vtuntur ad explorandam fluminum altitudinem Iuuena. supra, Et contum ꝛ stigyo ranas in gurgite nigras. (Cõtus) Cantabit vacuus, Seneca ad Luciliũ, Nudum latro transmittit, etiam i obsessa via pauperi pax est. Latrone, Latrones antiqui auctore Festo eos dicebant, qui conducti militabãt qua significatiõe ita accipit plautus in primo limine militis gloriosi (Latrones) vbi ait, vt in tabellas quas consignaui hic heri Latronibus ego dinumerem stipẽdium. Nam rex Seleucus me opere orauit maximo, Vt sibi latrones cogerẽ ꝛ conscriberem, ꝛ dicti sunt latrones quasi λατρεύοντες, idest seruientes, nam λατρεία seruitus est. at nunc viarum obsessores dicuntur, q̃ a latere adoriuntur, vel quod insidiantur latenter. Prima fere vota, subaudi sunt.

Sed nulla aconita, attende periculum, quod diuitibus imminet, sępe numero enim venenis tolluntur, vnde est il ud Senecę in Thyestes. venenum in auro bibit, expertus loquor. Aconita, Aconitũ vt scribit Plinius lib. xxvii. in nudis nascitur cautibus quas (Aconitum) greci aconas vocant, vnde nomen aconitum aliqui dixere. Alii quoniam vis eadem in morte esset, quę cotibus ad ferri aciem deterendam, statimq; admota velocitas sentiretur. Fictilibus, idest a pauperibus qui fictilibus vtunt̃. Gẽmata, quũ in maximis ers diuitiis ita vt poculis gẽmatis vtaris, aureis.n. calicibus gẽmas ꝛ pcipue smaragdos ĩserebãt, Mar. Gẽmatũ scythicis vt luceat ignibus auꝝ, Aspice q̃ digitos exuit iste calix. ꝛ Iuue. añ. Nã virro vt multi gẽmas ad pocula trãsfert A digitis. Setinũ, vinũ ẽ carpanũ a Setia denoiatum. (Setia) Mart. Pẽdula põtinos q̃ spectat setia cãpos Exigua vetulos misit ab vrbe cados. Iã ne igit̃ lau. Sẽsus ẽ. quũ hoies ferant̃ tã pcipites ꝛ tã multis agitent̃ incõmodis, pp stulta vota ꝛ cupiditates. nõ ne igit̃ existimabis Heraclyti ꝛ Democriti sanũ fuisse indiciũ, qui cõtrariis aĩ affectibus eoꝝ cęcitatẽ ꝛ vitia dãnauere, de qbus sic Seneca de tranqlli. vitę. (Heraclytus Democritus) Et Democritũ potius imitemur q̃ Heraclytũ. Hic.n. quotiẽs in publicũ pcesserat, flebat, ꝛ ille ridebat. Huic oĩa q̃ agimus miserię, Illi ineptię videbantur Horatius in epistolis de Democrito. Si foret in terris rideret Democritus. hinc ei vt tradit Suidas inditum fuit nomen gelasini. Nam Gelasinus grece latinę ridiculus interpretatur, vnde ꝛ Plautus in sticho. Gelasino mihi paruo nomen pater indidit propter paupertatem hoc adeo nomen repperi, quia inde iam a pauxillo puero ridiculus fui, eo quia paupertas fecit ridiculus fo- (Gelasinus)
rem,

Ridebat, quotiens a limine mouerat vnum
Protuleratq; pedem, flebat contrarius alter.
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachini
Mirandũ est vnde ille oculis suffecerit humor.
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quanq̃ nõ essent vrbibus illis
Pretexta, & trabeę, fasces lectica, tribunal.
Quid si vidisset pretorem in curribus altis
Extantem, & medio sublimẽ in puluere circi
In tunica Iouis & pictę sarrana ferentem
Ex humeris aulea togę, magnęq; coronę
Tantum orbem, quanto ceruix nõ sufficit vlla.

rem, Gelasini etiam anteriores dentes vocantur, vt docet Polydeuces de reꝝ vocabulis, quos ridendo ostẽdimus. Gelasinus ẽt auctore Suida ruga illa sine linea dicitur, quę dũ ridemus in facie efficit̃. Vñ in. vii. Mart. Nec grata est facies, cui gelasinus abest. Ridebat, hominũ negocia tanq̃ ineptias. Flebat.s. Heraclytus tã q̃ miserias. Hic aũt est ille Heraclytus ephesius physicus q scotinos cognominatus est, quasi tenebricosus, de idustria enim stilũ obscurabat, iõq; eius volumina phi sudantes vix intelligũt. Censura, taxatio, qa censores moribus vrbis pesent. Quanq̃ non eẽt, ac si dicat multo magis risisset, si tantę tunc vanitates extitissent. Pretexta ꝛ trabeę. i. talia magistratuum insignia, qualia habent romani, prętextã.n. ꝛ sellã curulem, lictoresq; ꝛ togam pictam, quę insignia ęthrus coꝝ magistratuũ erãt Tullus hostilius romanoꝝ rex tertius debellatis ęthruscis primus vt romę haberẽtur, instituit, sed postea Tarquinius priscus quum filius bello sabino annos quatuordecim natus hostem manu percussisset, cũ ꝛ pro concione laudauit ꝛ bulla aurea ptextaq; donauit ĩsigniẽs pueꝝ vltra annos fortem premiis virilitatis ꝛ honoris, auctores sunt Macrobius, Liuius, Dionysius, ꝛ Plinius.
Trabeę Dicebatur aũt pretexta quod purpura prętexeret. Trabeę, Trabeam gestamen fuisse consulum ꝛ ducũ. Diõysius scribit in. v. loquens de triumphante sic. Non ornatur trabea, qui peculiaris est consulũ ducũq; amictus, q̃ sensit etiam Papinius in syluis in carmine Eucharistico. Hic quum romuleos proceres, trabeataq; Cęsar Agmina mille simul iussit discũbere mensis, ea ꝛ reges vsi sunt auctore Plinio in. viii. vnde Ouidius. Trabeati cura Quirini. Suetonius in libro de genere vestium dicit auctore Seruio tria eẽ genera trabeaꝝ, vnũ diis cõsecratũ, quod est tantum de purpura, aliud regum, quod est purpureum ꝛ habet tamen album aliquid, tertium augurale de purpura ꝛ cocco mixtum. Fasces, idest lictores precedentes cũ fascibus virgaꝝ, in qbus secures erant alligatę. Lectica, qua gestabant̃ a seruis. Tri-
Subsellia bunal, in sellis curulibus ꝛ tribunalibus considebant q maiora iudicia exercebant. Subsellia erant tribunoꝝ, triumuiroꝝ, quęstorum, ꝛ huiusmodi minora officia exercentium, Asconius auctor est. Subsellium.n. est sedile,
Subsipere vt scribit Varro dictum q̃ non plane sit sella, sicut subsipere, qd' non plane sapit. Quid si vidisset, describit ptorem presidentem ludis circensibus habitu triũphali, rideretq;. Nam insignia triumphalia pretori in circensibus ludis concedebant̃. Id etiam aliqñ priuatis, vñ. L. Aemilio qui Persen regem macedonum deuicit cõcessum fuit a populo ꝛ a senatu, vt ludis circensibus triumphali veste vteretur. Pli. de viris illustribus. In cur-
Tunica Iouis ribus altis. i. in curru triũphali, qui auratus erat, ꝛ a quatuor equis albis trahebatur. In tunica Iouis. i. habitu triumphali, de quo ita meminit Liuius libro decimo ab vrbe condita. Qui Iouis optimi maximi ornatu de-

coratus, curru aurato per vrbem vectus in capitolium ascenderit. Nam qui triumphabant tunicam sibi induebant sumptam ex templo Iouis, vnde ẽ illud adud Pli. lib. vii. cap. xliiii. loquentem de Metello Macedonico. Tracto in capitolium illo, in quod triumphans deorũ exuuiis, ne captiuos quidem sic traxerat. vbi plane per deorum exuuias intelligimus, quod ꝛ Liuius, vt dictum est, sensit. Iouis optimi ornatũ de quo ornatu ꝛ tunicę sic etiam meminit Lãpridius in Alexãdro Seuero. Pretextã ꝛ pictã togam nũquam nisi cõsul accepit, ꝛ eam qdem quam de Iouis templo sumptam alii quoq; accipiebant aut ptores aut consules, quod etiã videtur innuere Iulius capitolinus in gestis Gordianorum his verbis. (Toga palmata) Palmatam tunicam et togam pictam primus romanorũ priuatus suã ppriam habuit cũ ante imperatores etiã de capitolio accipent, vel de palatio. itẽ Flauius vopiscus in vita Probi imperatoris. Te manet pro virtutibus tuis capitolina palmata. Ea purpurea erat ꝛ auro intexta, vt scribit Plinius lib. ix. ꝛ palmata sine palmaris dicta, q̃ ea vt sensit Seruius vtebantur, q palmã meruissent. Martialis. Palmatęq; ducem te cito redde togę. Alii dicunt palmatam dictam esse q̃ in ea ps palmę hoc ẽ victorię intexeretur, vt ab Helena pictis vestibus apud Homerum acu certamina inseruntur, qd' ꝛ Pli. libro. viii. cap. lvi. indicare videtur, quum ait, pictas vestes iam apud Homerum fuisse, vnde triumphales natę. Aulea sarrana pictę togę. i. togam pictam ꝛ purpurã distinctam, vt sit periphrasis ipsius togę triumphalis, quam vt diximus palmatam appellarunt, de qua sic Seruius palmatam togam merebãtur, qui de hostibus palmam reportassent. Mart. Palmatęq; ducẽ te cito redde togę, de qua ꝛ Apuleius in prima magię Apologia sic, denique triumphantibus quadrigas albas ꝛ togã palmatam exprobrares? Palmatam autem togam purpuream fuisse indicat Sydonius his verbis. Et illam sarra- (Segmẽta)
nis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmatam conuenustauit. Aulea, latitudinem vestis expressit (aulea) nam Aulea proprie dicuntur vela ꝛ ornamẽta quibus parietes ꝛ aulę teguntur, quę grece peristromata ꝛ peripetasmata appellantur, inter quę dicuntur ꝛ ipsa tapetia, de quibus sic Plautus in Pseudulo. vt ne peristromata quidem ęque picta sunt campanica, neq; alexandrina, beluata, consuta tapetia, ad ornamentum etiam theatrorum adhibebantur, vt ante. Ast alię quotiens aulea recondita cessant. Sarrana, idest tyria, purpu- (Sarrana)
rea. Nam vt scribit Gelius Tyros ante dicta fuit sarra, sicut ꝛ Thracia Sython, ꝛ Corynthus Ephyre, Iuxta ãt Tyrum purpura piscis capiebãtur, ex cuius faucibus vt alibi diximus liquor eliciebatur aptus ad tingendas vestes quę modo purpureę ab ipso pisce, modo sydonię a Sydone ciuitate Tyri, mõ Sarranę ab ipsa ĩsula dicebãtur. Verg. Sarrano dormiat ostro. Ex hũeris. s. depẽdẽtia. Tm̃ orbẽ corone. i. coronã aureã tanti ponderis. (Sarra Sythõ Ephyre)

Quippe tenet sudans.i.adiuuat eum ad coronam sustinendam. Nam a tergo triumphantis seruus erat, qui coronam sustinebat. Pli.lib.xxxiii.cap.i. Et cum corõa ex auro etrusco sustineretur a tergo, annulus tñ in digito ferreus erat, ęqua fortuna triumphantis ⁊ serui coronam sustinentis. Hanc publicus. Ordo est, seruus publicus sudans tenet hãc. nec miꝝ a poeta dictũ seruum publicũ. Nã nõ solum serui erãt priuati qui dominis ꝓpriis seruirent, sed ⁊ publici qui ad publica ciuitatis ministeria adhibebantur, Vnde Cice.in.viii philippica. Cotulam hominẽ ędilitiũ iussit Antonii in conuiuio serui publici loris ciciderũt. Valerius in.ii.de maiestate loquens de Mario. Missus.n.ad eum occidẽdũ priuata domo minturnis clausum seruus publicus natione cimber.

Seruus publicus

Idem in.iii.capite de fortitudine loquens de Teramene Atheniensi. Ridensq; seruo publico, qui potionẽ tradiderat, critię inquit propino. Ne sibi placeat, ne nimis insolescat, nam placere sibi, est se efferre. Mart. i.v. Quũ voco te dñm, nolo tibi cinna placere. Maiores.n. istituerunt vt a tergo triumphantis adsisteret seruus, qui pari fortuna triumpharet, moneretq; triumphantẽ vt seipm cognosceret, ne tanta gloria nimiũ superbiret, vñ Tertullianus sic scribit. Hominem se esse ẽt triumphans in illo sublimissimo curru admonet. Suggerit.n.a tergo. Respice post te, hominẽ memento te, etiã vtiq; hoc magis gaudet tanta se gloria corruscare, vt illi admonitio conditionis suę sit necessaria. Da nũc ⁊ volucrẽ, adde ẽt ⁊ aliud triumphantis insigne.i.aqlam. Nã aquila romanoꝝ insigne erat militare. Et vt scribit Iosephus libro.iii.de bello iudaico reliqua signa pręcedebat, quod ⁊ vniuersaꝝ auiũ regnũ habeat, ⁊ sit validissima. Itaq; illam ⁊ principatus insigne putãt, omenq; victorię quodcũq; bello petierint. erat ⁊ antea prima cũ quatuor aliis, lupis, minotauris, equis, apris, quę singulos ordines anteibat, paucis ante annis sola in aciem portari coeperat, reliqua in castris relinquebant. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum non fere apud legiones vnq̃ hibernatum esse in castris ubi aquilaꝝ non sit iugum, auctor est Pli.lib.x. Qui in acie aqlam ferebat Aqlifer appellabat, vnde Tranql.in Augusto. Constat aqlifero legiõis suę grauiter saucio aqlam humeris subiisse, diuq; portasse. Sceptro quę surgit eburno. Nã inter alia triumphantis insignia erat ⁊ Scipio eburneus habens aqlam in summitate, quod manibus triũphans gestabat. Dionysius lib.iii. Illinc cornicines. Nã cornicines seqbantur castra, ꝑcedebantq; triumphantis currũ canẽtes, iiq; erant ⁊ buccinatores ornamẽtum totius legionis in ingressu conflictus, ⁊ eius reditu, quoties pugnabat cornicines ⁊ tubicines canebant. vnde est illud in.xiiii. Satyra. Aut longos castroꝝ ferre labores, Si piget ⁊ trepido soluunt tibi cornua vẽtrem Cum lituis audita. De iis lege Vegetium. Agminis officia, hoc est clientes et amicos triumphantem pręcedentes ⁊ ministrantes, nã

Agla

Aquilifer

Quippe tenet sudãs hãc publicus, & sibi cõsul
Nec placeat, curru seruus portatur eodem.
Da nũc & volucrẽ sceptro quę surgit eburno,
Illinc comicines, hinc pręcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad fręna quirites,
Defossa in loculis; quos sportula fecit amicos,
Tunc quoq; materiam risus inuenit ad omnes
Occursus hominũ, cuius prudentia monstrat
Sũmos posse viros, & magna exẽpla daturos
Vernecum in patria crassoq; sub aere nasci.
Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi,
Interdũ & lachrymas, cũ fortunę ipse minaci

clientes ex instituto Romuli, vt tradit Dionysius tenebantur patronis suis in magistratibus ⁊ deductionibus ⁊ aliis in reip. sumptibus impendiorum participes tanq̃ genere proximos adesse, tanta erat inter eos beniuolẽtia vt clientes dignum censerent omnia patronis pro viribus subministrare. Nineos quirites, nam ministri ⁊ clientes ad habenas triũphantis aderãt vestibus induti candidis. scribit Plutarchus Paulo ęmilio eũti cum pretura ad hiberos concessos lictores a senatu ⁊ equo vectum albo, albaq; indutum trabea. ⁊ ministros omnes albis vestibus fuisse indutos. Domitianus auctore Tranquillo generum fratris indigne ferens albatos ⁊ ipsum ministros habere ꝓclamauit. Defossa, posita. Sportula, quę dabat vt diximus in ꝑma satyra, clientibus. In loculis, in prima satyra diximus de loculis illic. Loculis comitantibus itur Ad casum tabulę. Tunc quoq;, suis tpibus incultis ⁊ agrestibus. Cuius prudentia. Democritus inqt exẽplo est viros prudẽtes vbiq; nasci posse, hocq; dictum est ex stomacho in supbiã eorũ, q orti sanguine romano cęteros cõtẽnebant, sicq; docet poeta iuxta illud Apulei in prima apologia. Nõ vt ꝓgnatus, sed vt moratus quisq; sit spectãdũ, ne q̃ regione, sed qua rõne vitã viuere inierit considerãdũ, qñ in oibus gentibus varia ingenia ꝓueniant, quanq̃ videãtur quidam stultitia, vel solertia insigniores. Apud socordissimos inquit scythas Anacharsis sapiens natus ẽ, apud Athenienses catos Melecides fatuus. Nõ ergo inquit mirũ est si ⁊ in thracia vbi aer crassissimus est Democritus tantę vir prudentię natus est. Prudẽtia, in bonoꝝ ⁊ maloꝝ delectu cõsistit. In patria vernecũ.i. thracia vbi patriã abderã habuit, vbi scri. Laertius Diogenes, quã cõdidit soror Diomedis ⁊ a noĩe suo sic vocauit. Crassoq; sub aere nasci. hoc dictũ esse videt ex heracleti sentẽtia.q vt scribit Cicero in lib.de fato affirmat animam ibi eẽ prudẽtiorẽ vbi aer sit siccior. vnde Thebani pingues, hebetesq; sunt existimati, qa thebis aer sit crassissimus, contra Athenis sit siccus, ⁊ iõ Athenienses prudẽtiores hñtur. traxit aũt colorẽ Iuuẽalis ab illo Horatii in epistolis Bœotũ i Crasso. Iurares aere natũ. Illud non est omittendũ quod scribit Probus ęmylius in Alcybiade Bœotios s.magis corporis firmati q̃ ingenii acumini inseruire. Idem ẽt in epaminũda affirmat Thebanus plus viriũ eẽ q̃ ingenii. Ridebat curas, negocia hoiũm vt diximus, ⁊ diuersos aĩ affectus. Quũ fortunę ipse minaci. Ostẽdebat Democritus has res hũanas ꝑ qbus mortales tantope anxii sunt nanciscẽdas, quũ illę nõ sint q̃ hoiũm mẽtibus trãqllitatem largiri q̃ant, fortunãq; quã cęteri mortales colũt tãq̃ deã cũctis rebus dñantẽ ita cõtẽnebat vt ei mãdaret laq̃um a q̃ suspẽderet, intelligas eã hoĩ virtutibus stipato nullo mõ nocere posse. nã sapiẽtes colũt aĩum, quẽ fortuna ferire vincere aũt nullo mõ põt. Dictũ aũt est ꝓuerbiale, quod vituperat in eos, quos ita penitus cõtẽnimus, vt ⁊ si se

Abdera

si se suspẽdant paruifaciamus, ⁊ quasi id fieri velimus. Medium vnguem, medium digitum. quem Persius vt diximus in eius commẽtariis infamem appellat. In fami digito lustralibus ante salinis Expiat. nam eũ digitum cęteris contractis in aliquem ostendere cõtumeliosum est, est autem inter digitos tertius, vnde Martialis. Rideto multum qui te sextile cinędum Dixerit, et digitum porrigito medium. Ergo, quum pauci cognoscãt verum bonum ⁊ verũ malum. Fas est. licet apud deos, nam fas dicitur quod quum fit deus non irascitur. Ius autem ad homines pertinet. Vnde illud apud Virgilium. Sępe etiam festis quędam exercere diebus Fas ⁊ iura sinũt, hoc est ⁊ dii homines ꝑmittũt. ergo ĩquit dii ꝑmittunt se rogari ⁊ concedunt, quę nocitura sunt. Incęrare genua, vtpote eas ptes corporis, quas adorantes attingũt. Genua.n. vt scribit Pli.li.xi. supplices tangunt, ad ea manus tendũt, ea vt aras adorant, ea enim antiqui misericordię consecrarunt. sicut dextram fidei. aurem memorię deę, quamobrem antiqui solebant aurem tangere illi, quem volebant meminisse Vergili. Quum canerem reges ⁊ prelia cynthius aurem vellit ⁊ admonuit. Horatius. Licet antestari: Ego vero oppono auriculam. Quosdam pręcipitat. Exemplo Seiani ostendit nimios honores, quos putamus verum bonum, quandoq; perdere homines. Seianus enim regnante Tiberio eo potentię ⁊ auctoritatis peruenerat vt natalis eius publice celebraretur. Imagines aureę passim ponerentur. In quinto consulatu eum sumpserit collegam imperator. Verum quum is postea in omne genus crudelitatis erupisset, Seianum tãquam furem aduersus germanici liberos filii sui, quorum ipse alterum suspecto iam, alterum oppresso demum Seiano interemit, datis ex capreis litteris ad Senatum interfici iussit. vnde Seneca de trãquillitate vitę sic inquit. Quo die illum Senatus deduxerat, populus in frustra diuisit, in quem quicquid congeri poterat, dii, homines q; contulerant, ⁊ ex eo nihil superfuit quod carnifex traheret, nam in scalas gemmonias vnco a carnifice qcquid superfuit tractum est. Longa atq; insignis honorum pagina, idest inuidia quam contraxerat ex summis honoribus, qui in libris ⁊ actis publicis describuntur. Descendunt statuę, idest disiiciuntur per totam vrbem. Nam in gratiam Seiani statuę passim per vrbem positę erant ab multis, quę nunc in eius cõtemptum, gratiamq; imperatoris deiiciuntur, sic enim fieri conuenit ad odium damnati testandum. Quod ⁊ Cicero in.C.Pisonem ostendit factum his verbis. Dyrrachini autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moraretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Restemque sequuntur, vtrum dum ex

Digitus medius

Fas
Ius

Seianus

Mandaret laqueũ, mediũq; ostenderet vnguem,
Ergo superuacua, aut pernitiosa petuntur
Propter quę fas est genua incęrare deorum.
Quosdam ꝓcipitat subiecta potentia magnę
Inuidię, mergit longa atq; insignis honorum
Pagina, descẽdũt statuę, restemq; sequuntur.
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cędit, & immeritis franguntur crura caballis.
Iam strident ignes, iam follibus atq; caminis
Ardet adoratũ populo caput, & crepat ingens
Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt vrceoli, pelues, sartago, patellę.
Pone domi lauros, duc in capitolia magnum

sublimi auelluntur, an dum per vrbem in eius dedecus raptantur humi. Rotas bigarum. Biga appellatur currus quum a duobus equis iũctis trahitur. Sic quadriga ⁊ Triga, quę a quattuor ⁊ tribus. Licet tamen ⁊ pro iumentis ipsorum curruum inueniri. vnde Columella libro quarto sacrorum certaminum studiosi pernicissimaꝝ quadrigaꝝ semina diligẽti obseruatione custodiunt, vbi per semina quadrigarum intelligit equas olympionicas velocissimas. Nec audiẽdi sunt qui in plurali tantum numero inflecti contendunt, quorum falsam opinionem auctoritas optimorum auctorum redarguit, et imprimis Plinii libro septimo. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit. a quo quadriga ex eadem materia, quam musca alis integeret fabricata est. Tranquillus in Tyberio. Natalem suum plebeis intercurrentem circensibus, vix vnius bigę adiectione honorari passus est. Rotis bigarum. Nam statuę, vt docet Plinius volumine trigesimotertio non modo equestres ponebantur, orto sine dubio a Grecis exemplo, qui victores coelatas tantum dicabant in sacris, sed ⁊ in curribus iis qui triumphassent, sed serum hoc fuit, nec ante Diuum Augustum, nec vetus fuit bigarum celebratio in iis, qui pretura functi curru vecti essent per circum. Iam strident ignes, quibus statuę fundantur. Atque caminis. idest fornacibus, καμινος enim fornacem significat, a quo etiam formamus caminatus. Plinius libro decimoseptimo. Caminata fossura ore compressiore sint, loquitur enim de scrobibus. Ardet adoratum populo caput. Seianus inquit, quem in tanto honore tota ciuitas habuit, vt pro deo etiam coleret igni absumitur. Crepat, subiecto igne. Facie secunda, idest ex Seiani facie, quem totus orbis secundum post principem Tyberium agnoscebat. Nam interdum per eius fortunam, interdum per Tyberii simul, atque Seiani fortunam omnes iurabant, quippe significantes ipsum simul cum Tyberio imperare, ita dixit secundam faciem. sicut ⁊ Papinius Rutilium gallicum appellauit proximam ceruicem Domitiano. Stat proxima ceruix, Ponderis immensi. Sartago, vas est coquinarium ad res frigendas comparatum. Persius Metaphorice sic. Vnde hęc sartago loquendi venerit in linguas. Pone domi lauros, verba sunt populi insultantis Seiano in gratiam principis, Leticiam inquit ostende, captus est Seianus hostis nostri Imperatoris, ⁊ iam vnco ducitur in scalas gemmonias, nam in signum leticię frondibus ⁊ sertis fores ornabantur, vnde ⁊ superius. Per limina tende corymbos. In capitolia, vt Ioni Capitolino mactetur.

Quadriga

Caminatus

Cretatũq; bouem, seianus ducitur vnco
Spectandus. gaudent oẽs, que labra, quis illi
Vultus erat, nũquã siquid mihi credis amaui
Hunc hoiem. sed quo cecidit sub crimine? qsnã
Delator? qbus indicibus, quo teste probauit?
Nil horum verbosa, ẽ grandis epistola venit
A capriis. bene habet, nil plus iterrogo. sed quid
Turba tremens sequitur fortunã vt semp, ẽ odit
Damnatos. idẽ populus si norsia tusco
Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa seianum diceret hora
Augustum. iampridem ex quo suffragia nulli

Cretatum, candidum. Persius cretata ambitio, idest candidati competitores magistratuum. Martia. Cretatam pretor cum vellet mittere mappam. Ducitur vnco. Nam damnati vnco trahebantur in scalas gemonias interdum ꝛ in Tiberim. Vnde Lampridius in vita Commodi sic scribit. Corpus eius vt vnco traheret, atq; in Tiberim mitteretur senatus ꝛ populus postulauit. Que labra, verba populi Seianum mortuum insectãtis. Delator, occultus vt diximus accusator. Deferre.n. est clãdestino accusare. Martialis. Ecce reum carus te detulit, ad sit agellus. Indiciis, ꝛ indicibus legitur. Nam index significat eum q coniurationem, adulterium, aut aliam rẽ secretam detegit. Vnde ꝛ indicium.i. ipsa detectio. Ouidius libro septimo Criminis exemplo ficti

Index

temerarius idex. Index etiam pro indicio, vt illud apd Valerium. Tam memorabilis operis index est in capitolio statua bullata. Index etiam capitur pro secundo digito manus per quem aliquid indicamus. Celsus, Per plagam digitus index erit dimittendus, capitur ꝛ ꝑ operis titulo. Pli. libro. xxx. capi. primo. Vicies centum milia versuum a Zoroastre condita indicibus quoq; voluminum eius positis explanauit. Index item pro eo lapide, quo auri ꝛ argenti tentatur bonitas. Nil hoꝝ, respondentium verba. A capreis, insula est cãpanie vbi frequens erat tiberius ad vacationem vrbanarũ rerum. Olim a continenti auulse fuerunt. Strabo in. vi. sic scribit, Procbyta ꝛ pithecuse auulse de terra ꝑtes sũt.

capree

eodem modo ꝛ capree. ergo a capreis, a Tiberio. Epistola venit. ad senatum.n. scripsit per Neuium Sertorium macronem oportere Seianum in custodia haberi, aperte autem interfici non imperabat. non quia id nollet, sed quia timebat, ne ex hoc tumultus oriretur. Bene habet, inualuit praua consuetudo, vt dicatur bene se habet. Sed profecto ita dicẽdum est bene habet, quo genere locutionis veteres vsi sunt Terentius. bene habet. Propertius. Et bene habet nunq̃ mater lugubria sumpsi. Horatius. Magnũ narras vix credibile, atqui sic habet. Sic ꝛ greci locuti sunt. καλωσεχει. Sed quid. verba poete, quid inquit turba facit. Seqtur fortunam. Nam vulgares homines in amicitiis colendis fortunã maxime sequuntur. vt quo se illa, eodem quoq; se inclinent. vnde est illud Horatii. Diffugiunt cadis cum fece siccatis amici. Sic etiam Ouidius scribens ex ponto ad maximum. Affuit ille mihi, quum me pars magna reliquit Maxime, fortune nec fuit ille comes. Idem in eodem. Et cum fortuna statq; caditq; fides. Idem. Diligit nemo nisi cui fortuna secunda est. Que simul intonuit proxima queq; fugat. Poeta igitur ostẽdit turpe esse amicum in aduersis deseri. vnde ꝛ Ouidius in ponto. Turpe sequi casum, ẽ fortune cedere amicum. Et nisi sit foelix, esse negare suum. Vt semper. s. fecit in aliis, nã quo se fortuna eodem ꝛ fauor hominũ inclinat, modo enim eum summo honore in senatum deduxerũt, mo

do lecta Tiberii epistola omnes vno ore conuiciati sunt ei, in carceremq; traxerunt. Idem populus, vulgi leuitatem ostendit ꝛ taxat. Si enim inquit accidisset vt ei

Nortia

Nortia propitia fuisset, ꝛ Tiberius nature per senectam concessissent, certe Seianus imperator creatus fuisset. Si nortia, hoc est dea etruscorum. Nam vt ex Tertulliano didicimus volsiniẽsium dea peculiaris fuit nortia ꝛ Sutrinorũ sic enim scribit, vnicuique etiam prouincie et ciuitati suus decus est, ꝛ paulo infra Crustuminensium Deluentinus. Namiensium Viridianus. Asculanorum Ancharia. volsiniensiũ nortia. Oriculanorum valentia, Sutrinorum nortia ꝛ cetera. de nortia itẽ Liuius libro septimo sic scribit. Volsiniis quoq; clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortie etrusce dee comparere diligens talium monumentorũ auctor Cinthius affirmat, sub eius nomine sortem fortunãq; significari scribit Martianus Capella in libro de nuptiis philologie. Tusco, idest Seiano qui ex etruria erat oriũdus. Si senectus secun. prin. foret op. i. si Tiberius i senecta quieta morte assumptus esset, ꝛ non solicita, ac si dicat si in trãqllo reip. statu ꝛ ciuitatis beniuolẽtia mortuus esset. hoc autem dicit, quia non sine magno animi cruciatu oppetiit, de eo.n. sic Tranqllus recitãs initium epistole eius. Quid scribã patres. C. aut qũo scribã, aut qd oĩno non iscribam. hoc tpe dii me deeq; perdant, quẽ quotidie perire sentio, scio. Veneno (vt aliq tradiderũt) lento ꝛ tabifico sublatus fuit. Oppressa, a morte. non autem a Seiano, vt quidã ineptẽ scripserunt. Hac ipsa ho. qua. s. damnatus est ꝛ ductus vnco. Augustũ, hoc est imperatorem. oẽs.n. imperatores Augusti nomẽ sibi vsurparunt. Iãpridẽ ex quo. Hic sensus est. Non fuisset inquit mirum si forte populus romanus mortuo Tiberio imperatorem seianum creasset. Et nõ potius ipse sumeret curiam reip. administrande per libertatem. Is enim ex quo fuit sub iugo ꝛ imperio Cesarum pristine libertatis iam est oblitus nec nũc aliud in precio habet q̃ ludos Circenses. erit autem ordo. Populus iampridem effugit curas, ex quo suffragia nulli vendimus.

Suffragia nulli vendimus. Populo ius ꝛ arbitriũ solebat esse trium rerum, magistratuum scilicet creãdorum, legum sanciendarum, belloꝝ inferendoꝝ. auctor est Dionysius in sexto libro, nunc igit ostendit in creãdis magistratibus, quos ad arbitrium suum per suffragia creare solebat, nunc nullam ei esse creandorum potestatem, sed omnia tantum imperatoris nutu geri, qđ ab sylla primum factum constat, quum se dictatorem dixisset. Nam ei senatusconsulto data fuit potestas necis confiscationis, sortitionũ, possessionis, populationis, auferendi regni, conferẽdi cuicũq; collibuisset, publicatoꝝ venditiones ediũ, omnia enim arbitrio suo administrabat. quod postea factitarũt imperatores q secuti sunt oppressa libertate. Vnde Trãquillus in Caligula sic. Tẽtauit ꝛ comitioꝝ more reuocato suffragia populo redderẽ.

Vendimus

Vendimus, effugit curas; nam qui dabat olim
Imperium, fasces legiones, omnia, nunc se
Continet, atq; duas tantũ res anxius optat
Panem ẽ circenses. perituros audio multos
Nil dubiũ, magna est fornacula, pallidulus mi
Brutidius meus ad matris fuit obuius aram,
Quam timeo victus ne poenas exigit aiax
Vt male defensus. curramus precipites, ẽ
Dum iacet in ripa calcemus cesaris hostem,
Sed videant serui, ne qs neget, ẽ panidũ in ius
Ceruice astricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Seiano secreta hec murmura vulgi,
Vis ne salutari sicut seianus? habere
Tantũdem, atq; illi sellas donare curules?
Illum exercitibus preponere, tutor haberi

Vendimus suffragia, consueuerant.n. competitores magistratuum in comitiis tribuũ suffragia sibi coemere muneribus ꝛ largitionibus. Quod ꝛ Plutarchus eleganter in vita Coriolani his verbis ostendit sic. Diu siqdẽ post emptio ꝛ venditio sera prorupit, ꝛ inter concionis suffragia sese argentum miscuit. Seneca ad Luciliũ. Quã putas iucundum esse tribubus vocatis, cũ candidati in templis suis pendeãt, ꝛ alius nummos pronunciet, alius ꝑ sequestrem agat, alius eorũ manus osculis conterat? Petrõius. Nec minor in campo furor est, emptiq; Quirites, Ad predam strepitumq; lucri suffragia vertũt, Venalis populus, venalis curia patrum. Effugit curas, populus inqt iam omisit curas pristinas gubernande reip. et eas ipsis reliquit imperatoribus, qui omniũ iam rerum habenas ad nutũ moderantur.

Imperium merũ ꝛ mixtum

Imperium, aut merum ẽ aut mistum. Merum ẽ imperium habere gladii potestatem ad animaduertẽdum in facinorosos homines, quod etiã potestas dicitur. Mistum imperium est, quum etiam iurisditio inest, quod

Iurisditio

in danda possessione consistit. Iurisditio est etiam iuris dandi licentia, hec Vulpianus de vi omnium indicũ. Imperium ergo possumus accipere, aut dictaturã. nam vt scribit Pompeius de iuris origine proditi sunt dictatores, a quibus nec prouocandi ius fuit, ꝛ quibus etiam capitis animaduersio data est, aut simpliciter quãcunq; dignitatem. Fasces consulatus ꝛ preturas. Nam sex lictores cum totidem fascibus virgarũ ꝛ securibus colligatis pretorem, duodecim vero consulem precedebant.

Legiones, exercitus, prefecturas stratioticas. Cõtinet nunc se, ꝛ hec omnia permittit ab imperatoribus, qui populi libertatem oppressere, disponi. Pannum ꝛ circenses, videtur potius legendum esse pana q̃ pãnũ,

Lupcales ludi

duas enim res dicit populum curare vt sit sensus. Lupercales ludos in honorem panos ꝛ circenses curat, si enim dicas pannum ꝛ circenses, vna tm̃ res erit, de lupercis supra diximus in secũda satyra. Palmas prebere luperco De circensibus autem illic in tertia. Si potes auelli circẽsibus, aut quod magis placet legendum panem ꝛ circenses, vt dicat populo duo tantum summo studio optare, tum vt annona frumentaria vilis sit, cuius angustia et penuria eum sepe habuit anxium. vnde illud est Cor. Taciti libro. xv. de Nerone. Hec atq; talia plebi valentia fuere voluptatum cupidine. Et que precipua cura est rei frumentarie angustias si abesset, metuenti, tum vt ludi circenses, quibus valde vt ante dictum est delectãt, celebrentur. Sicq; ostendit populum duo curare, quorum alteꝝ ad corporis necessitatem sit, alteꝝ ad animi voluptatem explendam. Perituros, verba sunt populi.

Magna est fornacula, magnum est incendium, hoc est res maximi excidii ꝛ furorris mouentur ex cõtrarietate quesitus est ornatus, ait enim magna a cõtrario fornacula. Mi, pro mihi, Vergi. Et mi genus ab Ioue summo. Brutidius, nomen fictum. Quã timeo, q̃ timeo ne multi imitati Aiacẽ manu sua sibi mortem consciscant, vtpote qui male defensi fuerint, quod multi fecerunt Tyberii tẽporibus, vnde Tranql. Citati ad causam dicendam partim se domi vulnerauerũt, certi damnationis, sed ad vexationem ignominiamq; vitandam, partim in media curia venenũ hauserunt. Aiax. i. ciuis citatus. Nam aiax quũ in iudicio armoꝝ Achillis ab Vlysse eẽt superatus, dolore in insaniam versus est, qui mortem Vlyssi minatus, quum ad eius pascua venisset, ratus eius cõmilitones iterficere, oues ꝛ alia pecora trucidauit. In caprũ quedã, quem Vlyssem esse crediderat crudeliter seuiuit, q simulat cognouit, que per insaniam perpetrasset gladio sibi pectus transuerberauit. Aiax Thelamonis fuit filius ex Hesione Laomedõtis filia, fuit ꝛ alius Aiax Oilei filius i currendo pernicissimus, vt scribit Home. in Iliade.

aiaces duo

Calcemus Cesaris hostem, pedibus inquiunt Seianum hostem Cesaris proteramus. Et videãt nos serui ne nos accusent, quod eum vt amici non calcauerimus. Illudq; respexit poeta, q nulli delatorum auctore Tranql. fides est apud Tyberium abrogata. Ceruice astricta, obtorto collo, qui enim vi i iudicium, aut ad aliquod supliciũ ducebãtur, aut obtorto collo, aut iniecto laq̃o trahebant.

obtorto collo

Plautus in poenulo. Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucẽ, priusq̃ obtorto collo. Ad ꝑtorẽ trahor. Idem in Curculione loquẽs de trapeçita, qui in ius trahebat. Collũ obstringe, abduce istũ in malã crucẽ. Cice. in oratione ꝑ Aulo Cluẽtio. Nec quicq̃ ꝑpius est factũ q̃ vt illũ ꝑsequeret ꝛ collo obtorto ad subsellia reduceret. vt reliqua posset ꝑorare. Diuus Hieronymus in epistola ad matrẽ ꝛ filiã in gallia cõmorãtes sic scribit. Obtorto collo me in ius trahis, vt aut probẽ qđ nolo, aut multoꝝ inuidiã subeã. Trãql. in vitelio religatis post terga manibus iniecto ceruicibus laq̃o veste discissa, seminudus in foꝝ tractus ẽ. Apuleius lib. viii. meta. Collo cõstrictũ reducũt eũ pastores molesti. Idẽ in nono colloq; cõstricto ꝛ sacrilegos ipurosq; cõpellẽtes interdũ pugnis obuerberãt. Hi sermões, subaudi erãt, q sequunt. Vis ne salutari, vis ne eẽ ea potẽtia ꝛ auctoritate q̃ Seianus extitit apud ꝑncipẽ? Hẽre tantũdẽ. s. diuitiaꝝ possidere.

Sella curulis

Sellas donare curules. i. creare tuo arbitrio magistratus, nã sella curulis magistratuũ erat, et triũphãtiũ. Aliq dictã putãt qđ i curru ponebat, quo i curiã soliti erãt vehi honoris grã, q magistratũ gessissẽt auctor Gel. li. iii. c. xviii.

Tutor

Tutor pricipis, tutor is dr̃, vt dcm̃ ẽ añ, q ꝑtãtẽ hẽt i capite libero ad eũ tuẽdum, q ꝑꝑ etatẽ suã spõte se defendere neqt, q̃si tutor ꝛ defensor, sicut editimi q edes tuẽtur. Seianus aũt pricipe capreis cõmorante oĩa gubernabat, tãq̃ tutor principis ꝛ defensor.

Capriarum in rupe sedentes. Caprie insula est in littore campanie, peculiaris Tyberii cesaris secessus, per i q; vocalem non per e penultima syllaba legit, vt argumento sunt codices greci ita scripti. Chaldeo, hoc dicit propter Trasyllū mathematicum chaldeū, quē de futuris maxime cōsulebat. Chaldei autem Diodoro auctore Babyloniorū antiquissimi fuerunt, q eū locum in sua rep. quē i Aegypto sacerdotes obtinuere. Ad cultum.n. deoꝝ destinati, ꝑ omnē vitā philosophabantur peritissimi astrologie habiti, multi diuinatione quadam futura predicebant, ac tum auguriis, tum sacris, tum aliis q̄busdam incantationibus, ⁊ mala auertere ab hominibus, ⁊ bona afferre, auguria insuper, somniaq; ⁊ prodigia interpretari cōsuenere, de his ēt ante diximus in sexta satyra illic chaldeis, sed maior erit fiducia

Trasyllus

Chaldei

Principis, angusta capriarū in rupe sedentis
Cum grege chaldeo? vis certe pila, cohortes,
Egregios equites. & castra domestica, quid ni
Hec cupias? & qui volūt occidere quenquam
Posse volunt, sed q̄ ꝑclara. & prospera tantū
Vt rebus letis par sit mēsura malorum.
Huius qui trahitur pretextam sumere mauis
An fidenarum gabiorumq; esse potestas,
Et de mensura ius dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacuis edilis vlubris?
Ergo quid optandū foret ignorasse fateris
Seianū, nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelse turris tabulata, vnde altior esset
Casus, & impulse preceps immane ruine

Vis certe pila. nō interrogantis est, sed affirmantis. Scio inquit te velle imperia militaria, vt.s. presis cohortibus pretorianis, quibus Seianus ꝓfuit. Pila, tela sunt romanoꝝ. Lucanus. Et pila minantia pilis. Sicut sarisse Macedonū, ⁊ Gessa galloꝝ. Egregios equites, intelligit aūt equites domesticos, quos romani stratiotas appellarunt, ⁊ sic docet que sint castra domestica, vt stet ⁊ particula pro idest, castra.n. domestica erant ipsi eqtes, qui ad imperatoris custodiam excubabant etiam pretoriani dicebant, eques aūt duplici modo accipit vt eques ille appellet, qui mercede aliena conductus equo meret. Et qui censu suo equestrem obtinet dignitatē, is a Mart. dicitur eques non alienus. Quis largit opes veteri fidoq; sodali? Aut quē prosequitur nō alienus eq̄s. Idē in distichis. Foelix cui comes est nō alienus eques. hoc est qui aliena mercede non facit stipendium, sed diuitiis ꝓpriis est eques, item equitem pro equo posuit Ennius. Deniq; vi magna quadrupes eques atq; elephanti proiiciuntur sese. quem locum secutus est Virgi. sic scripsit. Frena peletrōi lapythe gyrosq; dedere Impositi dorso, atq; eqtem docuere sub armis Insultare solo, ⁊ gressus glomerare superbos. Cohortes, Cohors pars decima ē legionis. Nam in legione decē erant cohortes, cōstabatq; peditibus ⁊ eqtibus, sed maiore semꝑ peditum numero.

Pila / Sarisse / Gessa / Pretoriani / Eques / cohors

Quid ni hec cupias, non est inquit mirum si tales honores cupias, nam ⁊ qui nolunt occidere quemq; velint tn̄ posse occidere, ac ꝑinde esse potentes ⁊ principes.

Sed que preclara, sententia est catholica, que tn̄ Seiano accōmodatur, que id continet, quod his verbis scribit Apuleius. Nihil quicq̄ homini tam prosperum diuinitus datum, quin ⁊ tn̄ admixtum sit aliquid difficultatis, vt etiam in amplissima quaq; letitia subsit quepiam vel parua querimonia coniugatione quadā mellis ⁊ fellis. Sed ⁊ Plinius lib. vii. sic. Quid bona malis paria non sunt etiam pari numero, nec letitia vllo minimo dolore pensanda. Plautus in amphitryone. Ita diis

...lla voluptas ...ntera absq; ...lle

placitum, voluptati vt mœror comes consequatur, q̄n incōmodi plus maliq; ilico adsit, boni si obtigit qd. Vnde ⁊ Salomon in prouerbiis. Risus dolore miscebitur, ⁊ extrema gaudii luctus occupat. Ouid. lib. vi. metamor. vsq; adeo nulla est sincera voluptas, solicitūq; aliqd letis interuenit. Pretextā, pretexta triūphantiū fuit et magistratuū, vt ex Macrobii lectione superius docuimus. Pretextā etiā solitos gestare senatores cōstat. Vn̄ Ascōius ait ꝑtextam nobiliorū eē, togam vero viliorum, dicta pretexta q purpura pretexeretur. Vnde Pli. libro nono de purpura loquens sic inquit. Hinc fasces securesq; romane viam faciunt, Idemq; pro maiestate in pueritia, distinguitq; ab equite curiam. Pretextam ergo hoc loco accipe possumus vestem senatoriā quam eo die induerat, quo venit in senatū cū occisus fuit. Sumere mauis. Hec interrogatio eo tendit, vt ostēdat longe tutius esse in mediocri humiliq; fortuna versari q̄ in summa opulenita. An fidenarū gabioꝝ, oppida vt diximus ante latii deserta, de q̄bus Horatius sic, Gabiis desertior atq; fidenis vicus. Potestas nomen est officii nam vt paulo superius diximus ex Vulpiani testimōio Potestas appellabatur merū imperium, quando qs potestatem gladii haberet ad animaduertendum in ciues delinquentes. Tranquillus in Claudio. Atq; etiam ꝑ prouincias potestatibus demādauit, ergo potestas gabioꝝ. i. esse magistratus ⁊ habere imperiū gabiis ad aīaduertendū in ciues facinorosos. Vasa mi. frā. i. eē edilis, qui ponderibus ⁊ mēsuris ꝑerat. Persius. Sese aliqd credens italo qd honore supinus, Fregerit heminas arreti edilis iniquas. Erāt aūt ediles minimi magistratus, adolescentesq; prima cōmēdatione creabant. Cicero legū. ii. Suntoq; ediles curatores vrbis, annone ludorūq; solēniū, olisq; ad honoris amplioris gradū primus accessus esto.

ꝑtexta / Potestas / ediles

Vlubris, oppidū ē latii desertū, vn̄ ait vacuis ħ ē parū habitatis. Nā oppida ēt ꝑter vrbē ipsam, vt oñdimus in iiii. satyra, ediles hēbant ab vlubris sit possessiuū vlubranus ⁊ vlubrēsis. Pānosus, vestibus crassioribus. nā pānos ⁊ pānucii dn̄r q vestibus incedūt crassioribus. ħ aūt dicit cōtra ꝑtextā q̄ purpurea erat ⁊ ꝑciosa. Ergo quid optādū, ꝑoratio est qua oñdit Seianū ignorauisse veꝝ bonū, quū illud in dignitatibus ⁊ honoribus reponeret, quū Seianus inqt tāta mala ꝑꝑ nimios honores sit passus. Ergo ignorauit q veꝝ bonū eēt, ⁊ ꝑinde quid optādū. Nūerosa parabat, Seianus inqt q sūmos sibi honores q̄rebat ꝑcerā turrē struebat vn̄ caderet. Nā q̄to qs altiore loco cadit, tānto grauiorē ruinā sentit, ħq; totū metaphoricos, Claudianus i Ruffinū. Tollunt i altū vt lapsu maiore ruāt. Hora. Et celse grauiore casu Decidūt turres. Preceps imane posuit. preceps vt substantiuum quasi pro precipitio. sic ⁊ Papinius in suteriis Rutilii Gallici. Et subiti preceps Iuuenile pericli.

Pánosus / Pánutius / ꝑceps

Quid

Quid crassos, patrē ⁊ filiū quos a parthis cesos ostēdūt historici. Nā quū populus ro. a parthis graue bellū motū ad oriētē accepisset aduersus eos misit. L. crassum cū infinitis regū auxiliis, nā bithynie rex Nicomedes romanos iuuit, ⁊ Mithridates pōticus cū quo bellū postea grauissimū fuit, ⁊ Ariarates cappadox, ⁊ Ptolomeus paphlagō, victus tn̄ est Crassus ⁊ ab hostibꝰ captus, caput ei recisum cū manu dextra Aristonico regi oblatū Ludibrio fuit, ⁊ qa parthico auro inhians talē susceꝑat expeditionē, auꝝ liqdū in os eius isusum fuit, vt cuius aīus arserat auri cupiditate, eius etiā mortuum ⁊ exāgue corpus vreret, eius filius a parthis cū eos inseq̄ret, cū exercitus ꝑte isidiis iterceptus obtruncat, eius caput abscissum ⁊ lācea ꝑfixū parthi añ crassi castra ostentabāt. Quid pōpeios, magnū pōpeiū cū duobus filiis, quorū magnus dū primū sibi i rep. locū q̄rit, a Cesare in cāpis philippis ꝓfligatus a ptolomeo rege egypti interficit, Flii uero. Cn. ⁊ Sextus cū ingens bellū in hispania pararent, demū apud mūdam ciuitatē a Cesare sunt superati. Cneū eo ꝑlio ꝓfugū cum re sancio deserta ⁊ auia petentē Cenonius apud lauronē oppidū cōsecutus pugnantē nec dū desperantē iterficit. Sextū fortuna i celtiberia interim abscōdit, aliisq; post Cesarē bellis reseruauit. Is.n. cōtractis infelicis belli reliquiis in sicilia ingēs cōmouit bellū cōfugiētibus ad eū qui superfuerant ex partibus Bruti ⁊ Cassii, veꝝ prelio nauali ab Agrippa ⁊ Augusto superatus amissa classe ccc. ⁊ qnquaginta nauiū cū sex nauibus in Asiā ꝓfugit, vbi a Titio, quē olim captū seruauerat mileti interficit. Lege Apianū. Et illū.s. Iuliū cesarē, q postea i senatu tribus ⁊ viginti vulneribus cōfossus fuit Bruto ⁊ Cassio coniurationis ꝑncipibus, primoq; eius ꝑcussore casca qui eū iuxta collū ense ꝑcussit. Ad sua flagra, ad suū imperiū vt sibi parerent. Nulla nō arte peti. i. oī arte quesitus. Numinibus malignis, nō ꝓpiciis, non amicis. Ad geneꝝ cereris, nō est inqt miꝝ hos oēs tam crudeliter cesos, pauci.n. sunt tyrāni q ferro ñ ꝑeant. Tyrāni aūt auctore Probo dn̄r ⁊ hn̄r qui potestate sunt ꝑpetua in ea ciuitate q̄ libertate vsa ē. Ad generū cereris. i. Plutonē, q rapiēdo Proserpinā factus est cereris gener, nota ē fabula. Eloqum, cōfutat ⁊ votū eoꝝ qui sibi optāt eloq̄ntiā, oñdens ⁊ illic vite ꝑiculū iminere. Id āt exēplo Cicerōis ⁊ Demosthenis ꝓbat, quoꝝ vterq; ꝑiit ob eloq̄ntiā. Demosthenis ⁊ Cicerōis, hn̄ aūt hos nominauit, alter vero apud latinos eloq̄ntie principatū obtinuit. Ciceronē appellat Pli. li. xvii. lucē doctrinaꝝ alterā. Quint. lib. i. vtrūq; tanq̄ optimū oratorē miris laudibus celebrat. Et totis qnquatribus. Pueri ingt q ad huc primis insistunt rudimētis glorie cupidi, cū venere qnquatria multi optāt sibi votis eloq̄ntiam, idq; maxime faciūt q putāt se iis diebus magis exaudiri. Nā Minerua ingeniis pueroꝝ pariter ⁊ puellaꝝ fauet. Oui. in

Tyrannus

Quid crassos, quid pōpeios euertit, & illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra quirites?
Sūmus nēpe locus nulla nō arte petitus,
Magnaq; numinibus vota exaudita malignis.
Ad generū cereris sine cede & vulnere pauci
Descēdūt reges, & sicca morte tyranni.
Eloquiū ac famam demosthenis, aut ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat
Quisqs adhuc vno partam colit asse mineruā,
Quē sequitur custos anguste vernula capse.
Eloquio sed vterq; petit orator, vtrunq;
Largus & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus est, & ceruix cesa, nec vnquam
Sanguine causidici maduerūt rostra pusilii.

iii. fastoꝝ. Pallada tūc pueri tenereq; ornate puelle. Qui bene placarit pallada doctus erit. Quinquatria āt dicta sunt a numero qnario. de q̄bus sic Ouid. eodē lib. Vna dies media est, ⁊ fiūt sacra Minerue. Noīa q̄ iūctis qnq; diebus hn̄t. Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro, Cā, q est illa nata Minerua die. Altera tresq; superstrata celebrat harēa Ensibus expertis bellica leta dea ē. Ego hūc locum ita accipiēdū esse censco apto ita vt ē sensu, non vt alii alioqn litterati, q de Mineruali nescio qd intelligunt. Est.n. ordo. Quisqs colit Mineruā partam vno asse incipit optare totis quinquatribus eloquentiā. i. quotiens veniūt qnquatria, q dies ad ferias Minerue ꝑtinēt, pueri ita gloria incendūtur vt optent esse eloq̄ntia ⁊ fama Demosthenī ⁊ Cicerōi pares. Colit miner. i. q in his studiis adhuc puer versat, ita dictū quēadmodū ille colit musas, idest carmine se exercet. Adhuc colit. qui adhuc primis rudimētis inheret. Partā. i. q̄ rudimenta sibi acquirit. Vno asse, exigua mercede, hocq; ex affectu poete subsannantis auaritiā suorum temporū, quibus exigua preceptoribus premia exhibebātur, quemadmodū ⁊ tꝑibus nostris re in deterius semper labente. Quem sequitur custos capse, puerum ingenuum ad preceptorem euntem non solum prosequebatur pedagogus, sed ⁊ Capsarius, quē Vulpianus titulo de manumissis vindicta scribit eum esse qui pueri portet libros. Sueto. tradit Neronem damnatorum liberos quosdam cū pedagogis ⁊ capsariis vno prandio pariter iussisse necari, capsarium etiam appellat Vulpianus titulo de officiis ꝑfecti vigilum, qui mercede seruāda in balneis vestimēta suscipit. Eloquio, sed vterq; ꝑit, sed ꝑ eloquentiā suā vterq; ad necē cōpulsus ē. Cice.n. ꝓsequēte eum. M. Antonio, interfectus est a popilio lenate, quē parricidii olim accusatū defenderat, caputq; cū manu dextera relatū est Antonio, q̄ cū diu summa aspexisset letitia exultās vbi oculati saciati sunt illo spectaculo, iussit i rostris ꝑ cōtumeliā deponi, quasi vero illū iā mortuū cōtumelia afficeret. ac nō potius se ipsum ac fortunā suā idignā ostenderet, q̄ ad tantā potētiā nefariū hoiem ꝓuexisset.

Quinq̄tria / Capsarius / Ciceronis interitus

Ingenio. i. ipsi Ciceroni, q magni erat ingenii. Nec vnq̄ sanguine causidici, oñdit poeta grauius magno q̄ mediocri periculū iminere oratori, neq;.n. inqt rostra in q̄bus cōcionātes cōsidūt, respersa sunt sanguine mediocris causidici. Rostra maduerūt, ħ aūt dicit ⁊ qa Cicero sepe ꝑ rostris cōcionatus ē, ⁊ qa Antonius manū ⁊ caput Cicerōis iussit i rostris ifigi, q̄si illū iā mortuū cōtumelia afficeret. Rostra aūt edificiū sine tēplū erat añ curiā hostiliā i foro adornatū antea rostris nauiū antiatiū, vn̄ ⁊ nomē sortitū auctor ē Liui. li. viii. ab vr. cōdita. ⁊ Pli. lib. xxxiii. cap. v. Rostra q erāt cōcionaturi cōscēdebāt. Cesar q̄stor Iuliā amitā, vxoreq; Corneliā defunctas orōne laudauit e more ꝑ rostris, auctor Plutar.

rostra

O fortunatã, Cicero Catilinę cõiuratõe oppsa hoc
carmẽ in suã laudẽ cecinit, qđ carmẽ q̃ ineptũ eẽt de-
risũ ẽ. Ridenda pœmata, hinc oñdit illud vehemẽs
Antonii odiũ in Ciceronẽ emersis se, qđ in eũ philippi
cas scripsisset. in qbus miris Antonius afficit contume-
liis, Licet illinc odii initiũ traxisse videat, qđ quũ post
mortẽ prĩs Iulia mater
Antonii nupta eẽt. p. lẽ
tulo, quẽ cũ Lucio Ca-
tilina cõspirantẽ Cice-
ro consul supplicio affe-
cit, diceret corpus vitri-
ci sui nõ prius ad sepul-
turã datũ, quã id mater
supplex ipetrasset a Ci-
ceronis vxore, In q̃ qui
dẽ re vt scribit Plutar-
chus mentit. qđ nullus
ex his q̃ tunc supplicio
fuerũt affecti sepultura
Philip pic. phibitus est. Quã te
cõspicuę diuina philip-
pica famę Volueris a p̃
ma q̃ pxima, Mallẽ in-
quit Cicero talia carmi
na ridicula scripsisset, q̃ secũdã philippicã, nã ĩsi oĩbus
oronibus suis graviter Antoniũ accusat, secunda tñ illũ
acerrime insectat, Philippicas aũt oronẽs suas in Anto
niũ appellauit vt ipse ad Atticũ scribit, q̃ libertate dicẽ
di et eloquẽtia maxime imitatus sit Demosthenẽ qui in
philippũ multas scribẽs actiões eas philippicas appella-
uit. Senus exitus eripuit illũ. s. demosthenẽ, nam De
Demo sthenis iteritus mosthenes quũ nũciatũ esset Antipatrũ et Crate-
cedones aduẽtare ex vrbe, pfugit in Calabriã ad templũ
Neptuni, quo cognito Antipater Archiã tyriũ illuc cũ
satellitibus misit, q̃ templũ ingressus suadere coepit De-
mosthẽi vt vna secũ ad Antipatrũ pgeret, nihil oĩno
molestũ ab illo ppessurus, Cui rñdẽs dixit paz̃ p expe-
ctã dũ nõnulla domestĩcis scribo. Hęc fatus in ĩteriorẽ
tẽpli partẽ cõcessit, captoq̃ libro q̃si scribere vellet, cala-
mũ ori admouit, ex quo ĩclusũ venenũ sumpsit Pli. li.
xxxiii. docet Demosthenẽ veneno sũpto ex annulo in-
teriisse his verbis, Alii sub gemmis venena cludũt sicut
Demosthenes summus orato- grecię, ãnulosq̃ mortis
gratia hñt. Eratosthenes aũt ait in circulo quodã conca-
Demo uo quẽ circa brachiũ ferebat venenũ seruasse. Fuit item
sthenes alius Demosthenes atheniẽsis missus cũ Nicia aduer-
sus Syracusanos. de quo meminerũt Plutarchus in Ni
cia. Thucydides lib. vii. hystoria- et Iustinus libro. iiii.
quẽ tradũt alii gladio et volũtaria morte se vindicasse,
alii interfectũ inuito Gylippo duce lacedemoniorum.

O fortunatam natam me consule romam,
Antonii gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset, ridenda poemata malo
Quam te conspicuę diuina philippica famę
Volueris a prima quę proxima, seuus ẽ illum
Exitus eripuit, quem mirabant athenę
Torrentẽ, ẽ pleni moderantẽ frena theatri.
Diis ille aduersis genitus, fatoq̃ siniſtro,
Quem pater ardentis massę fuligine lippus
A carbone, ẽ forcipibus, gladiosq̃ parante
Incude, ẽ luto vulcano ad rhetora misit.
Bellorum exuuię truncis affixa tropeis

Dis aduersis genitus, qa multis agitatus est aduersi-
tatibus. Quẽ pater ardẽtis massę, Nõ iam ad rethora
a patre est missus, nã annorum septem tñ fuit quũ pa-
trẽ amisit, Sed ad Iseum se contulit quanq̃ tunc tpis flo
reret Isocrates, pater aũt Demosthenis fuit (ut Theopõ-
pus et Plutarchus tradũt) In primis honestus ac probus
vir, Macheropius ab officina gladio- ẽ cognominatus,
quã athenis egregiã, multisq̃ artificibus seruis istructã
hẽbat. Matre barbara muliere natũ scribit Eschines. De
eo sic sydonius Apollinaris, Fabro progenitus spto cui
patre polita Eloquiis plus lingua fuit, De eo sic et Vale-
rius. Quã matrẽ Euripides aut quẽ patrem Demosthe-
nes habuerit, ipso- quoq̃ seculo ignotum fuit. Alterius
aũt matrem olera, alterius patrẽ cultellos vẽditasse pene
oĩum doctorũ litterę loquunt. Lippus, is appellatur
cui oculi ingiter stillant, Vñ lippitudo morbus quo ocu
li infestant, Hora. oculis collyria lippis. Et luto vulca Luto q̃
no. Luto vulcano pro luteo legendũ est, p synęresin, vt luteo
docuimus in. vi. satyra illic. Et terrã luto ferit intestino,
nã prima longa est, Per
sius surgit tibi lutea pel-
lis, Ouidius lutea mane
videt pulsis aurora tene
bris, Verg. Mollia luteo
la pingit vaccinia cal-
ta. et alibi, Et croceo mu
tauit vellera luto pro lu
teo croco, vt sit hypalla-
ge. Nã dictio q̃ duas ex-
trẽas hẽt lõgas et mediã
breuẽ stare ñ põt in ver
su exametro, hac aũt rõ
ne dicimus ĩduperator
pro ĩpator quia media
sit brevis et extremę lon-
ge. Quãdo aũt est a Lu
to derivatũ primam hẽt
breuẽ, Horatius in ſmo
nibus, Defingit rheni luteũ caput. Bello- exuuię, Oñ
dit et votũ eo- dãnandũ esse q̃ ad res bellicas optauerũt
descẽdere, tãq̃ reportaturi (quod fere ab omnibus expeti
solet) famam et gloriam, docens et id multis pariter Im-
peratoribus et patrię fuisse exitiosum, vt patebit Alexã-
dri et Hannibalis exemplo, Ordo aũt hic est, Lorica affi
xa truncis tropeis. et buccula pẽdens de casside fracta et
iugum curtum de temone et reliqua expositiue exuuię
bellorum, creduntur esse bona maiora bonis humanis.

Tropeis, Tropeum dictio est greca, trope enim grece Tropeũ
conuersionem latine significat, erat autem monumen-
tum hostium deuictorum, a grecis consuetudo mana-
uit, qui vbi hostes in fugam conuertissent arborem trũ
catis ramis erigebant, quibus hostiũ suspendebant exu
vias, Vnde Nonius, Spolia inquit hostium stipitibus
affixa Tropea vocantur, Tranquillus in caligula. Trũ-
catisq̃ arboribus et in modum tropeorum adornatis, eã
consuetudinem et Romani vsurparũt, vnde Marii Tro
pea a sylla disiecta sunt, quę a cesare vt Tranquillus ẽ
Plutarchus scribunt fuerunt reposita, Scribit Seruius
Tropea in locis eminentioribus collocari solita. et ideo
Romę in arcubus incidebantur, ad id exedificatis, Sed
ea postea non solum in marmore sed et in es incidi coe-
pere, vnde Plutarchus conqueritur imprudenter simul
et aspere nimis egisse primos ex grecis, qui Tropea aut
marmore incisa aut ere sculpta facientes, odium simul
et bellum a conseruata victi ignominia perpetuum red
didissent. De Tropeis mentionem sępissime fieri apud
Thucydidem inenies. Illud deniq̃ tenebris Tropeum
fuisse aut saxum, aut arborem decisis ramis, aut colum-
nam erectam aut arcus cum inscriptione huiusmodi,
Athenienses hic vicerunt lacedemõios. Truncis, qa
vt diximus ramis truncatis spolia arbori suspendeban-
tur, Vnde est illud Vergilianum vota deum provictor
soluebat eoo, Ingentem quercum decisis vndiq̃ ramis.
Constituit tumulo, fulgentiaq̃ induit arma. Mezentii
ducis exuuias tibi magne tropeum Bellipotens aptat ro
rantes sanguine cristas. Telaq̃ trunca viri et bis sex tho
raca petitum, Perfossumq̃ locis.

Lorica,

Lorica Lorica, ex corio fieri consuenit, q̃ q̃uis nunc ex ferro
Buccu conficiat nomen tñ obtinuit a loris. Buccula, ea est
la pars galeę, quę buccas tegit, eius sic meminit Iulius ca-
Temo pitolinus in maximinis, Fecit et galeas gẽmatas, fecit et
vnde bucculas. Curtum, aut mutilatum vt Mar. Et curtus
Aplu, chiones Antyopesiue calix, et Propertius lib. iiii. Lęsit et
stria obiectum tegula curta
caput. aut curtũ temõe
. i. a temone curtatum et
auulsum, Temone, a te-
nendo est dictus, qđ pa
lustrum teneat et guber
net. Aplustre, autor ẽ
Festus aplustria esse na
uiũ ornamenta, q̃ quia
plus erant quã essent ne
cessaria ẽt aplustria ap-
pellabant, Cicero in ara
to nauibus assũptis flui
tantia q̃rere aplustra, sy
lius lib. x. sic. iãq̃ per vn
das. Et trãstra et mali la-
ceroq̃ aplustria velo, ac
miseri sluitant renomẽ
tes equora nautę. Et
captiuus tristis in summo arcu, Nam in arcubus lapide
is incidebãt totus ordo victorię. Domitianus p summã
ambitionẽ, arcus cum q̃drigis et insignibus triumpho-
p regiones vrbis tantos aut tot extruxit, vt cuidam grę-
ce inscripti arcui sit, confidatus. x vii. coepit, autor Trã-
quillus. Maiora bonis humanis, hoc est nihil esse in bo
nis humanis excellentius hac gloria bellica. Ad hęc
se. i. ad hãc gloriã et famã cõparandã ex spoliis et victori
is hostium. Indupator, pro impator pp rõnem de lu
teo supius dictã, ga inter duas syllabas longas non põt
media brevis stare in exametro carmie. Sic et Macedas
pro macedonas dñt poetę. Vt illud apud Valeriũ flaccũ
in primo. At iuno argolicas pariter, macedũq̃ p vrbes.

Romanus, Sensus est. Romani inqt impatores Gręci et Barbari erexerunt sese ad hęc, et animum suum intende
runt, videlicet ad famã et gloriã, quã dum oĩ studio se-
quunt- et sibi et patrię peperere exitiũ. Atq̃ hoc mõ digni
tates petentiũ dãnat stultũ votum, p Romanũ aũt pos
sumus intelligere non mõ Iulium Cęsarem, sed et M.
Antonium, multosq̃ alios q̃ dũ gloriam bellicã sequũ-
tur et sibi exitiũ, et patrię calamitates multas attulerunt.

Grauis, vt Themistocles et Milciades duces atheniẽ-
Milcia sium, q̃ dum famam et gloriã rebus bellicis aucupantur
des miserabili exitu vitam finiuere. Nam milciades q̃ athe
nas, totamq̃ greciã liberauerat supato Dario duce persa
rum, ob eamq̃ rẽ multis affectus publice honoribus de
mũ ꝓditionis accusatus, cã cognita capitis absoluus pe
cunia mulctatus est, quã qa soluere nõ poterat in carce
Themi rem coniectus est, vbi diẽ obiit supremum. Themistocles
stocles vero rebus licet foeliciter aduersus xerxẽ gestis, inuidia
tñ ciuiũ suspectus et ipse, ꝓditionis ciuitate eiectus argos
habitatũ concessit, vbi quũ tutũ se non videret, corcyrã
demigrauit, deinde ad Admetũ molossorũ regem cõfu-
git, Demũ quũ a lacedemoniis et athenienſibus ad sup-
pliciũ deposceret ad Artaxerxẽ confugit, a quo magnis
muneribus donatus in Asiam rediit. Domiciliumq̃, si-
bi magnesię cõstituit, vbi autore Thucydide morbo as
sumptus est, Alii vero tradunt eum epoto tauri sangui
ne infuso veneno vitam finiuisse. Barbarus, vt Han
nibal qui dum romanos bellis assiduis vexat, in cã fui-
it vt patria a Romanis sit euersa, Ipse autem ad vene-
num sit compulsus, de cuius nece mox dicemus. Ere-
xit se. i. animum ad hęc intendit. Inde, ex hac glorię
cupiditate. Habuit causas discriminis, cupiditas
inquit illa glorię fuit causa vt adiuerint boni pericula
et tot labores. Tan-
to maior famę sitis est.
Non sunt ĩquit ad hęc
pericula et labores tam
moti virtutis quã glo-
rię cupiditate. Neque
enim hęc quia p se pul-
chra eẽnt fecerunt, et qđ
sola contenti esse vellẽt
rei bene actę cõsciẽtia,
sed vt immortalem glo
riam cõsequerent, quod
omnes fere mortales fa-
ciunt, qs enim aliquid
cum virtute faciat, nisi
sibi magnam prouentu
ram inde sciat glori-
am, quę boni operis est
tanquam merces et prę-
mium, vnde illud est Ciceronis in officiis vix inue-
nitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis non
quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam,
vnde hoc loco pœta borum imperatorum exemplo eos
damnat, qui virtutem non amplectantur nisi fa-
mam inde consequuturam arbitrentur, quod est cõtra
Ciceronis philosophiam qui ait sufficere debere ad glo-
riam benefacti conscientiam. Nam eo auctore sapien-
tibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissi-
mum virtutis est prẽmium. Magnanimus enim et ge-
nerosus omnia facit causa virtutis, non famę aut glo-
rię. Non enim debemus honesta facere propter hoc vt
laudemur, sed quia honestum est ita facere, Laus enim
et gloria sequuntur, etiam si non appetantur. Prę-
mia si tollas, idest ipsam gloriam quam operis bene na-
uati habent pro prẽmio. Si tollas, si auferas, quasi di
cat isti Imperatores hęc tam egregia non fecissent, nisi
se ęternam gloriam adepturos sperassent. Patriam ta
men, sensus est, dum nõnulli glorię et laudis cupidi bel-
la gerũt, in causa fuere vt patria subuerteretur sicut Car
thago euersa est, dum Hannibal gloria incensus cũ Ro
manis gerit bellum. Sensusq̃ ita a superioribus pende-
bit, vt dicas Summo quidem studio multi gloriam tan
quam summum bonum appetierunt, sed tamen ipsa
gloria obruit patriam eorum. Hoc autem videtur poe-
ta sumpsisse ex tertio Tusc. Ciceronis ita scribentis de
gloria. Qua cęcitate homines cum quędam prędara
etiam cuperent, eaque nescirent nec vbi nec qualia
essent, fanditus alii euerterunt suas ciuitates. Alii ipsi
occiderunt. Titulique cupido, inscriptionis, qua
lis solet fieri in saxis tumulorum. Ad quę, ad
quam gloriam et titulum. Discutienda, delen-
da, per quod monet poeta rebus humanis minime con
fidendum, quum omnia sint caduca et vana, iuxta
illud Salomonis, Vanitas vanitatum et omnia vani-
tas. Mala, ab effectu, q̃ discutiant titulos.

Lorica, ẽ fracta de cassidę buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victęq̃ triremis
Aplustra, ẽ summo tristis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur. ad hęc se
Romanus, grauisq̃ ac barbarus induperator
Erexit. causas discriminis, atq̃ laboris
Inde habuit, tanto maior famę sitis est. q̃
Virtutis, quis enim virtutem amplectitur ipsam
Pręmia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria pancorum, ẽ laudis, titulique cupido
Hęsuri saxis cinerum custodibus, ad quę
Discutienda valent sterilis mala robora fici,

Robora fici. idest caprifici, ea enim ex muris erum-
pit. scinditque sepulchra, Martialis Marmora mesſa-
lę findit caprificus.

Quãqdem data sunt ipsis quoq; fata sepulchris.
Expẽde hãnibalem,quot libras in duce sũmo.
Inuenies? hic est quẽ non capit aphrica mauro
Perfusa oceano,niloq; admota tępenti,
Rursus ad ęthiopũ populos,aliosq; elephantos,
Additur imperiis hispania,pyrenęum
Transilit,opposuit natura alpemq;,niuemq;,
Diduxit scopulos,& montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam,tamen vltra pergere tendit.
Actum inqt nihil est,nisi poeno milite portas
Frangimus,& media vexillum pono suburra.
O qualis facies,& quali digna tabella,

Quandoquidem. Stulti inquit sunt mortales q̃ sempiternam se putant adepturos gloriam ex titulis sepulchrorum,ac per hoc variis se,patriamq; laboribus, ac piculis obiiciunt, vt in sepulchris rerum gestarum titulos relinquant,non intelligentes ipsos ẽt titulos cum sepulchris erũpente caprifico posse deleri,quod ⁊ Plinius in proemio septimi libri cõplorat his verbis. Vni homini sepulturę cura, atq; etiam post se defuturę,ubi locum emendauimus. Nam vbi scriptũ erat mendose defutura, ⁊ Hermolaus barbarus corrigeret defuturo,Nos correximus defuturę,vt sit sensus. Cura sepulturę est homini atq; ẽt de futurę post se.i.homo curam hẽt sepulturę ⁊ eius rei,quę etiam post se defutura est,hoc est quę cito delebitur nec diu durabit, quãdoquidem ẽt fata data sunt ipsis sepulchris vt aut vetustate, aut alia calamitate intercidant. Sicq; vanam,stultamq; hominum ambitionem ⁊ gloriam suggillat. Sic ⁊ Martialis. Accipe non phario nutãtia pondera saxo, q̃ cineri vanus dat ruitura labor. Ausonius. Mors ẽt saxis,nominibusq; venit,hęcq; cum superioribus coniunctim legenda sunt.

Locus Plinii

ambitio gloria vana

Expende Hannibalem. Exemplo Hannibalis monet poeta opibus humanis neutiquam confidendum,cęcamq; istam glorię cupiditatem omnino fugiendam, quandoquidem per mortem omnia prorsus destruant.nam si Hãnibalis inquit cineres volueris expendere,docebit te mors hoĩem cuius animus immensus erat nihil omnino esse,proindeq; tam multa non fuisse quęrenda,quę cito interuentu mortis essent perdenda. Quot libras. q.d.minimi ponderis inuenies eum cuius animus tantus erat,vt regnum aphricę ei satis non esset. Nam aphrica non cõtentus,exercitum in hispaniam,Italiamq; traiecit, vbi Romanos per sexdecim annos assiduis, crebrisq; victoriis defatigauit. Quem non capit,quasi aphrica eius capax non esset,quum esset tanta animi magnitudine, posteaq; minimo sepulchro contentus fuerit. Aphrica perfusa mauro oceano,descriptio ẽ situs aphricę, quę quum sit tertia pars orbis,ab Asia separatur nilo,ab occidente alluitur oceano atlantico vbi ęthiopes sunt ĩ lybia,ab Europa nostro mari. Oceano mauro.i.atlantico ad occidentem.ibi enim sita est mauritania. Nilo tepenti.h.d.propter itemperiẽ ęstus,ob quem ad eius fontes nullus vnq̃ fuit aditus,est enim Zonę torridę subiectus,de cuius ortu varia referuntur ab autoribus. De quo sic Plinius. Nilus incertis ortus fontibus vt per deserta ⁊ ardentia ⁊ immenso longitudinis spacio ambulans ⁊c. Rursus ad ęthiopum populos, Aphrica inqt item admota est ad alios ęthiopes, vt per hoc intelligas non solum aphricam ad ęthiopes atlanticos ad occidentem,sed etiam ad ęthiopes Troglodytas ad orientem in arabia extendi.ẽ enim duplex ęthiopia(vt diximus alibi)altera in occidente ad atlanticum oceanum,altera vero in arabia orientem versus,de qua sic Apuleius li.xi. Metamor. Et qui nascentis dei solis inchoantibus illustrantur radiis ęthiopes, Ariiq;. Statius in.x.Thebaidos, Aethiopesq; alios ⁊c.

Aethiopia duplex

Aliosq; elephantos,hoc est arabicos, In arabia enim ⁊ India elephanti gignuntur,unde Plinius,inquit Indicis minores arabici quos appellant nothos. Additur imperiis hispania. Nam in hispaniam contra foedus transiuit. Saguntum ciuitatem romanorũ octauo mense coepit ⁊ euertit, De quibus iniuriis missos a romanis ad Hannibalem legatos qui quęrerẽtur, noluit audire, sed armorum strepitu ⁊ tubarũ clangore nauim ne ad littus appellerent prohibuit,qui vt mandatum erat iter ad Carthaginẽ vertẽtes,bellum de more indixerunt. Hãnibal deide superato pyrenęo saltu,per gallias fusis q ei obsistere conati erant ad alpes venit, ⁊ laborioso per eas trãsitu, quum montanos quoq; gallos obuios aliquot pręliis repulisset,in Italiam descendit, ⁊ ad Ticinum amnem romanos equestri prelio fudit,iterumq; exercitu Romano ad flumen trebiam fuso, apeninum per maximam militum vexationẽ propter vim tempestatum transit, Campaniam vastauit, Exercitum Romanum apud cannas apulię vicum superauit, quo prelio quadraginta quinq; milia cęsa fuerunt cum paulo consule ⁊ senatoribus nonaginta,consularibus, atque pretoriis aut ędilitiis triginta.potitus capua,quę ad eum defecerat,ad tertium ab vrbe roma lapidem super Anienem castra posuit,ipse vero cum duobus milibus equitum vsq; ad portam capenam vt vrbis situm exploraret obequitauit, ⁊ quum per triduũ vtrinq; in armis exercitus omnis descendisset,certamẽ tempestas diremit, Nã quum in castra rediissent statim serenitas erat. Hęc oĩa poeta pcurrit. Pyreneũ.s.mõtẽ,q galliã ab hispania diuidit. Et mõtẽ rupit. Nã vt scribũt Liui. ⁊ Plutar.montẽ facto ĩcendio,ĩfusoq; ĩsup aceto disrupit,effecitq; ut ea elephatus oneratus ire posset,q̃ antea vnus hõ ĩermis vix poterat repere,hac copias traduxit,in Italiãq; peruenit. Opposuit natura.nam Alpes vt scri. Pli. Italię pro muris aduersus impetum barbarorum dedit, ⁊ vt Idem scribit prodigii loco habitum est quum Hãnibal eas superauit. Nam nemo vnquam cum exercitu ante eum pręter Herculem graium transierat,quo facto is hodie saltus graius appellat,eę Italiã a gallia seiũgũt.

Eqtare Pyreneus

Tñ vltra per.tendit,nõ cõtentus in Italiã descẽdisse, q̃ p annos.xvi.vt dixĩus vastauii,voluit ⁊ Romã ipsã cape. Actũ inqt est.i.nihil adhuc fecimus nisi romã cadimus,⁊ vexilla nr̃a ĩ media suburra figimus. Media sub.fuit.n.vt añ dixĩus regio Romę celebratissima.

O q̃lis fa.deformitatẽ Hãnibalis no.p acclamationẽ. Illud aũt sciẽdũ O auctore pscião varias hẽre sigñationes. Est.n.aduerbiũ vocãdi, vt illđ Vir. O regia nonã. cui cõdere Iuppiter vrbẽ. Est admirãdi vt hoc loco apđ Iuue. Est indignãdi. vt Cicero O tpa mores. Est optandi vt Virg.in.xii. Adsis o tantum ⁊ propius tua numina firmes. Et quali digna tabella,nam de formes sępe in derisum a pictoribus in tabellis pingebantur.

Quum

Quum gętula ducem portaret belua luscum.
Exitus ergo quis est? o gloria,vincitur idem.
Nempe in exiliũ pręceps abit, atq; ibi magnus
Mirandusq; cliens sedet ad pretoria regis,
Donec bithyno libeat vigilare tyranno
Finem animę,quę res humanas miscuit olim,
Non gladii non saxa dabunt,non tela,sed ille
Cannarum vindex,ac tanti sanguinis vltor
Annulus,i demens & sęuas curre per alpes,
Vt pueris placeas,& declamatio fias.
Vnus pellęo iuueni non sufficit orbis,
Aestuat infoelix angusto limite mundi,
Vt gyari clausus scopulis,paruaq; seripho.
Quũ tamen a figulis munitã intrauerit vrbẽ,

Getuli

Quũ belua getula.i.elephãtus maurus.Nã getuli populi sunt lybię cõtermini mauritanię,vbi elephãtes inueniunt,sed maiores in India.hoc aũt dicit ex historia. Nã Hannibale in ethruriã descẽdente Arnus vehemẽter excreuerat. Quare tñ exercitũ secũ trahẽs vitare non potuit qn ingẽtem hoĩum,ac Iumẽtoꝝ iacturã faciẽs, ipse quoq; ⁊ si elephanto qui vnus ex multis supfuerat eminẽs veheret pluriũ dieꝝ ac noctiũ intẽperie vigiliis confectus alteꝝ oculoꝝ amitteret autores Plutar. ⁊ Liui.

Exitus ergo qs ẽ? hoc totũ est in derisũ Hãnibalis q dũ inanẽ sequit gloriã supatus est a Romanis, Quis inqt fuit finis Hãnibalis? supat inqt, ⁊ in exiliũ abiit. Nã ex Italia in Aphricã reuocatus a Scipiõe posteriore supatus est,q fugiens ad antiochũ regẽ syrię cõcessit, quẽ romãis hostẽ fecit,quo victo ad prusiã Bithinię regẽ trãsiuit,vñ a romãis p Flãiniũ legatũ repetitus hausto,qđ sub ãnuli gẽma hẽbat venẽo absũptus ẽ. O gloria, Acclamatõ ẽ i vanã glorię cupiditatẽ,oñdit.n.ãnibalẽ dũ gloriã qrit ⁊ supatũ a rõanis ⁊ ex pr̃ia fugatũ ĩ exilio vitã finiuisse. Gloriã ãt scĩus eẽ duplicẽ, vt altera dicat gloria adũbrata,q̃ verã gloriã imitet. multi.n.famã popularẽ tãq̃ verã gloriã seq̃ntes seq; ⁊ ciuitates suas pdidere. Altera vero q̃dã solida res sit ⁊ expssa ñ adũbrata. Ea est vt scribit Cicero in.iii.Tus.cõsentiẽs laus bonoꝝ,incorrupta vox bñ indicantiũ de excellente virtute.quit. Laudẽ bonoꝝ gloriã appellat. Seneca ait Gloriã vanũ ⁊ volatile qddã esse,auraq; mobilius. Nec miꝝ est Hannibalẽ,aliisq; impatores tantope glorię cupidos fuisse,nẽo .n.est q aliqua dulcedine glorię nõ tangat. vñ est illud Valerii Flacci. Tu sola aĩos,mentẽq; puris Gloria. Vicit idem, Idẽ inqt q romanoꝝ vires totiẽs cõq̃ssauit superat tãdem. Nẽpe in exi.abiit.s.ad Anthiocũ,mox ad prusiã. Sedet ad ptoria,miseriã oñdit Hãnibalis q tãq̃ cliens ptorio assidẽs Prusiã regẽ expectaret. Pretoria, De ptorio diximus ĩ pma satyra illic. Criminibus debẽt hortos ptoria,mẽsas. Libeat vigi.melius ẽ legere vigilare q̃ iugulare,vt sit sensus,ad ptoria prusię regis bithynię assidebat tãq̃ cliens donec rex e lecto mane surgeret vt vel eã romão ritu salutaret,aut vt psto eẽt siqd ĩparet. Tyrãno bithyno.i.prusię regi bithynię. Illud aũt obseruãdũ est primã syllabã Bithyni poni ad placitũ,vñ alibi, Eqtesq; Bithyni.Horati. Ne Cybiratica ne Bithyna negocia pdas. Finẽ ani.ordo ẽ ⁊ sensus, Nõ gladii nõ saxa dabũt finẽ aĩę.i.ipi hãnibali q res humanas pturbauit,sed venenũ,qđ sũpsit ex annulo, Nã vbi sensit se p Flaminiũ reposci a romanis hausto vt dixĩus qđ sub annuli gẽma hẽbat veneno absũptus ẽ. Sub gẽma.n.aliq venena claudebãt,vñ ẽ illđ Plinii. Alii sub gẽmis venẽa cludũt,sicut Demosthenes sũmus orator grecię,anulosq; mortis grã hñt. Miscuit,cõturbauit ⁊ tremefecit,Virg. ⁊ oẽm miscet agens telis nemora inter frondea turbã. Annulus vindex cannarũ.i.qui sumpsit vindictã de romanis trucidatis ad cãnas vicũ apulię,de quibus paulo añ diximus.

Hannibalis mors

Gloria

Demens,insultat p ironiam Hãnibali,qui dum gloriã ex rebus bellicis quęrit,demũ p varias agitatus labores venẽo mortẽ sibi attulit,vt eũ dementẽ appellet,quasi q maiorẽ glorię q̃ salutis suę rationẽ hũerit. Vt pueris pla.vt pueri hẽant materiã ad declamãdũ, q̃ sumebãt vt dixĩus ex historiis. Declamatio, est vt añ docuimus illic Declamar̃ doces,forensiũ actionũ meditatio. Ita.n.pueri exercebant.vt ad veras causas agendas in foro essent ĩstructi.

Declamatio

Vnus orbis, Sensus ẽ. Alexãder magnus qui glorię studio animum adeo insaciabilẽ gessit vt vno orbe contentus non esset,cognosceret in fine vitę cupiditates suas inanes vanasq; fuisse,contentusq; erit solo tumulo quũ aliud secũ ferre nõ licebit. p qđ poeta docet hoĩes p mortẽ moneri rebus hũanis vt momentaneis ⁊ caducis minime ĩhiandũ,inanemq; gloriã oĩno fugiendã. Qđ aũt poeta dicat vnũ orbem nõ sufficere Alexandro hoc ẽ ex historia. Nã vt scribũt Plutarchus ⁊ Curtius, ⁊ Cicero ĩ Academicis quũ ab Anaxarcho ex psuasiõe Democriti pceptoris audiuisset plures esse mundos fleuisse, amicisq; pcunctantibus qdnã fleret rñdisse,at non inqt dignũ est flere si quũ infiniti sunt mũdi,dñi vnius vix facti fuerimus. Angusta hoĩ possessio fuit,q̃ deoꝝ omnium domicilio suffecit. Pelleo iuuẽi, Alexãdro macedoni. Nã pella autore Plinio ⁊ Strabone colonia fuit in Macedonia vbi milites recensebãt,⁊ alebant eq.vñ ⁊ Philippũ pelleũ appellauit Lucanus. Pellei proles vęsana philippi. Aestuat, Exudat,veluti ęstuant q loco angusto ĩclusi sunt,vñ nulla dent spiracula.

Pella

Aestuat infoelix,infoelicem eũ appellat q in toto terraꝝ orbe nõ minus se arctum putat q̃ si clausus sit parua ĩsula, vñ ⁊ Seneca ad Lucil.sic infoelicẽ dicit, Alexander macedonũ rex discere geometriã ĩfelix coepat sciturus q̃ pusilla terra eẽt ex q̃ minimũ occupauerat.ita infoelix dico ob hoc q itelligere dẽbat falsũ se cognomẽ gerere. quis.n. eẽ tã magnus in pusillo pt? Limite,ãgusto spacio mũdi,nã totũ mũdũ putabat sibi modicũ ⁊ pusillum, ac si modica clauderet ĩsula. Vt Giari.Gyarus ⁊ Seryphus ĩsulę sũt exiguę ĩ q̃s relegabãt sõtes,q̃rũ Seryphus vna ẽ ex Cycladibus,de q̃ sic Oui. Te tñ o pue rector polydecte Seriphi. Gyarus aũt vna ex Sporadibus. Latie ãt noĩ declinatũ ẽ,sicut apđ Vir. Abydus. Põtus ⁊ ostriferi fauces tẽtant abydi. Vrbẽ munitã a figu. Babylonẽ itelligit,q̃ Semiramis vxor Nini cõdidit ĩ assyria muris coctilibus,tãtę latitudinis vt duo currus cõtrarii exciperent. De q̃ multa Diod. Trogus, Stra. Plin. Solinus ⁊ alii. Illic Alexãder sublatus fert venẽo,qđ dedit Antipater p Iolã ministrũ cõscio vt nõnulli tradiderũt Aristotele. Venenũ fuit aq̃ frigidissima,q̃ manat ex nonacria rupe arcadię,nec cõtineri pt alio vase,q̃ muli vngula auto. Plin.in fine lib.xxx. Plutar. ⁊ Victruuius.

Babylon

Sarcophago contentus erit. mors sola fatetur
Quātula sint hoīum corpuscula. creditur olim
Velificatus athos, ē quicquid gręcia mendax
Audet in historia, constratum classibus iisdem
Suppositūq; rotis solidū mare, credimus altos
Defecisse amnes, epotaq; flumina medo

Sarcophagus. Sarcophago contentus erit. Sarcophagum pro sepulchro posuit. Nam Sarcophagus lapis est, vt scribit Plinius libro secundo, qui circa Asson Troadis nascitur, in quo mortuorum corpora recondita constat consumi pręter dentes, omniaq; quę illata sunt vna cum cadauere fieri lapidea, ἀπὸ τῆς σαρκός, quod significat carnem humanam, ꝛ φαγῶ comedo. De eo lapide sic scribit Celsus. Lapis etiam qui carnem exedit, quem Sarcophagon gręci vocant scribit Strabo cadauer Alexandri ereptum fuisse Perdicę a Ptolomęo Alexandriamque delatum, atque conditorium illic extructum fuisse, quod vt scribit Tranquillus iussit aperiri Augustus, quum Alexandriam venisset, superatis Antonio, ꝛ Cleopatra. Sed quando de Sarcophago facta ē mentio, subiit mihi monere locum illum apud Plautum in Amphitryone esse corrigendum, vbi legitur. Hęc sola sacram gestat, tu scribe sic, quod nos recte emendauimus. Hęc sola sana restat meorum familiarium, sequitur enim imo omnes sani sunt profecto. dicit enim amphitryo omnes familiarium esse insanos, quam ab eis non cognoscatur preterquam ab Bromia, quam solam dicit restare sanam. Facile enim fuit sarcam pro sanam scribere. Sic etiam locus ille in Asinaria est castigandus vbi scriptum est. Vides meam ante mergere. Nos sic correximus, vides ne amātem egere, scilicet viginti minis, de quibus ante. (Loca Plauti emendata) Mors sola fatetur. Sola inquit mors docet hominem, qui tantopere intumescit, inanemq; hanc mortalem gloriam quęrit eē quiddam minimum, quando mortuus vel paruula vrna reconditur, hocq; maxime dictum est ob Alexandrum, cuius animus tantus erat, vt vix eum totus orbis caperet, qui mox exiguo captus est tumulo. Creditur olim. Damnat ꝛ Xerxem stultitię, qui cupiditate glorię incensus inenarrabili belli apparatu gręciam aggressus est., vbi tandem superatus est summo cum dedecore in Asiam refugit. Cuius rei historia vt luculenter docēt Iustinus libro secundo. Herodotus libro septimo. Plutarchus in vita Themistoclis, ꝛ Probus Aemilius ita se habet. (xerxes) Xerxes cum gręcis bellum illaturus esset, comparatis septingentis milibus hominum de regno, ꝛ trecentis de auxiliis, ꝛ decies centum milibus nauium numero fabricato ponte super hellespōte traiecit in Europam, vbi inito prelio, quum Persę a gręcis duce Themistocle bello nauali superati in fugamq; conuersi essent, ipse tali clade perculsus ꝛ dubius consilii hortante Mardonio milites ducibus perducendos tradit, ipse cū paucis Abydon contendit, vbi quum solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit in Asiam trepidus, quę omnia hoc in loco poeta prosequitur. (athos) Velificatus Athos, Athos mons est altissimus Macedonię, qui ad mare Aegeum vsque porrigitur, ꝛ in ęstate vmbram extendit ad Lemnon insulam maris Aegei, quem vt scribit Herodotus libro septimo. et Iustinus Xerxes, quum in gręciam venisset, classemq; haberet ad eleuntem Cheronesi stationem, iussit abscidi a continenti, fossa autem facta est longitudine mille ꝛ quingentorum passuum ea latitudine, vt duas naues contrarias exciperet, quod quidem factum est quū ad ostentandam potentiam, tum ad relinquendam memoriam magisquam ad vllam expeditionem necessariam. ergo velificatus, idest per quem naues suis velis nauigauere. Catullus. Per medium classis barbara venit Athon. Athos. In nominatiuo Athon inuenit ꝛ Athos, cuius genitiuus ꝛ datiuus ē Atho more attico, accusatiuus athon a nominatiuo athos. Vergilius. Aut Athon aut Rhodopē, aut alta ceraunia telo Deiecit. Athona autem a nominatiuo athon, ablatiuus atho. Ouidius libro secundo de arte amandi. Quot lepores in Atho, quot alpes pascuntur in hybla. (grecia mendax) Et quicquid gręcia mendax. Innuit Iuuenalis ea quę de Xerse dicuntur esse fabulosa. Nam gręci historici fabulas plerunque historiis infarciunt, mendaciisq; gaudent, vnde Plinius libro quinto. capite primo loquens de nemore hesperidum sic inquit. Nec pręter oleastros aliud extat ex narrato illo nemore. Minus profecto mirentur portentosa gręcię mēdacia de iis prodita. Idem in octauo. Mirum est q̄ procedat gręcia credulis, nullum tam impudens mendacium est, vt teste careat. Sic etiam a Valerio in capite de amicitia taxantur vt mendaces. Illa gentis ad fingendum paratę monstro similia mendacia. vnde et Cicero in primo limine de legibus ait. Apud Herodotum patrem historię. ꝛ apud Theopompum innumerabiles esse fabulas. Constratum classibus, nam nauium decies centum milia habuisse dicitur. Suppositumq; rotis, nam vt ex Asia in Europam traiiceret copias. pontem fecit. quo Abydum Sesto coniunxit, inter quas vrbes Helespontus non maiore est spacio quā septem stadiorum. Sed quum pons tempestate ꝛ fluctibus esset quassatus, iussit trecenta verbera ponto infligi, ꝛ compedes iaci, et colaphos incuti. Herodotus auctor est libro septimo, cum his quoque misisse, qui stigmata ponto inurerent, hac Barbara et Vesana execratiōe, quasi disiecti pontis poenas infligeret. O amara aqua, Rex cōpedes has iniicit, quod illū iniuste lęseris, abs quo nihil mali passus fuisti. Etenim Rex Xerxes volueris, nolueris ne transmittet, meritoq; tibi nemo amplius sacrificabit, vt amaro dolosoq; fluuio, Sed pontem occisis ꝑoribus architectis refici iussit. Virg. i culice sic.

Non perfossus Athos, nec magno vincula ponto
Iacta, meo quęrent iam sera volumine famam,
Non hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Gręcia quum timuit venientes vndiq; persas.

Rotis, hoc est curribus, qui per pontem fabricatum in Europam traducti sunt. Quod tamen minus admirabile facit, q̄ Caligula auctore Tranquillo contabulauit medium interuallum Baiarum vsq; puteolos trium milium ꝛ sexcentorum fere passuum. Credimus altos defecisse amnes. tanta enim fuit (vt diximus) hominum multitudo, vt nō immerito ꝑditum sit flumina ab exercitu fuisse siccata, gręciamq; omnem vix capere exercitū eius potuisse. (Medi) Medo, Medi populi sunt oriētales Asię maioris cōtermini Persis, qđ Apuleius in prima Apologia ostendit, quū dicit Cyrū maiorē ob locoꝝ vicinitatē fuisse Semimedū, ꝛ Semipsam.

Et madidis

Prandēte, ē madidis cantat quę sostratus alis.
Ille tamen qualis rediit salamine relicta,
In corum atq; eurum solitus sęuire flagellis
Barbarus œolio nunq̄ hęc in carcere passos.
Ipsum compedibus qui iunxerat ennosigęum?
Mitius id sane, quod non ē stigmate dignum
Credidit, huic quisquam vellet seruire deorum?
Sed qualis rediit? nempe vna naue cruentis
Fluctibus, ac tarda per densa cadauera prora.
Has totiens optata exegit gloria poenas,
Da spacium vitę, multos da iuppiter annos.
Hoc recto vultu solum hoc ē pallidus optat.
Sed q̄ continuis, ē quantis longa senectus
Plena malis? deformē ē tetrū ante oīa vultum
Dissimilēq; sui, deformem pro cute pellem,
Pendentesq; genas, ē tales aspice rugas,

(Sostratus.) Et madidis. i. credimus ꝛ ea quę sostratus madidis alis cantat, fuit Sostratus quidā Augusti tēporibus homo vt scribit Plutarchus in Marco Antonio omnium ętatis suę ad dicendum ex tempore promptissimus, sed tamen academię non decenter se inserens, de hoc poeta non intellexit, sed de alio quem poeta innuit de expeditione Xers in gręciam multa conscripsisse. Verum quum de eo alibi nos legisse nō meminerimus, rem vt adhuc indagandam relinquimus, eosq; miramur qui falso tradiderunt Sostratū ex testimonio Herodoti vatem fuisse qui de aduentu Xerxis ꝑdixerit, quum ab Herodoto nō Sostratus sed Onomacritus quidam sortilegus nominet i septimo, cuius suasu Xerxes ad iferendum gręcię bellū ē inductus, fuit ꝛ alius Sostratus gnidius, qui ob nauigantium salutē turrim pharō fabricatus ē, Ptolemęo ꝑmittente nomen eius in ea inscribi autor Plin. lib. xxxvi.

Alis madidis, hoc est furore poetico plenis ꝛ ebriis. Nam madidus ponit pro ebrio. Plautus in Amphit. faciam vt sit madidus sobrius. Ille tamē qualis rediit? irridet poeta fatuum regem, cuius introitus in gręciā q̄ terribilis, tam turpis, ac foedus discessus fuit. Nanq; non solum terrestri ꝑlio superatus ē, sed demum ꝛ nauali apud Salamina profligatus a Themistocle, in Asiam fugere coactus est. (Salamis.) Salamis aūt siue Salamin insula est ex aduerso atticę iuxta ęgynam. Eiusdem nominis est etiā ciuitas in Cypro, quā Teucer fugiens Telamonē patrē condidit. In corum, atq; eurum, speciem pro genere posuit. Barbarus, ignominiose barbaꝝ appellat, hocq; ex historia, nam gręci volentes Xerxem significare Barbarum dicunt, quasi vesanum hoīem. Carcere ęolio, in antro ęoli qui Ionis ex acesta filia bipotę troiāi filius temporibus Iliacis eoliis insulis imperauit ꝛ quum incolis ventoꝝ flatus ꝑdiceret, existimatus est in potestate sua ventos habere, vnde Vergil. Imperio ꝑmit, ac vīclis ꝛ carcere frenat, ꝛ Ouidius lib. xiiii. Meta. Hippotaden cohibentē carcere ventos. Ennosigęū. i. neptunū est. n. cōpositum ab ἔννω, quod est cōcutio ꝛ γαῖα terra, eo quod mare fluctibus terrā concutiat, vn̄ Geli. causas terremotus sub dubio explicans inquit, vētoꝝ ne aui accidat specus, hiatusq; terrę subeūtiū, an aquaꝝ subter in terrarum cauis vndantium fluctibus pulsibusne, ita vt vident existimasse antiquissimi grecoꝝ q neptunū Ennosigeū appellauerunt, an cuius alię rei causa nōdū ēt pro certo habitum. Mitius id sane. Ironicos, subaudi fuit, tūmodo iniecisse vincula ꝛ qđ non credidit dignum stigmate. q. d. adeo fatuus ꝛ vesanus fuit, vt etiā dignum stigmate existimauerit, nā vt diximus neptunum iussit notis inuri. (stigma.) Est enim stigma nota ꝛ punctū quo quis signatur a στίζω, quod est pungo, per trāslationem autem capitur pro suggillatione ꝛ nota infamię, Tranquillus in Cęsare, perpetua stigmata imposita nō dissimulauerat. Mart. lib. xii. Frōs hęc stigmate nō meo notanda est. Huic, tam fatuo ꝛ vesano. Quisq̄ vellet seruire deorum? q. d. ne dii quidē ab iniuriis eius tuti essent si eis contingeret ei ministrare, sicq; eius ꝑseqtur fatuitatem. Sed qualis rediit, hic qui tam terribili apparatu gręciam inuasit. Estq; facta repetitio in irrisionem tam fatui conatus. Nēpe vna naue. Nam vna vt diximus tantum scapha piscatoria aufugit ī Asiam. Erat res spectaculo digna ꝛ ad ęstimationem rerum humanę sortis varietate mirāda, in exiguo latentem videre nauigio, quem paulo ante vix ęquor omne capiebat, carentem etiam omni seruorū ministerio. Has. i. tales.

Exegit gloria, gloria īquit ꝛ honorum cupiditas in cā fuit vt multi in tales prolaberentur poenas, per qđ colligit gloriā multis perniciosam solere esse, vn̄ Ouidius i. xi. An obest quoque gloria multis? Exegit. sumpsit has poenas ꝛ hęc supplicia. Exigere autem variis significationibus accipitur, sed hoc loco pro sumere, vt illud apud Valerium, Papirius in poena exigenda ꝑseuerauit. (Exiger.) Exigere inquirere. Virgi. Quęrere constituit, sociisq; exacta referre. Exigere eiicere excludere Terentius. Spectandę an exigendę sint vobis prius. Apuleius in. iiii. floridorum. Eas omnes pestes montibus exegit. Exigere, debitum repetere. Cicero in epistola ad Cassiū, sed non vrgeo. longiores enim expectabo vel potius exigam. Exigere cogere Virg. quos improba ventis exegit cęcos rabies. Exigere agere, Virgil. Omnis vt tecum meritis pro talibus annos exigat. Exigere definire constituere Virg. Decreuitq; mori tempus secum ipsa, modumq; exigit. Exigere finire. Ouidius, Iamq; opus exegi.

Da spacium vitę, confutat ꝛ vota illorum qui lōgam sibi exoptant vitam, ostendens multis argumentis nihil homini posse melius contingere breuitate vitę, iuxta illud Plinii, Natura nihil hominibus breuitate vitę ꝑstitit melius. Hebescunt sensus, membra torquētur, ꝑmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam, ac ciborum instrumenta, nulla demum genitis quies vnq̄ est, quę omnia incommoda a poeta commemorantur.

Deformē, proponit incōmoda longe vię. Pro cute pellem, distinguit poeta pellē a cute. vt pellis dicat in sene, cutis in iuuene, licet apud autores hęc cōfundant. Cutem ꝛ pellem dicimus indifferenter in brutis ꝛ hominibus, cutem ēt in arboribus ꝛ pomis corticem ꝑm.

(Genę.) Pendentesq; genas, Genę dñr proprie tegumenta superiora pariter ꝛ inferiora oculi, quę etiam palpebrę appellant. Plin. lib. xi. cap. xxxvii. quę senescentibus solēt flaccescere, prisci tamen genas autore Plin. appellauere infra oculos malas, iuxta quod possemus intelligere pelliculas pendentes ex maxillis.

Quales vmbriferos, ordo est, quales rugas simia iam mater scalpit in vetula bucca vbi tabraca pandit saltus vmbriferos. Tabraca, oppidū est aphricę Mela ⁊ Ptolemęo ⁊ Plinio lib. v. ca. iii. Solino, claudiano Silio Italico, autoribus. Ibi magna est copia simiaꝝ, vnde Strabo lib. xvii. sic tradit, Refert possidōius se quum ex gadibus in Italiam nauigaret in lybię oram delatum eē, ac syluā quādam secus mare vidisse simiis plenā quarū alię sup arboribus, alię in terra sederent, nōnullę catulos hērēt ⁊ hubera depēdētia, risisse itaq; quū eas huberibus graues cerneret nōnullas ēt calnas, nōnullas hernioſas a Tabraca fit possessiuū Tabracenus. Vna senū facies, vna qualitas, vna paritas, vna similitudo, Virg. in geor. Nec pingues vnam in faciē nascunt olinę. Infantia. i. more infantis semp nares stillāt, legit ⁊ instātia ⁊ melius. Gingina, a gignendis dentibus dicta. Grauis, molestus. Coso captatori, Cossi vt scribit Festus dīr natura rugosi a similitudine vermiū ligno editoꝝ, hic propriū est nomē captatoris anarissimi de quo ante.

Tabraca.

Cosso

Torpente, hebescēte.

Cū ramice, Ramex morbus est qui integris testiculoꝝ tunicis innascit cyrsocelen greci appellant, venę in tumescunt, hę quoq; intortę, glomerateq; ad superiorem partem vel ipsum scrotum implēt vel medium tunicam vel imā interdum ēt sub ima tunica circa ipsum testiculum, ne; numq; eius increscunt. Suspecta libido, qd inquit dices quod ii qui in coitu operam prestare non possunt suspecti sunt ne sint irrumatores, ita enim facilius arigunt, vnde Martialis, summa petas. i. os illic mē tula vinet annus. Tiberius ad hoc irrumationis viciam natura (vt scribit Suetonius) ⁊ ętate pronios erat. nam qui senex est facilius hanc detestandam libidinem, quę viribus non indiget exercere potest q̄ coitum. Aspice partis, alio incommodo senex afficit, q; auditu privat, nulla enim ei potest esse voluptas aliquo canēte. Sit ne selencus. i. optimus citharoedus qualis fuit Selencus, vt sit sensus, nulla suauitate modulationis demulceē licet optimus citharoedus canat, ⁊ ipse Selencus, quē pro optimo sui temporis citharoedo intelligit ⁊ licet sint illi quibus est mos decurrere palla aurata, hoc est tibicines quorum cātus est multo clarior. Tibicines enim induti veste longa vagabant per scenam canēdo Horatius in poetica, Sic prisce, morumq; ⁊ luxuriā addidit arti Tibicē, traxitq; vagus per pulpita vestem. Quid refert, refellit eos qui possent dicere senem nō audire quia accentibus lōge sedeat, vt sit sensus, sedeat qua parte velit theatri non tamē audiet citharoedos, quē nix exaudiat cornicines ⁊ tubicines quorum sonitus sunt acerrimi.

Quales vmbriferos vbi pandit tabraca saltus,
In vetula scalpit iam mater simia bucca.
Plurima sunt iuuenū discrimina, pulchrior ille
Hoc, atq; ille alio, multum hic robustior illo.
Vna senum facies, cū voce trementia membra,
Et iam leue caput, madidiq; infantia nasi.
Frangendus miseris gingiua panis inermi.
Vsq; adeo grauis vxori, natisq; sibiq;
Vt captatori moueat fastidia coso.
Non eadem vini, atq; cibi torpentē palato
Candia. nam coitus iam longa oblinio, vel si
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus.
Et quamuis tota palpetur nocte iacebit,
An ne aliquid sperare potest hęc inguinis ęgri
Canicies? quid quod merito suspecta libido est
Quę venerē affectat sine viribus? aspice partis
Nūc damnū alterius, nam q̄ cantante voluptas,
Sit licet eximius cytharoedus, sitve seleucus,
Et quibus aurata mos est decurrere palla?
Quid refert magni sedeat qua parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiat, atq; tubarum
Concentus. clamore opus est, vt sentiat auris
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.
Pręterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola, circūsilit agmine facto
Morborū oē genus, quorū si noia q̄ras (chos,
Próptius expediam quot amauerit hippia me-
Quot themison ęgros autūno occiderit vno,
Quot basilus socios, quot circūscripserit irus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
Maura die, quot discipulos inclinet amillus,
Percurram citius quot villas possideat nunc

Quales vmbriferos vbi pandit tabraca saltus, In vetula scalpit iam mater simia bucca. Plurima sunt iuuenū discrimina, pulchrior ille Hoc, atq; ille alio, multum hic robustior illo. Vna senum facies, cū voce trementia membra, Et iam leue caput, madidiq; infantia nasi. Frangendus miseris gingiua panis inermi. Vsq; adeo grauis vxori, natisq; sibiq; Vt captatori moueat fastidia coso. Non eadem vini, atq; cibi torpentē palato Candia. nam coitus iam longa oblinio, vel si Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus. Et quamuis tota palpetur nocte iacebit, An ne aliquid sperare potest hęc inguinis ęgri Canicies? quid quod merito suspecta libido est Quę venerē affectat sine viribus? aspice partis Nūc damnū alterius, nam q̄ cantante voluptas, Sit licet eximius cytharoedus, sitve seleucus, Et quibus aurata mos est decurrere palla? Quid refert magni sedeat qua parte theatri, Qui vix cornicines exaudiat, atq; tubarum Concentus. clamore opus est, vt sentiat auris Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas. Pręterea minimus gelido iam corpore sanguis Febre calet sola, circūsilit agmine facto Morborū oē genus, quorū si noia q̄ras (chos, Próptius expediam quot amauerit hippia me- Quot themison ęgros autūno occiderit vno, Quot basilus socios, quot circūscripserit irus Pupillos, quot longa viros exorbeat vno Maura die, quot discipulos inclinet amillus,

Totiens mustum bibit.i.qui tot annos vixit. De legibus fatoꝝ.i.parcarum quę in tam longum tempus vitam suam produxerint. Nimio stamine,longa vita,quę perfilum ostendit.vnde illud Virg.Parcę fila legunt.Tres enim parcę esse dicunt,Clotho, Lachesis, & Atropos,quę summa concordia nendo vitam hoīs disponere dñr, vnde a poetis dñr parcę concordes.

Parcę.

Antiochi barbam.i. filium suū iā barbatum & ętate iā adulta. Acris, strenuꝰ & fortis in bello. Querit.s. cum multis querelis. Qđ facinus,qđ scelus, quā impietatē cōmiserit vt pro supplicio dii tam lōgam vitam sibi tribuerint. Dignum tam longo ęuo,hoc loco eoꝝ opinionem probat q in longinquitate vitę i felicitatem esse putāt, vñ illud Senecę in proverbiis,Heu quā pœnitenda incurrunt viuendo diu,in brevitate autem foelicitatem,vnde illud est Plinianū li. xxviii. cap.ii. Hoc primū qsq, in remediis animi sui habeat ex omnibus bonis, q hoī tribuni natura nullum melius esse tempestiua morte & illud.lib.vii. Natura vero nihil hominibus brevitate vitę prestitit melius. Traxit aūt colorē ex illo virgiliano i nono. quando aliter neꝯ crudelē abrumpere vitam.

Tam longo ęuo,quod tam diu esset sibi viuendum vt spectandum sibi foret funus filii,cuius mortem indignanter tulisse docet & Propertius. Nā quo tā dubię seruetur spiritus oręNestoris est visus post tria sęcla cinis, quis tam longeuę minuisset fata senectę Gallicus iliacis miles in aggeribus, Non ille Antilochi vidisset corpus humari,diceret aut o mors cur mihi sera venis, Horatius. At non ter ęuo functus amabilē ploranit oīs antilochum sex annos. Et Nestor apud Hom.in.iii.odysseę. Illic iacet meus charus filius fortis & clarus antilochus.

Hęc eadem peleus.s.conquerit, Achilles Thetidis & pelei filius fuit quē ad troiā profectum in templo apollinis tymbręi occisum ferunt insidis paridis post simulachrū latentis,quū illuc accessisset vt amatā polyxenam vxorē duceret,vñ fingit tenente apolline arcū paridem tela in Achillem direxisse, Vergi. Dardana qui paridis direxti tela, manuq, corpus in ęacidę, Hunc ergo pater peleus vt immatura morte pręventum miserabiliter fleuit. Atq, alius.s. Laertes Vlyssis pater.s.cōqrit. Nam Vlysse per tot maria errante Laertes pr vt scribit Hom. in primo odysseę, In agro quotidie opere rustico se macerabat ancilla vetula panē & vinum ei ministrante,rogabatq, assidue Iouem vt aiam ex membris solueret.

Cui fas,cui par est & decet. Ithacū, Vlyssem,p ithacenssem ab ithaca eius patria. Est aūt ithaca insula añ sinum corinthiacum non longe a Cephalenia insula.

Natantem,per maria iam decem annos errantem.

Incolumi troia,priamus inquit nō vidisset obsidionem decēnalem patrię suę,nec mortē tot liberoꝝ,totq,p

Quicq nouū totiēs mustū bibit,oro parūper
Attendas quantum de legibus ipse queratur
Fatorum,ē nimio de stamine,quū videt acris
Antilochi barbam ardentem,nam q̄rit ab oi
Quisquis adest socio,cur hęc in tempora duret
Quod facinus dignum tā lōgo admiserit ęuo.
Hęc eadem peleus raptum quū luget achillem.
Atq alius cui fas ithacum lugere natantem.
Incolumi troia priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis solēnibus hectore fultus
Portante,ac reliquis fratrum cernicibus inter
Iliadum lachrymas,vt primos edere planctus
Cassandra inciperet,scissoq polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore,quo iam
Coeperat audaces paris ędificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit

pinquoꝝ,si ei prius contigisset obire mortem q̄ paris rapuisset helenam,Nec tam flebiliter illa caneretur. Hęc oīa vidi inflammari priamo ni vitāeripi, Ionis aram sanguine turpari. Sicq, ostendit in lōgitudine vitę multas existere miserias, vnde Seneca in proverbiis, vt mō diximus,Heu q̄ poenitenda incurrunt viuēdo diu. Ordo aūt est priamus magnis solēnibus venisset ad vmbras Assaraci in colūi troia hectore portante furius & reliqs fratrū cernicibus.s.portantibus, inter lachrymas iliadum.i.mulieꝝ troianaꝝ. Assaraci, Tros genuit Assaracū & Ilū, Ilos Laumedontę priami patrem. Hectore funus portāte. Apud antiquos a filiis funera patrum efferebant. Nā vt scribit Plinius li. vii.c. xliii. Qu. Metellus macedonicus a quattuor filiis illatus est rogo.

Reliquis fratrū, subaudi a superiore portantibus. Quinquagita.n. autore Hom. habuit filios, et filias duodecim.

Vt inciperet,ita vt inciperet tanā prefica, Nam in fineribus cōducebantur mulieres quę ad lamentandum mortuum plangendi modum ceteris darēt, eę dictę sūt prefice quasi quę aliis ad id muneris pficerent, Nenius, Hęc qdem me hercle opinor prefica ē quę sic mortuum collaudat,autor ē Festus. Polyxena,priami filia,De qua sic loquit Achilles apud Philostratum,vez ee eā apud tumulū meum fuisse ingulatā non inuitā tñ neq, a'grecis sed ipsa sponte ad tumulum meū veniēs quū amoris quē erga me summū habuerat meminisset erecto gladio incubuit. Scissa palla, palla vestis est honeste mulieris Verg. Pallam signis,auroq, rigentē. Plautus in menechmis,pallam ad phrygionem fer confecto prandio,in luctibus aūt funerum pre dolore vestes scindebant. Diuerso tpe.s.ab eo quo euersa fuit patria,sed quo paris parabat nauigare in greciā vt raperet helenā.

Prefica

Carinas audaces.i.ipse audax qui in greciā cū Aenea delectaq, troiana Iuuentute nauigare non est veritus,rapturus(quod fecit)helenā marito. Nam quū pamus egre ferret Hesiōem sororem suam ab Hercule iure belli sublatam & tradītā telamoni misit paridē in greciā edoctū vt hesionē repeteret,quod si non ꝑetraret,aliam raperet. Postulata hesione nec reddita regionem vastauit,& sparta ui expugnata helenam abduxit,ob quod a marito recipi meruit. Alii scribūt Paridem a Menelao hospitio honorifice susceptum pulchritudine mulieris captum hospitii iure calcato cum omni regia supellectile eam abduxisse volentem. Alii diuersa sentiūt. Diffusius hanc historiam in commentariis nostris in Achilleida recitauimus. Longa dies igitur,quum ergo inquit priamus tam multa aduersa diu viuendo sit pessus quid ei profuit longa vita? ac si dicat longe melius fuisset si in viridiore ętate mortuus esset. Longa dies,longum tempus.

Euersa,

Euersa,prostrata. Asiam,hyperbole,non enim totam Asiam,sed multas Asię ciuitates vna cum troia euersas. Miles tremulus.i.Priamus,qui senio confectus capta iam troia arma induit, vt patrię opem ferret. Verg. Arma diu senior desueta trementibus ęuo Circū dat nequicq humeris. Tiara, de tiara satis superius diximus ex testimonio Herodoti & aliorum auctorum eo loco vestitur bucca tiara. Est enim genus pilei quo reges persarum vtebātur. Ruit ante aram. Cicero in primo Tuscula. sic scribit Priamum tanta progeniē orbatum quū in aram confugisset manus hostilis interemit, hic si viuis filiis incolumi regno occidisset astā te ope barbarica,tectis celatis,laqueatis vtrū tandem a bonis an a malis discessisset? Summi ionis, scilicet hercei, de quo Lucanus. Hercea monstratorait non respicis aras. Ouidius in Ibin sic. Cui nihil hercei profuit ara Ionis. Herceus autem iuppiter est dictus quod intra vallum coleretur.nam ε, κιος septum significat. Ab ingrato aratro,idest ab ipso agricola ingrato,idest quem iam agricola ingratus fastidiuit. Exitus ille hominis.i.finis vitę priami. Vtcunq, subaudi fuit.quasi dicat satis miserabilis fuit. Sed torna. sed vxor Hecuba terribilis fuit omnibus suis latratibus, nam vt scribit Ouidius libro.xiii.metamor.ea post ędem Priami euersionemq, patrię, quum mortem Polydori filii vlcisceretur excęcato Polymestore,a quo Polydorus interemptus fuerat feribunda abeuntes grecos latratu est infectata, vnde in canē conuersam finxerūt. Ouidius. Rictuq, ad verba parato Latrauit conata loqui. De qua sic Plautus in Menechmis. Nō tu scis mulier Hecubam quapropter canem greci esse predicabāt, omnia mala ingerebat quemq, aspexerat.itaq, adeo in re cœpta appellari canis, De ea item sic Cicero in tertio Tusculanarum. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam & rabiem fingi in canem esse cōuersam. Transeo,occupatio est. Regem ponti, Mithridatem,qui ad sexagesimum & octauū ętatis suę annum per multas erumnas & clades peruenit. Ter enim a Romanis ducibus superatus est a Silla, Lucullo, & Pōpeio, Demum quum a Pharnace filio bello premeretur obsideturq, in regia mortem per venenum tentauit vxore prius, sororibus & pellicibus veneno necatis, sed quum id frustra hausisset,quod a teneris annis remedia sibi aduersus venena comparasset,a milite gallo nomine Bitboco in cędem suam exorato interfectus est, auctor est Plutarchus. Et croesum,hic est ille Croesus Lydorum rex, qui quum omnium hominum foelicissimus se arbitraretur. (Thesauros enim maximos habebat) accedenti ad se Soloni philosopho,quum ex ęgypto reuerteretur,diuitias suas ostendit,interrogauitq, an quisquam esset se foelicior. Tunc respondit Solō nemi nem ex viuentibus appellādum esse foelicem,quod adultimum vsq, fati diem ancipiti fortunę subiecti esse mus,quod dictum ex parabolis Salomonis sumptū est qui ait. Nec beatum aliquem putes antequam moriatur.ad quod respexit Ouidius. Sed scilicet vltima semper Expectanda dies hominī,dicig, beatus Ante obitū nemo, supremaq, funera debet. Itaq, cum a cyro rege Persarum bello captus rogo esset in compedibus positus cū quatuordecim Lydorū clarissimis filiis,recordatus est sententię Solonis nominatiq, ter Solonem, quo audito Cyrus quū aliquem deum inuocare crederet graniter indoluit memor humanę cōditionis, quę incertis fortunę flatibus iactatur. Ita Croesum ex rogo iā ardenti,sed diuino quodam imbre cęlitus demisso extēcto abstractū ad se adduci iussit,de eo multa Herodotus, Iustinus,& Plutarchus scribunt. Solonis, Solon vt inquit Laertius Salaminius patria fuit, Athenis cauit Tarquinio prisco romę regnāte,leges athenienssibus dedit tanto tēperamēto vt parē graiiā a senatu & plebe contraheret,quibus si Athenienses auctore Valerio vti voluissent sempiternū habituri finissent imperiū, Isomniū hoīum & oraculi iudicio sapientissimus est habitus

Euersa, & flammis asiam ferroq cadentem,
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara
Et ruit ante aram summi ionis, vt vetulus bos,
Qui domini cultris tenne & miserabile collum
Prębet ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille vtcunq hominis, sed torua canino
Latranit rictu,quę post hunc vixerat vxor.
Festino ad nostros,& regem transeo ponti.
Et croesum,quem vox iusti facunda solonis
Respicere ad longę iussit spacia vltima vitę.
Exilium & carcer minturnarumq paludes,
Et mendicatus victa carthagine panis
Hinc causas habuere,quid illo cine tulisset
Natura in terris,quid roma beatius vnquam,
Si circundncto captiuorum agmine,& omni

Tiara

Hercęus Iuppiter

Hecubę cōuersio

Croesi mors

Solon

Respicere ad vltima spacia, vt nemo.s. vt memoranimus citra mortē foelix diceretur. Exiliū & carcer, Incōmoda inquit quę plurima ꝑpessus est. C. Marius habuere cās ex longa vita,nā Marius superatus a Sylla minturnis latuit in palude, vbi cōprehensus in carcerē est coniectus. Gallum missum qui eū interficeret vultus maiestate ꝑterruit,solutis a minturnēsibus vinculis in africā nauicula traiecit,sed cū Sextilius africę prętor moneret p lictorē vt inde faceſseret rūdit lictori, vade & nūcia Sextilio te vidisse. C. Mariū i ruinis carthaginis sedētē,exulēq, & panē mēdicātē,& cū dicto discessit.hęc breuiter tāgit poeta. De qbus diffusius Plutar. & Pli. de viris illustribus. Minturnaꝝ pa.iter formias & sinuessam Minturnę sunt vtrinq, ad stad.lxxx.distātes, inter fluit ät lyris amnis quē olim Clanin vocanere,q ibi paludes efficit. De qbus Luca.sic. Quū post teuthonicos victor lybicosq, triūphos. Exul limosa marinus caput abdidit vlua. Stagna auidi texere soli laxęq, paludes. Hic ca.ba.i.ex lōga vita, Quid il.ci.tu.i.,pcreasset. Vergi. Dardanidę turpi q̄ vos a stirpe parētū Prima tulit.i. pcreauit & i lucē ꝑduxit. Sensus ē.qd.n.inqt beatius i terra extitisset ipso mario,si ei post triūphū teuthonicū cōtigisset mori. Nā fo cōsulatu,q vltro ei delatus fuit cymbros i gallia apd' aq̄s Sextias,teuthonas i Italia in cāpo Sauidio vicit,de qbus triūphauit. Circūducto.c.ag, nā captiui māibus reuincti post terga vel cathēis collo iniectis, Impatorē triūphātē pcedebāt, vsq, i capitoliū. Papinius in syluis Actias ausonias fugit cleopatra cathēas. Proper. Aut regū auratis circūdata colla cathēis.

Mithridatis mors

Mitur nę

Bellorũ pompam animas exhalasset opimam,
Q uum de teuthonico vellet descendere curru:
Prouida pompeio dederat campania febres
Optandas, sed multę vrbes, & publica vota
Vicerunt, igitur fortuna ipsius & vrbis
Seruatum victo caput abstulit, hoc cruciatu
Lentulus, hac poena caruit ceciditq; cethegus
Integer, & iacuit catilina cadauere toto.
Formam optat modico pueris maiore puellis
Murmure, quũ veneris fanũ videt anxia mater
Vsq; ad delitias votorum, cur tamen inquit
Corripias? pulchra gaudet latona diana.
Sed vetat optari faciem lucretia, qualem

Põpa Pompa, a πεμπω, quod est mitto, est.n. ordo reꝝ ꝑgredientiũ. Animam opimã, magnificam, allusio ẽ ad spolia opima, quę dux duci detraheret. Curru teuthonico, quo in triũpho teuthonico est vectus, sicq; colligit ex longa vita foelicitatẽ minime censendã. Prouida Põpeio, scribit Plutarchus ante ciuile bellũ, quũ

Põpeius Põpeius Neapoli ęgrotaret, vota publice suscepta ob eius salutẽ, vnde ad multa mala futura ẽ reseruatus, victus enim acie pharsalica ĩ Aegyptum fugit, vbi iubente Ptolemęo annos sexaginta natus obtruncatus est ab achilla & photino, caput Cęsari aduentãti velamine opertum cũ annulo oblatum est. Truncus a Seruio Codro humatus est inscribente in sepulchro. Hic situs ẽ Põpeius magnus. Strabo scribit in monte Casio fuisse sepultum, vbi templum est & Iouis Casii. Est ergo sensus. Põpeio inquit rectius consultum fuisset, si mortuus esset eo tp̃e quo Neapoli ęgrotauit, multis enim miseriis caruisset. videturq; Iuuenalis sumpsisse hoc ex Cicero. in primo Tuscula. sic scribente. Pompeio nostro familiari, quum grauiter ęgrotaret Neapoli melius est factum. Coronati Neapolitani fuerãt, nimium etiam puteolani vulgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptũ sane negocium & gręculum, sed tñ fortunatũ, vtrum igit̃ si tñ esset extinctus a bonis rebus an a malis discessisset? certe a miseris, non enim cum socero bellum gessisset, non imparatus arma sumpsisset, non domũ reliquisset, nõ ex Italia fugisset, nõ exercitu amisso nudus in seruoꝝ ferrum & manus incidisset, nõ liberi defleti, non fortunę oẽs a victoribus possiderentur, quod si mortem tñ obiisset, in amplissimis fortunis occidisset. Campania. Nã Neapolis ciuitas est campanię. Optandas febres, q̃ ei optandę fuissent, ne in tanta mala recideret. Vicerũt, impetrarũt salutẽ Pompeio aduersus ipsa fata, q̃ ei morbũ lętalẽ ĩmiserant. Fortuna ipsius & vrbis. i. infoelicitas ipsius, quia interfectus est. Vrbis, qa bellũ ciuile ẽ gestũ cũ maxima totius vrbis calamitate. Igit̃, qa diu vixit. Caput seruatũ. i. qd̃ tã multis votis incolume diu seruauerãt. Victo. i. Põpeio a Cęsare victo. Lẽtulus. P. Lentulus in cõiuratione Catilinaria vna cum cethego cõprehensus a Cicerone consule in carcere strãgulati fuerunt. Hoc cruciatu, quod caput ei nõ est abscissum. Ceciditq; cethegus integer, sine aliqua mẽbroꝝ diminutione, quũ vitã tñ laqueo amiserit vt scri. Salustius. Toto cadauere. i. toto cadauere integro, nã Catilina, vt idem auctor est acriter pugnãs cũ hostibus cõfossus est, longeq; a suis inter hostiũ cadauera repertus. Iuuena. ergo colligit nihil hoibus breuitate vitę posse melius ꝑstari. Formã optat, cõfutat & eoꝝ votũ qui liberis suis optant pulchritudinẽ, ostẽdens exemplis q̃ forma sit res hoi perniciosa. Ordo ẽ & sensus. Mater anxia. i. sollicita. s. de natoꝝ formositate vsq; ad delitias votoꝝ optat formã pueris modico murmure, & puellis maiore quũ videt fanũ veneris, quasi quę sit dea ꝑ quã genus humanũ crescat & ꝓgignat̃, vñ sic venus apud Papiniũ loqtur. Nil ego nil fateor toto iã dulce sub orbe, Aut vidi aut genui. Maiore puellis murmure, nemo.n. est parẽtum, q nolit filias pulchriores esse q̃ filios multisq; id rõnibus, sed maxime vt facilius nubant.

Vsq; ad delitias. i. vsque ad delicata nimis vota qualia exp̃ssit Persius. Hunc optẽt generũ rex & regina, puellę hũc rapiant, qcqd calcauerit hic rosa fiat. q. d. non optat vt tã formosa sit, vt eã iuuenes in suos amplexus optẽt. Delitias. delicię Appellatiõe deliciaꝝ accipimus oĩa q̃ loco festiuitatis hñr deducto nomine a delectãdo. Catellũ enim, passerem, colũbam, leonẽ, reliquaq; id genus & seruos q aliquo modo nos delectent delicias appellamus, vnde Mart. Stellę deliciũ mei colũba Catullus. Passer delicię meę puellę, Plutar. in vita. M. Antõii sic scribit, Erant aũt Sarmẽtus Cęsaris seruulus ex is'q festiuitatis cã haberi solẽt, quos romani delicias appellãt, iuxta qd̃ dixit Virg. Alexim delicias dñi. Et Seneca ad Luciliũ seruũ ruricolam delitiolum suũ nominat. Delitias etiã alio mõ noiamus vt si dicamus pueꝝ nutritũ in sũmis delitiis, quasi in summis opibus & lautitiis, vñ Seneca de breuitate vitę. Audio quẽdam ex delicatis, si mõ delicię vocandę sunt, vitam & consuetudinẽ humanã dediscere. Cur tñ corripias, cur inquit o poeta damnas hoc votum, verba sunt defensoris. Gaudet latona, exẽplo defendit votum esse honestum, allusio est ad illud Virgilii. Latone tacitum ꝑtentant gaudia pectus.

Lucre Vetat Lucretia, docet te inquit Lucretia vxor Tarquinii collatini, quę fuit formosa, pulchritudinẽ non eẽ appetendam, quum ipsa ob eam occiderit, quum.n.a Tarquini superbi filio ꝑ vim fuisset stuprata gladio sibi pectus transuerberauit, notissima est historia ex Diõysio, Liuio, & Ouidio in fastis. Virginia. L. Virginii centurionis filia fuit virgo plebeia, cuius stuprãdę consiliũ cũ Appius decẽuir coepisset, eamq; corrũpere nqret, cliẽtem subornauit, q eã in seruitiũ deposceret facile victurũ, quũ ipse esset accusator & iudex. Pater q tũc ĩ algido militabat re cognita, quũ ipse iudicii die superuenisset et filiã añ tribunal locatã, quũ defendere aduersus iniquũ iudicẽ negret. Vltimo colloquio cũ ea ĩpetrato in secretũ adductã, cultro de taberna lanionis abrepto occidit. hoc tñ quum adhuc viueret dicto, liberã te & honestã filia ad manes progenitoꝝ mitto. Nam viuenti neutro hoꝝ per tyrannum tibi potiendũ erat. Corpus eius humero gerens ad exercitum profugit, & milites ad vindicandum facinus accendit, qui creatis decem tribunis Auentinum occuparunt. Decemuiros abdicare se principatu coegerũt, eosque omnes aut morte aut exilio puniuerunt, Appius in carcere est necatus. Lege Dionysium libro decimo. Liuium in tertio ab vrbe condita. & Plinium de viris illustribus.

Gibbum

Ipsa habuit, cuperet rutilę virginia gibbum
Accipere, atq; suam rutilę dare. filius autem
Corporis egregii miseros trepidosq; parentes
Semper habet, rara est adeo concordia formę
Atq; pudicitię, sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac veteres imitata sabinas.
Pręterea castum ingenium, vultumq; modestũ
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu (qd eñi puero cõferre potest plus
Custode & cura natura potentior omni)
Non licet esse viros, nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet tentare parentes,
Tanta in muneribus fiducia, nullus ephoebum
Deformem sęua castrauit in arce tyrannus,
Nec pręteξtatum rapuit nero loripedem, vel
Strumosũ, atq; vtero pariter gibboq; tumẽtẽ.
Nunc ergo iuuenis specie lętare tui, quem
Maiora expectant discrimina, fiet adulter
Publicus, & poenas metuet quascunq; mariti
Exigere irati, nec erit foelicior astro
Martis, vt in laqueos nusq̃ incidat, exigit autẽ
Interdum iste dolor, plusq̃ lex vlla dolori
Concessit, necat hic ferro, secat ille cruentis

Gibbus Gibbum, tumorem appellamus & eminentiam in quacunq; parte corporis. vnde Tranquillus in Othõe. Excreuerat etiam in dexteriore latere eius gibbus vel caro, prępendebatq; adeo, vt ęgre fascia substringeretur. et Iuuenalis. Mediisq; in naribus ingens Gibbus, in genere autem foeminino idem Tranquillus in Domitiano & prima declinatione ꝓtulit. Ipsum enim Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam. dicitur & Gibber, vnde gibberosi & gibbosi homines nominãtur. Gibba Gibber Apuleius secundo libro floridorum. Quumq; inter scapulum crates retexisset, quod erat aucto gibbere. Rutilę, aut notat mulierem deformem temporibus suis, aut eã designat, de qua Plinius in septimo. quę vixit nonaginta & septẽ annos. Suam. s. faciem. Miseros parentes, ne corrumpatur.

Rara est concordia formę. Rarenter inquit inuenias, vt qui formosus sit in castitatis se terminis contineat. Ouidius. Lis ẽ cum forma magna pudicitię, aut enim corrumpitur, aut moechatur. Licet horrida. Ordo est. Licet domus horrida & imitata veteres sabinas tradiderit mores sanctos. Horrida, inculta & omnium deliciarum expers. Veteres sabinas. Nam mulieres Sabinę castę sabinę pro exemplo pudicitię habẽtur. Quod si pudica mulier in partem iuuet domum, atq; dulces liberos sabina qualis Martialis. libro primo. Casta nec antiquis cedẽs leuina sabinis. Pręterea castum, hic sensus est, licet inquit benignitate naturę fiat vt aliquis sit castus & verecundus per se nullo custode adhibito, nec cura alicuius, qui cogat eum esse pudicum & bonum, quando ipsa natura sit optima, custos tamen non licet esse virũ cum maxime velit, cogitur enim tãquam foemina pati muliebria & cynędus fieri, hoc autem cum eo conuenit. Rara est adeo concordia formę. Ordo autem est, natura larga pręterea tribuat ingenium castum, & vultum modestum, feruentem sanguine, manu benigna. nam reliqua sunt per parenthesim. Natura larga, ad conferendũ, melius est sit hypallage, vt sit natura benigna tribuat larga manu. Natura potentior omni custode & cura. Ostendit autem naturam difficulter superari, q enim mores nobis per consuetudinem insederunt, quę altera habetur natura, vix queunt immutari. Non licet esse viros. quia vt dixi stuprantur. Prodigere Prodiga, consumptrix, prodigere enim vt inquit Festus est consumere. Corruptoris, quia muneribus etiam ipsos parentes expugnat vt vendat filios ad obscoena. Nullus ephoebum, aliud periculum indicat imminere formosis. Nam a potentioribus castrabantur & principibus adhibebanturq; custodiendis lectis matronarum, vnde vocabulum est ductum ab ευνη quod ẽ cubile & χω quod ẽ teneo & habeo quasi euneechus & per synęresim eunuchus. Domitianus tamen auctoribus Tranquillo & Martiale, edicto inhibuit mares castrari.

Ephoebi Ephoebum, idest puerum, qui iam peruenit ad pubertatem. Nã ephoebi dicũtur qui ad pubertatem peruenere, ea omnino ętas ẽ ab annis quatuordecim, vel xvii. Ephoebia ẽ prima ętas adolescentię auctores Censorinus libro de die natali & Donatus. Nomen enim est gręcũ επι. in. & ηβη pubertatem significat. Ephoebi ergo dicuntur existẽtes in pubertate. Arx Arce. Arx vt diximus auctore Asconio vel sedes tyrãni dicitur, vel editus in ciuitate & munitior ad salutem ciuium locus. Verg. Quo res summa loco pantbu, quam prehendimus arcem?

Rapuit, stuprauit.

Struma Strumosum. Struma est tumor, vt scribit Celsus in quinto ĩ quo subter concreta quędam ex pure & sangine quasi glandulę oriuntur, quę vel pręcipue fatigare medicos solent. nascuntur.n. & in inguinibus & lateribus, sed maxime in ceruice. Est etiã struma, vt docet Aristo. lib. viii. de natura animalium. morbus quo & sues & boues laborant verba Aristotelis. Struma appellatur quũ captus dolor & grauitas sui est, quo plurimi laborare solent. Et infra de bobus loquens. Quod deniq; in hoie febris, idẽ in boue struma est. vñ Plini. de suibus. Obnoxiũ genus morbis angine maxime & strumę. Tumentẽ vtero, q sit vtero tumenti et inflato. Nũc ergo lętare, inhibitio ꝑ ꝑmissionẽ, ẽ. n. sensus. Quũ filius inquit tuus formosus tã multis obnoxius sit ꝑiculis, debes sane pulchritudine eius delectari. q. d. nihil habes qd̃ lęteris. Maiora discrimina, ꝓponit aliud incõmodũ & ꝑiculum formosoꝝ. adulteri. n. fiunt publici. Exigere, sustinere. Alibi quã timeo victus ne poenas exigat aiax. Foelicior astro martis. i. ipso marte, quẽ cũ venere cõcũbẽtẽ vulcanus clam retibus adamãtinis ĩnolutũ oĩbus diis vidẽdũ ꝑbuit. Ouidius auctor. mortis adulterium Iste dolor, quẽ mariti ex muliere adulterata cõcipiũt. Exigit, poscit & tanq̃ debitũ repetit, maritus inqt iratus dolore vxoris adulteratę grauiores sumit poenas q̃ leges tolerant. Necat hic ferro. Aemulatio est Horatius in ii. Sermone. Hic se ꝑcipitem tecto dedit, ille flagellis Ad mortem cęsus, fugisẽ hic decidit acrem Prędonũ in turbam, dedit hic pro corpore nummos.

Mugilis Mugilis intrat. Mugilis vel mugil (vtroq; n. mō dicit) piscis est cuius natura teste Pli. lib. ix. ridetur. in metu capite abscondito totū se occultari credentis, p inferiora moechis imittebat. Catullus. Ab tū te miserū malig; fati quē attractis pedibus patēte porta, percurrēt raphaniq; mugilesq;. Sed tuus endymion. Endymion. i. filius tuus formosus qualis fuit Endymiō venator, quē luna ob speciē dilexit, dormientēq; est osculata. Proper. Nudus ⁊ Endymon phoebi coepisse sororē Dicit, & nude cōcubuisse deę. Papinius in syluis. Cedat tibi lathmius vltro. i. endymion, quē vt scri. Cice. in Tusculan. luna in Lathmo mōte Ionię obdormientē osculabatur. Ouid. Faueas o cādida dixi Et sibeant aio lathmia saxa tuo. hoc aūt est ex historia, nā vt scribit Pli. lib. ii. Endymiō primus hoīum lunę cursum deprehēdit, ob idq; amore eius captus fama traditus. Endymion ergo p speciosō amatore ponitur. Sic ēt apud Apuleū in p̄, vbi quū ipm an ctorē tertio anno interptaremur, oēsq; codices haberent charus Endosmion correximus Endymion. Fiet adulter, spōte inquit formosas, turpes aūt cōductus precio amabit, earūq; libidini inseruiet. Seruilia, hic ponit p vulgari muliere ⁊ adultera. alludit aūt ant ad seruiliam Bruti matrē, catonisq; sororē, cū qua Cęsar libidinis cōmertiū habuit. auctor Plutar. Ait ad Seruiliā Naidem de qua Sueto. in Nerōe sic scribit. Nā Antonius Domitiū desiderio amicę Seruilię naidis transfugisse iactauit.

Fiet ⁊ illius. s. Seruilię quā nō amat accepto premio.

Exuet oēm. s. mulier. i. deponet, est aūt trō quare matronā quā nō amat ineat, ga illa suo ornatu se spoliat ⁊ adultę; ditat. Quid. n. nihil inqt mulier bēt qd̄ mœchis nō donet. Inguinibus, voluptatibus suis venereis, de inguine diximus in prima satyra illic, Ad mensurā inguinis. Sine hippia, sine inqt p̄diga ē vt hippia sine aurata vt catulla oīno in adulterū ē liberalis, p̄t etiā esse alius sensus. Sine inqt nobilis est vt Hippia sine humili loco nata, vt catulla, ac p hoc oēs pariter mulieres cū iudicię sint, in amatores suos sunt liberales. Aliter ēt exponi pōt vt sic dicas, sine pauper ē, sine dives in amatores suos liberalis est, quū ē impudica. Deterior fœmina, mulier inqt impudica, q̄ aliis in rebus honestatem calcat in adultę; se benignā p̄bet ⁊ liberalē, ne sibi obuia ci possit q̄ sit rustica ⁊ male morata, quū amatori defuturo nihil det. ergo in ea re bēt totos mores. i. nihil omittit vt nō possit dici bonis eē moribus, cū se benignā, facilē, liberalēq; p̄beat. Sed casto qd forma nocet? Antipophora ē quasi Iuuenalis dixerit, oēm formā esse nocuā. Aduersarius cōtra neget ingens formā non nocere casto. i. q in castitate viuere p̄posuerit. Poeta ergo exemplū subdit Hippolyti ⁊ Bellorophōtis p̄bās formam eis nocuisse, quū maxime pudicitiā tueri cōstituissent. hippolytū. n. quū ob egregiā formā phedra nouerca diligeret, isq; eā auersaret dolore percita Theseo patri eū adulterii falso accusauit, ob quā rem pater iratus a Neptuno petiit, vel si mauis Aegeo vt Phocas imitteret, cū iuxta littus quadrigis veheret, quo facto equi cōsternati in fugā p̄ sylvas conuersi hippolytū discerperūt. Graue p̄positū, cōseruandę castitatis. Quid bellorophōti, bellorophon filius Glauci regis Corinthioq; quū ad prōtū Abantis filiū argiuoq; regem peruenisset ab Stenoboea. vel vt scribit Home. Ancea vxore prōti dilectus fuit ipatiēter, ea ab eo petiit vti sibi copiā sui faceret p̄mittēs ei cōingis regnū, q̄ cū ipetrare nequiret, vertit ne se apud regē criminaretur occupauit eū, asserēs bellorophōtē sibi vim iferre voluisse. Prōtus qd̄ rophō eū dilexerat noluit de eo suppliciū sumere, sed eū ad Iobatē p̄rem Stenoboę misit vt illū chimere lacerādū obiiceret, q̄ eo tpe lyciog; agros vastabat, vñ bellua occisa victor p̄signiēs, cū ad cę lū pegaso quo vehebat euolare cōtēderet, neq; iā longe abesset, territus altitudine decidit, periitq;. Equus vero ī coelū receptus inter sydera est locatus. Oūdit igit poeta hęc mala ei ob nimiā pulchritudinē obtigisse. Nota est fabula apud Hyginū de syderibus, ⁊ apud Home. li. vi. Iliados. Erubuit nempe hęc. s. phedra, q̄ hippolytū tē tauerāt, rubet. n. qui in turpi facinore deprehēdit, vt illud Rubet auditor cui frigida mēs est. ⁊ Teren. erubuit, salua res ē. Nec Sthenoboea, vxor proeti regis argiuoq;.

Verberibus, quosdā moechos, & mugilis intrat.
Sed tuus endymion dilectę fiet adulter
Matronę, mox quum dederit seruilia nummos
Fiet & illius quam non amat, exuet omnem
Corporis ornatū, quid eni vlla negauerit vdis
Inguinibus, sine est hęc hippia, sine catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed casto quid forma nocet? quid profuit imo
Hippolyto grauę propositū? qd̄ bellorophōti?
Erubuit nempe hęc ceu fastidita repulsa,
Nec sthenoboea minus, q̄ cressa excanduit, & se
Concussere ambę, mulier sęuissima tunc est

Quā cressa. i. phedra filia Minois regis Cretēsiū, quā Thesęus iterēpto Minotauro secū abduxit. Cressa. i. cretēsis. Ouid. Mittit amaçonio cressa puella viro. Cōcussere am. cōmonere se ⁊ erexere ad vindictā. s. tractūq; est a luctatoribus q certaturi manus cōcutiūt. Pudor, quo afficit, quū ansa sit rē pudēdā tētare. Odio, quo ferē in eū a quo repudiata ē. Elige qd nā, ostēsurus ē poeta formā obesse ex historia, quā a Tacito p̄scriptam, breuiterq; a Trāquillo tactā in exēplū affert. Nā Messalina Claudii impatoris vxor nono furore īsuetoq; amore in. C. Syliū iuuētutis romanę formosissimū ita exarserat, vt Iuliā Syllanā nobilē fœminam matrimonio suo eius exturbaret, vacuoq; adultero potiret, neq; Sylius flagitii, aut periculi nescius erat, sed certo si abnueret exitio ⁊ nōnulla fallendi spe, simul magnis p̄miis opiti futura ⁊ p̄sentibus frui p solatio hēbat. illa nō furtim, sed multo comitatu vētitare domū ⁊ cōgressibus adherescere largiri opes, honores, itaq; p̄fecto Claudio hostiā nuptiaq; solēnia celebrata sunt. Adhibitus q tabulas obsignaret, verba auspicū audita, sacrificatū apud deos, discubitū iter cōuiuas, nox deniq; acta licentia cōiugali, Cęsar recognita in p̄teritū Sylio veniā dari iubet, redderet vxorē rūpereq; tabulas. Cū iterea Narcissus libertus a Claudio hostiā accitus dixit, matrimoniū Sylii videt populus ⁊ senatus, ⁊ miles, ⁊ ni ppere agis tenet vrbē maritus. Timēs igit Messalina in Lucullianos hortos digressa ē, tētauitq; postea marito occurrere vt veniā ipetraret. Sylius tribunali admotus nō defensionē, nō moras tentauit precatus vt mors accelleraretur. Occiso igitur Sylio, Messalina in hortis lucullianis Narciso instante ictu tribuni transfixa est. Elige quid nam suadēdum. hac interrogatione ostendit Sylii vtrāq; conditionē fuisse difficilem sine valeriam Messalinā vxorem duceret, sine abnueret. Ait ergo poeta elige quid putes suadendū Sylio, ducat ne vxorem an abnuat, quasi dicat vtrūq; oīno durum est, nā si duxerit periculū necis imminet a marito, si abnuerit ab ea, verba aūt sunt Iuuenalis ad monitorem.

Messa lina

Quū stimulos odio pudor admouet, elige qd
Suadēdū eē putes, cui nubere cęsaris vxor (nā
Destinat? optimus hic & formosissimus idem
Gentis patricię rapitur miser extinguendus
Messalinę oculis, dudum sedet illa parato
Flameolo, tyrinsq; palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo, veniet cum signatoribus auspex.
Hęc tu secreta, & paucis cōmissa putabas.
Non nisi legitime vult nubere, quid placeat dic,
Ni parere velis, pereundum est ante lucernas.
Si scelus admittas, dabit mora parvula dū res
Nota vrbi & populo contingat principis aures.
Dedecus ille domus sciet vltimus, interea tu
Obsequere imperio, si tanti est vita dierum
Pancorum, quicquid lenius melinsq; putaris,
Prębęda est gladio pulchra hęc & cādida cervix
Nil ergo optabunt homines? si consilium vis
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; sit vtile nostris,
Nam pro iocūdis aptissima quęq; dabunt dii,
Carior est illis homo quam sibi, nos animoq;
Impulsi, & cęca magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus, partūq; vxoris, at illis
Notum qui pueri, qualisq; futura sit vxor.
Vt tamen & poscas aliquid, voueasq; sacellis
Exta, & candiduli diuina thomacula porci,
Orandum est vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posse animū mortis terrore carentem,

Flameum Lectus genialis quo nouę nuptę caput Tyrus obtegebāt. Genialis q̄ olim lectus. Genialis proprie Sarra auctore Festo dicitur q auspex nuptiis sternit in honorem genii, vñ ⁊ appellatur. De genio multa alibi ⁊ pcipue apud Persi. ex auctoritate Cēsorini.

Tyrius, purpureus. Nam ex tyro īsula purpura piscis habet qui liquorem in fucibus habet aptum ad tingēdas vestes, auctor Pli. vnde dicimus vestes purpureas ab ipso pisce, Tyrias ab īsula, Sidonias a Sidone ciuitate tyri, ⁊ Sarranas eo q̄ hęc īsula olim Sarra dicta fuerit, auctor est Gelius, ob hanc virtutē purpurę Tyrii non solū ab regibus, sed ⁊ ab Romanis libertate sunt donati, auctor est Strabo (de hac. n. multa scribit lib. xvi.) Antiquo ritu ſm antiquū ritum qui fere semper fiēt hodieq; ēt seruatur, vt maritus a puella data dote quasi emat, vnde est illud Virg. in. i. geor. Teq; sibi generū Thetys emat omnibus vndis. Cum signatoribus auspex. Nuptiis. n. auspices interponebant. Cuius cōsuetudinis ita meminit Valerius lib. ii. Apud antiquos nō solum publice, sed etiam priuatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto. quo ex more nuptiis etiam nunc auspices interponunt. Hęc tu secreta, forsan inquit tu existimabis o Syli has nuptias secreto celebratū iri. Non ni si legitime, hinc furiosam Messalinę libidinem ostēdit, quę omnia secure fecerit, ⁊ inter conuiuas in amplexibus Sylii steterit. Nisi legitime. nisi ſm rationes cōiugales ⁊ leges. Quid placeat dic. o Syli. Pereū dū est ante lucernas. i. in medio cōuiuio nocturno quo tempore coenatur ad lucernas. Si scelus. i. si Messalinę cōiungeres. Mora parvula. i. breue tēpusculū.

Impio. s. Messalinę. Quicqd lenius, vtrūne, feceris oīno tibi erit moriendum, aut per Cęsarem, aut per Messalinam. Nil ergo optabunt homines, verba monitoris ad Iuuenalem, ergo inquit quū vndiq; vt declarasti imineant pericula, homines nihil petere a diis debebunt. Si cō silium vis, verba Iuuenalis respōdentis monitori. Expēdere quid conueniat, sines inquit, vt ipsi dii expendant, ⁊ quasi rem pōderādo id dent qd̄ nobis sit vtile ⁊ cōmodum. Iuxta dictum illud Socratis qui aiebat a diis nihil vltra petendū esse q̄ vt tribuerent bōa, quia ii demū scirent qd̄ vnicuiq; eēt vtile, nos autem plerūq; id votis expetere qd̄ nō impetra semelius foret.

Illis. s. diis. Nā pro iocundis, idest loco eoq; quę nos iocūda dicimus. At illis. scilicet diis. Qui pueri, & quales pueri. Vt tū ⁊ poscas, vt concedamus inquit, vt ab ipsis diis etiā aliquid poscas, id tantūmodo petendū est, vt si mens sana in sano corpore. hęc. n. sunt quę Cicero in libro de finibus bonoq; ⁊ maloq; Prima naturę appellat, hoc est quę in homine sunt pfectissima, sensusq; videlicet ⁊ membroq; integritas. Vnde est illud Apulei ī dogmate Platonis, tunc hominē esse perfectum quū anima ⁊ corpus equaliter copulantur, ⁊ inter se cōuenīunt, sibiq; rident, vt firmitas mētis prevalētibus corporis viribus nō sit inferior. Idem sensit Oratius in odis. Frui paratis ⁊ valido mihi. Latoe dones at pręter integra Cum mēte, nec turpē senectā, Degere, nec cythara canentē. Seneca ad Luciliū. Roga bonā mentē, bona valitudinē animi, deinde tūc corporis. Nam si in hoīe est integrę felicitatis, quoq; neutrū cōtigit Caligulę, auctore Trāquil. dicēte sic. Valitudo eius neq; corpis, neq; animi cōstitit. Tomacula, edulia sic dicta q̄ greci τομην sectionē dicunt, ß esse puto q̄ Macrobius appellant Isitium, ab eo q̄ insecta caro reticulo circūdat. Tomacula dicunt alio noie sine ver syncopē Tomacli Mart. Q̄ fumantia q tomacla raucis Circū firt tepidis coquus popinis, fiebāt. n. vt plurimū iecore ⁊ pulmone porcino. Eratq; genus cibi seruilis, in luxu aūt erant ab domina, testiculi, vulvę, Sincipita, q̄ censoriis legibus quādoq; fuerunt interdicta. Fortem animum, lan-

Tomarula

Tomacla

Qui spaciũ vitę extremũ inter munera ponat
Naturę, qui fere queat quoscunq; labores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis erumnas credat sęnosq; labores
Et venere, & cœnis, & plumis sardanapalli.
Monstro quod ipse tibi possis dare, semita certe
Tranquillę per virtutem patet vnica vitę.
Nullum numen habes sit sit prudentia, sed te
Nos facimus fortuna deam, cęloq; locamus.

Iunii Iuuenalis Aquinatis. Satyra Vndecima.

ATTIcus eximie si coenat, lautus habetur,
Si rutilus demens, qd enim maiore cachino

dabile est votum. Fortem, constantẽ. Spacium vitę. idest finem vitę ꝛ mortem ipsam, est enim sapientis id non timere quod vitari non potest. Nesciat irasci, animi ꝑturbatione nõ agatur, sapiẽtem.n. ira nõ agitatur mortem non timet, sed eam inter munera naturę cõnumerat. Et potiores Herculis eramnas, qui potius ad virtutes q̃ ad voluptates erigat, Hercules enĩ varios sequutus labores ĩmortalem sibi gloriam et famam peperit. Erũna Erumnas, erũna est vt scribit Cicero ęgritudo quędam animi laboriosa. Vnde ait in libro secũdo de finibus bonoꝝ ꝛ maloꝝ. Maiores nr̃i labores nõ fugiendos tristissimo tñ verbo erumnas noiauerunt. Sęnosq; labores, aut quos satis crudeliter impauit Eurystheus, aut sęnos magnos et vix superabiles. Sardanapallus Et venere Sardanapalli.i. q̃ sint delicię ꝛ voluptates quales sequutus est sardanapallus, qui vltimus assyriorum rex in omnem libidinem ita se dimisit, vt nunc viri nunc mulieris vicẽ abuteuret omni prorsus calcata ꝛ sexus ꝛ pudoris cura. Stola enim muliebri faciem, totumq; corpus in modum pellicis fuco componens vltra luxum muliebrem lasciuiebat vocem foemineam imitatus, cibum potumq; qui voluptatem ꝓberent continuo appetebat. Adeo vero delitię, turpis voluptas, incontinentia in eo vigueret, vt successoribus post obitum suum in sepulchro inscribi barbarica verba mandauerit. Hęc habeo quę comedi ꝛ quę cum amore ꝛ voluptate percepi. Arbactus eius ꝓfectus quum eum inter mulieres pensa parcientem inuenisset indignatus, cõmunicatis cum militibus quę vidisset, vniuersum exercitum aduersus eum accendit, bello Sardanapallus superatus in regiam se recepit vbi extructa pyra se suasq; diuitias ꝓciosiores cremauit, hoc solo virum imitatus. De Sardanapallo multa Strabo libro quarto. Iustinus, Diodorus libro tertio. Cicero lib.v. Tusculanaꝝ. Monstro quod ipse tibi, Docet poeta bene beateq; viuere volenti, omnes animi cupiditates esse superandas, virtutemq; voluptantibus anteferendam, quod omnino est sapientis vnica.n. inquit via est, scilicet virtutis quę ad quietam trãquillamq; vitam nos ducit tutos vel ab omnibus fortunę telis, neq; enim fortuna vllam habere potest potestatem in illum qui se virtutis armatura ĩduerit, nam fortunę fortiter resistit, minas eius haud timet, omnes impetus facillime sustinet. Est igitur sensus, ego monstro quod possis ipse tibi dare idest ostendo tibi iter quo tibi sit gradiendum, idest iter virtutis, nam ea est quę vt diximus ducit hoiem ad qetam trãquillãq; vitam. Ipse tibi possis dare.i. qđ tu per te ipsum sine difficultate potes arripere, vnicuiq;.n. licet rectum viuendi iter ingredi, vitamq; beatam apprehẽdere. Nullum numen habes, est veluti contra fortunã responsio, tanq̃ insidias ꝛ incõmoda minitantem, vt sit sensus. Non est o fortuna q; homini quẽ in sinu virtutis residẽtem inuenis miniteris, nullum.n. habes numẽ.i. potestatem in nos si sit prudentia, hoc est si cum virtute omnia agimus. Sed tñ nos veluti cęci ꝛ paꝝ perspicaces te facimus deam. tanq̃ quę res humanas ex libidine modereris, qđ in homine sapiente facere non potes, quũ ipse virtutis vmbõe omnes tuos impetus facile sustineat, ꝛ superet, prudentis enim est agere recta veraq; cũ ratione. Nam prudẽtia stat in delectu bonorum et malorum. Qui ergo ea bõa sequũtur quę dñr esse fortunę subiecta, et externa, vt sunt diuitię, honores et dignitates, quę homini auferri possunt dicũt naturã humanã fortunę esse subiectã. Sed si bõa animi sequerent.i. virtutes quę ab eis auferri nequeunt, tũc intelligerent id qđ est verũ naturam humanã casibus non esse subiectam, quia ipsa sibi cunctis in rebus prospiceret. Quod sane docuit Metrodorus vt scribit Cicero in.v. Tuscu.sic. Occupaui inquit te fortuna, atq; cepi, omnesq; aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare nõ posses. Seneca ait ex hominum quęstu factam esse fortunam deam.

ATticus eximie, Hac satyra poeta alloquit persicũ amicũ suum quem inuitauerat in cœnã, polliceturq; se ei frugalem cœnam datuꝝ. Hincq; nactus occasionẽ eos insectatur qui cœnas lautiores parant q̃ modus facultatum ferat, ostendens omnibus in rebus luxum fugẽdum esse mediocritatẽq; colendam, ꝛ vnũquẽq; ſm Chilonis sententiam se ipsum noscere debere neq; oino supra vires suas efficiat. Atticus eximie, sensus est. Atticus quẽ pro nobili ꝛ potẽti viro ponit si laute ꝛ splendide parat cœnas laudatur ab omnibus, ꝛ merito quia diues est. Si vero Rutilus idem facit, oibus est ludibrio, quia tenuis est diuitiarũ censu, vt ostendat vnicuiq; pro qualitate diuitiarũ colendam esse vitam. ad hunc Atticum scribit Mart. libro. vii. Attice qui renouas facũdę nomina gentis, nã nomen gentiliciũ ducit ab illo Attico Pomponio equite Romano qui Ciceronis fuit familiarissimus, qui ab Athenis cognomẽ reportauit, ꝛ q amplissimis fuit diuitiis. Eximie, excellenter ꝛ egregie ab eximo fit eximius quasi qui ex hoium numero vt excellẽtior eximitur. Lautus habetur.i. magnificus ꝛ splendidus, ac per hoc laudatur. Lauticia Nam lauticia est hois splendidi ꝛ diuitis. Eos.n. lautos dicimus qui nitido magnificoq; epulaꝝ apparatu viuunt, quasi qui velint omnia delicata ꝛ lauta, vt si vocabulum a lauãdo. Si rutilus demens, Rutilum sui temporis hominem mediocrium opum notat qui sumptuosas huberesq; cœnas parabat nulla

Excipitur vulgi, quam pauper apicius? omnis
Conuictus, thermę, stationes, omne theatrum
De rutilo, nam dum valida, ac iuuenalia mẽbra
Sufficiunt galeę, dumq; ardens sanguine fertur
Non cogẽte quidem, sed nec prohibẽte tribuno
Scripturus leges, & regia verba lanistę.
Multos porro vides, quos sępe elusus ad ipsum

bat nulla habita facultatum suarum ratione, ita vt omnes sentirent ꝛ dicerent eum ad summã miseriã peruenturũ ꝛ absumptis omnibus bonis ad armoꝝ tractãdoꝝ meditationem descensurum ex quo quęstu viueret. Quã pauper apicius, q̃ pauper gulosus, per Apicium autem oẽm gulosum intelligit, de quo multa diximus in.iiii. satyra illic. Quę miser et frugi non fecit Apicius. Conuictus Conuiuium, ac per hoc oẽs cõuiuę. Thermę Thermę, loca calida, vbi desudabant qui se loturi erant in balneis, qui enim in balneis lauabãtur loco prius calido aut ad ignẽ aut ad solem desudabãt postea lauabant, postremo perungebant oleo, Apuleus lib.iiii. de asino aureo Nudatiq; ꝛ flammę largissimę vapore recreati, calidaq; ꝑfusi, et oleo perũcti mensas dapibus largiter instructas accũbunt, θερμος enim calidum significat. Statiões, vocabulum Statio ductum est a stando et multiplici capitur significatione. Nam dicitur ſm Vulpianũ titulo de flumine nequid fiat, is locus vbicũq; naues tutę stare possunt, vnde illud Virgilii. Et statio tutissima nautis Statio item dicitur quicũq; locus in vrbe vbi frequenter consistunt ociosi confabulant ꝛ docent. vnde Angelius lib.xii. Quęsitũ est memini in plerisq; Romę statiõibus ius publice docentium aut respondentiũ. Plinius in epistolis. Plęriq; in stationibus sedent tempusq; audiendo fabulas cõterunt. Statio item locum significat destinatum ad standum, vt illud apud Valerium. Collocatas a se in quadam statione quinq; cohortes, atq; ex ea viribus hostium depulsas repetere eandem stationẽ euestigio iussit. In qua significatione est illud in sexta satyra. Lachrymisq; paratis in statione sua. Liuius in septimo ab vrbe condita. Nec galli se statione tenuerunt. Statio item accipitur pro ipsis custodibus Tranquillus in Tiberio. Disposita statione per ripas Tiberis quę obuiam ꝓdeũtes summoueret. Statio item ponitur pro ipso officio stãdi, vt illud apud Valerium. Senatus assiduam stationẽ eo loci peragebat. De Rutilo, subaudi loquuntur quę sequuntur. Nam dum valida ac, verba sunt vulgi predidentis miseriam Rutili gulosi, vt sit sensus profecto inquit breui futurum est vt ad summã inopiam redigatur. Et recte quidem ad eam festinat. Nam dum est iuuenis facilius poterit arma tractare, sicq; est Ironice dictum. Ordo est. Nam scripturus est leges et regia verba lanistę, idest ipse ad meditationem tractandorum armorũ descendet ꝛ ab lanista discet fietq; gladiator. Nam vt recitauimus in secunda satyra illic vicit, ꝛ hoc monstꝝ tunicati fuscina gracchi, ex sententia Tranquilli in Tiberio ex iuuentute vtriusq; ordinis ꝓfligatissimus quisq; in opera scœnę arenęq; edendi senatuscõsulto tenebatur multi ẽt famosam iudicii notã sponte subibant. Quod vt turpissimũ hoc loco sicut et in dicta satyra insectat poeta. Itaq; non exponas ipsum futuꝝ lanistam qui alios doceat sed futuꝝ gladiatorem descensurũq; in arenam ad digladiãdum. quẽadmodũ multi nobiles sponte sua fecerunt tꝑibus Domitiani de qbus in satyra octaua quãti sua funera vendant. Quid refert vendunt nullo cogente Nerone, vñ ꝛ Tranqllus in Cęsare scribit munere gladiatorio Furium leptinũ stirpe ꝑtoria, ꝛ. A. Calpenũ senatorem quõdam actorẽ q; causarũ in foro depugnasse. Oratius quoq; in epistola ad Lollium ostẽdit nõnullos ob inopiam factos gladiatores, quũ ait Nũmos alienos pascet, ad imũ Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum. Gladiatores.n. quidam speciali vocabulo dicti sunt Thraces ab armatura thracũ ĩ certamine gladiatorio Mirmilloni opponebat Thrax, qđ docet Ausonius in monosyllabis sic. Quis mirmiloni contenditur? ęquimanus Thrax. Cicero in.vi. antoniana. Thracem iugulauit familiarem suũ. Vnde ꝛ de Thrace gladiatore intellexit Pli.lib.xi. quum ait Thracio studioso in. C. Cęsaris ludo notum est dexteram fuisse procerioram. Signat.n. Plinius gladiatorem fuisse ex iis q thraces dñr qui solitus sit in ludo gladiatorio Caligulę gladiaturã exercere. Non cogente qdem, faciet inquit ſ; sponte vt discat rõnem tractandoꝝ armoꝝ, nõ autẽ cogente Tribuno. Nam tribuni plębis quũ consules habebant delectũ populi ad militiam aut cogebant qrites dare noia, aut ꝓhibẽbant ob seditiõem ꝛ odium ĩ patres Auctor Liuius, vñ dies Lucio Manlio dicta fuit a. M. Põpcio tribuno plebis ꝑ delectũ acerbe factũ. lege Liuiũ in.vii.li. ab vrbe cõdita. Et in tertio vbi sic scribit. At ex ꝑte altera cõsules in cõspectu eoꝝ positis sellis delectũ habebãt, eo decurrũt tribuni cõcioneq; secum trahunt, Et paulopost. quẽadmodũ tribuni gessissent in ꝓhibẽdo delectu, sic patres in lege inpediẽda gerebãt. poeta ergo oñdere vult tale genus hoium quũ a fortunis suis ꝑ luxum deciderint, q̃si sibi pręclusa omni honestatis semita ad armorum tractandorum meditationem descendere solere, vt ex eo vt diximus quęstu tanquam gladiatores viuant. Scripturus leges, tractandorum armorum, scilicet quas dabit ei lanista, rationes enim ĩferendi ꝛ vitandi ictus docebant lanistę non modo gladiatores, sed etiam tyrones ipsos, quod docet Tranquillus in Cęsare his verbis. Tyrones neq; in ludo, neq; per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per senatores armorum peritos erudiebat. Videturq; alludere ad illum. P. Rutilum a quo vt scribit Valerius libro secundo armorum tractandorum meditatio tradita est militibus. Is ex ludo. C. Aurelii scauri doctoribus gladiatorum accersitis, vitandi atq; inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingenerauit. Verba regi lanistę, idest dictata ipsius lanistę qui inter gladiatores est tanquam Regulus ꝛ magister. Lanistę, ii erant lanistę qui familias habebant gladiatorias, quas mercede locabant edentibus munera, dicti a laniando q; ꝑessent gladiatoribus qui inuicem dimicando se dilaniarent. vnde ꝛ lanii dicuntur qui laniant pecora ꝛ carnes venditant. Multos porro vides, multi inquit insuper existunt ex gulosis qui pecuniam foenore acceptam gulę obsequentes atterunt, decipiuntq; ipsos creditores, quos sępe eluserũt, qui quum ꝓmiserint se soluturos tergiuersantur, ꝛ gulę tantum memores debiti obliuiscuntur.

Creditor introitum solet expectare macelli.
Et quibus in solo viuendi causa palato est.
Egregius coenat meliusq; miserrimus horū
Et cito casurus iam perlucente ruina
Interea gustus elementa per oia querunt
Nunquā animo pretiis obstantibus, interius si
Attēdas, magis illa iuuant que pluris emūtur.
Ergo haud difficile est perituram accersere sūmā
Lancibus oppositis, vel matris imagine fracta
Et quadringentis nūmis condire gulosum
Fictile, sic veniunt ad mis selania ludi
Refert ergo qs hec eadē paret in rutilonam
Luxuria est, iuuentidio laudabile nomen

Et quibus, τ vides multos qbus causa viuēdi est in solo palato, idest qui nullam aliā ob causam videntur viuere q̄ vt comedant. Tale genus hominum taxauit Socrates vt recitat Macrobius lib.ii. Satur. dicens multos homines ꝑpterea velle viuere vt essent τ biberent, se bibere atq; esse vt viueret. Creditor, Creditor is dicitur qd aliquid alicui credit cum solutionis expectatione. Macelli, Macellū locus fuit in vrbe vbi obsonia vēdebantur, dictum vt scri. Plu. in ꝓblematis a quodam Macello qui in vrbe latrocinium exercebat, quo dānato cēsores Aemylius et Fuluius statuerunt vt domus eius publicaretur, vēderenturq; ibi obsonia.

Macellum

Solo palato, Bene autē palato. Nam itellectus saporum quū ceteris sit in prima lingua, homini ēt in palato. Egregius, aduerbium cōparatiuum est hoc loco. i. magis egregie. Et cito casurus, in paupertatē lapsurus.

Ruina perlucente, ꝑstat in metaphora qa precessit casurus. i. egestate iam apparēte. Interea, dum adhuc sunt diuites. Oia elementa, aut ad illam cōsuetudinem respexit, quā Antoninus Geta vt scribit Spartianus habebat vt prandia ꝑ singulas litteras iuberet sciētibus seruis, velut in quo erat anser, Apruna, Anas, Item pullus, perdix, pauus, porcellus, piscis, pernā τ que in eam litteram genera edulium caderent, τ item fasianus, farta ficcus τ talia, vt sit sensus, querunt gustus per singula elementa. i. per singulas litteras. Nā littere dicunt elemēta, q, queadmodum illa coeuntia omne corpus perficiunt, sic ēt littere coniuncte litteralem vocem quasi corpus aliquod componunt, aut (qd omnino placet) hipbolicos dictum est, neq; enim per omnia elementa que quatuor sunt, sed per tria dumtaxat aerē aquā τ terram vt dicat volatilia, aquatilia, et terrestria animantia queri ad epulandū. Elementa aūt dicta sūt vt scribit Diuus Hieronymus in cōmentario epistole que pauli ad Hebreos inscribitur, quasi elenamenta, eo q, ex ipsis cetera originem sumant initia videlicet ē fundamēta creaturarum.

Elementa

Nunq̄ animo preciis obstantibus, nunq̄ inquit magnitudine ꝑcii terrent quo minus lautas coenas sibi parent. Interius si atendas, rō quare sumptibus non parcant, illa enim inqt suauiora vidētur que maiore comparentur precio. Alendas vlterius, hoc est si rem diligentius consideres, τ intrinsecus inspicias.

Aut si gustum interiorem obserues. Ergo cū preciosis epulis delectentur vt suauioribus. Haud difficile ē idest facile est iis gulosis. Accersere summā. i. euocare τ contrahere grandē aeris alieni summam datis pignoribus. Apuleius lib.x. veste ipsa mea q̄uis paruula distracta sufficientem corrasi summulam. i. collegi τ contraxi. Perituram, que gule gratia intereat. Lancibus oppositis. s. pignori intellige aureis vel argenteis. Vel matris imagine fracta, tanta inquit gula est vt nō solum ances opponant pignori, sed ēt mediam statuam matris qd maxie ignominiosum erat, Et quadringentis facile inqt existunt qui condiunt τ parent largaq; bubereq; coenas vel quadringentis nūmis. i. integro cēsu equestri ēt in fictilibus. i. in mediocri ēt facultate.

Condire, proprium est ciborum, quos adhibito multo pingui decimus bene conditos, inde τ condimentū. ergo condire magno sūptu τ delicato parare. Fictile gulosum. i. epulas lautas τ opiparas, ēt in paupertate que fictilibus vtitur. Sic veniunt admiscellanea ludi. Hoc modo inquit veniunt ludii ad miscellanea, hoc est ludii fiūt ab sumptis ꝑ gulā opibus, τ sic ad miscellania veniūt, hoc est ad ludos et artes ludicras. Nam miscellanea siue miscellos ludos appellauer, de quibus sic Sueto. in caligula. Edidit peregre spectacula, i sicilia syracusis hasticos ludos, τ in gallia lugduni miscellos. Videnturq; dici ad miscēdo, qd aut ibi varia hominum ludentium multitudo cōmisceretur, aut varia ludicra peragerent. vñ τ Apuleius lib. iii. de asino aureo turbam miscellaneā appellauit, que confusanea est atq; commixta ex variarum aggregatione gentium. Sic τ Gelius in noctibus atticis in fine operis miscellam doctrinā appellauit, q̄ variā multipliceq; reꝝ cognitionē contineat, verba sunt Gelii, quia variam τ miscellam τ quasi confusaneā doctrinam conquisiuerant.

Cōdire

Miscellanea

Ludi. pro ludii, sicut peculi pro peculii. palati pro palatii, ludi aūt τ ludiones dicti sunt pari modo histriones, Liuius lib. vii. ab vrbe condita Ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos saltātes haud i decoros motus more tusco dabant. Ouidius. Ludius equatā ter pede pulsat humū. Vnde ludie etiam foemine sunt appellate q̄ artes ludicras exercerent. Martianus capella Ludiā quādam gaditanam saltantem vidimus semicinctā. Iuuenalis appellat satyra sexta. Hippiā que relicto marito gladiatorem in egyptum secuta est ludiam. Qua capta iuuenta est Hispa: quid vidit, ꝑpter quod ludia dici sustinuit? Refert ergo, quū ergo inquit omnes pari luxu viuāti multum interest diues ne sit an pauper, q ita viuat. Nam virtuti datur diuiti luxus, pauperi vero vitio. In rutilo nam luxuria est. i. viuere splendide τ magno apparatu appellatur luxuria in Rutilo. i. i paupere. In ventidio aūt. i. diuite τ potenti viro non censet luxuria sed honestius accipit nomen. quasi qui nihil superfluū faciat cum diues sit. Ventidium autem diuitē fuisse docet τ Persius illic. Nostin ventidi predia, cuius Diues arat curibus quantum non miluus oberret. Fuit autem temporibus Clodii τ Neronis, quē Cor. Tacitus in claudio scribit Nationi galileorum, τ felicem fratrem pallantis Samaritis prefuisse. Trahit famā acensu, vt dicatur quedam conueniens magnificentia.

Ludii τ Ludiones Ludie

Illum ego iure, sensus est. Ille omnino extreme dementie est censendus. qui facile cognoscat quanto Atlas sit sublimior aliis montibus, τ non quantū exiguum

patrimonium

Sumit, ē a censu famam trahit. illum ego iure
Despiciam qui scit quantum sublimior atlas
Omnibus in lybia sit montibus, hic tamen idē
Ignoret quantum ferrata distet ab arca
Sacculus e celo descendit γνωθι σεαυτ
Figendum e memori tractandum pectore, siue
Coniugium queras, vel sacri in parte senatus
Esse velis. nec enim loricam poscit achillis
Thersites, in qua se traducebat vlysses
Ancipitem, seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas, te consule, dic tibi qui sis
Orator vehemens, an curtius, an matho, bucce
Noscenda est mensura tue, spectandaq; rebus
In summis minimisq;, etiam quum piscis emet
Nec cupias mullum quum sit tibi gobio tātū
In loculis quis enim te deficiente crumena
Et crescente gula manet exitus ere paterno
Ac rebus mersis in ventrem, foenoris atque
Argēti grauis, ē pecorum, agrorumq; capacē?

patrimonium distet a magno. vt innuat vnicuiq; secū dum modum diuitiarum esse viuendum. Atlas in lybia, Atlas mons est mauritanie iuxta fines oceani ad occidētem, citro arbore nobilitatus mire altitudinis vt authore Herodoto eius cacumen nequeat cerni q, a nubibus nunq̄ relinquatur, neq; hieme neq; estate, Colūnam celi illū esse indigene aiunt.

Atlas

Sacculus parua crumena ac ꝑ hoc modice opes. Distet differat ab arca ferrata, ac amplis diuitiis, solēt enim arce potentioꝝ aduersus rapinas furū armari ferro. E celo descēdit, γνωθι σεαυτον i. cognosce teipsū. Hoc de celo non descendit, sed a chilone Lacedemonio iuuentū oñdit Pli. lib. vii. cuius vt inquit respōsa pro oraculis habebant, ea fuere tria Cognosce teipsum. Nihil nimis. Comes eris alieni atq; litis est miseria, Hec quum in templo delphici appollinis essent consecrata et litteris aureis inscripta o celo descendise creditum est. ꝑ quod monet vnicuiq; non iam corporis sui mēbra aut staturā figuratiue vt scribit Cic. i primo Tusculanarum questionum esse noscēdam, sed quid cunctis in rebus valeamus considerandū ne quid in tota vita agamus quod supra nostre sit aut ingenii, aut corporis aut fortune vires qd per sequentia docet. Laertius tamen Diogenes ait Nosce te ipsum fuisse thaletis milesii qd Antisthenes in successiōibus tradet fuisse phoemonoes idq; sibi vsurpasse chilonem. quod quidem preceptum, qa vt scribit Cicero in. v. Academicorum maius erat q̄ vt ab homine videretur, idcirco assignatum est deo. Iubet igr̄ nos pythius Vpollo noscere nosmetipsos. Cognitio aūt hec est vna vt vim nostri corporis atq; animi nouimus sequamurq; eam vitam q̄ rebus ipsis perfruatur. Apolonius tyaneus solebat dicere nihil esse difficilius q̄ seipsum noscere, τ ideo interrogauit Brachmanos an se ipsos noscerent, putans (sicut apud grecos habetur) difficillimū esse seipsum noscere. In parte sacri senatus, siue studeas esse senator debes eñ teipsum noscere an tali muneri sis idoneus, quū nihil sit reipu. perniciosius imperito moderatore. Nec eñ loricam, exemplo docet homini nihil esse querendum qd viribus aut ingenii aut corporis, sui sit maius. Est enim sensus. Thersites qui vilissimus fuit in castris grecorum quū seipsum nosceret nunq̄ arma Achillis poscit quasi qui preclaris rebus minime esset idoneus, quū de iis in medium prolatis a Thetide post mortem filii certarēt Vlysses τ aiax thelamonius. De tersite multa diximus in fine satyre Stēmata quid faciunt. Se traducebat, prebebat se ridendum. Nam traducere vt sidiximus illic Traducit gallia talo, est prebere se ridēdū τ ignominia afficere. nā nō minori erat dedecori Vlysi gestare arma achillis, q̄ coruo pennas pauonis. Aut reuera traducebat idest oñdebat se armatum tanq̄ Achillem, quo significatu videtur τ Martialis illic accepisse. Vna est in nostris tua fidentine libellis Pagina, sed certa domini signata figura q̄ tua traducit manifesto carmina furto. Sic τ Camilla apud virg. cupiuit ostentare se, in armis captiui. Captiuo siue vt se ferret in auro.

Noscete teipsum

Thersites

Traduco

Ancipitem. Dubium intuentibus num Achilles esset vt pote qui reuixisset ꝑberetq; se videndum vt facile posset hostes decipere ne alter esset Achilles cum arma eius conspicerent. Nam anceps dicitur quod in ambas partes capi posse videtur ac ꝑ hoc poeta notat ipsum Vlyssem qui viribus longe impar. Achilli eius tamē arma sici indueret. Que arma cū manifestabant, quū ei non conuenirent. Vñ est illud Aiacis aduersus Vlyssem apud Ouidium in. xiii. metamor. Ipse nitor galee claro radiantis ab auro insidias perdet, manifestabitq; latentem. Et paulo post. Hec clypeus vasti celatus imagine mundi conueniet temide nateq; ad furta sinistre. seu tu magno siue grauem inquit amici causam es defensurus te iusum debes metiri τ diligenter considerare an rei tractande sis aptus. Vnde est illud Mart. Qui sua metitur pondera ferre potest. Qui sis, quid possis efficere. Orator vehemēs. idest consule τ teipsum interroga an sis orator vehemēs an quales fuere Curtius Montanus τ Matho viles causidici. De curtio illic pleraq; diximus Montani quoq; venter adest, De Mathone in prima satyra illic Causidici noua quū veniat lectica mathonis, vt in septima. Sic pedo conturbat, matho deficit. siq; vtrunq; vt vilem causidicum flagellat. Bucce, Melius si cum inferioribus coniungatur, vt sit sensus. Vnusquisq; considerare debet eloquentie sue vires tam in summis q̄ i minimis rebus τ ei sit orandum, vt perstet in actione causarum. Etiam quum piscis emetur Nec mullum.

Anceps

Quum pauper sis diuiti homini noli te equiperare sed ad diuitiarum tuarum modum fac te metiaris.

Gobio idest precium gobionis piscis qui exiguo paratur precio, de quo Plinius libro nono, τ Mart. In venetis sint lauta licet conuiuia terris, principium coene gobius esse solet. Duplici autem inflexione dicimus τ gobionem et gobium. Sicut scorpionem τ scorpium. Manet exitus, quasi dicat magna te expectat miseria quum per luxum epularum bona tua attriueris.

Gobio

Talibus

Talibus a dominis post cūcta nouissimus exit
Annulus,& digito mendicat pollio nudo
Non prematuri cineres nec funus acerbum
Luxurię,sed morte magis metuenda senectus.
Hi plerumq; gradus, conducta pecunia romę
Et coram dominis consumitur, inde vbi paulū
Nescio quid superest,& pallet foenoris auctor,
Qui vertere solum baias & ad hostia currunt.
Cedere nanq; foro iam non deterius,quam
Aesquilias a seruenti migrare suburra,
Ille dolor solus patriam fugientibur,illa
Moestitia est caruisse anno circensibus,vna
Sanguinis in facie non heret gutta, morantur
Pauci ridiculum & fugientem ex vrbe pudorē
Experiere hodie nunqd pulcherrima dictu
Persice non prestem vita,nec moribus,& re,

Talibus a dominis,sensus est ex quo per ingluuiē bona sua absumpserunt coguntur annulos.deponere,idest insigne equestre & plerumq;.mendicare, Nam annulus aureus insigne erat equestris dignitatis,nec eum gestare poterat nisi cui erat quadringentorum sestertium sūma qua imminuta eū deponere cogebatur. Apuleius ī secūda Applogia, Negat posse dissoluere,annulos aureos & oīa insignia dignitatis abiicit, cum creditoribus depaciscitur. Mart. Dum donas Macer annulos puellis,desisti Macer annulos habere.i.habere sensum equestrem. Talibus a dominis, Ironicos,a luxuriosis, Exit,deponitur quia eum amplius gestari nō licet imminuto cēsu eq̄stri. Pli. de annulis hec li.xxxiii. Annuli medium ordinem tertiumq; plebi & patribus inseruere. Pollio,qui eques fuerat & diues, puto Iuuenalem intellexisse de

C. Aruilius Pollio

Caio Aruilio polliōe q̄ vt scribit Plinius prodigi & sagacis ad luxurie instrumenta ingenii,primus tēpibus Neronis docuit secare putamia testudinū i lāmas,& lectos discubitorios operiri qui forte per nimiam rerum luxuriam bona sua absumpsit. Non prematuri cineres,sensus est. Nō est homini luxurioso timendum ne eum ante tempus occupet mors,sed nec diu viuat & in miseram senectutem perueniat. Prematuri cineres.mors prematura. Luxurię.i.homini luxurioso,est enim datiuus casus. Hi plerumq; gradus, talem inquit viuendi ordinem romę videbis vt multi pecuniam sibi creditam cōsumant,deinde sine aliquo pudore fugiāt ex vrbe. Et corā dominis,emphasim habet hec particula & adiuuandū gestu. Dominis,hoc est foeneratoribus ipsis videntibus.

Inde vbi paulum,sensus est,Vbi paulum sibi ex bonis suis superesse vident, et iam foenerator maxime timet ne perdat pecuniam creditam,patriam deseerūt fugientes. Qui vertere solum,vertere solum.& mutare

Vertere solum

solum dicitur qui patriam suam deserit,& in aliana exulat. Liuius libro tertio ab vrbe condita. Collegę eorū exilii causa solum verterunt Cice. in oratione pro domo sua ad pontifices,qui erant rerum capitalium condēnati,nō prius hanc ciuitatem amittebant, q̄ erant in eam recepti,quo vertendi hoc est mutādi soli causa venerant. Idē i paradoxis omnes scelarati atq; impii,quos leges exilio offici voluīt,exules sūt etiam si solum nō mutarunt. Baias & ad hostia currunt, Baias diximus in tertia satyra vrbem esse campanię non lōge a Neapoli.

Ad hostia,scilicet tyberina vt inde nauigent. Hostia enim dicunt fluminum exitus in mare, vnde dicimus Nili septem esse hostia, Cedere nāq; foro, Non pluris inquit faciunt deserendo ciuitatem,q̄ si a celebri loco ad minus celebrem migrent, forum aūt pro vrbe sepe ab autoribus ponitur vt sit pars pro toto, & hoc quia locus est ciuitatis frequentior. Alibi ante. Et valerius in secūdo. Iam hec censura ex foro in castra transcendit,hoc ē ex correctione morum vrbis contulit se etiam ad notandos mores militantium, Vnde etiā vt diximus in quarta satyra nominamus forū Iulii,forum Liuii forū voconis ea significatione qua dicimus ciuitatem iulii, liuii, voconii. Aequilias, vnum ex septam collibus vrbis

Forū.

ostendimus in tertia satyra. Suburra feruenti,hoc est celebri. Nā suburra vicus fuit celeberrimus in vrbe.de quo in tertia satyra. Ille dolor,hinc notat populi ro.desidiē cui nihil magis curę esset q̄ spectare ludos circenses, vnde et supra. Si potes auelli circēsibus & alibi ante. At q; duas tātum res anxius optat. pana & circenses,De circētibus satis dictum in tettia satyra. Sāguinis in facie. i. nullo prorsus afficiuntur pudore quum fugiunt ex vrbe. Gutta sanguinis.i.ruboris. Nam perfundi ruboris probitatis est indicium,vn̄ illud Terentianum. Erubuit salua res est, Diogenes autore Laertio quū videret adolescentulum erubuisse,confide ait fili,huiusmodi est virtutis color, Pauci morantur,pauci retinent pudorem fugientem ex vrbe.i.qui propemodum nullus iam in vrbe inuenitur nec habitare potest,quum omnes eum abiiciant vnde apuleius in secūdat Apologia. Pater eius plurimis creditoribus defoneratus maluit retinere pecuniam q̄ pudorem. Pudorem ridiculum.iocularíū de quo ridendum sit quum attritis per gulam bonis patriam deserant. Experiere hodie,hodie inquit persice intelliges num ego tantum verbis frugalilatē soleam extollere & nō re ipsa amplecti, quasi dicat inuenies me & vita et moribus id etiam prestare qd̄ verbis profiteor. Nō prestem,nō exibeā. Pulcherrima dictu.i.frugalitatē & modestiā q̄ inter alias virtutes sunt pulcherrime memoratu. Vita vel moribus & re pōt.n.aliqs frugalitatem Verbis mirabiliter extollere, vita aūt aut moribus nequaq̄.multi enim virtutem laudant & tamē vitia sequunt. Sed laudem siliquas.i.victū tenuē.Nā p siliquā legumē intelligit,capit enim siliqua p folliculo leguminis. Ver. Siliqua quassante legumē, Persius inuigilat siliquis & grandi pasta polēta, Siliqua item est auctore Pli.li.xiii.arbor quam iones ceraunia vocant,trūco & ipsa fertilis,in Syria Ioniaq; nascit circa nidū atq; ī Rhodo,semp cōmātibus foliis, flore candido,cū vehemētia odoris. Occultus,qui gulę me luxum dissimulent. Ganeo,gulosus & ganearū sectator. Nā ganę loca erāt potationibus & libidinibus deseruiēti. Trāquillus ī Tiberio, Popinas ganeasq; vsq; eo inhibuit, vt ne opa quidē pistoria pponi venalia sineret. Pli.lib. viii. capi. xv,mentionē faciēs de porco. Neq; ex alio animali numerosior materia ganę,qui quagita prope sapores, quū ceteris singuli. In genere etiam neutro declinatur autore festo qui scribit Ganeū locum esse sub terraneū & abdictum

Siliq.

Ganę

Ganeū

Sed laudem siliquas occultus ganeo pultes
Coram aliis dictem puero sed in aure placētas
Nā quū sit conuiua mihi promissus habebis
Euandrum,venies tyrinthius,aut minor illo
Hospes,& ipse tamen cōtingens sanguine cęlū;
Alter aquis,alter flammis ad sydera missus,
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De tiburtino veniet pinguissimus agro
Hędulus,& toto grege moltior,inscius herbę,
Nec dum ausus virgas humilis mordere salicti
Qui plus lactis hēt,quam sanguinis,& mōtani
Asparagi, posito quos legit villica fuso.

ditum, vnde nominati ganoenes qui illic.versarentur cum scortis,vn̄ illud apud Terentiū in Adelphis. Credo adductum in ganeum aliquo. vbi Donatus ait veteres ganeum meretricū tabernā dixisse,q̄ ipsa sit in terra non vt coenaculum supius. Pultes cibos viles & vulgares. Nam ex farina in ollas coquinarias infusa fiūt. Pli.lib.xviii. Milio cāpania gaudet precipue, pulteq; candidā ex eo facit, fit & panis pdulcis. Martia. Imbue plebeias clusinis pultibus ollas, vt satur in vacuis dulcia musta bibas. Pulte romani vice panis lōgo tempore vt scribit Pli. vixere anteq̄ conficiēdi panis rōnem inuenissēt inde pulmētaria sūt appellata & pulmenta. Dictē,mandem, pcipiam. Placentas,lautę eñ gulę sunt placētę,quarū cato in re rustica confecturam docet,ex farina enī siliginea & alica conficiebantur addita caseo ouilo. Cato enim sic inquit. Focum vbi coquas calefacito bene et textum,inde facito solū tenue,casei ouili.p.xiiii. ne acidum & bene recens in aquā ter intido.postea idito mellis boni.p.iiii. Id bene vna cōmisceto cum caseo, tunc plasentem foco imponito,texto calido operito, videto vt bn̄,& ociose percoquas, aperito dū inspicias bis aut ter, vbi cocta erit eximito & melle vngito, liquidem fuisse & dulcem oñdit Oratius ī vltima satyra. Ridiculus totas simul acsorbere placentas. Idem alibi,pane egeo iam mellitis potiore placentis. Et Mart.in.vii. Dulci placēta sordidam linit mappā, Seneca ad Lucilium Amicos ī columes cogitare,melle ac placenta frui est. nomen formatum est ab accusatiuo greco placunta, videtur esse ex genere earum quas nos tortas appellamus.siue tartaras.

Puls.

Placētę

Habebis euandrum,delitiarum expertem coenā pollicetur persico vt sit sensus. Ego te lautiore conuiuio nō sum excepturus q̄ euander excepit Herculem & eneam troianum,quos frugalibus epulis constat exceptos Vir, de Aenea. Viscera tosta ferunt taurorum,onerantq; canistris. Dona laboratę cereris ,bacchūq; ministrant. Vescitur Aeneas simul & troiana iuuentus, Perpetui tergo bouis & lustralibus extis, Euandrum. Euander filius fuit Carmentę qui profugus ex peloponesso autoritate magis q̄ imperio ea loca regebat vbi nūc est Roma. Is herculem ex hispania interempto Gerione redeuntem cū bobus mira specie, vt filium Iouis humanissime excepit. dicata ei ara que maxima est appellata. autores Liuius, Ouidius, Solinus, Dionysius, Iustinus. Tyrinthius,idest hercules a Tyrinthe oppido, q̄ in eo gesta eius maxime clarueruut, Tyrins autem oppidum clarissimum fuit grecię. Homerus. Qui tetneie argos. Tyrinthaq; moenibus altam. Sensus est aūt, venies inquit Hercules aut Aeneas,idest tam frugali exciperis a me coena q̄ Hercules & eneas excepti fuerunt ab Euandro

Euāder

Tyrītius

Hospes,eneas, Minor illo,scilicet hercule,cui rerum gestarum magnitudine haud quaq̄ fuit par. Et ipse tamen scilicet Aeneas, Sanguine.nam ex venere natus est, vt hercules ex Ione, Alter aquis,idest Aeneas qui vt scribit Dionysius quū regnasset tres annos post obitum latini,quarto & ipse anno bello extinctus est, quum in eum Męcētius etruscorum rex quū Rutilis omnibus impetum fecissent, Inito igitur prelio non procul a Lauino quum multi vtrinq; forent cęsi,eius corpus nusq̄ apparuit, vnde non nullorum fuit opinio eū statim relatum fuisse ī deos. Alii vero tradiderunt. Numico submersum esse quū aduersus Turnum pugnaret, Iouemq; indigetem eē appellatum vbi templum ei ędificatum est hac inscriptione,patri indigeti qui fluuii Numici vndas gubernat, vnde & Tibullus. Illic sanctus eris quum te veneranda Numici vnda deum coelo miserit indigētem. Alter flammis, idest hercules qui in monte Oeta post traditam tunicā ab Deianira sanguine Nessi infectam igni absumptus est, & in cęlum translatus. Nullis ornata macellis, epulę īquit meę quas tibi sum appositurus,ex publico macello non sunt cōparatę, sed vernaculę sunt. Tiburtino, tibur non longe ab vrbe situm in colle vbi Hercules colebatur, Mart. Tibur ī herculeum migrauit nigra lycoris in Catillus Amphiarai filius post interitum patris,iussu Oiclei aui in Italiam venit cum tribus filiis Corace vel vt alii scribunt Cora, Catillo, Tiburte. Condiditq; oppidū. Sylius. Hic tibur Catille tuum. Plinius Tiburtem conditorem fuisse scribit,quem tradit coepisse anguria iuxta tres ilices que sua etate adhuc virebant. Mollior,tenerior. Salicti, Salicta loca sunt multis salicibus consita,sicut ficeta multis ficis, Querceta multis q̄rcubus. Spineta multis spinis. Asparagi,subaudi veniēt a superiore. Asparagi a caulis asperitate sūt denoīati vt docet varro. Alii vero dicūt dictionē eē grecā ασπα αγον alii vero a chaldea voce deduci q̄ caulē significat,qa hec herba sēper crescat in caulem & virgultum. Montani,ad differentiam atparagorum altilium qui sapidiores sunt & ideo.lautę gulę, Plinius Siluestres fecerat natura corrudas vt quisq; demeteret passim. Ecce altiles spectantur asparagi. Et rauenna ternis libris rependit Mart. Mollis ī equorea quę creuit spina Rauena Nō erit incultis gratior asparagis. Siluestram igitur ē montanum asparagum intellligit quem aliqui corrudam, aliqui libycum vocant, attici horminium. Author est Plinius libro.xx.capite.x. Villica villici vxor. Villicus antē inter mancipia his erat qui totius villę curam habebat.

Tybur

Aspagus vñ

Corruda

Villicus

Calentia,idest recentia. Torto foeno, in quo gestantur. Mart. Sed tuta foeno cursor oua portabat. aut quod magis placet calentia ex foeno torto,idest ex nido adsunt recentia oua cū gallinis ipsis. Seruate vue Duplic. modo veteres toto anno seruauere vuas quas & ollares & pensiles nominauere. In ollis enim autore Columela sine noxa seruabant, vnde Oratius. Venucula conuenit ollis,aut in sublimi suspendebantur, vnde Oratius. Quum pensilis vua secundas ornabat mensas.

Grandia preterea torto que calentia fœno
Oua adsunt ipsis cum matribus,& seruate
Parte anni,quales fuerant in vitibus vue,
Signinum syriumq; pirum de corbibus iisdē
Aemula picenis & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi,siccatū frigore postq̄
Autumnum & crudi posuere pericula succi.
Hęc olim nostri iam luxuriosa senatus
Coena fuit.curius paruo quę legerat horto
Ipse focis breuibus ponebat holuscula, quę nūc
Squallidus in magna fastidit compede fossor
Qui meminit calidę sapiat qd vulua popinę.
Sicci terga suis rara pendentia crate
Moris erat quondam festis seruare diebus;
Et natalitium cognatis ponere lardum
Accedente noua si quam dabat hostia, carne.
Cognatorum aliquis titulo ter consulis,atque
Castrorum imperiis,& dictatoris honore
Functus ad has epulas solito maturius ibat;

Signinū pirum,subaudi adest a supiore,a Signia patria dictum vt scribit Plinius, Cornelius Celsus inter pira quę reponūtur imprimis cōmendat tarentina atq; signina. Siriūq;, Columella libro.vi.capite.viii.oñdit pirum syrium id esse qđ tarentinum.sic eñ scribit.Curandum est aūt vt q̄ generosissimis piris.pomaria cōsecramus. Ea sunt crustumina,regia,Signina,tarentina quę syria dicūt purpurea,superba, hordeacea,anitianea,neuiana,fauoniana, laterita na,& alia multa quoꝝ enumeratio longa est. De corbibus iisdem,ordo est. Mala ęmula picenis pomis ⁊ odoris recētis ad sūt de iisdem corbibus ex quibus et pira. Aemula picenis,videntur desinari poma tiburtia,de qbus sic Oratius.Picenis cedunt pomis tiburtia succo, Nā facie prestāt. Nec metuēda tibi,q; musto suo tibi officiāt,nam id quidem per frigus ventosq; hiemales exhaustum est. Autūnum succum illum autūnalem quem per hiemē admittūt.Nec placet ītelligas poma siccata aut aliqui alioquin docti sensērūt. Nec olim talis inquit coena qualem tibi appono apud nobiliores priscis tēporibus luxuriosa fuisset. Curius,curius inqt dentatus nō dedignabat vesci oleribus ac.p hoc vilibus dapibus,hocq; est ex historia. Nā inuētus ē a legatis Samnitū anꝝ ei afferētibus quū rapa in igne versaret in fictilibusq; vel vt alii tradūt catino ligneo comederet. Sicq; oñdit tāta priscos frugalitate ⁊ parsimonia vixisse, vt nobilissimi vel oleribus cōtenti eēnt. Fossor squallidus in cōpede,hoc est seruus in argastulis,ac per hoc oñdit gulę luxum tantum inualuisse suis temporibus, vt ne vilissimus quisq; delitiis abstineret. Nam serui in compedibus tenebantur vel ad metalla fodienda, vel agros colendos vel excidendos lapides, vnde est illud Plinii lib.viii.loquentis de agricultura. At nunc eadē illa vincti pedes, dānatę manus inscripti vultus exercent. Ouidius in ponto ad Grecinum loquens de spe sic inquit. Hęc facit vt viuat fossor quoq; compede vinctus Liberoq; a ferro crura futura putet. Plautus in captiuis, Iubete huc crassas compedes impingier, inde extra portam ad meū libertum Cordalum in lapicidinas facite deductus fiet. De ergastulis in sexta satyra diximus copiosius illic. Ergastula tota. Vulua Vulua. De vulua Plinius vt diximus ante ī secunda satyra multa scribit sic in.xi.cap.xxxvii. Quod alio nomine locos appellāt.hoc in reliquis animalibus vuluam. Hęc viperę ⁊ intra se parietibus duplex. Oua generantium annexa precordiis. Et ī muliere geminos sinus sub vtraq; parte laterum habet, funebris quotiēs versa spiritum inclusit. Vulua eiectio partu melior q̄ edito. Eiecticia vocatur illa,hęc porcaria,primiparę suis optima. Nec nouellarum suū preterq̄ primipararū probatur potiusq; veterum nec dum effoetarum ⁊ biduo ante partum,aut post partum,aut quo eiecerit die. Grata ergo erat vulua in cibis. Mart.in distichis. Te fortasse magis capiet de virgine porcha. Me materna magis de sue vulue capit. Popinę,diuersoria erant gulosorum vbi obsonia cocta parabant, Nero vt Traquillus scribit interdixit ne quid ī popinis cocti preter legumina, aut olera veniret cum antea nullum nō obsonii genus proponeretur. Popina Popine Oratius. Quin oīa malit Quęcunq; immūdis feruēt allata popinis a popina popinōes sūt denomiati qui in his versantur. Popinarii vero ipsi dñi popinę. Quid sapiat, q̄ boni sit saporis. Rara crate,oñdit priscos illos romanos nullo non modo cibi sed ne ędificii quidem luxu vixisse q coquinas cratibus ī structas habuerunt, vñ carnes salitę penderent. Natalicum, idest die natali q delicatiori apparatu celebrari solebat. Lardū Lardum, carnē suillam salitam, vñ ita scribit Macro. lib. vii. Saturnaliū Sępe apposita salita carne quā laridum vocamus vt opinor q̄si large aridum. Eam appellat Cicero in lib. de senectute succidiā his verbis. Succidia Iā hortum ipsi agricolę succidiam alteram appellant. Sic etiā Varro in secūdo rerum rusticarum. Et qui non audierit patres nostros dicere ignauū ⁊ sumptuosum eē qui succidiam in carnario suspenderit. Martialis in.v. ad Toraninum. Et pallens faba cū rubente lardo quibus verbis plane oñdit appellatione lardi carnem suillam salitam intelligi,succidium item in genere neutro inuenitur. Accedente noua carne,hoc cum superioribus coniūgitur vt sit sensus. Erat moris ponere lardum natalicum cognatis accedente noua carne,idest recenti. Si quā dabat hostia,si forte acciderat vt hostiam diis mactarent,nam carnes victimarum vendebantur ⁊ plerūq; duplo,sicut inferii latinis, vnde Valerius in scđo de institutis antiquis. Carovictime Immolatarum a magistratibus hostiaꝝ exta ad questores ęrarii de lata veniebant. Sacrificiisq; populi ro.tū deoꝝ immortaliū cultus,tum ēt hominū cōtinētia inerat,iperatoribus nostris q̄ sacras manus habere deberēt apđ ista altaria discentibus. Cognatorum aliquis,ordo est. Aliquis cognatorum functus ter titulo consulis.i.ter adeptus consulatum. Castrorum imperiis, qui imperator fuisset et dux exercitus. Solito maturius ibat, tanq̄ ad lautius conuiuium.

Ligonem

Erectum domito referens a monte ligonem.
Quū tremerēt autem fabios ; durūq; catonem,
Et scauros & fabricios,rigidiq; seueros
Censoris mores etiam collega timeret,
Nemo inter curas & seria duxit habendum,
Qualis in oceani fluctu testudo nataret
Clarum troiugenis factura , ac nobile fulcrum
Sed nudo latere & paruis frons ęrea lectis
Vile coronati caput ostendebat aselli,
Ad quod lasciui ludebant ruris alumni,
Tales ergo cibi,qualis domus atq; suppellex .
Tunc rudis & graias mirari nescius artes
Vrbibus euersis predarum in parte reperta
Magnorū artificum frangebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus,cęlataq; cassis

Ligonem. sarculum. A monte domito,per multum laborem culto. Gloriosū.n.apud priscos Romāos fuit agricolationi vacare, vñ scribit Pli.multas familias a studio reꝝ rusticaꝝ cognoīa adinuenisse. Nā Cicerones sunt Cognominati q; bonū cicer sererent, fabii q; bonā fabā,lentii q; bonā lentē. Seranus q; agrum sereret Virg. Nec te sulco Serane serentē. Deniq; vt scribit Cato in re rustica ⁊ Plin.meminit quū bonū agricolā,bonūq; colonū dixissent se amplissime laudasse existimabant. Scribit p̄terea Pli. li.xvi. In linterno agro durare suis tpibus oleas Aphricani prioris māibus satas. Itē myrtū eodē loco conspicuę magnitudinis. Quū tremerēt fabios, hic sensus est. Prisci romani tā lōge absuerūt ab oībus delitiis quū maxime seuerā censoꝝ disciplinā timerēt qui ciuitatis mores corrigebāt, vt lectos suos triclinares nulla testudine ornauerint sicq; notat luxū sui tpis in lectis discubitoriis. Caruilius.n. pollio prodigi ⁊ sagacis, vt scribit Pli.ad luxurię instra ingenii p̄mis tpibus Neronis docuit secare putamina testudinū in laminas ⁊ ita lectos triclinares opiri. Idē ēt autore eodē lib.xxxii.cap.xi.opiri docuit argēto,mox auro. Ordo aūt est. Nēo duxit hñdum īter curas ⁊ seria q̄lis testudo nataret. Quū tremerēt fabios ⁊c. Fabios, Catonē, Scauros ⁊ Fabricios, vbiq; apoeta hi oēs nominant vt graues ⁊ seueri ciues,sic ⁊ Apuleius priscoꝝ austeritatē cōmendat in prima Apologia, veꝝ longe austerior vt putat Seranis ⁊ Curiis ⁊ Fabriciis. Cēsoris, Censorē scribit Varro de sermone latiali denoīatū ą cēsendo q; ad eius censionē.i.arbitriū cēseret populus. De cēsoribus plura alibi dixīus. Etiā collega timeret, alludit poeta ad cēsurā Claudii Nerōis ⁊ Liuii Salinatoris qua se īuicē seueriter notauerūt. Nā quū forte vtriq; equitū centurias recognoscerēt,in quaꝝ nūero ⁊ ipsi essent p̄p robur ętatis, ventūq; eēt ad tribū Salinatoris, p̄coq; lecto noīe Salinatoris hesitaret citandū nec ne sibi esset, Claudius collegā citari ⁊ equū vēdi iussit q; populi indicio dānatus fuisset. Salinatorq; cēsor cū eodē collega oēs tribus excepta Metia ęrarias fecit, stipendio p̄uauit eo crimine q; aut prius se iniuste cōdēnassent (nā eū ex inuidia peculatus reū cōdēnauerant) aut postea tantos honores nō recte tribuissent. Testudo Fulcrū Qualis testudo. i. q̄ta inuenirēt. Nā testudines in mari indico tātę magnitudinis īueniunt, vt singulaꝝ supficie hitabiles casę integātur, atq; inter insulas rubri p̄cipue maris, eaꝝ testis velut cymbis nauigāt autores Plin. et Diodorus. Fulcrū,a fulciendo.i.sustinēdo dcm̄,ligna.n.ipsa q̄ lectū sustineant fulcra dñr. Virg. Lucēt genialibus altis aurea fulcra thoris. Claꝝ, cōspicuū,nā vt dixīus lecti nō mō discubitorii sed et cubiculares testudinū putamibus opiebant. Apuleius li.x. Meta. Lectus indica testudine pellucidus, plumea cōgerie tūidus. veste serica floridus. Mar. lib.xii.ad Amoenū. Gēmātes prīa fulgēt testudie lecti, magnis p̄ciis cōparabant, vñ est illa Senecę īdignatio ī lib.de bñficiis. Video elaboratā scrupulosa distinctione testudinē ⁊ fedissimoꝝ, pigerrimorūq; aīalium testas in gētibus p̄ciis ēptas. Nā testudinū putamina secabant ī laminas, iisq; lectos ⁊ repositoria vestiebāt, atq; ēt lacunaria. lege Pli.li.ix.⁊.xvi. cap.lxiii. Troiugēis, nobilibus romanis, satyrice dcm̄ q̄si q gloriarentur se originē ducere a troianis. Sed nudo latere, oñdit poeta ī rep̄hēsionē moꝝ sui tp̄is priscos illos adeo seueros extitisse vt cōtēpto oī luxu sępe ēt ī limitibus agrorū collocatis lectis discubitoriis coenarēt. vñ facile videre poterāt caput aselli nudatū cute, suspēsū ī agro, qđ iō fieri cōsueuit, qa putabat ętrusca disciplina incōmoda agrorū arceri posse, vñ Columella de cultu hortoꝝ. Nūc caput arcadici nudū cute fert aselli Tyrrhēus finxisse tages in limite ruris. Nudo latere, nuda spōda sine vllo ornatu aut testudinū aut auri aut argenti. Sic.n. lecti ornabant sū pto exēplo ab Asia, vñ Sic liuius lib. ix. de bello macedōico. Luxurię.n. p̄egrinę origo ab exercitu asiatico īuecta in vrbē est, iñ p̄mū lectos ęratos, vestem stragulā p̄ciosā, plagulas, et alia textilia romā adduxerunt. Frōs ęrea.i.p̄s añrior fulcri ęre tm̄ ornata. Nā vt scrib. Pli.li.xxxiiii. tricliniōꝝ pedes fulcra itē ęre ornabāt, frōtē aūt pōi p̄ p̄te añriore lecti sic docet Val. loq̄ns de maiestate. Siqs cognoscat lecti illius frontē macedonicis triūphis fuisse adornatā. Oñdebat, hoc est q in lecto discūbebāt spectare ⁊ sibi inuicē oñdere poterāt caput aselli. Coronati, ornati sertis. Alūni, dñr q alūtur, ⁊ qui alunt, sed illud frequens, hoc rarissimum. Alumnus
Tūc rudis, ordo est. Miles tūc rudis et nescius mirari graias artes frāgebat pocula magnoꝝ artificū reperta in parte p̄darum euersis vrbibus, ⁊ est sensus. Milites illis tpibus contempto omni domus ornatu, id tm̄ quęrebāt vt equi ⁊ arma eēnt ornamenta insignia. Artes graias, in poculis ⁊ statuis faberrime sculptis, mira.n. grecorū ad oēs artes fuere īgenia. Phaleris, ornamenta n. equoꝝ sunt phalerę, de qbus sic Apuleius in p̄ria Apologia. Phalerę. Peram ⁊ baculū tu philosophis exprobrares: igit ⁊ equitibus phaleras, ⁊ peditibus clypeos ⁊ signiferis vexilla. Valerius lib.ix.cap. de ira ⁊ odio, offensi annulos aureos sibimet ipsos ⁊ phaleras equis suis detractas abiecerunt. Dictę autem phalere a φανερω, quod est manifesto ⁊ illustro, q; equus iis ornamentis illustretur, greci φαλαρα dicunt, sicut ταλαντον pro talentum.

Celataque cassis, ordo est. Miles frangebat pocula vt equus gauderet phaleris, ⁊ cassis celata ostenderet hosti perituro simulacra ferę romulę inssęmanseuescere fato imperii, ⁊ geminos quirinos sub rupe et nudam effigiem dei fulgentis clypeo ⁊ hasta pendentisq;.

Ficus ruminalis Simulacra fere romulee.i.imaginem lupe, que Romulo ⁊ Remo mamas pbuit sub arbore fico que postea ficus ruminalis est appellata, rumam .n. veteres mamã nominauerunt. Iusse mansuescere, q̃ ita iubentibus diis mansuefacta est, ut non mõ infantes non leserit, sed lacte suo vice nutricis ẽt aluerit. Imperii fato, ad fatum ⁊ fortunã impii.

Romulee simulacra fere mansuescere iusse
Imperii fato ⁊ geminos sub rupe quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis ⁊ hasta,
Pendentisq; dei perituro ostenderet hosti,
Argenti quod erat solis fulgebat in armis,
Ponebant igitur thusco farraca catino
Omnia tunc, quibus inuideas si liuidulus sis,
Templorum quoq; maiestas presentior, ⁊ vox
Nocte fere media, mediamq; audita per vrbem
Littore ab oceani gallis venientibus, ⁊ diis
Officium vatis peragentibus, his monuit nos.
Hanc rebus latiis curam prestare solebat
Fictilis ⁊ nullo violatus iuppiter auro.
Illa domi natas, nostraq; ex arbore mensas
Tempora viderunt, hos lignum stabat in vsus,
Annosam si forte nucem deiecerat eurus.
At nunc diuitibus coenandi nulla voluptas
Nil rhombus, nil damma sapit, putere videtur
Vnguenta atq; rose, latos nisi sustinet orbes
Grande ebur ⁊ magno sublimis pardus hiatu
Dentibus ex illis, quos mittit porta syenes,

Geminos quirinos, Romulum ⁊ Remum. licet Romulus tm̃ quirinus sit cognomiatus, de quo pleraq; diximus in.ii.satyra illic. In valle quirini. Nudã effigiẽ dei fulgẽtis.i.martis q pater ⁊ auctor fuit nois romani, genuit.n. Romulũ ⁊ Remum ex Rhea Ilia, vrbis rome cõditores. Fulgentis clypeo ⁊ hasta.i.resplendentis celatura clypei ⁊ haste. Pendẽtis, in aere, quũ sit in vertice cassidis, **Pẽsilia** vñ ⁊ pẽsilia appellamus edificia in aerem extructa. vt hortos pensiles in aere non in terra positos, vñ Papinius in Syluis de aqua ducta p edificia sublimia sic ait. Et innumero pẽdẽs trãs mittit arcu. Farraca, cibaria ex farre. Catino, a capiendo dicit̃ sm Varronem. Tusco, fictili, nã in etruria aretina vasa celebrata sũt. Mart. Aretina nimis ne spernas vasa monemus, Lautus erat thuscis porsena fictilibus. Presentior magis ppicio. Virg. Nec tam p̃sentes alibi cognoscere diuos. Dii inquit q̃uis fictiles colerent, romanis tamen erant magis ppicii q̃ nunc, vñ Seneca ad Lucilium. Cogita deos quum propicii essent fictiles fuisse. Et vox, probat per exempla benigniores fuisse deos priscis illis temporibus in romanos. Nam quũ galli in Italiam venturi essent, eodem anno vt tradit Liui.in quinto M. Ceditius de plebe nunciauit Tribunis se in noua via vbi nunc sacellum est, supra edem veste noctis silentio audisse vocem clariorem humana, que magistratibus dici iuberet gallos aduentare. Cicero in secundo de diuinatione appellat Aium deum loquentem cui in noua via consecrata fuit ara ex eo q monuerat vt prouiderẽt ne a gallis Roma caperetur. De eo sic ⁊ Liuius in quinto. **Aius** Iussumq; templum in noua via Aio locutio fieri. Vox audita, Ordo est, ⁊ sensus. ⁊ vox audita nocte fere media monuit nos his, idest de his, hoc est aduentu gallorum. Dicimus enim moneo te de his rebus, ⁊ harum rerum, ⁊ has res. Gallis venientibus, idest quum galli aduẽtarent. Nam Galli Senones duce Breno in Italiam venerunt, Clusiumq; obsederunt, ad quos quum tres legati a senatu missi fuissent qui gallos monerent vt ab oppugnatione desisterent, ex iis vnus contra ius gentium processit ⁊ ducem Senonũ interfecit, quo facto indignati galli vrbem petierũt ⁊ fuso exercitu romano apud Haliam fluuiũ vrbem intrauerunt, vbi nobilissimos senũ in vestibulis edium cũ insignibus honor sedentes primo vt deos venerati, deinde vt hoies despicati, interfecere, capitoliumq; quo reliqua iuuentus confugerat obsederunt, quod mox Camillus creatus dictator liberauit.

Et diis peragentibus officium vatis.i.omnia pdicentibus more vatũ qui mortalibus ventura pdicunt. Iuppiter violatus nullo auro, nõdum auro effigiatus, ea .n. violari dñr, qbus aliqd cõtra voluntatẽ fit, quasi iuppiter auro illo non delectaret, vñ i.iii. satyra Nec ingenuum violarent marmora tophum. Illa tẽpora.s. prisca. Mensas natas domi.i.ex arboribus vernaculis, non autẽ ex longinquo petitas q̃les erãt mense citree, Ex mauritania.n.citrus arbor vt diximus mittebat ex atlante monte tanti pcii vt mense pari rependerentur auro, vnde Mar. Accipe foelices atlantica munera syluas. Aurea qui dederit dõa minora dabit. In hos vsus.s.mensarum. At nunc diuitibus. Sensus est. Nostris autem temporibus Romani eo deliciar pueneruñt, vt nulla pulmẽtaria iucũda suauiane eẽ putẽt, nisi adsint mẽse citree, q̃ pede eburneo fulciant ex ebore.n. pedes mẽsis adhibebant. Luca. Dentibus hic niueis sectos atlantide sylua, iposuere orbes, q̃les ad Cesaris ora Nõ capto vertere Iuba. sicq; notat luxũ mẽsar citrear. Rhõbus, piscis ex gñe planor de quo i.iiii. satyra satis dcm̃. Vnguenta, qbus vngebant quũ exibant e balneis. Atq; rose, corõe ex rosis, qbus in solẽni cõuiuior celebratiõe vtebant. Latos orbes, mẽsas citreas, de qbus plura in.i.satyra illic. Pretoria, mensas, de qbus sepe Mar. Tu libycos indis suspẽdis dẽtibus orbes. Et alibi. Et maurisiacis sustentẽ dẽtibus orbes. Grande ebur, pes eburneus. **Pardus Syene** Pardus subli.i. pardus ex ebore effigiatus.ẽ aũt pardus aĩal par differẽs a panthera, qdã eũ solo cãdore ab ea discernũt. In aphrica, syriaq; nascit Solinus ⁊ Pli.lib.viii. Ex illis dẽtibus.s.elephantor,

Porta sye. Syene auct. Straboẽ isula ẽ i finibus ethiope C.millibus passuũ ãbitu. Pli. Ditiõis egypti eẽ, icipit a fine ethiopie Syene. ita vocat insula, supra Syenẽ. xv.milli.passuũ Elephãtis isula hitat, nauigatiõis egyptie finis, dcã ab elephãtor multitudie. Stra. ⁊ Hero. Elephantinã appellãt. Pli. vero Elephantidẽ. hinc aũt mittebant elephãti. portã aũt appellauit Elephantidẽ isulã, qa ex ea per Syenẽ tãq̃ portã in egyptũ sit trãsitus, ita dictũ vt illud in.iii.satyra, Ianua baiar est, quia necesse sit euntibus Baias transire per vrbem Cumas.

Et mauri

Et mauri celeres. Designat poeta q̃bus i locis elephãtes inueniant. **Troglodite** Nã eos fert Aphrica vltra syrticas solitudines ⁊ i mauritania. Ferũt ethiopes Troglodite sed maximos india. Hec Pli. Per mauros ergo celeres intelligit ethiopes troglodītas, q mira pedũ celeritate sunt, de quibus ita Hero.li.iiii. Troglodite ethiopes oĩum quos fando cognouimus pernicissimis pedibus sũt, serpentibus, lacertisq; ⁊ aliis id genus reptilibus vescentes. Solinus Troglodite tanta pnicitate pollent vt feras quas agitãt cursu pedũ assequãtur. Mauri ãtq ethiopibus ⁊ ethiopes p mauris a poetis idifferẽter nomiant, nec mirũ quũ ethiopes ad occidẽtẽ vsq Mauritaniã attigãt, q ethiopibus diximus ẽt in.ii.satyra.

Et mauri celeres, ⁊ mauro obscurior indus,
Et quos deposuit nabatheo bellua saltu,
Iam nimios capitiq; graues, hinc surgit orexis,
Hinc stomacho bilis, nam pes argenteus illis
Annulus in digito quod ferreus, ergo supbum
Conuiuam caueo, qui me sibi comparat, ⁊ res
Despicit exiguas, adeo nulla vncia nobis
Est eboris, nec tessellę, nec calculus ex hac
Materia, quin ipsa manubria cultellorum
Ossea, non tamen his vnquam obsonia fiunt
Rancidula, haud ideo peior gallina secatur.

Indus, indi populi sunt ad orientẽ siti ppe **Indi** oceani refluxus, ⁊ solis exortus, q iis lege ⁊ Apuleiũ i.i. floridor. Obscurior, nigrior q̃ mauri sint, Apuleius in eodẽ. Indis ad nascentẽ diẽ sitis, tñ in corpe color nocti est. Deposuit. Nã elephanti aut casu aut senecta deciduos dentes deponũt q pgrandes sunt, aut eos obsessi a venatoribus arbori illisos frangũt. hi aũt sũt minores. Capitiq; graues.i.põderosos. Terẽ. Hui tã graues rastros. Nabatheo, arabico. Nabathei.n. populi sunt **Nabathei** arabie contermini syrie, quor regio populosa ⁊ fertilis habet. oppidũ incolunt noie petrã. Dicti vt sacre testantur littere a Nabath primogenito Hismaelis. In arabia aũt vt diximus apud Troglodytas nascunt elephantes.

Hinc surgit orexis, hic inqt maxime idignor q Romani iã tanti coeperũt facere ebur, vt iã pes argẽteus i mensis sustinẽdis nõ pluris estimet q̃ annulus ferreus i digito, vt oñdat vile cẽseri argentũ p ebore. Lectos autẽ mulier totos opiri argẽto ⁊ triclinia q̃dam docet Plin. lib.xxxiii.cap.xi. qbus argentũ addidisse primus tradit Caruilius pollio eques romanus, idẽ aureos fecit. Hic, ex tanto eboris studio. ⁊ estimatiõe. Orexis nausea ⁊ **Orexis** idignatio. Nã vt diximus in satyra Credo pudicitiã illic Rabidam facturus orexim, Orexis appetitum proprie significat, ορεγω enim appeto significat, tamen est ẽt iueniri pvomitu vt Plin. ad priscum de Fannia egrotãte. Hoc discrimine iplicita est isidens febris, tussis, orexis, sũma macies, sũma defectio. Bilis, latinũ est, colera grecũ. Nã pes argẽteus, rõ est idignatiõis. Ordo ẽ. Nã pes argenteus est id illis.s.mẽsis, qd est ãnulus ferreus in digito.i.nõ pluris faciũt nũc pedes argenteos in mẽsis, q̃ annulos ferreos in digitis, vt iã romanis vilius sit argentũ q̃ ebur. Illud aũt sciendũ pedẽ polysemũ eẽ, nã ⁊ pedẽ nrm dicius ⁊ lecti ⁊ ueli ⁊ carminis ⁊ mense.

Annulorum vsus Annulus ferreus. Nã apud romanos varius fuit annulor usus, triũphantibus.n annulus in digito ferreus erat, Ii quoq; qui ob legationẽ acceperãt aureos, in publico tñ vtebant, itra domos vero ferreis quo argumẽto ẽt tpibus Plinii vt ipse est auctor, sponse annulus ferreus mittebat, isq; sine gẽma, Promiscuus aũt vsus coepit secundo bello punico neq;.n.aliter potuissent trimodia illa annulor carthaginẽ ab Hannibale mitti. Dino Augusto decurias ordinante maior pars indicũ in ferreo annulo fuit lege Plinium lib.xxxiii.cap.i. Hinc surgit orexis, hinc stomacho bilis, alius põt esse sensus vt sit, ex diuerso inqt ornatu mẽse, diuersi ẽt affectus. surgunt, nam si mensa pedes hẽt eburneos hinc orexis hoc est appetentia cibi surgit quasi id maxime appetitũ excitet. Si aũt pes argenteus sit aut ex alia materia hinc stomacho bilis surgit hoc ẽ nausea q̃dam quia nõ pluris faciunt pedes argenteos in mensis q̃ annulos ferreos in digitis. Ergo, quum tãto luxu viuat. Qui me sibi comparat, qui me putat nõ minorẽ coenam paraturũ q̃ ipse solet. Res exiguas, medicum cõuiuii apparatũ. Nulla vncia eboris, quod tanti faciunt ipsi. Nec tessellę, Tali ⁊ tessere erant eburnee, a Tessera fit per diminutionem tessella. Nec calculus. Calculum intelligit quem nunc dicimus scachum, antiqui latronem ⁊ per diminutionem latrunculum dixere. Martialis de tabula lusoria. Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Idẽ alibi Insidiosorum si ludis bella latronum Iste tibi geminus miles ⁊ hostis erit. De quo ẽt sic leges apud Gelium confutantẽ Caldeos. **Calculus** Cur tandẽ non de alea quoq; ac de calculis ⁊ alueolo audent dicere quisnã ibi ludentium vincat? Pli. ad Geminum de calculo sic mẽinit. Audiui ipsã solere se vt foeminã in illo ocio sexus laxare aĩum lusu calculor. Lusum autẽ calculor inuenit palamedes, vñ Sydo. Tãq̃ Naupliades reptor artis Gaudebas hilarẽ ciere rixã. Calculus itẽ paruũ lapillũ signat. Mart. Calculus in nitida sic numerat aq̃, eum ẽt calculũ appellamus q nascit in vesica Plin. in.xi. Sunt iis ẽt calculo humano remedia pcipua, vñ Calculosi dñr qui calculo laborãt, quos greci lithacos appellant. **Calculosi** a calculo fit calculator ⁊ calculatrix. Et qm̃ in cõputatione calculi adhiberi solẽt, **Lithaci** inde ortũ est vt dicamus tecum calculũ volo ponere.i.rõnẽ cõputare. Plin. in Panegyricis. Assuescat imparator cum ipo calculum ponere, sic exeat, **Ponere calculũ** sic redeat tanq̃ rõnẽ redditurus, Nõ tñ, licet inqt manubria cultellor sint. ossea ⁊ nõ eburnea, nõ tñ ob id isipidiora sunt obsonia, q̃ cõcidunt per illos. **Structor** Structor, proprie is appellat q pite obsonia icidit, ferculaq; cõpõit, nã ⁊ id ad gulã ptinere arbitrabant, qd taxat Sene. de breuitate vite. Quũ videã q̃ suspẽsi sint, qũo ap a coquo cessus exeat, q̃ta celeritate signo dato gladii ad misteria decurrãt, q̃ta arte scindant aues in frustra nõ enormia. Plin. itẽ li.x. postea culinar artes vt clunes spectent, vt diuidant in tergora, vt a pede vno dilatate repositoria occupẽt, adeo vt doctores eẽnt q ludũ structoriũ apirent, vt Tripherus tpibus poete q ludũ iuxta suburrã hẽbat vbi tradẽs discẽtibus pcepta scidẽdi obsonia, q̃ ex ligno hẽbat formata, hebeti cultello, docebat quo gestu hec vel illa secarent, vñ coenã vlmeã noiat, qm̃ ex ligno obsonia eẽnt formata. Ordo ãt ẽ. Sed nec erit nobis structor discipulus tripheri.i.qui fuerit eruditus a triphero. Cuius artis ita meminit idem Seneca in libro de vita beata. Cur aliquis est scindendi obsonii magister?

Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus tripheri doctoris, apud quē
Sumine cū magno lepus, atq; ap, & pigargus,
Et scythicę volucres, & phoenicopterus ingens,
Et getulus orix hebeti lautissima ferro
Cęditur & tota sonat vlmea coena suburra.
Nec frustum capreae subducere, nec latus afrae
Nouit auis noster tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguae frustis imbutus ofellae.
Plebęios calices, & paucis assibus emptos
Porriget incultus puer, atq; a frigore tutus,
Non phryx aut lycius non a mangone petitus

Cui cedere dēat oīs pgula.i.oēs qui in pgulis sunt istituti. Nā pgula non mō dr̄ in vineis (vt docet Columella). In pgula aūt inqt singulę denas amphoras perequent. Pli.lib.xiiii. In pgulis vero seruntͤ escarię appellatę, edurę acinis, albę nigręq;, sed ēt capi vr̄ p breui ambulacro & fornicato,

Pergula

quasi a pgendo vbi doctores discipulos suos erudirēt, & opifices opera sua quasi a transeuntibus cōspiciēda collocarēt. Vopiscus in vita Saturnini. Nā & in aphrica rhetoricę operam dederat Romę frequētauerat pgulas magistrales. Suetonius de claris grāmaticis loqns de Crassitio tarentino grāmatico sic scri. Deinde i pergula docuit. Pli. de Apelle pictore. Idē p fecta opera pponebat in pgula. Plautus in pseudolo Cras faciā deportare in pergulam. Discipulus Tripheri, Emphasim habet quasi qui inter alios sit melius institutus.

Sumē

Sumine cum magno, Sumen vt diximus apd̄ Persium in prima satyra illic Calidū scis pōere sumē, Lautę est gulē, ex papillis lactātis porcę fit, idq; optimum vt scribit Plin.lib.xi. Si mō foetus lac nō hauserit. Marti. Esse putes nōdum sumē, sic vbere largo Effluit, & vino lacte papilla tumet.

Pygargus

Pygargus, ex gn̄e est caprarum, Nā vt scribit Pli.li.viii. Caprę i plurimas figuras trās figurantͤ. Sunt.n. caprę, sunt Ibices pernicitatis mirādę, sunt & Origes cōtrario pilo vestiti & ad caput verso, sūt & dāmę & pygargi. Pygargus itē est vt docet Aristoteles li.vi.de natura animaliū ex genere aqlarum Pli.in.xi. Secundi generis pygargus in oppidit & in cāpis albicante cauda. Scytice volucres.i. phasiani a phaside fluuio colchoꝝ denoiatę. Mart. Argoa pmū sum trāsportata carina, Ante mihi notū nil nisi phasis erat. Inter delicias.n. ganeę & luxuriosas dapes cōnumerantͤ, vn̄ diuus Hieronymus ad saluinā sic scri. Procul sint a conuiuiis

Phasiāi

tuis phasides aues, crassę turtures, attagen ionicus.

Phoenicopterus

Phoenicopterus, auis est cuius linguā Apitius nepotum oīum altissimus gurges autore Pli. pcipui saporis esse docuit, vn̄ Mart. Dat mihi pēna rubens nomen sed lingua gulosis Nostra sapit. Auē eē palustrē docet Aristophanes in comoedia q̄ inscribitͤ ορνιθες & rubētibus pennis, vn̄ facta est nois cōpositio. φοινικος.n. ruber dr̄ & πτερον pēna.

Orix.

Orix, ex genere caprarum, diximus esse origem, q contrario pilo vestitͤ ad caput verso. Aristoteles vero in.iii.li.de ptibus aīalium Orygē scribit esse vnicorne & bifidę vngulę, Cui Plin. astipulans ait i.xi. Vnicorne bisulcū Orix. Getulus, nā eū Aphrica (vt scribit Pli.) generat ppetuo sitientē. Lautissima, ordo est. Getulus orix expositiue coena lautissima & vlnea cęditur ferro hebeti & sonat tota suburra. Suburra, dcm̄ est suburrā regionem fuisse vrbis celebratissimā. Alibi. ego vel prochitā ppono suburrę. Caprę, Siluestris caprę Mart. Pendētem sūma capreā de rupe videbis. Casuram spes, decipit illa canes. Auis aphrę.

oratius

i. gallinę numidice. Oratius. Nō aphra auis nō attagen ionicus. Varro de re rustica lib.iii. sic Gallinę aphricanę sunt grandes varię, gilberię quas meleagrides appellant greci.

Meleagrides.

Tyrunculus, minister meus, Nā Tyrones proprie appellantͤ rudes & noui milites.

Tyrōes

Imbutus frustis ofellę, non assuetus delicatis cibis, sed pastus ofellis tm̄, q̄ omnino vulgarium sunt, differuntq; ab offulis, ille.n. ex caseo, ouoq; pipere & croco, aliisq; huiusmodi rebus i clusis mēbrana siligiea oblongę conficiuntͤ. offulę vero p diminutionē ab offa sunt frustra cuiuslibet rei esculentę, dicimus enim offulam casei, offulam carnis, offulam panis, vnde Varro in secundo de re rustica scribit L.Volūnio senatori missam esse offulam cum duabus costis. Columella mētionem faciens de salsura carnis suillę ait, dein offulę carnis spisse cōponuntͤ & alterius sal ingeritur. Plebeios calices. Martialis hos appellat audaces, qm̄ falsa spē imitabantͤ crystallina quū eēnt vitrei. Nō sumus audaces plebeia toreumata vitri, Nr̄a neq; ardenti gēma ferit aqua ergo plebeios, quibus vulgus & plebs vtitͤ. Porriget, ministrabit ē pocillator nr̄ erit. A frigore tutus, vilibus iuolutus vestibus. Non phryx aut licius, Nō dabo tibi inquit structorē elegantem, quales venditant māgones phrygios & lycios, Nā ex oriente venusti habebantͤ serui, sed dabo tibi rusticanum & incultum. Phryx.i.troianus. Nam phrygia asię minoris regio est a phrygia Asopi & Europę filia denominata. Lycius, lycia regio item asię minoris phrygię cōtermina, a Lycaone pandionis filio dicta.

phrygia vn̄ Lycia vnde Māgones

Māgone, Māgones pprie vēditores dn̄r hoīum, Mar. Milia pro puero centum me magno poposcit. Suetōius i Domitiano Castrari inqt mares vetuit, spadonū qui residui apud mangones erant pcia moderatus ē. Et quum mercis appellatione hoīes vt sensit Mela iurisconsultus non contineantͤ, ppterea mangones non mercatores, sed venalitiarii appellandi sunt. Dicti aūt sunt a manu & ago q mancipia manibus agant & poliant.

Māgoniçate

Inde verbū est mangoniçare.i. polire & ornare vt emptores facilius alliciantͤ ad emendum, vnde Seneca ad Lucilium Māgones quicquid ē quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt. Nam ii vt testatur Quintil.in.ii.lib. In seruis venaliciis colorem fuco, & verum robur inani sagina mentiuntͤ, vt.s. mancipia maiore pcio vendant. pterea vt pueri teneriore viderentur ętate, eorum pubertatē medicamentis coercēbant, vnde Plin.lib.xxi.cap.xxvi. Radix hiacynthi bulbacea est mangonicis venaliciis pulchre nota, quę in vino dulci illita pubertatem coercet, & non patitur erumpere. Metaphorico s appellamus etiam mercatores aliarum rerum mangones, vnde Plinius in fine operis sui mangones gemmarum appellat eos qui gemmas expoliunt & interpollant vt carius vendant, agros etiam mangoniçatos dicimus qui diligentiore cultu poliuntͤ vt sint vendibiliores. Plin.lib.ix.cap.liiii. Sergius orata primus pensiles inuenit balneas, ita mangoniçatas villas subinde vendendo.

Māgonium

A mangone fit mangonium, quod accipitͤ pro artificio mangonis. Pli.

Quisq; erit, & magno, quū poscis, posce latine,
Idem habitus cunctis tonsi rectiq; capilli,
Atq; hodie tantum propter conuiuia pexi.
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci
Suspirat longo non visam tempore matrem,
Et casulam, & notos tristis desiderat hędos.
Ingenui vultus puer ingenuiq; pudoris,
Quales esse decet, quos ardens purpura vestit,
Nec pugilares defert in balnea raucus
Testiculos, nec vellendas iam prebuit alas,
Crassa nec opposito pauidus tegit inguina gut(to,
Hic tibi vina dabit diffusa i mōtibus illis
A quibus ipse venit, quorū sub vertice lusit.
Nāq; vna atq; eandē ē vini patria atq; ministri.
Forsitan expectes vt gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plausuq; probatę
Ad terram tremulo descendant clune puellę
Irritamentum veneris languentis, & acres
Diuitis vrticę, maior tamen ipsa voluptas
Alterius sexus, magis ille extenditur, & mox

Māgonium

nis.Pli.in.x.cap. Nec tamen in hoc mangonio quicq̄ totum placet.

venalitium

Et qm̄ mentionē fecimus de venalitiis Illud sciendum est Venalitium capi pro loco vbi nouitii venderentur, vnde Apuleius in prima Apologia loquens de gagate Lapide sic scribit, Cuius odore etiā in venalitiis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiantur. Paulus iurisconsultus. Nam quicūq; ex venalitio nouitiorum emptus alicui ministerio ppositus sit, statim eum e numero veteratorum esse, Familias ēt venalitias dicimus seruorum qui venales prę ponuntur.

venalitiarii

Venalitiarii vero dicuntͤ vt diximus qui venalitia habēt māncipia qui & māgones dicūtur. Petitus, emptus. Et magno, subaudi non petitus erit. s. pcio, ita dictum vt alibi. Magno hospiciū miserabile magno seruorum ventres. Aut uenera ita legi pōt. Non a māgone petitus Quisqs erit magno vt sit sensus Non petitus a magno mangone qsquis erit.i. quicūq; puer erit nō erit petitus.i. acceptus & ēptus a magno mangone.i. diuite & magnū numeꝝ seruoꝝ habente,

Cathastę

Seruos aūt venales hēbūt in cathastis. Erātq; Cathastę loca in quibus cōtinebantͤ serui venalici a καθιστω qd̄ est cōstituto q illic cōstituti tenerētͤ. Tibullus. Barbara gypsatos ferre cathasta pedes. Illic āt magnus erat seruoꝝ garritu strepitus. Mart. Heu quę lingua silet, nō illā mille cathastę vincebāt. Quū poscis, Latini inquit sunt serui mei nō exotici, ita vt quū aliquid ab eis velis poscere poscas latine, nō aūt grecę vt barbare. Idē habitus cunctis, pari sunt inquit corporis habitu & ornatu non quales cęteri romani habebant vario corporum cultu, vnde illud est a Seneca dictum cum summa indignatione ad Lucilium transeo inquit agmina exoletorum per nationes coloresq; descripta, vt eadem omnibus lenitas, sic eadem prime mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis cui rectior est coma crispulis misceatur, vnde pulchre sequitur, tonsi rectiq; capilli sed ne contraria videatur q ait tonsi rectiq; capilli, ita itelligimus vt capilli illi tōsi sint sursum erecti & n̄ pecti ne cōplanati. Purpura vestit.i. ptexta, nā pueri vsq; ad quartūdecimū annū ętatis sue ptextā gestabant, inde egressi togā virilē sumebant. lege Macrobiū. Ardēs, quę colore ardere vr̄, ita dictū, vt illud ān, Setinū ardebit in auro. Necpugilares, Manifeste oñdit pueꝝ esse simplicē & puꝝ. Nec habet inquit genitalia grādiora q̄ assiduo libidinis vsu excreuerint, testiculis in magnitudinē pugni pgrandibus. Pugilares crassitudine pugni. In balnea. Nam illic potissimum a cinędis spectabantur. Mart. Oculis deuorantibus draucos. Raucus, propter coitum. vox eni in adolescētibus post vsū veneris mutatur, fiuntq; rauci. Aristoteles in libro problematum, Homo quum incipit coire pubescit ac i grauem vocem permutat. Aliqui ēt legunt Draucus.i. bn̄ mentulatus. Hallas vellendas. s. pilosas, idest adhuc ea non ęstate vt pili sub halis frutificent, qui sępe i balneis a vulsoribus euellebantur. Gutto, vasculo oleario quo vtebantur i balneis. Vbi post lauacrum oleo perungebantur. de quo dictum est i tertia Satyra. Apuleius in primo limine secundi libri floridorum ampullam oleariam appellat. Hic tibi vina dabit, talis inquit puer pocula tibi ministrabit. Diffusa expressa, & in serias suas recondita. Forsitan expectes, neq; illud tibi est expectandum vt exhibeam puellas gaditanas quę te in coena lasciuia saltatiōe oblectētͤ. Maiores.n. domus his nugis tantum delectetͤ, quę omnia sunt quedā veneris irritamenta, sicq; poeta lascinos sui temporis mores damnat quibus tota ciuitas corrupta erat. Vnde Quītilianus sic ait. Omne cōuiuium obscęnis canticis strepit, pudenda dictu spectantͤ. T.liuius lib.ix de bello macedonico loquens de luxuria vrbis ab exercitu asiatico inecta sic scribit. Tūc psaltrię sambucistrięq; & conuiualia ludionū oblectamenta addita ępulis, epulę quoq; ipsę & cura & sumptu maiore apparari coepere. Gaditana, Nam cantiones gaditanę ęgyptięq; ex omnibus mollissimę habebātur ad saltationes & motus ipudicos puellarum. Mart.li.iii. Catica qui nili qui gaditana susurrat. Alibi. nec de gadibus improbis puellę vibrabunt sine fine prurientes. Papynius in syluis, illic cymbala timuleq; gades.i. puellę gaditanę pitę saltationis ad tinnitum ęris.

Gades

Gades autem vt diximus ante insula est hispanię extra columnas herculeas ad hostium Betis irrumpentis in oceanum britannicum. Mart. Edere lascinos ad betica crusmata gestus. Prurire lascino corporis gestu moueri. Choro coetu, Probate plausu. fauore discumbentium. nam super coenā hęc fiebant. Clune tremulo, ipudico corporis motu. Mart. de puella gaditana. Tā tremulū crissat, tam blandum prurit, vt ipsum Masturbatorem redderet hippolytū. Illud aūt obseruandum vt docet Seruius omnia nomina latina, in aīa simplicia, a verbo non venientia in nis syllaba terminata esse masculina,

Noīa in nis

inanima propter canis, simplicia ppter bibennis, a verbo non venientia propter finis. ergo poeta clunis bene dixit. Oratius male, Quod pulchrę clunes. Irritamentum oppositio est, Vrticę stimuli qui maxime pungat & irritent ad venerē, Maior tamen licet inquit viri hisce lasciuis gestibus maxime moueantur ad obscoena, mulieres tamen eę sunt quę maiorem sentiant voluptatem

ac per hoc ondit libidine magis mulierem flagrare q̄ virum. Alterius.s. sexus muliebris. Extendit, erigit & monetur ad turpitudinē. Vrina concepta.i.semē genitale collectum. Auribus atq; oculis per auditum & aspectum rerum turpiū, vt alterum referatur ad cātica lascina, alte℞ ad indecoros impudicosq; corpis motus.

afficiatur verecundia. Nudum vtrum ꝑ inopiam an per impudicitiā & lasciniam. Mancipium.i. meretrix quę lenoni seruit. Qui lubricat qui pedum celeri mobilitate exercet. Orbem lacedęmonium.i.gyros & ambages lacedęmonias circū tibicinē in medio sedentem & canentem. Nam circum auletem saltantes agebant.

Monetur irritatur. Has nugas in cōtemptū diuitum dictū.i. tales voluptates talemq; lasciniam. Andiat ille cū indignatione in hominem diuitem. Ordo est. Audiat ille crepitus testa℞ cū verbis quibus abstinet mācipium nudum stans in olido fornice, ille iq̄ fruatur vocibus obscœnis q lubricat orbem lacedęmoniū pedemate. Hoc loco describit saltationē illā quam lucianus cōmemorat in tractatu de saltatione. Ait.n. laconis in choreis & tripudiis pręcipuos omnium gręcorum extitisse. vt pote q a Castore & Pollice didicissent, eos autem in orbē saltasse, ita docet. καὶ αυλητης μεν εν τω μεσω καθηται επαυλων καὶ κατηπων τω ποδι οι δε κατα στοιχον αλληλοις επομενοι σχηματα παντοια επιδεικνυνται προς ρυθμον αρτι μεν πολεμικα και μετ ολιγον δε χορευτικα α διονυσω και αφροδιτη φιλα que latine sic. Et tibicen qdem in medio sedet tibia canens & pede pulsans terram.s.illi aūt p ordinem se inuicem sequentes figuras varias representant modo quidem bellicas & paulopost saltatorias quę Dionysio & veneri amica sunt. Pollux quoq; qui enumerat saltationū genera scribit πηδημα lacedemoniū hoc est saltationem laconicā. Nam lacedemon ciuitas est laconię de quo genere saltationis intellexit Statius in Achilleide Multiplicantq; gradum modo quo curretes i actu.quoq; pii samotraces erunt, nunc obuia turba Pectine amaꝫonio, modo quo citat orbe lacenas. Delia plandētesq; suis intorquet amiclis. Erit ergo sensus. Diuites & potentiores qui saltationem laconicam exercent & hiis nugis delectantur, fruantur vocibus obscœnis & omni arte libidinis, Lasciniis.n. multis saltatio celebrabatur, & io vt dictum est grata erat Dionysio & veneri. Testarum crepi apparet apud antiquos instrumenta quędā fuisse quas testas vocarent, quę pulsata amœnū redderent sonum. Vn̄ est illud apud tranquillum in Nerone. Qui diuisi in factiōs plausuū genera condisceret. Bōbos & ibrices & testas vocabant, nisi forte placeat intelligere crepitus testarum hoc est. tinnitus cymbalo℞.

Quibus abstinet mancipium nudum.i. quibus vocibus obscœnis ipsa meretrix non vtitur quasi maiore

Auribus atq; oculis concepta vrina monetur.
Nō capit has nugas humilis domus, audiat il-
Testarū crepitus cū verbis, nudū olido stās (le
Fornice mancipiū, quibus abstinet, ille fruatur
Vocibus obscoenis, omniq; libidinis arte.
Qui lacedęmoniū pedemate lubricat orbem,
Namq; ibi fortunę veniā damus, alea turpis
Turpe & adulteriū mediocribus, hęc eadem illi
Omnia cū faciant, hilares nitidiq; vocantur
Nostra dabunt alios hodie cōuiuia ludos,
Conditor iliados cantabitur, atq; maronis
Altisoni dubiam facientia carmina laudem,
Quid refert tales versus, qua voce ligantur?
Sed nunc dilatis aduerte negocia curis,
Et gratam requiem dona tibi, quando licebit,
Per totam cessare diem non foenoris vlla
Mentio, nec prima si luce egressa reuerti
Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat vxor
Humida suspectis referens multicia rugis,
Vexatasq; comas, & vultum, auremq; calentē.
Protinus ante meū quicquid dolet exue limen,
Pone domū, & seruos. & quicquid frāgitur illis
Aut perit, ingratos ante oia pone sodales

Pedemate

Pedemate.i.saltu. Nā πηδημα saltum significat. Non ignoro ad cōmentatoribus hunc locum diuersis modis expositum, vt alii dixerint per orbem lacędemoniū designari annulū, cuius vsus manauerit a lacedęmoniis ac per hoc annulatos senatores & equiles romanos itelligi qui annulum pytismate hoc est leui irroratione sputi lubricum faciāt. Alii vero legendum contēderit pytilismate nō pytismate, idq; esse genus exercitationis, quum quispiā summis pedibus ingrediens manus protendit ocissimeq; monet alterā retrorsum.s. alterā ꝓrsū &c. Alii item trochū intelligi de arbore pinu fabricatum, q pytis dicat pinus vn̄ fit pytisma. Ego aūt ex sententia Luciani cotēdo intelligi vt dixi saltationem lacedęmoniam. Legendumq; eē pedęmate.i. saltu & nō pytismate neq; pytilismate. De omnibus tn̄ his opinet vt cuiq; libitum erit.

Nāq; ibi fortunę, ostendit poeta nō sine risu satyrico iniq; paupibus esse cōparatū vt multa nō liceat iis facere, q̄ si faciant videant in honesta, sin a diuite fiāt laudabilia iuxta illud. Nam quod turpe bonis Titio seioq; decebant crispinū. Fortunę. hoi diuiti & fortunato. Veniā damus ignoscimus & multa i diuite toleramus q̄si illi turpe nō sit quū turpia facit. Sicq; poeta stulticiā hoium ridet, q ex censu mores hominū pōderēt ondēs nō leniore cēsura taxāda esse diuitis vitia q̄ pauperis.

Illi, diuites. Alios ludos, alias voluptates, Terē. Nescis quos ludos hodie ꝓbueris itus. Cōditor iliados i. Homerus q bellū iliēse carmie suo cecinit. Sicq; docet sūmā semp dicti & facti verecūdiā sup cœnā custodiēdā. resq; serias ibi tractandas, qd & Persius sēsit quū dixit atq; verecūda laxamus seria mēsa, Dubiā laudē, hoc dicit qa quęsitū ē & sepe dubitatū vtrius carmē eēt elegantius, Virgilii an homeri. vn̄ ꝓpertius. Cedite romani scriptores cedite graii, Nescio qd maius nascitur iliade. Tales Versus. Homeri & virgilii. Qua voce q̄si dicat quoquomō legeris grauia & sonora videbūt. Sed nūc dilatis, volo iquit nūc aio sis oium cura℞ vacuo & tranqllo, dū cœnamus, docēs illā demū vitā eē incūdā q̄ ai trāqllitati seruit. Prima luce, adulteria sui temporis notat. ordo aūt est, Vxor nō cōtrahat tibi bilē

si egressa prima luce solet reuerti nocte. Cōtrahat bilē colerā moueat & idignationē, q ad moechos iuerit. multicia vestes. de qbus i scda Satyra, Humida, ꝓpter coitū vn̄ sit suspicio adulterii. Aurēq; calentē, aures.n. calētes idices sūt adulterii recēter admissi, qd Antonius notauit in octauia, foemina.s. cōsulare triclinio viri corā in cubiculū abducta, rursus i cōuiniū rubētibus auriculis, icōptior capillo reducta. Interea. dū coenamus. Megalesiace Iterum populi romani desidiā notat, q ipēso studio ludos circēses spectaret, vn̄ supra. Si potes anelli circēsibus, & alibi atq; duas tm̄ res anxius optat pana & circēses. Nā icirco, maxīo ludi celebrabāt i honorē cybeles magnę deo℞ matris, q megalēses dicebāt απο της μεγαλης μητρος hoc ē a magna matre.

Megalesia

lebratione. Pace bona venia vt nō irascat, qa i eius cōtumeliā videar hęc dicere. Fragor. i. strepitus & clamor fauētiū in circo. fragor ꝓprie est re℞ fracta℞. Percutit aurē, nā in theatris & circis magni tollebant clamores ob studiū diuerse fauentiū Hora. in episto. nā quę puincere voces Eualuere sonū referūt quē nr̄a theatra? Garganū mugire putes nemus aut mare thuscū. Tāto cum strepitu ludi spectant & arte. Sic & Sene. in prima epi. xi. libri. Ecce circensiū obstrepit clamor subita aliqua & imensa voce feriunt aures meę. Colligo, cōphendo & coniicio. Euētū, intelligo inqt futurū vt auriga pāni viridis. i. qui indutus est pāno viridi & cui factio pāni viridis. i. prasina fauet, sic victor. De q̄ttuor aūt factionibus ludo℞ circensiū diximus sufficienter in. iii. Satyra illic. Si potes anelli circensibus. Fragor

Interea megalesiacę spectacula mappę
Idęum solēne colunt, similisq; triumpho
Prędo caballorū prętor sedet, ac mihi pace
Immensę nimięq; licet si dicere plebis
Totā hodie Romā circus caput, & fragor aurē
Percutit, euentū viridis quo colligo panni.
Nam si deficeret, moestam, attonitamq; videres
Hanc vrbem veluti cannarū in puluere victis
Cōsulib⁹, spectēt iuuēes quos clamor & audax
Sponsio, quos cultę decet assedisse puellę.
Nostra bibat vernū contracta cuticula solem,

Mappa Mappę, Mappa erat signū qd a ꝓtore q ludis ꝑerat ondi solebat nō sine magno auriga℞ gaudio ludo℞ celebrationē eē futurā, de quo signo sēsisse videt Varro i sermone latino quū ait, In circo primo vn̄ mittūt eq. nūc dicunt carceres a coercēdo ne inde exeāt anq̄ mḡratus signū misit. Tranqllus i Nerone. Vniuerso℞ se oculis i circo maxīo ꝓbuit aliquo liberto mittēte mappam. Mart. Cretatā ꝓtor quū vellet mittere mappā, ꝓtori mappā surripit hermogenes. Ideū solēne. i. qd solēne celebrāt i honorē cybeles idęę. i. phrygię, nā Ida mōs est phrygię eiusdē ēt nōis ē in creta. Ex phrygia.n. quo tpe Hanibal Italiā vastabat aducta ē, libris sibyllinis docētibus hostē alienigenā q terrę italię bellū intulisset, pelli Italia. vinciq; posse si matris Idęę pessinunte numē Romā aduectū foret. Legati igit ꝑgamū missi ad Attalū regē lapidē quē matrē deū incolę esse dicebāt, ab eo acceperūt Romāq; deportarunt, excepit eā. p. Scipio Nasica. Cn. filius eius q in hispania perierat, vir optimus a senatu iudicatus adolescēs nōdū q̄storius, qm̄ ita rn̄sū habebat, vt numē id ad optimo viro reciperet cōsecraretq;. Vn̄ Oui. in fastis. Mater abest, matrē iubeo romane reqras, Quū venerit casta ē accipiēda manu, Colūt celebrāt, Prętor sedet, prętores vt an̄ diximus oībus ludis ꝑerāt. Alibi Iuuenalis. Quid si vidisset ꝓtorē i curribus altis Extātē, & medio sublimē i puluere circi i tunica Iouis i.i habitu triūphātis, vn̄ nūc ait similisq; triūpho. i. triūphāti. Prędo caballo℞, vel iiustus & iniquus occupator caballo℞. i. ornamēto℞ & isigniū triūphaliū (vel qd magis placet) ꝑdo caballo℞. i. fraudator & spoliator ipsorū equo℞ merētiū ꝑmia, nā plerūq; ludo℞ ꝑfecti palma, & ꝑmio defraudāt equos victores brauiūq; aliis nō recte indicantes tradūt, qd & Plautus innuit i Amphitriones his versibus. Sine q ambissent palmā histrionibus, siue adeo & ędiles ꝑfidiose cui diūt Trāquillus in Nerone ex Antonia maiore patrē Neronis ꝓcreauit, ꝑfidię vero tātę vt nō mō argētarios ꝑciis re℞ coemptarū, sed & i ꝑtura mercede palmarū aurigarios fraudauerit. Sedet icurrus.s. vt cū illo cōueniat. Quid si vidisset ꝓtorem in curribus altis extantē. Ac mihi pace, venuste ꝑlebē flagellat oīdēs totū eius studiū eē in spectaculis ludorūq; ce

Simulacrū magnę matris

ficeret. i. si is auriga vinceret cui factio prasina fauet, videres totā ciuitatē nō minus attonitā q̄ olī fuit accepta clade canensi, hincq; ondit qd diximus in pcedēti satyra magnū multorūq; extitisse fauorē pāni viridis. Caligula.n. & Nero ita prasinę factioni addicti fuere vt Caligula cœnaret in stabulo assidue & māeret, Agitatori cythico vicies sestertiū cōtulerit. Nerōi vero plurimus sermo q̄q̄ vetaret de circēsibus esset, Et quōdā tractū. prasinū agitatorē iter cōdiscipulos q̄rēs obiurgāte eū magistro, de Hectore tracto se loq ementitus sit. Mœstā, Cassiodorus scribit vrbē nō minus fuisse solicitā de victoria agitantiū equos nec aliter iter se cōtendere cōsuenisse q̄ si rei. p. discrimē adesset. Victis cōsulibus sicuti fuit quū Paulus ęmilius & Terētius Varro cōsules supati sunt apud cānas quo℞ Paulus ęmilius et occisus fuit lege liuiū lib. xxii. ab vrbe cōdita. Spectēt iuuenes, Iuuenes inqt quos decet sedere iuxta puellas & certare spōsiōibus, spectēt tales ludos. Quos clamor decet, qbus in circo turpe nō est clamare quū applaudūt & fauēt. Spōsio, dr̄ cōtētio & altercatio q̄ fit dpositis pignoribus, Spectatores igit inicē cōtendētes spōsione. i. deposito pignore alii aliū fore victorē asserebāt. Pli. lib. xxxiii. Ad spōsiones etiānū annulo exiliēte, solēt.n. annuli in spōsionibus sępe deponi. Idē in. vii. loqns de Asclepiade. Sed maxīe spōsione facta cū fortuna ne medicus crederet si vnq̄ inalidus vllo mō fuisset. Idē in. viii. lēqns de cœna Cleopatrę. Ergo spōsiōibus factis postero die magnificā cœnā apposuit Antonio. Idē in eodē. Ne triumphatu suo nimis supbiat Anto. pene histriōi cōparatus & qdē nulla spōsione ad hoc ꝓductus singulos vniones cōuiuis ad sorbēdū dedit. Audax, qa in discrimine res versat, quū rei euēt⁹ sit incertus. Assedisse, iuxta sedisse, sic.n. viri & mulieres in theatris ꝓmiscue sedebāt Ouidius. Proximus ad dn̄am nullo ꝓhibēte sedeto. Nr̄a bibat vernū, cōsueuerunt antiq authore Celso vt recitauimus apud Persiū illic. Et assiduo curata cuticula sole, an cibū exerceri, eā exercitationē seqbat mō vnctio vel in sole, vel ad ignē, mō balneū. Descēdebāt.n. in soliū vbi lauabant, tū multo oleo vngebāt, leniterq; Spōsio

ꝑfricabant. Persius alibi, At si vnctus cesses ⁊ figas incute solem, secundū ergo hāc cōsuetudinē ait nāta cuticula bibat solē vernū. Contracta, per ętatem rugosa.

Effugiatq; togam. i. exuat ⁊ deponat togā mēsura ad solem, hoc magis placet q̄ vt intelligas per togam labores comitum togatorum nam viliores togam sumebāt quum diuites sequebātur, qui potentiores salutabant matutino, eorum ergo comites errabant per vrbem dictiq; sunt togati ⁊ ante ambulone. Martia. Si matutinos facile est tibi rumpere somnos Attrita veniēt sportula sępe toga. Nisi forte velimus intelligere Iuuenalem inter togatos ambulasse sequētem diuites salutantes in quo officio ostēdit se fuisse Martialis Cur absim quęret, breuiter tu multa fatere, Non poterat vnę tedia ferre togę, sed ꝓ or sensus magis placet, Nam quum toga antea communis oīum Romāoꝝ habitus fuisset, iuxta qđ Virgi. appellauit Romanos Gentem togatā, ad viliores postea tantum transiuit. Salua fronte, sine aliquo pudore, hoc autem dicit, quia hora quinta negotiis maxime districti erant. Martialis. In quintā varios extendit Roma labores. Sextaquies lassis, septima finis erit. Salua autem fronte, dicit quia ibi omnis posita est maiestas hominis vnde dicimus Iste frontem perfricuit. i. omnem pudorem deposuit. Quintilianus in. ix. perfrica frontē ⁊ dic te digniorem qui prętor fieres. Hoc. s. frequentare conuiuia ⁊ ocio indulgere. Talis vitę, ociosę. s. ⁊ voluptuarie, Voluptates commendat rarior vsus, Sē tentia ẽgeneralis, per quam (licet poeta eam ad mediocrem vsum ꝑpularium tenendum accōmodet) monet omne nimium ex sentētia chilonis cunctis in rebus eē fugiendum, nullamq; voluptatem esse tantam quę nō assiduitate sui fastidium pariat.

Effugiatq; togam, iam nunc in balnea salua
Frōte licet vadas, quaquam solida hora supsit
Ad sextam, facere hoc non possis qnq; diebus
Continuis, quia sunt talis quoq; tedia vitę
Magna voluptates cōmendat rarior vsus,

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra duodecima,

Atali corruine die mihi dulcior hęc lux,
Qua festus promissa deis animaliacespes
Expectat, nineam reginę cędimus agnam.

Atali corruine die, Ad coruinū hanc Satyram scribit, qua oīdit se ꝓ salute amici sui Catulli qui graui maris agitatus tēpestate periculum omnino euaserat, nota diis esse persoluturum. Verum Satyrę non immemor eos flagellat q cupiditate adducti non pro amico qui habeat filios vt Catullus habebat, sed pro orbis tantum quorum hereditatem captent vota suscipiunt, nominatim autem insectatur Nęuium ⁊ Histrum pacuuium qui temporibus suis testamentorum captatiōe locupletati erant. Est autem ordo ⁊ sensus, O cornie hęc lux qua cespes foestus. i. ara expectat animalia ꝓmissa diis. Est mihi dulcior natali die, subauditur. n. extrinsecus est. Natali die, Sūma. n. hilaritate antiqui diē quo nati erant quotannis celebrabant, gratias diis agētes pro hac luce ad quam venerant. Amici vero cliēte natalem celebrantibus munera mittebāt, vñ multū auaritia adducti (vt dicimus alibi ante) nōsolū diē natalē semel, sed sępius in anno quo plura ab amicis munera acciperant celebrabant, quare a Martiale sic taxatur clytus. Vt poscas clyte munus exigasq; vno nascentis

Natalis dies

octies in anno. Natalis autem apud veteres plenum fuit vt illic apud Verg. Mens est natalis iola. Et mox adiectionem recepit, vt hoc loco natali die. Et apud Terentium. Poro aūt alio munere ferieē, vbi erit puero natalis dies. Cespes festus. i. ara ex cespitibus extructa, est enim cespes herba cum terra simul effosa. Regine, Iunoni quę ob excellentiā regina a poetis appellaē, vñ Verg. Ast ego q̄ diuū incedo regina. Par vellus, par agna, nā vellus sępe ꝓ one ponit a poetis. Ouidius li. vii. metamorphoseon. Cultrosq; in guttura velleris atri coniicit. Pugnanti periphrasis est minerue quam scimus eandem esse ⁊ palladem, quę in scuto caput meduse dicitur habere collocatum, ergo pugnanti gorgonē i. minerue quę pugnat, egide in qua est caput meduse collocatū, Vergi. egidaque horrifram turbatę palladis arma. Higinus tamen tradit caput Meduse fuisse collocatum in pectore eius, vnde ⁊ Claudianus in gigantomachia Tritonia virgo prosilit ostendens rutila cum Gorgone pectus. Gorgone maura, capite moduso in pectore sine scuto collocato Gorgones tres fuisse tradunt fabulę filias phorci, ex cetho coniuge, quarū prima stenno, secunda euriale. tertia Meduſa, eas scribit Mella habitasse insulas gorgades in oceano atlantico, vnde ⁊ gorgones dictas existimatur. fingunt poetę vnum tantum oculū iis fuisse, quem sibi inuicem commodarent. addūt Medusam per littora vagantem a Neptumo amatam, fugientemq; compressam fuisse in templo palladis. Ob eamq; rem deam indignatam capillos eius per quos ne plurimo placuerat i serpētes conuertisse, fecisseque vt qui eam aspicerent in lapides verterentur. hanc dormientē Perseus Ionis ⁊ Danaes filius acceptis mercurii talaribus eiusq; falcato ense, ⁊ scuto palladis chrystallino per quod iliam impune aspicere posset interemit, abscisitq; eius caput. quod ipsi scuto opposuisse dicitur. ex cernice igitur recisa equus pegasus alatus fertur esse procreatus, qui inde vsq; ad Helicōem collem pernollans, ⁊ pede humum fodiens fontem excitauit hippocrenē musis cōsecratū. Higinus tradit nō a Perseo sed a Minerua Medusam iteremptā fuisse. Omitto autē ea quę a Dioroli. iiii. referunt de Gorgonibus mulieribus validis ⁊ pugnacibus, aduersus quas dicit Perseum haud parno certamine bellum gesisse. Maura, nam in insulis vt diximus quę gorgades dicte sunt. in mari atlanti co habitauere, est aūt atlas mons mauritanię. Sed procul et tensum, sed Ioui inquit vitulum paranimus, quē mactemus. Funem extensum, ferociam oīdit vituli qui ducentes ēt ante iret. Nam vitulus sinibus ducebatur humeris autem hominis ad aras allatus non fere Victima litabat, sicut ne claudicans nec aliena hostia deos placat, nec fugiens ab aris. Hostia, victima ⁊ hostia dicitolium tur omnis bestia ad sacrificium tantum parata. Tar Tarpeio Ioui. i. capitolino, cuius templū erat i capitolio, nā ius quū fundamenta ędis Iouis fundarent, caput humanū mons

Gorgone

Hostia

Victima

Capitolium

dr̄ inuētū. Vnde mons capitolinus dictus est qui ātea Tarpeius a Tarpeia virgine vestali q̄ ibi sabinoꝝ scutis est obruta dicebat, huic prius Saturniū appellatū scribunt Cato ⁊ Fabius pictor de originibus. Frōtęq; coruscat posuit pro crispat, qđ signū est ferocitatis Tēplis maturis, nā maturi tūc dicebāt ad sacrificiū, quū canda articulū suffraginis cōtingebat, breuiore aūt nō. litabant, author Pli.

Spargēdusq; mero, nā in sacrificiis iter cornua victimaꝝ mez̄ fundebāt. Vergi. in q̄rto. Ipsa tenēs dextra paterā pulcherrima Dido. Candētis vaccę media iter cornua fundit. Ducere. fugere. Si res ăpla domi. Sensus est, si mihi diuitię essent quales opto, mactarem sane victimā pinguiorē hispulla sicq; se amico cōmendat ab ī genua volūtate. Affectibus. i. desideriis meis.

Hispulla, satyrice mulierem sui temporis pinguem notat. Ipsa mole, ipsa crassitudine.

Sanguis. i. taurus sanguinis ẽ succi plenus.

Clitumni. in agro falisco clitūni amnis aqua potat candidos bones facit Pli. lib. ii. capite. c. vi.

Iret, ad sacrificium. s. grandi ministro. i. victimario qui ante aras victimam cedebat. Mirantis se incolumem, q tantam tempestatē euadere potuisset. Nā prēter pelagi casus, prēter in quit estum maris ⁊ ictū fulminis euasi, tenebrę

Par vellus dabitur pugnanti gorgone maura
Sed procul extensu petulans quatit hostia funē
Tarpeio seruata ioui, frontemq; coruscat
Quippe ferox vitulus templis maturus ẽ aras,
Spargēdusq; mero, quē iam pudet vbera matris
Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
Si res ampla domi, similisq; affectibus esset,
Pinguior hispulla traheretur taurus, ẽ ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
Lęta sed ostendens clitumni pascua sanguis
Iret, ẽ a grandi cernix ferienda ministro
Ob reditum trepidantis adhuc, horrēdaq; pasi
Nuper, ẽ incolumem sese mirantis amici.
Nam pręter pelagi casus, ẽ fulguris ictum
Euasi, densę cęlum abscondere tenebrę
Nube vna, subitusq; antennas impulit ignis,
Quū se quisq; illo percussum crederet, ẽ mox
Attonitus nullum cōferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus, omnia fiunt
Talia tam graniter si quando poetica surgit
Tempestas, genus ecce aliud discriminis audi,
Et miserere iterum, quamquam sint cętera sortis
Eiusdem, pars dira quidem, sed cognita multis
Et quam votiua testantur pbana tebella
Plurima (pictores quis nescit ab iside pasci?)
Accidit ẽ nostro similis fortuna catullo.
Quū plenus fluctu medius foret alueus, ẽ iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis

fulgur

veluti nocturnę oborte sunt, sicq; atrocē tempestatē designat, qualis est illa virgiliana. His vnda dehiscēs terrā inter fluctus aperit, furit estus harenis. Fulguris euasi, quod forte euaserat, fulgur autem posuit pro fulmine. Est. n. fulgur ignis late explicitus, fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit. Subitus ignis, periphrasis est fulminis, est. n. ignis coactus ventoꝝ impetu iactus lege Senecam in naturalibus. Impulit antēnas. i. percussit. Conferri, comparari suo naufragio. Velis ardentibus, fulminis incendio cōflagrantibus. Oia sunt talia, tales inquit solēt esse tempestates quę a poetis describuntur, qualis fuit tempestas Catulli. Nā poetę si quando describunt tempestates eas exaggerando fingunt grauissimas, ⁊ sic ostendit tempestatem Catulli non cedere periculi atrocitate poeticis tempestatibus quantūuis grauissimis. Si quādo poetica surgit, idest a poetis describitur, bene autem dixit surgit, nam proprie tēpestas in mari surgere dicitur. Genus ecce aliud, attētum facit auditorem, est. n. dicturus quomodo

in mare omnia preciosa proiecerit vrgente tempestate.

Quāquā cętera, subaudi quę dicturus sum. Miserere iterum, quia iam misertus est ꝓpter tenebras ⁊ fulminis ictum quo vela sunt percussa. Eiusdem sortis, eiusdem tempestatis, nam potuisset aliud discrimē narrare extra tempestatē maris. Pictores quis nescit ab iside pasci, Tibul. locꝰ de Iside picta docet temꝑlis multa tabella tuis.

Tabella votiua, qui ex valitudie seruati fuissent in tęplo Esculapii i tabella genus morbi pictum suspendebant. Sicque qui naufragiū euasserant tabella casum pictum in templo Neptuni figebant, verū postea recepta ⁊ supstitiōe egyptia in templo quoq; Isidis cuius sacrificia prępropua veneratione in vrbe colebant tabellas pōebant, tanq; quę mari periclitat. bus opitularet. Cuius rei rōnem Lucianus commemorans in tertio deorum dialogo scribit quēadmodum Iuppiter mandauit Mercurio vt Argum pastorē intimeret Ioq; puellam in egyptum per mare transferret, Isidemq; nomiaret, quę in posterū esset egyptiis dea ⁊ nilū in alueū reduceret, venti imperaret, ac nauigantes seruaret. Qui igit naufragiū faciebāt id in tabella votiua pictum in templo Isidis ponebant, sicq; pictores pasci dicebant ab Iside Quare non immerito egyptius nauigium Isidis colit, quia Europa in Tauro rapta fert. i. in nauitauri picturam habente, author Fulgentius. Pars dira quidem. Arduū. n. est ex nauis ꝑciosam suppellectilē abiicere in mare. Cognita multis, quā calamitatem multi nauigantium sunt experti. Accidit fortuna ordo est. Accidit ⁊ Catullo nostro similis fortuna. i. vt. mare res preciosas abiiceret, quod ⁊ multi alii fecere, v templa docēt deoꝝ per tabellas votiuas. Votiuas, vo Votitiuę dicunt ea quę diis per votū destinata sunt, vñ vo uę tatiuam dicimus victimā quę per votum sacrificio ē de bellę stinata, vnde Horatius. Pascitur in vestrum reditū votiua iuuenca. Et Vitruuius lib. viii. Hiero rebus bene gestis quū auream coronam votiuam diis immortalibus quodā in fano constituisset. Quū penus fluctu, sensus est, quum forte nauis esset semiplena fluctu vndisq; icertis agitaret, neq; gubernator sua posset arte subuenire. Catullus partem rez̄ suaꝝ quibus nauis onerabāt in pelagus proiecit, quo nauis facta leuior tempestatem superaret. Sic ꝙ prudentia commendat Catullum

Subuenire.n. tempestati quauis ratione sapientis est, eoq; magis si plus adipiscare re explicata boni,q̃ addubitata male. Decidere iactis coepit.i. Catullus coepit decidere & pacisci cũ ventis,iactu.i. rerum suaꝝ eiectiõe, quasi ita eiectis rebus suis ventis satisfaceret,nam sequitur.imitatus castora, & fundite quę mea sunt, illud enĩ absurdum est exponere decidere pro cõcidere nauim. Decidere.n. dicunt debitores quum aliquibus rebus datis cum creditore paciscunt. Arboris incertę, ordo est. quum iam prudẽtia cani rectoris nullam ferret opem arboris incertę.i. quę naui icertę debebat & cõueniebat. Tale ẽt genus oõnis est apud Propertiũ. Quęritę nõ sani pectoris auxilium.i. quęrite auxilia pectori meo non sano i. q̃ conueniãt pectori meo potest etiam talis esse ordo. Prudentia cani rectoris arboris icertę, hoc est gubernatoris nauis incertę.

Arboris incertę.i. nauis. Nam poetę nauem plerũq; & arborem,& trabem appellant. Persius

Trabe rupta brutia saxa prehendit amicus inops. Oui. Nondum cęsa suis peregrinum vt viseret orbem Montibus in liquidas pinus descenderat vndas. Imitatus castora, castor animal est ponticum terestre & aquaticũ cauda pisciũ,cętera specie lutrę, q morsu testiculos sibi amputat periculo vrgente ob hoc je peti gnarus. Castoreum id medici votant Virgi. Virosaq; pontus Castorea,de quo plura apud Persium illic. Saperdam en adnehe ponto Castoreum stuppas,de eo multa Plin. & Solinus,poeta exẽplo Catulli monet salutem omnibus rebus antiponẽdam. Medicatum ,ad multa medicamẽta aptum. Teneris mœcenatibus.i. mollibus & delicatis qualis fuit mœcenas. Nam cum constat (vt diximus in prima satyra illic de mœcenate supino) delicatum fuisse. Atq; alias, subaudi vestes. Hoc loco poeta describit intelligitq; vestes coloris natiui ex lana bethica. Nam in pecudibus bethicis hoc est hispanis vellera sunt rutila, ex quibus nullo alio adhibito colore vestes texebãtur,eas ostẽdit poeta talem colorem habere ex pascuis potuq; aquarum & temperie aeris. Inde lacerna bethica apud Mart. sic loquitur. Non est lana mihi mẽdax nec mutos abeno. Sic placeãt tyrię,me mea tinxit ouis, Idem lib. ix. In tartesiacis domus est notissima terris, qua dines placidum corduba Bethin amat. Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo. Et linit hesperium bractea vina pecus. idem in fine.xii. libri. Bethis oliuifera crinem redimite corona,aurea qui nitidis vellera tingis aquis. Generosi graminis,ordo est, quaꝝ vestium ipsum pecus natura generosi graminis infecit.i. tinxit,vñ infector tinctor appellatur. Cicero Dibaphum rogitat sed infector rem oratur. Generosi graminis.i. herbę generosę & nobilis. Sed & egregius fons,non solum imquit lanę illę in onibus sunt rutilę ex pascuis, sed etiam ex potu bethis amnis & ex aeris tẽperie, neq;.n. ad illud est referendum quod aliqui ex authoritate Plinii senserunt,qui sic libro secundo capi.c. vi. scribit. In boeotia amnis Melas nigras oues reddit. Cephisus ex eodem lacu profluens albas,rursus nigras penitus ruffasq; iuxta Ilium Xanthus,vnde & nomẽ amni,nã ξανθος flauum significat,sed ad aquas tantum bethicas, quum sequatur & bethicus adiunat aer. Viribus occultis,ideſt nõ intellectis. Aer bethicus, aer hispanus, nã bethis fluuius est hispanię vltrioris a quo & hispania bethica nominatur, ea ẽ quę nunc granata appellatur. greci enim cooõũ vocant granum,cuius illic magna est copia & bonitas Plinio. Parthenio fictas, commendatio est ab artifice. Sic Virgilius,diuini opus Alcimedontis. Et dignum sitiente pholo, id est qui optime posset pholo satisfacere sitiẽti,& ei sitim explere. Nam pholus centaurus fuit a quo propinquus mons pholus est appellatus,qui quum Herculem hospitio suscepisset dolium vini antea defossum extulit,hoc traduxit cuidam centauro olim a Dionysio datum imperatumq; vt tunc vinum proferret, quum ad esset Hercules,eo igitur facto ferunt reliquos centauros vini odore & virtute factos ebrios,quumque impetum vna omnes in pholum facerent, ab Hercule partim cesi sunt partim in fugam conuersi. lege Diodorum libro quinto, Vel coninge fusci, mulierem bibacem sui temporis flagellat. Bascandas, vasa erant britannica, Martia. Barbara depictis venit bascauda britannis, sed me iam mauult dicere Roma suam. Escaria, scilicet vasa ab esca denominata. Multum celati, scilicet auri. Quo biberat, designat poculum aureum quod vt scribit Plin. libro xxxiii. capite.iiii. philippus Philippus rex Macedonum subiit ebat quũ vellet dormire. Emptor olinthi, Olinthus ciuitas est Thracię edito in loco sita (vt libro primo historiarum scribit Thucydides) quam vt testatur Demosthenes contra Euchinem,Philippus Amynthę filius Alexandri pater,emit ab Laschene amico suo,quem pecunia corruperat. de quo in t. Ilexisse Virgilium in sexto illic Vendidit hic auro patriam tradit Seruius. Callidus, nam vt scribit Iustinus blandus pariter fuit & insidiosus, vt qui plura promitteret q̃ prestaret, Callidos appellat Cicero in libro de natura deorum, quorum tanquam manus, sic animus vsu concaluit, Sed quis nunc alius? hęc ad laudem dicuntur Catulli (qui quod alii non facerent) pluris fecit salutem quam opes suas, sicq; sui temporis auariciam notat. Non propter vitam,docet poeta philosophice ita homini parandus esse opes, vt eas habeat tanq; ancillas non dominas (Sed nisi forte nimis arrogans vi

Arboris incertę nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem,decidere iactu
Coepit cum ventis,imitatus castora.qui se
Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno
Testiculi vsq; adeo medicatũ intelligit inguen.
Fundite quę mea sunt dicebat cuncta catullus
Precipitare volens etiam pulcherrima,vestem
Purpuream teneris quoq; moecenatibus aptã,
Atq; alias,quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus,sed ẽ egregius fons
Viribus occultis,ẽ bethicus adiunat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere lances
Parthenio factas,vrnę cratera capacem,
Et dignum sitiente pholo,vel coninge fusci,
Adde ẽ bascaudas ẽ mille escaria,multum
Celati,biberat quo callidus emptor olinthi.
Sed quis nunc alius,qua mundi pte, quis audet

derer) negarem hęc duo carmina esse Iuuenalis, nullã enim poetę sapiunt granitatem, Cęci vitio, scilicet immensę cupiditatis & anaritię. Iactatur, scilicet in mare. Aduersis, scilicet ventis & fluctibus. Illuc decidit, eo necessitati deuenit vt etiam arborem nauis succideret. Explicat angustum, succiso arbore nauem reddidit spaciosam, quę antea angusta erat atque implicita.

Quando, quandoquidem solemus in periculis afferre vltima & extrema presidia vt truncemus scilicet arborem quo nauis fiat leuior legendumque cum suspirio. I nunc,honesta inhibitio est per permissionem. Sic Ouidius. Digitis a morte remotus q̃tuor, hoc videtur poetę sumpsisse ex dicto Anacharsis qui quum didicisset quattuor digitorũ nauis esse crassitudinem tantum inquit morti propinqui sunt qui nauigãt I nunc & cupidi nomen amantis habe,monet.n. quantum nauigãtibus immineat periculum.

Tęda,tabula nauis. Tędam autem posuit pro omni arbore ex qua naues fieri solent, de Tęda diximus in prima Satyra illic, Tęda lucebis in illa. Mox cum reticulis,qui nauigant panem & alia ad victum necessaria secum ferunt. Persius, Iam pueris pellem succinctus & Oenophorum aptas, ait ergo poeta Tu qui nauigaturus es memento vna cum pane & vino sumendas esse tecum secures ad nauis arborem incidendam,si tempestas vrgeat,quasi dicat scito mortis periculum semper nauiganti imminere, legendumq; est Accipe non aspice. Reticulum enim est genus sacci aptum ad panem ferendum a rete denominatum. Horatius Vt si reticulum panis venales inter onusto Forte vehas humero. Reticulum item vt diximus in secunda Satyra illic Reticulumque comis auratum ingentibus implet, tegmen est capitis muliebris. Ventre lageną,hoc est capaci & ampla lagena, vas est terreum tam aquarium q̃ vinarium. Iuuena. pugna saguntina fernet commissa lagœna. Nam ex sagunto hispanię ciuitate preciosa fictilia mittebantur. Martia. in apophoretis. Sume saguntino pocula picta luto. idem alibi. Picta saguntino cymbia malo luto. Sed postquã iacuit. Sensus est & ordo, postquã mare factum est tranquillum & omnis tempestas sedata est &c. Prora miserabilis cucurrit inopi arte, hoc est vestibus extensis & velo suo quod vnum superauerat, nam vela quę maiora erant in medio maris fulmine fuerunt absumpta. Tempora vectoris,scilicet fuerunt. Fatum, ipsa deorum benignitas. Valentius, potentius. Euro & pelago ipsa tempestate. Parcę bilares,ideſt ipsa fata. Meliora pẽsa,feliciorem fortunam. Pensa numero tantum pluma li dicuntur quęcunque pendent e colo, hoc est quę in filũ duci possint. Cui. Nos humiles famulęq; tuę data pẽsa trahemus.

Lanificę, hoc est operatrices. Albi flaminis, ideſt felicitatem portendentis, nam parcę dicuntur fila nigra ducere, quum mortem infelicitatemque minantur, contra vero fila alba, quũ felicitatem portendunt. Martia. Si mihi lanificę ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista dies. Fortior, nam ventus est qui vehemẽtiori venit impetu. vnde & nomẽ, aura vero leuior est. Inopi arte, inopi presidio expositiuę vestibus extensis. Superauerat, superfuerat. Virgili. Amissa solus palma superabat acestes, ideſt superarat. Plinius de elephantis,namque vnum qui superauerat. Iam deficientibus austris spes vitę cum sole redit, Deficientibus inquit ventis ac iam sole hoc est serenitate reuersa Catullus cœpit iam de salute sperare. Sublimis apex, ideſt mons albanus, vbi Ascanius condidit Albam. Nam post trigesimum annum ex quo Aeneas Laurinium tenuerat, Ascanius amisso patre abundante Laurinii multitudine, florentem iam vt tum res erant vrbem Laurinię matri siue nouercę (nam id quoque ambigit Liuius) reliquit,nonam ipse aliam sub albano monte condidit, quę a situ porrecto longa alba appellata est, de hoc plura diximus in quarta Satyra. Candida, scropha, nam a nom ne porcę albę quę triginta (vt scribit Varro libro secundo de re rustica) porcellos peperit in portentum albos denominata est alba. Scropha autem appellatur sus non castrata, sed quę ad fœturam habetur. Mirabile sumen,expositio est, ideſt ex qua optimum haberi potuisset sumen. De sumine diximus in secunda Satyra & apud Persium illic, Calidum scis ponere sumen. Lętis Phrygibus, vtrum quia ea duce sedem inuenissent, an q̃ mirandum sumen essent habituri ex porca, quę triginta esset mamillarum. Et clara, ordo est scropha clara triginta mamillis nunquam visis, scilicet in alia porca,

Argento pręferre caput,rebusq; salutem?
Non propter vitam faciũt patrimonia qdam,
Sed vitio cęci propter patrimonia viuunt.
Iactatur rerum vtilium pars maxima,sed nec
Damna leuant, tunc aduersis vrgentibus illuc
Decidit vt malum ferro summitteret,ac se
Explicat angustũ, discriminis vltima quando
Presidia afferimus, nauem factura minorem.
I nunc ẽ ventis animam committe dolato
Confisus ligno,digitis a morte remotus
Quattuor,aut septem si sit latissima tęda,
Mox cum reticulis,ẽ pane,ẽ ventre lagenę
Accipe sumendas in tempestate secures.
Sed postq̃ iacuit planum mare,tẽpora postq̃
Prospera vectoris,fatumq; valentius euro
Et pelago,postq̃ parcę meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares,ẽ staminis albi
Lanificę,ẽ modica non multo fortior aura
Ventus adest,inopi miserabilis arte cucurrit
Vestibus extensis,ẽ quod superauerat vnum
Velo prora suo,iam deficientibus austris
Spes vitę cum sole redit,tum gratus iulo
Atq; nouercali sedes prelata latino
Conspicitur sublimis apex, cui candida nomẽ
Scropha dedit, lętis phrygibus mirabile sumẽ,
Et nunquam visis triginta clara mamillis.

Portus hostie INTRAT moles positas, idest portum hostiensem magnis molibus a Claudio extructũ. De quo ita Trãquillus meminit. Item perfecit emissarium fucini lacus portumque Hostiensem, a diuo Iulio sepius dessinatum ac propter difficultatem ommissum, & Paulo infra continuis. xxx. hoĩum milibus sine intermissione operãtibus portũ hostie extruxit, de eo meminit & Eusebi. cronographus.

Tyrrhenaq; pharõ. i. turrim que in portu hostiẽsi erecta erat a Claudio in emulationẽ phari alexandrine, vt ad nocturnos ignes cursũ nauigia dirigerẽt. pharus Nam id sciendum pharoꝝ insulã esse, que obiecta alexandrie portum efficit, vbi turris est eiusdem nominis quã Ptolomeus erexit, cuius vsus erat nocturno nautarũ cursui ignes ostendere ad prenuncianda vada portus que introitum, a cuius nomine omnes reliquę turres que cõplutibus locis flagrãt noctu phari sunt appellate. Tyrrhenam, tuscam, mare. n. id tyrrhenum dicitur hoc est etruscum, in cuius littore sita est hostia.

Non sic mirabere, quum videas portus structiles ea esse operis magnitudine. Brachia porrecta. i. moles ꝓtentas in mare. Relinquunt Italiam, magnitudinẽ portus ostendit qui ita in mare extendebãt vt viderẽt longe ab Italia recedere & longe eam relinquere. Tale est illud Virgilii in. x. Ille velut rupes vastũ que prodit in equor Obuia ventoꝝ furiis, expostaq; ponto. Interiora, partem interiorem ipsius portus. Pernia, nauigabilia tantum parue cymbe, qualibus in lacu lucrino vtuntur, qui in Campania est iuxta Baias, sicq; ostendit nauem Catulli ita mutilatam & tempestate cõfractam, vt per breuia etiam ferrẽt. Tunc stagnante sinu, portu Tranquillos habente fluctus tempestate iã sedata. Tunc. s. vbi in portum venere. Vertice raso, serui qui manumittebant in tẽplo vt diximus diffusius in cõmentariis Persii ex sententia Plutarchi i problematis. Feronie que libertoꝝ dea dicebatur, raso capite pileum accipiebant, qd & Plautus in amphytrione meminit. quod vtinam ille faxit Iuppiter, vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Naute igit quasi in libertatem vendicati quã per tempestatem amiserant, ad eius rei imitationem caput sibi raserãt. Gaudent narrare pericula. Hoc aũt est ex cõsuetudine hominũ qui superato graui periculo gaudent multis id narrare. Secura. n. ꝑteritoꝝ maloꝝ recordatio solet esse iucunda. Vnde Seneca in tragoediis. Quod fuit duꝝ pati, meminisse dulce est. Garrula pericula, hypallage est ꝓ ipsi garruli. Ite igitur pueri, verba sunt Iuuenalis imperãtis seruis, vt parent que ad sacrificia & vota exoluenda pro Catullo pertineant. Nam Romani prisco instituto rebus diuinis operam dabant quũ aliquid cõmendandum esset precatione, quum soluendum gratulatione, quum exposcendum voto. Valerius author in primo limine. Linguis animisq; fauentes, nam in rebus diuinis, vt scribit Cicero de diuinatione que publice fierent, vt fauerent linguis imperabatur, quod significabat vt taciturnitatem ꝑstarent. Nam in ludis fauor, in sacris taciturnitas est necessaria, vt sacra rite peragi possint nulla mala voce obstrepente. Tibullus. Quisquis ades lingua vir mulierq; faue. & alibi Ore fauete oẽs. *fauere linguis*

Tandem itrat positas inclusa per equora moles
Tyrrhenaq; pharon, porrectaq; brachia rursus,
Que pelago occurrũt medio lõgeq; relinquũt
Italiam, non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit, sed trunca pupe magister
Interiora, petit baiane pernia cymbe.
Tunc stagnante sinu gaudent ibi vertice raso
Garrula securi narrare pericula naute.
Ite igitur pueri linguis animisq; fauentes,
Sertaq; delubris, & farra imponite cultris,
Ac molles ornate focos, glebamq; virentem,
Iam sequar, & sacro quod prestat rite peracto
Inde domũ repetam, graciles vbi pua coronas
Accipiunt fragili simulachra nitentia cera.

Sertaq; delubris, templa. n. deoꝝ frondibus & sertis ornabantur Virg. Et festa velamus frõde per vrbem. Farra iponite cultris. i. cultros molaque ex tosto farre & sale constabat inspergite, nam mola tria insparge bantur culter. s. ignis & caput victime. Molles *mollis* focos, molles appellauit aut q; iis odores & tura crementur, que arabes molles mittunt. Tibullus. Vrantur pia tura focis vrantur odores quos tenere terra diuite mittit arabis, Virgi. Molles sua tura sabei, aut qd magis placet molles focos, recẽtes & nouos, vt illud apud Statiũ in syluis. Sertis mollibus expleatur vmbra. i. nouis & recentibus, vnde Plinius ad Apollinarẽ. Prata florida & gẽmea trifolium aliasq; herbas teneras semperq; molles & quasi nouas alũt. Sic & Virgi. Castanee molles. i. noue & recentes, nã nuperrime parati erant foci, sequitur. n. glebamq; virentẽ.

Glebãq; virẽtem. i. aram ex glebis erectam, sup quã foci parabantur. quod ꝑstat, qd melius est & excellẽtius tanq̃ publice factũ. Inde. i. ex publico sacrificio iam peracto. Est aũt ordo, inde domũ repetam peracto rite sacro qd prestat. Domũ repetam, vt priuatim. s. sacrificet laribus, qui et ꝑuatim in domibus & publice in cõpitis colebant. *Lares* Nã lares vt recitauimus apud Persiũ antiquitas ꝑsides vocauit, qbus canis assistit & ipsi pellibus caninis vestiunt vt inquit Macrobi. eius rei duplicem Plutarchus cãm affert in problematibus. Nã quũ presides inquit sint qui ꝑsunt, hos domus custodes esse oportet & alienis formidolosos vt canes videmus. Mites vero ac lenes mansuetosq; domesticis vel q; demonia quedã mala circũerrant, qbus dii quasi carnificibus & sceleꝝ vltoribus aduersus iniustos & ipios vtant. Sic lares furiales existimati sunt & pœnaꝝ & vite exactores & opationũ speculatores. Quare fit vt caninis pellibus induant, qbus & cãnes ideo assistit q; ad inuestiganda scelera & vlciscendos iprobos sagaces sint. De laribus itẽ meminit Apule. in lib. de deo Socratis. A laribus fit Lararium qd capit pro loco vbi lares colebant. De quo sic *Lararium* Lampri. in Alexãdro Seuero. Virgilii imaginẽ cũ Cic. simulacro in scdo lirario habuit, vbi & Achillis & magnoꝝ viroꝝ. Alexandrũ vero magnũ inter optimos & *corone* dinos in larario maiore cõsecrauit. Graciles coronas, hoc dicit, quia Romani vt scri. Pli. li. xxi. quũ terra flores negaret, coronas ex ramento e cornibus tincto sibi cõficiebant quas hibernas appellabant, paulatimq; subrepsit appellatio corollis inter initia ꝑpter gracilitatem noĩatis, hinc ergo poeta graciles coronas appellauit, Lares aũt coronati solitos docet Pli. sic. Et iam tunc corone deoꝝ honos erant & larium publicoꝝ priuatorumq; & sepulchroꝝ & maniũ, vnde Plautus in aulularia itroducit Larem dicentẽ, thure, vino coronis, sibi quotidie sacrificatũ fuisse. Hic, hoc est domi. Laribus paternis hoc est domesticis & maioꝝ nostroꝝ. Nostrũ Iouem, aut quem peculiari cultu domi veneramur, aut nostrum. i. Romanum.

Iactabo, spargam. Omnes colores viole. i. violas ois generis, nam tria sũt, vt diximus apd Persium Illic & lathina, lena genera violaꝝ purpuree, lutee, albe. Cuncta nitent, ita a poeta in ferunt, quasi ilico oĩa a seruis & ministris essent parata ad sacrificium vt sit sensus, oĩa polita, mũda, ornataq; sunt, qualia fieri idẽ in eiusmodi rerum celebratione. Lõge erexit ianua ramos. i. ornate ẽ ramis lauri, nã in festoꝝ solẽnitate domus lauro ornabantur. Alibi ornentur postes & grandi Ianua lauro. Festa, cõiunge cũ Ianua vt sit Ianua festa & do-*operati* mus festa. Operat, rẽ sacrã facit Virg. letus operatus in herbis Propertius Cynthia iã noctes ẽ opata decẽ.

Hic nostrum placebo iouem, laribusq; paternis
Tura dabo, atq; omnes viole iactabo colores
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.
Nec suspecta tibi sint hec coruine, catullus
Pro cuius reditu tot pono altaria, paruos
Tres habet heredes. libet expectare quis egram,
Et claudentẽ oculos gallinam impẽdat amico
Tam sterili, verũ hec nimia est ipensa. coturnix
Nulla vnquam pro patre cadet. sentire calorem
Si cœpit locuples gallita, & pactius orbi
Legitime fixis vestitur tota tabellis
Porticus, existunt qui promittunt hecatõben,
Quatinus hic non sunt, nec venales elephanti,
Nec latio haud vsquam sub nostro sydere talis
Belua concipitur, sed furua gente petita
Arboribus rutulis & turni pascitur agro.

Nec suspecta tibi, noli inquit suspicari coruine me iõ hec vota tam solẽniter exsoluere quia velim captare Catullũ, non. n. est orbus, sed tres habet liberos, quibus bona sua relinquat. Sicq; venuste captatores sui tpis sigillat. Libet expectare, voluptariũ ẽ inqt expectare an aliquis appareat q pro amico tã sterili vel gallinam moribũdã mactet, quasi dicat nemo erit q sacrificet. Nã galline (vt scri. Pli. lib. x.) ad rẽ diuinã luteo rostro pedibusq; pure non videbant, ad opertanea sacra nigre. Tã sterili, qualis est Catullus qui quũ filios habeat nihil daturus est captatori, sed oĩa filiis relicturus, nã sterilis amicus captatoris dr̃, vnde nullus exit fructus, quũ oĩa liberis relinquat, sic & agrum sterilem dicimus qui fructum non facit, & mulierem sterilẽ que foetus non parit. Veꝝ hec nimia & impensa, Ironicos. q. d. non esse mirandũ si quis non inueniat qui pro amico gallinã sacrificet quia nimia sit impensa. *Coturnix* Coturnix, auis quã vulgus vocat qualeã grece ortyx dr̃, vnde Ortygometrã ipsaꝝ coturnicum regẽ vocamus. *Ortygotra* Coturnicẽ aũt posuit pro vilissima aue, nã apud mensas Romanoꝝ damnabant, q; morbo comitiali laborare dr̃, Pli. author. Pro patre, ꝓ eo qui pater sit. i. qui filios habeat, quia inde nihil sit capturus. Sentire calorẽ si cœpit, auariciã sui tpis notat, monent inquit spe cõsequende hereditatis ad faciẽda vota & sacrificia pro orbo si forte vel minima valitudine corripiat, hinc exit illa Plinii lib. xiiii. conquestio. Postq̃ cœpere orbitas in authoritate summa & potentia esse captatio in questu fertilissimo, ac sola gaudia i possidendo pessum iere vite ꝑcia. Gallita & pactius, noĩa sunt diuitum orboꝝ quos pro oĩbus diuitibus orbis ponit. De pactio meminit Mart. sic, Munera que cuperet pactius esse sua. Legitime, Ironicos quasi iure quodã & lege. Tota porticus, nam in porticibus temploꝝ suspendebantur tabelle suscipientium vota. Calorem, ardorẽ febris. *Hecatombe* Hecatomben, sacrificium centum boum, a numero victimaꝝ, ἑκατὸν. n. centum, βοῦς bouem significat, ad quod sacrificii genus respexit Persius illic Centum paria ob res egregie gestas induco. i. duplicem hecatombẽ. Quod genus sacrificii primum institutum fuisse a Laconibus videtur ostendere Strabo in. viii. Laconia inqt quum priscis annis centenis ꝑesset vrbibus Hecatompolim vocitatam memorie proditum est, inde quotannis per eos boues centenos imolari consuetum fuerat, quod sacrum hecatombas appellabant, vt totidẽ numero mactarent boues quot eẽnt ciuitates. Quũ ergo tale sacrificiũ pageretur, centum are extruebãtur, vt totidem essent quot & victime, vnde illud dictum est Statio in genethliaco Lucãi. Centum thespiacis odora lucis Stent altaria, victimeq; centum. Et licet alie etiam victime q̃ boues imolarentur, sacrificium tamen veteri vocabulo appellatum est hecatombe, vnde ita scribit Iulius capitolinus. Hecatombe autem tale sacrificium est, centũ are vno in loco cespiticie extruunt, & ad eas centũ sues, centũ oues mactãtur. Nam si imperatoriũ sacrificiũ sit centum Leones, cẽtum aquile &c. huiusmodi aĩalia centena fuerint, quod quondam greci fecisse dicunt quum pestilentia laborarent &c. Quatinus hic non sunt, sensus, est quandoquidem hic non sunt venales elephantes, nec talis in latio belua progeneratur, sed tãtũmodo ex locis longinquis petitur, vt imperatoribus seruiat, qui eam tantum i voluptatem alunt, nulla igitur mora erit, quin per pacuuium & nouiũ captatores elephanti inueniant, quos ꝓ orboꝝ salute sacrificent. Sicq; notat attentam captatoꝝ diligentiam, qui nulli parcẽtes nec impẽse, nec labori elephantes peregrinã etiã beluã inueniunt. Differunt aũt inter se Quatinus & quatenus, vt Quatinus ꝓ q̃nquidem, & q̃m ponit, Tranquillus in Claudio. Confirmauitq; pro concione apud pretorianos Quatinus sibi matrimonia male cederent se mansuꝝ in celibatu. *q̃tinus q̃tenus* Quatenus vero ꝓ quousq; & quoad vt sit cõpositũ a qua & tenus, vt Hora. Iubeas miseꝝ esse libẽter Quatenus id faciat. Cice. in Lelio videamus Quatenus amor in amicitia ꝓgredi dẽat. Quatinus. i. q̃m vel q̃nqdẽ. Hic. s. Rome. Belua cõcipit, scribit tñ Columel. in. iiii. de re rustica in vrbe Roma elephãtes ꝓg̃natos fuisse. Furua gente, aut ab indis, quoꝝ in corpe (vt scri. Apule. in floridis) color noctis est, vt ab ethiopibus q sunt i extrema pte Aphrice ad montẽ atlantẽ, nã vtrinq; elephãti mittunt, aut ab Troglodytis ethiopibus qui arabie sunt contermini, oẽsq; colore fusco, apud quos ẽt elephantes

progenerantur. Furua, nigra. vnde illud Mart. Nigro belua nil negat magistro. Cesaris, Domitiani. Armentū, expositio est vt sit belua armentū Cesaris, videtq; hoc dici a poeta in segnitiē suorū temporū, vt sit sensus, elepanti quoꝝ vsus erat in bellis olim, nūc ab imperatoribus seculi nostri ad voluptatem ꝛ spectacula exhibent, pugnaue re Romę in circo Claudii pulchri edilitate, & Cesari Dictatori tertio eius cōsulatu. xx. contra pedites quingētos, itidē q; totidem turriti cum sexagenis ꝓpugnatoribus germanici Cesaris munere gladiatorio quosdā incōditos motus edidere saltantium modo.

Rutulis, populi sunt latii qbus iperauit Turnus. Hannibali Tyrio. i. afro ꝛ carthaginēsi Tyrium aūt appellat q; ex tyro venerit Dido q̃ carthaginem cōdidit in Aphrica. Nam Hannibal secūdo bello punico quū in Italiā per alpes descendisset elephantes secum duxit, vt Liuius, plutarchus, ꝛ Sylius scribunt.

Cesaris armentum, nulli seruire paratum
Priuato, siquidem tyrio parere solebant
Hannibali, & nostris ducibus; regiq; molosso
Horum maiores, & dorso ferre cohortes
Partē aliquam belli; & euntē in prœlia turmā.
Nulla igit mora p nouiū, mora nulla p bistrū
Pacuuium; quin illud ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante lares gallitę victima sacra
Tantis digna deis, & captoribus horum.
Alter enim si concedas mactare vouebit
De grege seruorū, magna & pulcherrima quęq;
Corpora vel pueris; & frontibus ancillarum
Imponet vittas; & si qua est nubilis illi
Iphigenia domi dabit hanc altaribus; & si
Non sperat tragicę furtina piacula ceruę.
Laudo meum ciuem, nec comparo testamento
Mille rates, nam si libitinam euaserit ęger,

denti perfecta nitens elephanto. Dentes elephāti ꝓprie ebur sunt, penuria tñ̄ factum est, vt ꝛ ossa secarentur ac pro ebore haberentur. Victima sacra expositio est.

Tantis digna deis ꝛ captatoribus hoꝝ. Ironicos legendum est, quasi dicat nec elephantē licet omniū animalium maximū victimam satis dignam eē, quę diis sacrificetur, nec dignam quā captatores mactent quādo alia victima nobilior existat, ait enim alter erit q filiam ꝛ nubilē vouebit mactare pro salute diuitis. Tantis deis, laribus qui rogantur pro salute diuitis Captatoribus horum. s. diuitum. Alter. s. pacuuius non deerit, qui ꝛ seruos ꝛ filiam nubilem si habuerit non dubitabit mactare, vt solus hereditatem oēm consequatur vt sequētia docent. Si concedas. i. si ei per leges concedat, vt mactet seruum, vel si tu concedas o orbe. i. si toleres. Imponet vittas, nam victimę caput vitta vinciebatur. Valerius Flaccus libro. i. sic, Multa pallens ferrugine taurus Stabat adhuc, cui cerulee per cornua vittę. Idem alibi, tibi ceruleis in littore vittis, Et çephyris glaucoq; bouem, thetidiq; iuuencum, Deicit Anceus. Et si qua est Iphigenia domi. ꝛ si quam filiam nubilem habebit, eam exemplo Agamēnonis mactabit, pro salute amici orbi, quamuis ei nulla sit spes filię conseruandę, quomodo Agamemnoni seruata est filia per Dianam quę ei paranti puellam imolare ceruam ablata puella supposuit. Furtina piacula, furtinas expiatiōes, quales subiectę sunt Agamēnoni ab ipsa Diana, quę omne exercitum grecorum pestilentia vexabat ob ceruam ei consecratam in venatione ab Agamēnone occisam, cerua enim quę fuit piaculum et expiatio supposita fuit. Cerue tragicę. de qua tragici scripserunt, vt Sophocles ꝛ Eurypides. Laudo meum ciuem, Ironicos quasi dicat, sapiens nimirum est ciuis meus pacuuius, qui filiam pro salute amici mactare ē paratus, nam plurisfacio testamentum quod captat q̃ salutem mille nauium, pro qua Agamēnon Iphigeniam filiam suam imolauit, nam si diues conualuerit testamentum mutabit, & omnia quę vtriq; relinquebat soli relinquet pacuuio, ergo laudandum est eius consilium, ac per hoc ostendit ipsum improbius facere q̃ fecit Agamēnon, Is enim imolatione iphigenię mille naues seruauit, Pacuuius vero cęde filię vnum tñ̄ hominē, sed testñ̄ inqt Ironice pluris faciendū est, q̃ mille naues sicq; improbā, ꝛ cęcā bois cupiditatē dānat, q ēt spe icerta testamēti paratus sit filiā mactare, nā si tūc moreret orbus, hęditas pari modo ad vtrūq; captatorē rediret. Testamēto, ad qđ inhiat. Libitinā euaserit. i. mortē ꝛ funestā valitudinē, nā libitina dea fuit i cuius ęde q̃ ad sepulturā pertinebāt vēdere cōsueuerūt q libitinarii sunt appellati, auctor Plutarcus in ꝓblematis. libitina

molossi Regiq; molosso. i. pyrrho epirotarum regi, Molossi enim gens epirotarū sub Pyrrho neoptolemo fuere, quē Achilles ꝓcreat, ꝛ sub eius successoribus thessali ci sanguinis. dicti aūt Molossi a Molosso rege, nā Pyrrus eo bello quo tarētinos Iuuit aduersus Romanos, primus in Italia visus est elephātis, quos boues lucas appellatos cōstat, q; in Lucanis primū visi sint, vnde Ausonius, Vt lucas boues olim resumpto. Prę feroces iuuit iuuentus romula. Boues Lucę Hoꝝ maiores, ordo est. Siqdem maiores horum elephantoꝝ solebant parere Hannibali tyrio ꝛ nr̄is ducibus, et ferre cohortes dorso, expositiue partem aliquā belli quasi dicat in reprehēsionem segnitię suorum tempoꝝ eos nunc tñ̄ ali ad spectacula, qui antea ad bella dūtaxat parabātur. Euntem in prœlia, inuidiose dixit in prœlia, quasi dicat nō progrediētem (vt nunc fit) in theatra. Nostris ducibus, idest romanis. Nam ꝛ Scipio socer Pōpeii in exercitu suo aduersus Cesarem habuit elephātes in Aphrica. de quo ita Apianus lib. ii. de bello ciuili sic scri. Quū Scipio octo peditū legionibus instructus equitū viginti milibus, quoꝝ maior pars libycoꝝ fuit, ad hęc scutatis plurimis ꝛ elephantis circa triginta aduētare diceretur. Nulla igitur mora est, quū igitur inquit gallita ꝛ pactius orbi vexentur vel minima valitudine, nulla mora est per nouiū aut bistrum captatores, quin elephas qui in Italia non ꝓgeneratur ꝛ siquis est deseruit imperatoribus, quoquomodo inueniat ducaturq; ad aras mactandus. sicq; ostēdit vt diximus attentā captatoꝝ diligentiam, qui nulli parcentes, nec impense, nec labori elephantes peregrinā beluam inueniant, tantus est amor habendi.

Per nouium, nouius ꝛ bisster pacuuius captatores tēporibus poetę. Illud ebur, ebur posuit pro eleph[an]to, contra Virgi. in sexto elephantū pro ebore, Altera cādenti perfecta nitens elephanto.

Tabulas testamentum, Inclusus carcere nasse. i. munere captatoris ligatus et captus, sumpta est metaphora a piscibus qui nassa inclusi nequeunt exire. Est. n. nassa vas vimineū ad capiendos pisces, quo quū ingressi fuerint exire nequeunt Sylius. Haud secus ad vitreas solers piscator ad vndas, Ore leuem patulo texens de vimine nassam. Nassa Post meritū mirandū, Ironicos quasi dicat miꝝ non eē si oia bona relinquat pacuuio qñ ipse pro salute eius filiam ēt suam sacrificare paratus fuerit. Forsan hinc est maxima pars indignationis. Breuiter dabit. i. illum hęredē relinquet ex asse. i. ex toto, nam qui omnia vni relinquit breuibus et paucis verbis cond testamentum. dicit. n. Pacuuium reliquo hęredē ex asse. i. ex toto patrimonio. sicq; breuiter testamētum cōdit. Mart. in vii. Hęredē Fabius labienum ex a se reliquit. Victis riualibus, aliis captatoribus. Riuales Riuales proprie auctore Vlpiano dicūtur ii qui p eundem riuū aquā ducunt, per translationem autem appel[l]antur qui eadem cupidit[a]te laborātꝛ ad eandē rem habendā, intentū habent animū, quasi eodem affectus riuo concurrentes, vnde riuales qui eandem etiam mulierem amāt appellātur. Ergo vide, insultatio est poetę per risum in captatores. Quam grāde operę p̄cium, q̃ grandem et magnam vtilitatem afferat imolatio filię, est aūt translatio sumpta a mercenariis, quibus suaue est post laborem mercedem accipere. Mycenis ingulata. i. filia qualis fuit Iphigenia mycenea agamēnonis filia, nam mycenis est forma patronimica, Mycene. n. fuit agamēnonis patria. Viuat pacuuius, hęc omnia cum summa indignatione dicūtur a poeta in reprehensionem auaritię sui temporis. Nestora totum, qui tercentos annos vixisse fertur, de Nestore diximus in satyra omnibus in terris. Quantum rapuit Nero. nam ad omnes rapinas conuersus fuit, vt templis etiā pluribus dona detraxerit, nulliq; delegauerit officiū vt nō adiiceret, scis quid mihi opus sit, ꝛ hoc agamus ne qs qcq̃ habeat. Nec amet quemq̃ nec ametur ab vllo, dira sane imprecatio est, nihil. n. potest homini infoelicius accidere, q̃ vt neminem habeat amicum.

Delebit tabulas inclusus carcere nasse,
Post meritum sane mirandum, atque oia soli
Forsan pacuuio breuiter dabit, ille superbus
Incedet victis riualibus. ergo vides q̃
Grande operę pręciū faciat iugulata mycenis.
Viuat pacuuius quęso vel nestora totum;
Possideat quantū rapuit nero, montibus aurū.
Exęquet; nec amet quēquā, nec ametur ab vllo,

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra. ꝫ iii.

Exemplo quodcunq; malo cōmittitur, ipsi
Displicet autori. prima est hęc vltio quod se
Iudice nemo nocēs absoluitur improba q̄uis
Gratia fallacis pretoris vicerit vrnam.
Quid sentire putas omnes caluine recēti
De scelere & fidei violate crimine? sed nec
Tam tenuis census tibi contingit, vt mediocris
Iacturę te mergat onus, nec rara videmus
Quę pateris, casus hic multis cognitus, ac iam

Exemplo quodcunq; malo, Hac satyra caluinū consolatur, qui abnegata sibi pecunia vehemēter cruciabatur. Sed satyrę non oblitus notat tēpora sua, qbus nimio auaritię studio id frequēter accidebat, prima inter alias cōsolatio est, eum qui abnegauerit, nūq; cruciatu carere, licet indicia euaserit, quū eum semper conscientia exagitet. Nam mala conscientia sępe tuta est. secura nunq̃. Malo exemplo quodcunq; inquit turpe facinus cōmittitur, statim ipsi authori displicet ac per hoc stimulis conscientię flagellatur. Exemplo, exēplum est alicuius facti aut dicti preteriti cū certi authoris nomine ꝓpositio, quod nos monet quid faciendum fugiendum ve sit, vnde inquit Festus Pompeius, Exēplum est qđ sequamur aut vitemus. ē enim ipsa res quam imitamur, aut si sors ita tulerit euitamus in aliquo. Exemplū itē capitur vt docet Cicero in rhetoricis ad Herennium pro eo ex quo probatio ꝛ experimētum habetur omnis rei, Vnde dicimus ad te mitto exemplum piperis siue tritici quod tibi venditurus sum, et in elocutiōe exemplum inter exornationes nominatur. Exēplū

Malo, id malo exemplo dicitur cōmitti quod male docet, quodq; oino fugiendum est vt malū.

Prima est hęc, vltio inter alia inquit ai tormēta hęc prima ē pœna, nā vltio et vindicta pœnā siue supplicium significant. Valerius lib. p̄. Pari vindicta parentū ac deorum violatio expianda est. Quod nemo nocens absoluitur, conscientię enim flagello semper punitur quideliquit vnde et Virgi. appellauit curas vltrices. i. conscientias ipsas quę puniunt semper nocentes. Plautus in mostellaria, Nihil est miserius q̃ animus hominis conscius, nā vt scribit Apu. ꝛ si a cęteris silentium est, tñ̄ ipse sibimet conscius est posse se merito increpari. Se iudice, nā se ipm dānat, quū se male egisse recogitat. Improba q̄uis grā, licet inqt p grām euaserit vrnā p̄toris. i. iudiciū ꝛ dānationem p̄toris, hoc q; dicit ex cōsuetudie romana. Nā vt scribit Ser. exponēs illđ Virgilii, q̄sitor minos vrnā monet, nō audiebāt causę nisi p sortē ordinatę, nā tēpore quo causę agebant cōueniebant omnes, vñ ꝛ cōciliū inqt vocat et ex sorte dierū ordinem accipiebant, quo post diem trigessimam suas cās exeq̄rent, vñ est vrnā monet, vrnam ergo pretoris. i. iudiciū p̄toris, qui p fraudem ꝛ nō recte duxit sortem ex vrna, vnde improbam gratiam appellat, q̃ apud improbum iudicem valuit. Quid sentire putas? hęc omnia ad consolationē dn̄r caluini. Est. n. sensus. Oēs quidem hoc scelus dānant et ingens flagitium esse p̄dicant sed tu tamē nō es tā tenui censu, vt oino ac iactura obruaris ꝛ in desp[er]ationem venias. Scelere recēti, perfidia. Fidei violatę, solutę, non seruatę, non prę stitę.

Mediocris fortunę, consolatio a qualitate incōmodi.

Nec rara, cōsolatio a cōi icōmodo. Te mergat, i cōclamatā te imergat miseriā. Nec rara videmus, cōsolatio a cōi miseria. Casus hic cognitus vt depositū deneget.

Tritus ē e medio fortunę ductus acerno.
Ponamus nimios gemitus, flagrantior ęquo
Non debet dolor esse viri nec vulnere maior.
Tu q̄uis leuiū minimam, exiguamq́ malorū
Particulam vix ferre potes spumantibus ardēs
Visceribus, sacrum tibi q̄d non reddat amicus
Depositum, stupet hic qui iam post terga reliq̄t
Sexaginta annos fonteio consule natus?
At nihil in melius tot rerum proficis vsu?
Magna quidem sacris quę dat p̄cepta libellis
Victrix fortunę sapientia, dicimus autem
Hos quoq́ felices qui ferre incōmoda vitę,
Nec iactare iugum vita didicere magistra.
Quę tam festa dies vt cesset prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atq́ omni ex crimine lucrū
Quęsitū, ē partos gladio vel pyxide nūmos?
Rari quippe boni, numero vix sunt totidē, quot
Thebarū portę, vel diuitis hostia nili.
Nonne ętas agitur, peioraq́ sęcula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen ē a nullo posuit natura metallo?

TRITVS, frequentatus. E medio acerno fortunę.i.e medio acerno incōmodorū, quibus fortūa homines vexarę solet. Ponamus, pro deponamus apheresis est. Flagrantior ęquo, vehemētior q̄ res poscat. Seneca de tranquillitate vitę. In tuis quoq́ malis id agere te oportet, vt dolori tantum des quātū poscit. Spumantibus visceribus, feruentibus ira.

Depositum

Depositū.i. quod authore Vulpiano de significatione verborū, quod custodiēdum alicui datum ē ex eo quod ponit̄, nam de p̄positio auget depositū, vt ostēdit totū fidei eius cōmissum, quod ad custodiam rei pertinet. Sacrum, quod debet eē tanq̄ res sacra, ac per hoc minime violandum. Stupet hic, familiaris reprehensio in caluinum, quasi non conueniat eū qui iam grandi sit ętate & q̄d sepe id multis accidere cognouerit admirari, nam vt ait Cice. Sapientis est nihil quum acciderit admirari, vt inopinatum ac nouum accidisse videatur.

Stupe

Stupet hic? potest hic admirari? ea īterrogatiōe qua solemus rem aliquā improbare, stupet autem is in quo sensus animi nō vigent q̄ aut metu aut fulmine putauit accidere Cornelius Celsus, vnde Persius, Sed stupet hic vitio. Terētius Animus lassus cura confectus stupet. Dicimus ēt membra nimio oppressa frigore stupere.

Fonteius

Fonteio cōsule natus, Fontei meminit sic Pli. lib. vii. ca. xxi. nup q̄ fonteo & Vipsano consulibus annos nouem genitū puerum a meridie ad vesperū. lxxv. milia pas. cucurrisse, de hoc memit & Soli. cap. iii. Cęterū Caligula natus est patre suo & C. Fonteio consulibus author Tranquil. Nil proficis, non discis longo rerū vsu hęc multis accidere? Magna quidem sacris sapiēs inquit vir omnibus fortunę telis & casibus resistit, inuictumq́ se p̄bet, aī magnitudine omnia vitę incōmoda superat, omnia se inferiora putat, sicq́ idem Caluino faciendum latenter ostendit.

Sapiētia

Sapientia.i. ipsa philosophia moralis, quę quum antea sapientia nominaret̄, a pythagora philosophia est appellata quum se apud Leontem phlisiorum principem non sapientem, sed philosophum nominasset.i. sapientię studiosum. Sapientia, subandi extrinsecus est, vt sit sapientia est victrix fortunę.i. ii qui ex sapientię pręceptis & philosophię viuunt, casibus fortunę aduersis non infringuntur, fortunę ludibria contemnunt. Magna pręcepta, salubria & ad bene beateq́ viuendum pertinentia. Sacris libellis, quasi qui rem sacram contineant, est enim philosophia, vt ait Cicero vitę dux, virtutis indagatrix, expultrixq́ vitiorum. Incommoda vitę, res aduersas si acciderint. Nec iactare iugum, non infringi non abiici vrgente fortuna, sumpta translatione a bobus, qui vrgente labore iugum renuunt & excutiunt quasi succumbentes, vt ostendat hominem in aduersis animo debere esse forti & erecto, talē que virum fortem appellamus, cuius proprium est dolorem mortemq́ contemnere. Vnde illud est Ciceronis Fortis vero animi & constantis est non perturbari in rebus asperis. Vita magistra, longa enim vita est nobis magistra & quasi monitrix multa homini īcommoda omnino ferenda. Quę tam festa dies, hoc dicit quia ī die festo non licebat de scelere agi, hocq́ totum est ad consolationē Caluini ex frequētibus sceleribus. Prodere, accusare & māifestare. Gladio, cęde hominis. Pyxide, venenis quę in pyxide seruantur. Rari quippe boni. Adeo inq̄t pauci boni existunt, vt vix septem reperias, sicq́ alludit ad septem illos sapientes gręcię qui viri vidētur dici potuisse boni, fuerūt autem ii Thales, Solon, Periander, Cleobolus, Chilō, Bias, & Pithacus. Thebarū portę, Thebę Boeotię septem habēt portas, Ouidius secundo tristium Cur tacui thebas, & mutua vulnera fratrum. Et septem portas cum duce quāque suo. Hostia nili, septem nilus hostiis in mare funditur, de quibus Diodorus, Strabo, Plinius & Mela, Virgilius in Georgicis Et diuersa ruens septem discurrit in ora, Ouidius Nilum ab septem hostiis Septemfluum appellat libro primo metamorpho. Diuitis, totam ęgyptum diuitem & fertilem reddentis, inundatione enim nili tota ęgyptus (vt author est diodorus) fit fertilis. Nona ętas agitur, ostendit tam multiplicata esse humani generis scelera vt iam tempora duplo peiora sint, q̄ fuerint ferrea, & ita peiora vt eorum sceleribus nomen non inueniatur a metallis, & sic est rei exaggeratio, hoc magis placet, q̄ vt numeres ętates octo a metallis, non enim nominatur ętas electri aut stagni aut plumbi, sicut ętas auri argenti, ęris, & ferri. Sed melius est legamus quemadmodum in vetere codice scriptum inuenitur. Non ne ętas agitur, peioraque secula ferri, idque cum interrogatione. Quorum, scilicet seculorum.

Metallum

Metallum, dicitur vena auri, argenti, ferri, ęris, plumbi, marmoris, μεταλλάω enim idem est quod scrutor & inquiro, talia enim per venas terrę quęruntur. Aut metalla vt sensit Plinius libro trigesimotertio dicta putauerunt greci quasi μετα αλλα, q̄ vbicunque vna inuenta vena est non procul inuenitur alia, & hoc quidem in omni fere materia μετα, enim post significat, αλλα alia quasi alia vena post aliam. Non inuenit, ordo est ipsa natura non inuenit.

Nos hominum diuumq́ fidē clamore ciemus
Quanto fessidium laudat vocalis agentem
Sportula, dic senior bulla dignissime, nescis
Quas habeat veneres aliena pecunia, nescis
Quē tua simplicitas risum vulgo moueat, quū
Exigis a quoquā ne peieret, ē putet vllis
Esse aliquod numen templis, areq́ rubenti.
Quondam hoc indigenę viuebāt more, prinsq̄
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc quū virguncula Iuno
Et priuatus adhuc idęis iuppiter antris,
Nulla super nubes conuiuia cęlicolarum.
Nec puer Iliacus, formosa nec herculis vxor
Ad cyathos, ē iam siccato nectare tergens
Brachia vulcanus liparęa nigra taberna,

NOS hominum. Scimus inquit humani generis scelera esse maxima & infinita. Tamen deorū ē hoīum fidem imploramus quasi in rem nouam & atrocem. Clamore, subandi tanto. Sportula.i. Cliētis qui sportulam accipientes a Fessidio causidico eum adulando laudant. Laudat, notat morem sui temporis. Nam ambitiosi & poetę ē causidici cœnis & muneribus laudatores sibi parabant, Persius Calidum scis ponere sumem scis comitem horridulū trita donare lacerna. Et verum īquis amo verum mihi dicito. Horatius. Non ego ventosę plebis suffragia venor Impensis cœnarū, & tritę munere vestis. Martia. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata. Non tu Pomponii, cœna diserta tua est.

Vocalis

Vocalis, clamosa a voce, nā is dicitur vocalis q̄ magnam habet vocem, vñ Stentora fuisse vocalissimum dicimus qui quinquaginta homines clamantes voce sua superaret. Vocalis etiam opponit̄ muto Pli. in. x. Attagen maxime Ionius celebratur, vocalis alias, captus vero obtumescens. Dignissime bulla.i. q̄uis ętate sis senex, dignus tamē videris bulla quū sis sensu puerili, ac si dicat nimium simplex es ē parum peritus. qui exigas vt inter mortales sit quędam vitę synceritas, nulli inter eos sint doli.

Bulla

Nam bulla vt i Persium diximus aurea erat insigne puerorū p̄textatorū, quę a pectore dependebat, vt significaret eam ętatem alterius consilio regendam dicta a βουλη quod est cōsilium, aut quia eam partem corporis bulla contingat.i. pectus, in quo naturale manet consilium, aut autore Asconio, quasi bullientis sinus cōmuniēs.i. pectus puerile, ea etiam vtebantur triumphantes in speciem cordis quibusdam (vt scribit Macrobius) remedius inclusis aduersus inuidiam, de ea etiam non pauca Plutarchus in problematis. Bullam etiam appellamus illud quod in aquis intumescit instar pilę, & cito rumpitur, quā gręci πομφόλυγα appellant Ouidius. Intumuit, sicut suluo perlucida cœlo Surgere bulla solet. Eo vocabulo vsus est Varro in re rustica ostendens vitā hoīs fragilem esse quum dixit. Homo bulla est.

Bullare

Inde etiam est verbum bullare quod significat bullas & tumores facere. Cornelius Celsus loq̄ns de vrina. Si bullat & male olet, vnde Persius O si ebullat patrui pręclarum funus, hoc est exeat & rumpatur more bullę in aquis. Quas habeat veneres, q̄ grata sit ē iucunda pecunia aliena. Nam hominibus quos indomitus auaricię furor agit nihil est suauius rebus alienis, ac per hoc docet non esse mirandum si depositum sit ei denegatum. Quem risum moueat, quantopere omnes rideant simplicitatem tuam, quū poscis vt nemo deos periurio offendat, quasi dicat niminem iam fere existere qui fallax & periurus non sit. quum iam etiam credant deos nō esse. Areq́ rubenti, aut propter ignem ibi ad sacrificia accensum, aut quod magis placet propter sanguinem victimarū. Hoc more, hac vitę sanctitate vt non peierarent.

Indigenę

Indigenę.i. inde geniti nec aliunde venientes, hos greci αὐτόχθονας appellant. Prinsq̄ Saturnus fugiēs.i. ętate aurea qua Saturnus regnauit, qui a Ioue filio eiectus regno Cretę, in latium venit, a Iano in regnum benigne exceptus q̄ eū ruris cultū docuisset.

Saturnia

Saturnalia

Saturniā Italiā Ianus appellauit, aramq́ cum sacris condidit quę Saturnalia dixit eo q̄ Saturnus apparere desisset, dr̄ aūt ab Ioue filio pulsus, q̄a scimus tēpora senescentia ab his quę sunt nata depelli. Macrobius Pli. & Lactantius,

Falcifer

falcifer etiā est appellatus, aut quia surculorū insertiones, pomorumq́ eductiones, & oēs huiusmodi fertiliū Saturno tribuunt disciplinas quę oīa sine vsu falcis fieri non posse videntur, aut quia t̄ps oīa metat execet & incidat. Saturnus.n. t̄ps interpretatur. Ouidius Te fera nequicq̄ placidum spōdentia martis Sydera p̄sserunt, falciferiq́ senis. Regnante igit̄ Ioue ętas appellata ē argentea, q̄ ętate aurea fuit deterior. Diademate, īsigni regio, erat.n. pānus quo caput regis vinciebat̄, de quo abunde supius diximus. Tunc quū virgūcula Iuno, subandi erat. Adhuc priuatus, quū nundū regnū p̄ri rapuisset, sed in antris ideis adhuc a nymphis aleret̄ capra Amalthea lac p̄bēte. Nā Rhea vxor Saturni verita ne p̄r Ionē infantē deuoraret, quū reliquos alios absumpsisset nymphis sub ida furtim alendū misit. Hoc aūt factū est q̄a reuera Saturnus quē gręci cronon vocant t̄ps signat, a quo vicibus cuncta gignunt̄ ē absumunt̄ & eo denuo renascunt̄, aut reuera legendū ē p̄męnus Iuppiter, vt cōueniat cū eo, tunc quū virgūcula Iuno, vt oñdat hoīum mirā fuisse simplicitatē, quū Iuno adhuc eēt virgūcula & Iuppiter primęnus, iuxta illud Claudi. Talis ab ideis primęuus Iuppiter ātris Possessi stetit arce poli. Ida aūt duplex est, altera ī phrygia, & altera Creta, de cretēsi nūc ītelligit. Nulla sup nu. sensus est, tūc inq̄t hoīes sine aliquo flagitio viuebāt quū dii nulla adhuc celebrarēt cōuiuia ī cęlo, ac p̄ hoc pauci in cęlo morarent̄, nullusq́ adhuc deus esset q̄ maria aut inferna diuiso impio teneret. Sup nu.i. in cęlo, vt oñdat mirā ī cęlo fuisse deorū paucitatē. Puer Ilia. Ganymedes, quē iuppiter in Aq̄lā trāsfiguratus in cęlū tulit, suorūq́ poculorū ministratorē fecit remota hebe cōiugis ipsius iouis & iunonis filia, quā sibi Hercules ī cęlū trāslatus m̄rimonio copulauit, ergo vxor herculis.i. hebe, ἥβη grece pubertas latine īterp̄tat̄. Ad cya. ad ministeriū poculorū, subandi extrīsecus erat. Siccato ne. epoto vino. Nā nectar p̄prie deorū ē potio. Brachia ni. fuligine & carbōe.

Lipara

Taberna lipa.i. officina, quā ī lipara habuisse fert̄, ē.n. insula vna ex septē ęoliis ei cōsecrata, vñ Val. flac. loq̄ns de Vulcāo sic, Lēnos cara deo, nec fama notior ętnę, aut lipares domus. De ea ēt diximus i.i. saty.

PRAN debat sibi hoc est quisq; deus sibi ministrabat ⁊ seruiebat, aut quod non minus placet hoc dicit qa qui ad alienum accedit conuiuium, videtur prandere in gratiam alterius. Quisq; ergo deus prandebat sibi. i. domi suę ⁊ in gratiam suam ⁊ nō alterius, videturq; respicere ad id q; antiqui in gratiam amicoꝝ bibebant ⁊ propinquabant, vnde ẽ illud ante. quando propinat virro tibi sumitq; tuis contacta labellis pocula? Et ita dictum prādebat sibi sicut illud bibit sibi apud Homerꝝ in nono. Quibus locis Iuniores coronata gradatim pocula propinarūt, atq; vbi legati primum diis libarunt, deinde sibi quoad voluntas tulit biberunt, Nec turba deorum talis, subaudi erat q̃ sibi posceret tantam lanticiam, quum vnusquisq; sibi ministraret, aut renera posuit talis pro tanta, nam sequitur cōtentaq; sydera paucis numinibus, nam Diodorus ostẽdit li. primo paucos suis se deos. Atlanta, atlas vt diximus in satyra Atticus eximie, mons est mauritanię mirę altitudinis, vt eius cacumen nequeat cerni q; nubibus nunq; relinquatur. Columnā cęli illum indigenę aiunt. Sed hoc loco ad fabulam respexit, nam ferunt Atlantem lybię filium fratrem Hesperi tanta magnitudine fuisse vt humeris suis cęlum sustineret, sed eum a Perseo quū ad eum occisa Medusa diuertisset conuersum suisse in montem sui nominis, quum ipse a se Perseum repelleret. Sed q; cęlum humeris sustinuisse dicatur, est ab historia, nā is vt scribit Pli. lib. vii. astrologiam inuenit, vnde Ouidius in epistola Deianirę, Hercule supposito sydera sulsit atlas.

Atlas

Sortitus, subaudi erat. i. nōdum Neptuno imperium maris contigerat quod postea ei sorte euenit, quū Ioui cęlum ⁊ nubes, Plutoni vero inferna contigissent, nam profundum absolute pro mari ponitur. Seneca non necesse est omne perscrutari profundum. Statius i Syluis Inq; omni foelix tua cymaba profundo. Valerius Flaccus li. ii. Si sedet ęgei scopulos habitare profundi. De diuisione aūt rerum inter deos ita fit mentio apud Homerum in. xv. Iliados vbi sic loquit' Neptunus, Etenim tres liberi sumus ex Saturno ⁊ Rhea nati, Iuppiter. Ego ẽ Pluton ham quisq; dignitatem sortiti, nam quū tria fariam vniuersa diuisissemus, sorti rem cōmisimus. Mihiq; cessit mare, Plutoni Infernę tenebrę, Ioui cęlū cū laxo ęthere ⁊ nubibus, Terra autem ⁊ Olympus nō certi dei, sed cōes omnium sunt. Sicula cum coniuge Pluton. i. nundum erat Pluto dominus inferoꝝ constitutus cum proserpina cereris filia, quā postea in Sicilia flores colligentem rapuit secum ad inferos, de cuius raptu eleganter cum Claudianus, tum Ouidius. v. fastorum. Nec rota, nundum erant apud inferos statuta supplicia, per rotam aūt intelligit cruciatum Ixionis, qui intextus rotę torquetur, id. n. supplicii pati dicat, q; quum Ionis ẽ Iunonis esset secretarius ausus est Iunonem de Stupro interpellare, quę ei suadente Ioue nubē in sui formam obiecit cum qua concubuit grauidāq; fecit ex qua cētauri nati sunt qui a poetis nubigenę vocantur. Quum postea gloriaretur serem cum Iunone habuisse eum Iuppiter rota serpentibus circunfusa intexuit. Tibullus illic Iunonē tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia mēbra rota. Nec furię. s. Infernales, Alecto, Tysiphone, ⁊ Megera, quę filię dicunt fuisse Noctis ⁊ Acheruntis. De quibus sic Virgi. Dicuntur geminę pestes cognomine dirę Quas ⁊ tartareā nox intempesta megerā vno eodemq; tulit partu. Nec saxum, quo sysiphus punit. Is. n. quū Isthmum latrociniis infestaret, cogebat transeūtes pedes sibi lauarī, quos officio occupatos calcibus i mare proiiciebat, a Theseo interemptus ẽ, ⁊ hac apud inferos ingi afficitur pœna, vt grāde saxum aduersum montem ferat, quod quū ad montis verticem truserit lapsum ad ima redit. Ouidius Aut petis aut vrges rediture sysiphe saxū. Aut vultur atri pœna, qua Tytius afficitur. qui quum latonę vim inferre vellet ab apolline sagittis confossus fuit ad inferos trusus vbi vultur eius cor renascens assidue depascitur, vnde Tibullus Porrectusq; nouem Tityus p iugera terrę assiduas atro viscera pascit aues, is. n. filius fuit Ionis ex Thiara filia Orchomeni quā quum Iuppiter grauidam fecisset Iunonisq; iram timeret in spelūca sub terra abdidit, vnde natus Tityus filius terrę ẽ existimatus, ea corporis magnitudine fuit vt nouem terrę iugera occuparet. Glandis acernos, homines. n. ętate aurea arboꝝ foetibus vescebant. Tibullus Rura cano rurisq; deos his vita magistris Desuenit querna pellere glande famem. Claudianus primo de raptu sic, vñ datę fruges populis ẽ glande relicta Ceserit inuentis dodonia quercus aristis. Plura farra, licet eēt ditior. Farra aūt noīanit quia antiqui, vt Verrius tradit trecentis annis farre vixerunt. Primaq; par adeo, legendū est par, non aūt pars, vt sit sensus prima lanugo ⁊ primum barbitiū erat par sacrę senectę. i. pueri barbatū inuenē q; ętate fuisset maior venerabant vt senē. Non inficiet, non deneget. Veterē follē, quasi rē villissimā. i. marsupiū ipsum vetus ⁊ attritū. Nā follis pro repositorio nūmoꝝ ponit, vnde Apuleius. lib. iiii. metamor. Numularius Pānosus alioquin ⁊ sordidus aureos folles incubat. Iuuenalis sequētibus, vt tenso folle reuerti Inde domum possis tumidaq; supbus aduta, follē itē accipimus pro instrumento quo ventus attrabit ⁊ emittit, vnde ⁊ follē appellamus genus pilę qđ vento inflat, de quo ita meminit Plautus. Ego te follē pugillatoriū faciā, ⁊ pendentē cursabo pugnis. Marti. Folle decet pueros ludere, folle senes. Trāquillus in Augusto post bella ciuilia ad pilam primo folliculumq; transiit, folliculū item accipimus pro tegumento leguminum ⁊ id genus rerum.

Furię

Sisyphi fabula

Tityi fabula

Follis

Folliculus

Prandebat sibi quisq; deus, nec turba deorum
Talis vt est hodie, contentaq; sydera paucis
Numinibus miserum vrgebant atlanta minori
Pondere, nondum aliqs sortitus triste profundi
Imperium, aut sicula toruus cū cōiuge Pluto,
Nec rota, nec furię. nec saxū, aut vulturis atri
Pœna, sed infernis hilares sine regibus vmbrę.
Improbitas illo fuit admirabilis ęuo.
Credebant q; grande nefas, ẽ morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, ẽ si
Barbato cuicunq; puer, licet ipse videret
Plura domi farra, ẽ maiores glandis acernos,
Tam venerabile erat prędcedere quattuor annis,
Primaq; par adeo sacrę lanugo senectę.
Nunc si depositum non inficietur amicus,

CVM tota erugine, cum tota moneta exęre rubiginosa, quę ex longo in arca situ rubiginē contraxerit. Erugo. n. idem est quod rubigo. Pli. lib. xv. loquēs de amurca, Axes decocta vngi atq; eramēta cōtra eruginem. Eruginē etiā docet Victruuius lib. vii. genus eē coloris quam vocāt eruncam, eamq; dicit effici quū doliis sarmenta collocantes aceto suffuso, supra sarmenta collocant lamellas ęreas, deinde ea opculis obturant ne spiramentū obturata emittant post certum tēpus aperientes, inueniūt ex lamellis ęreis eruginē, quā vt dixi appellāt eruca. De erugine ęris multa scribit Pli. lib. xxxiiii. cap. xi. ẽ. xii. vbi ait cū pluribus modis fieri medicamētis aūt miscetur vnde ait Erugo cruda vulnerariis emplastris miscetur. De erugine itē crebra fit mētio apd Cornę. celsum li. v. Prodigiosa fides, loco prodigii habetur si tātam fidem inuenias vt depositum non negetur, Prodigiū est. n. dictum autore Cicerone in lib. de diuinatione quod porro dicat, ostentum ab ostēdendo, portentū a portendēdo. i. significando, monstrum a monstrando. Tuscis digna tabellis. i. quę ex instituto etruscę disciplinę procuretur, nam haruspicina inuenta fuit ab etruscis. In agro. n. tarquiniēsi puer dicitur diuinitus exortus nomine Tages qui disciplinā cecinerit extispicii, quam Lucumones etrurię potentes excripserunt auctor Censorinus de quo sic ẽ Oui. lib. vltimo met. Haud aliter stupuit q; quum tyrrhenus arator. Fatalem glebam motis aspexit in aruis. Sponte sua primum nulloq; agitante moueri, Sumere mox hominis terreq; amittere formam. Oraq; venturis aperire recentia fatis. Indigenę dixere Tagem, qui primus etruscā Edocuit gentem casus apire futuros. Nam quum araretur, impresso altiore sulco puer repente natus est senili prudentia qui dictus ẽ Tages, quo viso bubulcus obstupefactus clamorem maximum extulit, ad quem tota etruria cōcurrit. Tū puer plura omnibus audientibus locutus est. quę ad disciplinam pertinerent Aruspicinę. quę excepta litteris mādata fuerunt. Myrsilus quoq; Lesbius scribit, Aetruscos diuinationes reperisse Lustrari, expiari. Agna coronata, aut vittis aut corona ornata, nam ita adsacrificium ducebantur victima. Egreginm sanctumq; virum, iniquitatem temporum suorum notat quibus mira bonorum virorum paucitas erat, est. n. sensus. Si virum bonum conspexero, illum comparauero puero bimębri, vt innat pdigiosam rē esse si vir bonus inueniat. Et miranti sub aratro, ordo est ẽ sensus, ⁊ comparo piscibus inuentis sub aratro miranti, vt rei inanimatę. dederit sensum, quasi aratrum miretur nouitate monstri. Et foetę mulę, quę peperit, nā mulę nō pariunt, licet Pli. testetur annales tradidisse mulam peperisse sed in portentum. scribit Apianus lib. primo. Mulam ante Syllę aduentum in vrbem peperisse.

Imber effuderit lapides, portentosum. n. est lapidibus pluisse qđ tamen accidisse scribit Liuius ⁊ Valerius maximus lib. primo. In piceno lapides pluisse. Tibullus. Multus vt in terras deplueritq; lapis. Ceterū Apianus lib. iii. bellorū ciuilium sic scribit Circa solem porro in solita apparuere signa, ⁊ imbres lapidei e cęlo missi continuaq; fulmina i tēpli statuisq; deorū deciderunt ⁊c. Examenq; apium, prodigiū vt scribit Plini. faciunt apes, si aut domibus aut templis cōsederint, i speciemq; vnę dependerit. Columella, Deinde cū examem glomeratum in proximo frōdentis arbusculę ramo consederit, animaduertito an totum examē in speciem vnius vnę dependeat.

Miris gurgitibus, inusitatis vadis. Vortice liquore, nam vortex proprie appellatur aqua in gyrum seagens avertendo vnde Verg. Et rapidus vorat ęquore vortex.

Quid si bis centum, consolatio ab aliena calamitate ⁊ graniore, quasi dicat ęquo animo tibi ferenda ẽ fortuna tua, qñ aliis longe graniora acciderunt, ẽ tñ oīa patienter tulere. Quid, subaudi dicas q; miserabile cē seas. Arcana. i. deposita, sine vllis testibus. Hoc mō quo tu pdidisti p frandē. Tā facile, tā impii sūt boies, vt deos ipsos q oīum būanaꝝ opōnū sūt cognitores facile cōtēnant, nec metuāt ne puniant. Ficti vultus, boīs est scelerati vultū fingere vñ Terē. vultus quoq; boīum fingit scelus. nā dīam faciunt inter vultū ẽ faciē, vt facies sit ipsa oris species, licet ēt capiat p tota forma ẽ quasi statura totius corporis, vt ẽ illud apd Plautū. Sed eaꝝ nutrix q̃ sit facie mihi expedit, statura non magna corpore aglo. Ipa est, specie venustiore atq; oculis p nigris, referturq; nō solū ad corpus boīs, sed ēt ad alia multa, vt si dicamus, faciā cognoscas faciē loci ⁊ faciē vrbis, hoc est speciē ⁊ formā loci ⁊ vrbis, vultus vero a volendo dictus voluntatē ipsā significat boīs. q; p motu animi in facie oñdit. Et licet vultus ꝑpe ad animū faciens vero ad corpus referat, vt mœsto vultu, irato vultu, longa facie, breui facie, est tñ qñ vtroq; vti liceat. foedata facie, foedato vultu, scisso facie, scisso vultu, conuersa facie, cōuerso vultu. Per radios solis, Per sę vt scribit Iusti. li. p. Solē vnū deū ee credūt ⁊ equos eidē sacratos ferūt. Herodotus aūt scribit li. p. Persas Soli, Lunęq; sacrificare, ⁊ telluri ⁊ igni, ⁊ aq;, ⁊ vētis, q̃bus solis gubernāt ⁊c. Tarpeia. i. q̃ ioni assignāt cuius tēplū i cole tarpeio suū erat, q; postea (vt diximus supiore satyra) capitoliū fuit appellatū a capite boīs ibi inēto quū fūdam ēta iacerent. Tarpeius antē est dictus a Tarpeia

Erugo Eruca

Prodigium

Ostentum Portentum

Mōstra Tages

Haruspicinę reperiores

Si reddat veterem cum tota erugine follem,
Prodigiosa fides, ẽ thuscis digna tabellis.
Quę coronata lustrari debeat agna.
Egregium sanctūq; virum si cernio, bimembri
Hoc mōstrum puero, ẽ miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, ẽ foetę comparo mulę
Solicitus, tanq̃ lapides effuderit imber,
Examenq; apium longa consederit vna
Culmine delubri, tanq̃ in mare flugerit amnis
Gurgitibus miris, ẽ lactis vortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega, quid si bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo? maiorem tertius illo
Sūmam, q̃ patulę vir coeperat angulus arce?
Tam facile ẽ pronū est supos cōtemnere testes.
Si mortalis idem nemo sciat, aspice quanta
Voce neget, quę sit fidei constantia vultus.
Per solis radios, tarpeiaq; fulmina iurat,

Vultus furiæ

virgine ibi a sabinis necata ⁊ sepulta. Framea martis.i. gladiū martis, licet framea ēt ꝓ hasta accipiat. Tacitus li. de germanię situ sic ait. Rarii gladiis aut maioribus lāceis vtūt, hastas vel ipsorū vocabulo frameas gerūt ագusto ⁊ breui ferro. Idē paulo iferius, scutū cū framea gladioq. De phramea ēt meminit Gelius lib. x. Hic aūt a Iuuenale ꝓ gladio poni videt, nā Martis est insigne, vñ poeta in carmine obscēo sic ait. Nec mauros illum per quem valet occulit ensem. Nec latet i tepido palladis hasta sinu. hasta enim est i signe palladis. Ergo sicut pila sunt tela peculiaria Romanoꝝ. Gessa gallorum. Sarisse macedonū, ita Frameę sunt germanoꝝ. Spicula, sagittas. Verg. Non pudet anratas Phœbū portare sagittas. Spiculum ꝓprie appellatur cuspis illa quę sagittis ꝓfigitur. Spiculum tñ legimus capi pro telo grandiore ⁊ hastato, vñ Valerius libro. iii. capite de fortitudine. M. Emilius Scaurus arma sibi afferri iussit, qbus allatis vltima senectute cōfectum ⁊ pene dilapsum corpus induit, spiculoq. innixus ante fores curię cōstitit. Vatis cyrrei, appollinis q delphis oracula dabat ex spelunca, apud quos vicina est cyrrha. nam ab ea ad Delphos incipit ascensio stadia fere. lxxx. hinc ergo dicebatur appollo cyrrheus. Delphi aūt ⁊ cyrra oppida sunt phocidis regionis. Per calamos. sagittas q̄ ex calamis fiebant. Verg. Quum dabnidis arcum fregisti ⁊ calamos, calamis orientis ꝓpuli bella conficiunt calamis spicula addūt irrenocabili hamo noxia Plinius. Puellę venatricis, dianę. Neptūne pater ęgei. Ferunt enim fabule Aegeum regem Athenarū filium fuisse Neptūni patrem Theseī. Tuū tridentem, fuscianam inam. Poeta in carmine osceno, Fulmen habet mundi dñs, tenet illud aperte. Nec datur ęquoreo fuscina tecta deo.

Et martis phrameam, & cyrrhęi spicula vatis,
Per calamos venatricis, pharetramq; puellę
Perque tuum pater ęgei neptūne tridentem,
Addit & herculeos arcus, hastamq; minervę,
Quicquid habent telorū armamentaria cęli.
Si vero pater est comedam inquit flebile nati
Synciput elixi, pharioq; madentis aceto,
Sunt qui in fortunę iam casibus omnia ponūt.
Et nullo credunt mundum rectore moueri.

Herculeos arcus, legendum est arcus nō artus, de telis enim intelligit, sequitur nāq. Quicqd habent telorū armamētaria cęli. Armamētaria loca vbi reponunt arma. Si vero pater est. i. si filios habet. Comedam, hoc sic obtestatur, vt sibi habeatur fides. Synciput. Bene āt synciput, hoc est partem illam capitis, cui cerebrū subditū est. qui enim de capitis natura scripserunt inter quos est Theodorus gaça apud Aristotelem ita illud diuiserunt, vt capitis partem quę capillis integitur, caluam appellent, cerui q priorem partę synciput nonnisi me cōsistere solitam. oium enim ossium corporis vtimū id concrescit ⁊ indurat posteriorem occiput, Mediam iter synciput ⁊ occiput verticem, cerebrū synciputi subditū volunt, videturq. synciput appellatū q̄si sincerum caput nō semicaput, ꝙ ibi cerebrum ⁊ cōmunis oium sensus resideat, qđ facile ex his versibus Sidonii agnoscas. Partemq. cerebri hic galęe cum parte rapit fortiq. lacerto Disiicit ancipiti miserabile synciput ense, vnde ⁊ Plautus in menechmis. Nō est tibi sanum synciput adolescens, per qđ oino videtur intelligere priorē capitis partem cui cerebrū subiectum ē. greci βρεγμα appellarunt, occiput aūt pars est capitis posterior sacra videturq. ductum occiput quasi occidūm caput, q̄ ibi nullus sit sensus, sicut in priore parte. Illud etiam addiderim synciput aliquādo apud poetas poni pro capite, vt illud apud Persium, Mihi festa luce coquat vtrica ⁊ fixa fumosum synciput aure. vt sit pars pro toto. Fluuius vopiscus in Tacito sic inquit. Conuiuium vero vnius gallinacei, ita vt synciput adderet et ouą pro oibus oleribus affatim ministrātibus, lactucis impacienter illusit.

Flebile, deflendum mihi. Elixi, aqua cocti a liquore secundum Varronem. Pharioq. egyptiaco. Pharus. n. est insula cum turri eiusdē nois Alexandrię opposita. De qua nō pauca Cęsar in cōmentariis, Plinius, Strabo, Solinus, et Lucanus, Propertius, et Ptolomeę littora capta phari. Acetum aūt Aegyptiacum optimū fuisse ostendit Martialis, Amphora nilia ci non sit tibi vilis aceti Esset si vini vilior illa foret.

Sunt q̄ in fortunę. Inter phos triplex fuit de diis opinio. Alii. n. inter quos fuit Diagoras qui Atheos dictus est, ⁊ Theodorus cyreneus, Euemerus Egiata, Calimachus ⁊ Euripides tragicus. negauerunt deos esse, alii deos esse censuerūt, sed res humanas non curare, iiq. fuere Epicurei. qui deos dixerūt nō aliter posse imortales esse nisi quieti ⁊ ab omni cura separati eēnt, alii esse ⁊ curare. Ait igitur Iuuenalis Multos existere q Diagorę milesii opinionē sequuti, existimet deū non esse, q res humanas curet, sed tm̄modo oīa nutu naturę fortunęne agi, atq. ideo sine aliquo metu scelera ꝓpetrent. Alios vero esse q deos esse putent timeātq. eos, ⁊ tñ peierent pluris pecuniā facientes q̄ iram eoꝝ. Natura volueute vices, Opinionem eoꝝ sequit qui naturam falso a deo separantes q̄sinere, qd prius fuerit, natura an deus, Si natura prior est, ergo deus natus est, At qui deus nasci nō potuit. Rursus si deus prior est nata est natura, q̄ si nasci potuit natura, incipit nō esse natura. Hinc illud pendet Ouidii. in primo meta. Hanc deus ⁊ melior litem natura diremit. vbi ostēdit naturā esse deo potentiorē, quasi quę ante deū fuerit. Et a quo oīa sint orta, quā sententiā tetigit ⁊ Claudianus in laude quarti consulatus Honorii. Talis ab Ideis primęuus Iuppiter antris Possessi sterit arce poli, famulosq. recepit Natura tradente deos. Et idem alibi. Iuppiter, vt perhibent, spacium quū discere vellet Naturę, regni nescius ipe sui. Armigeros vtrinq. duos q̄q ibus alis Misit ab eois occiduisq. plagis. vñ fallunt illi q apud Ouidiū exponūt. ⁊ pro ideo est, vt stet expositiue, quū sequutus sit poeta eos phos, qui naturā separarunt, vt diximus a deo, volueruntq. eā esse potiorem deo, qđ ⁊ Cicero sequutus est in Catone maiore. quūq. homini sine natura, sine qs deus nihil mente ꝓstabilius dedisset. Itē in paradoxis his ꝓbis. Tu quū tibi, sine deus, sine mater (vt ita dicā) rez oīum natura dederit animū ⁊c. vbi aperte docet deū ⁊ naturā non esse idem sic ⁊ Oratius in fi. v. satyrę, vbi ait. Nanq. deos didici securū agere ęuū. Nec siqd miri faciat natura, deos id tristes ex alto cęli demittere tesso. Sene. in Hippolyto. O magna parens

gna parēs natura deum. Seneca in quarto de beneficiis, quid. n. aliud est natura q̄ deus, et diuina ratio toti mūdo et partibus eius incerta. Rez autem nature patronos fuisse docet. Apuleius in prima apologia Anaxagoram, Leucippum, Democritum, et epicurum. Nam deos abnuere extimabantur, solā aūt naturam dicebāt esse a qua vt diximus oīa nascerentur. Sed vt tradit Lactātius Firmianus melius Seneca omniū stoicorum acutissimus, q̄ vidit nil aliud esse naturā q̄ deum. Ergo inquit deum nō laudabimus. cui naturalis est virtus, nec enim illam didicit ex vllo, imo laudabimus, quā nis. n. naturalis illa ei sit sibi illam dedit, qm̄ deus ipsa natura ē. Cur igr inquit ortum rerum tribuis nature ac detrahis deo? Cicero ait in rhetorica vetere, ipsam naturam diffiniri difficile est Plato appellat naturam voluntatem dei. Volueute vices, luces ⁊ anni, ideſt cursus et vertigines diei ⁊ anni, ac per hoc omnem temporum curriculū. Claudianus. anniq. meatus Et lucis noctisq. vices, Atq. ideo intrepidi ob eam rē intrepidi iurant, quia non putāt esse deos quos offendant. Altaria tāgunt. i. aras omniū deorū tangendo iurant, Est alius metuens, alii ingt sunt qui oīno deos eē credunt, ⁊ deoꝝ iram metuunt ne puniantur oīno quum malefecerint, tñ peierāt auiditate pecunię obcœcati. Peierat, is peierare dicitur qui datam fidem nō prestat. Secū, tacitus in animo suo. Decernat, statuat ⁊ quodcūq. volet supplicū sumat. Sistro irato, hyppallage est pro ipsa irata. Isis, Aegyptioꝝ dea cuius sacrificia rome translata precipua veneratione colebantur, putabāturq. dea ferire periuros quotiens ꝓ eā iurantes fidem non seruassent, vñ Ouidius in pōto. Vidi ergo linigerę numen violasse fatentē Isidiis, isiacos ante federe focos. Alter ob huic similem priuatus lumine culpam Clamabat media se meruisse via. Vbi locus corrigendus est, nā pro linigerę scriptum est lini genę, de qua plura alibi. Sistro instrumentum erat tinnulū quo Isidis sacerdotes in sacris vtebantur Apuleius lib. xi. meta. ereis et argenteis, immo vero ⁊ aureis sistris argutum tinnitum constrepentes, et paulo post, Sacerdos appropinquat dextra ⁊ prosrens sistrum, Ouidius in pōto. Et quis ita est audax vt limine cogat abire, lactantē pharia tinnula sistra manu? Vel cęcus. i. etiam cęcus.

Natura volueute vices, & lucis & annī,
Atq; ideo intrepidi quęcūq; altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen poena sequatur
Hic putat eē deos, & peierat, atq; ita secum
Decernat quodcunq; volet de corpore nostro
Isis, & irato feriat mea lumina sistro,
Dummō vel cęcus teneā quos abnego nūmos.
Et phthisis, & vomicę putres & dimidium crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagrā
Ne dubitet ladas, si non aget anticyra, nec
Archigene, quid enim velocis gloria plantę

Phthisis ditio est greca quę corruptionem, tabē, maciem significat, est. n. morbus qui hominem paulatim consumit a φθινω quod est corrūpo. Vomicę putres vomicę vlcus est malignum latens ⁊ tumens cum sanię, Intrinsecus a vomenda sanię dicta, vnamquamq. partem corporis infestat. Pli. li. ii. cap. xiii. docet Ocimū siluestre vomicis vulnę mederi. Celsus ait in tertio vomicę finē esse vt rumpat. Sunt tanti, ordo est. Et phthisis et vomicę putres sunt tanti? Sensus est, sunt neadeo mihi timenda ⁊ estimanda hec mala, vt nō negem nūmos? quasi dicat minimi mihi sunt facienda prę pecunia dicimus. n. tanti ne facis periculum. i. times ne tāto pere periculum vt tantam lucri ansam amittas, legendumq. est cum interrogatione. Pauper locupletē optare podagram ne dubitet ladas, superiorem sensum declarat per hec sequentia, sunt aūt verba periuri. Est q̄ sensus et ordo, Ladas qui mirę fuit pernicitatis pauper non dubitet optare sibi podagram diuitem. i. non dubitet illam velocitatis gloriam cōtēnere ⁊ optare sibi podagrā qua vna maxime velocitas impeditur, mō indinitias transeat. Itaq. locus est corrigendus vt nō laudas, sed ladas legatur. Is. n. vt scribit Solinus primā palmā pnicitatis est a deptus, qui ita super canū pulueē cursitauit, vt in harenis pēdētibus nulla indicia relinqret vestigioꝝ. eius meminit ⁊ Mart. i. ii. quid si ꝓ graciles vias petauri inuitum inbeas subire ladam, per Ladam aūt omnem intelligit pauperem expeditū corporis. De lada memīt et catullus, Nō ladas ego penniferue persens. Eiusdem meminit et Cicero sic in rhetoricis ab Hereniū lib. iiii. Quasi si quis ad olym piacum venerit cursum et steterit vt mittatur impudentesq. illos dicat esse qui currere cœperunt, ipse intra carceres stet et narret aliis quomodo Ladas aut Bonius cum sicyoniis cursitarunt. Locupletem, nō exponas qualem patiuntur maxime locupletes, sed locupletem podagram. i. morbum ipsum in summa opulentia. quid. n. prosit ladę pauperi si in paupertate manendum sit, optare sibi podagram qua vexantur locupletes. Sic ergo exponendum est. ladas pauper modo diuitiis cumuletur non dubitet optare vel podagrā velocitati suę aduersatricē, mō habeat vñ largiter et delicate viuat, sicq. cum superioribus optime coniungitur. Si non eget anticyra, verba peiuri, Ladas inquit cursor ne dubitet si nō eget anticyra. i. si insanus non est, nam anticyra insula ē quę olim cyparissus nominata est vt scribit Pausanias sed mutato noie anticyra est appellata ab Anticyro herculis socio, vt vero scribit Strabo ciuitas est ad sinum iacens maliacum ⁊ Oetam montem. Ibi heleborus siue veratrum nascebatur, quo vt scribit Plinius hominis ī sania et mali humores emendantur, et ad ingeniū acuendum plurimum valet, vnde carneades responsurus libris Zenonis stoici, heleborum cadidū sumpsit, de quo multa diximus apud Persium illic, Ebria veratro. ergo si non eget anticyra. i. si non eget heleboro quo hominis insania emendatur, ac per hoc si insanus non est.

Archigene, medico qui veluti in delirio feriat venā in media frōte, sicuti ante dictum est O medici mediā pertundite venam, De Archigene facta est mentio in sexta satyra illic. Est vocat archigenem. Licentia poetica vltimam syllabā naturaliter produxit nec miꝝ, quū ꝓductam contra omnē rōnem corripuerit illic, Sed lōge calpe relicta, qđ et Priscianus mirat in sexto. Quid enim velocis, quid inquit prodest Ladę pauperi firma corporis valitudo, ⁊ ꝙ pedum sit summa pernicitate, ita etiā vt in olympicis ludis sępe palmā reportet, si i paupertate sit viuendū. quasi dicat longe vtilius est homini

Peierare

Isis

Phthisis

Vomica

Natura

Locus ouidii

Ladas

Antica

morbis vel grauissimis vexari dummõ sit i summa rerum opulentia, q̃ sanitatẽ corporis habere et in paupertate viuere. Prestat quid prebet vtilitatis. Plantu velocis, q̄ sit mira pedum pernicitate. Ramus oliue, vt sit victor in ludis olympicis, vbi victores oleastro coronabantur. auctor Pli. lib. xv. Interq̧ alia certamina cursu potissimum contenditur, vñ velocis gloria plãte. Pisee, pisa et elis ciuitates sunt peloponessi inter quas iacet campus vastissimus q olympia nominatur. vbi ludi celebrabantur qui a locoꝝ ꝓpinquitate dicuntur ⁊ pisei et elei ⁊ olympici siue olympii, non aũt vt falso quidã putauerunt ab olympo monte. Esuriens, q̄ sit victor ⁊ esuriat idest vt sit pauper. Vt sit magna. sensus est. Concedo inquid deos eẽ et grauiter delinquentibus irasci, tamen ad puniendũ lenti sunt. preterea si oẽs puniendi sunt longum erit vt me puniãt. Ordo est. Ira deoꝝ certe lenta est vt sit magna. i. q̄uis sit magne. vt sit cõcessio eẽ deos, sed lentos ad vindictã. Lenta, nõ festinata Valerius. Lẽto. n. gradu ad vĩdictam sui diuina procedit, ira tarditatemq̧ supplicii grauitate cõpensat.

Mimus

ni, nam in fabula Catulli introductus est seruus qui mirum immodum clamaret. Exclamas, subaudi Iuppiter audis hec. Tu. s. ex altera parte. Stentora, stẽtor in exercitu fuit grecorum vir magnanimus, cuius tantus (vt scribit Homerus in quinto Iliados) erat vocis sonus, quantus aliorum quinquaginta. vnde homericum illud, stentoris in specie validi cui ferrea vox qui quinquaginta alios equans clamore sonoq̧. Gradiuus homericus. i. mars, quẽ Home. lib. v. Iliados ait vulneratum a Diomede tam ingenti vociferatione ꝑ dolere exclamasse, quanta nouem decemue milia virorum solent quũ pugnam ineunt ita vt greci simul ac troiani territi cõtremiscerent. Audis hec, que fiunt a periuris et sceleratis. Nec labra moues, nec irasceris. nam ferunt iouem quũ hominibus irascitur ꝓrumpere i maximos clamores et baccas inflando mittere fulmina Oratius Quin iuppiter ambas iratus buccas inflet. Persius at sese non clamet iuppiter ipse. Vel marmoreus etiã ex marmore. Thura ponimus, cur te vt deum ⁊ omnium scelerum vindicem colimus? quasi dicat ob eam rẽ te colimus vt humana negotia seuere modereris scelera vlciscaris. Iecur? exta vituli, nam iecur in extis principatum obtinet. Omenta apud Persium cum exposuimus tot tibi cum in flammas Iunicum Omenta liquescat diximus auctore Celso Omentum eẽ intestinum ex interiore parte lene et strictum eẽ ex superiore mollius cui adeps quoq̧ innascitur, que sensu sicut cerebrum quoq̧ et medulla caret. Plini. Omentum membranam potius eẽ docet quũ ait. ventriculi atq̧ intestina pingui ac tenui omento integuntur ꝑq̧ oĩa gignãtibus Aristo. de natura animalium scribit Omentum membranam eẽ aut seuosam aut adiposam, nam viro modo animalia pinguescere solent idq̧ pingue est, de medio ventre oritur, relinquãq̧ ventris partem cunctaq̧ intestina cõplectitur, Vt video. Sẽsus est. Tam negligenter inqt dii res humanas curatis, vt nullũ putẽ esse habẽdũ discrimẽ inter statuas vestras ⁊ batylli. Batylli, intelligit de statua Batylli Samii de quo Apule. i. ii. floridoꝝ multa cõmemorat. ait. n. in samo q̃ modica est insula in mari icario tẽplũ iunonis antiquitus famigeratum conspici, cuius ante aram statua erat Batylli a polycrate tyranno dicata, qua nihil vnq̃ effectius fuit, hic nõ mõ dilectus fuit a polycrate, sed et ab Anacreõte Teio, vnde Apuleius sic ait, qui polycrati tyranno dilectus Anacreonta teium amicitie gratia cantulat, Oratius nõ aliter samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta teiũ. Batyllus itẽ fuit (vt diximus apud Persiũ) Pantomimus

Sentor

Mars vulneratus

Prestat & esuriens pisee ramus oliue;
Vt sit magna tamen certe lenta ira deorum est.
Si curant igitur cunctos punire nocẽtes,
Quando ad me venient? sed & exorabile numẽ
Fortasse experiar, solet his ignoscere multi
Cõmittunt eadem diuerso crimina fato,
Ille crucem precium sceleris tulit, hic diadema
Sic animum dire trepidum formidine culpe
Confirmat tunc te sacra ad delubra vocantem
Precedit trahere immo ac vexare paratus.
Nam cũ magna male superest audacia cause
Creditur a multis fiducia, mimum agit ille,
Vrbani qualem fugitiuus scurra catulli.
Tu miser exclamas vt stentora vincere posis
Vel potius quantũ gradiuus homericus audis
Iuppiter hec, nec labra moues, cũ mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aheneus? aut cur
In carbone tuo charta pia thura soluta
Ponimus & sectũ vituli iecur, albaq̧ porci
Omenta? vt video nullũ discrimen habendũ est
Effigies inter vestras, statuamq̧ batilli.

Sed et exorabile numen, talia solent sibi cõminisci qui turpiter vixerunt. Ad me, puniendum. His talibus delictis. Multi, verba sũt peccantis, quibus occurrit his qui possent dicere sibi cauendum eẽ a suppliciis legum humanaꝝ, Ait ergo nõ ignoro hoc quidẽ sed tñ multos constat eadẽ committere crimina sed diuerso fato. alii puniuntur, alii non mõ non puniuntur. sed honoribus ẽt decorantur, quasi colligat sibi ẽt accidere posse, vt pro malefactis beneficia accipiat. Diuerso fato, diuerso euentu. Diadema. i. euectus est ad regiam dignitatẽ, nam Diadema fascia erat (vt supra diximus) qua caput regis vinciebatur a διαδεω quod est circumcingo. Confirmat animum. i. animum cõmasculat. Trepidum formidine dire culpe. i. qui formidat ⁊ tremit conscientia diri sceleris. Precedit, scilicet ipse ꝑiurus, tanq̃ q innocentie sue confidat.

Diadema

Te uocantem, hoc est te qui eum vocas ad iusiurandum. Nam creditur fiducia, confirmatio rationis quare tante audacie sit, quia multi inquit malitia hominũ decepti putant eum esse innocentem, qui magna cum audacia causam suam tuetur, idcirco audax est, putant enim ex recta conscientia et fiducia tantam audaciam proficisci. Male cause, hoc est homini tuenti. causam iniquam. Superest. i. abundat. Mimum agit ille non minore inquit strepitu mouetur ⁊ clamore, q̃ si mimum agat. i. fabulam, nam mimus (vt diximus) alibi ꝑter hominem scenicum genus ẽ fabule, vnde poete mimographi, qualem egit scurra fugitiuus Catulli vrbani,

Omenta

Batyllus

Batylli

Tris tamen ad numeros Satyri moueare batylli. Iuuenalis alibi molli saltante batyllo. Batylli item populi sunt Septentrionales Ptolomeus auctor. Batyllus item instrumẽtum est ferreum ad vsum ignis. Horatius pretexta ⁊ latum clauum, pruneque batyllum, de hac igitur batylli statua est intelligendum quam erexit polycrates cythare dico statu in memoriam eius. Sũt qui pythagore eam falso existimant, sed philosophus nequaq̃ a tyranno dilectus est, quippe eo iam dominari orso ꝓfugit ex insula clanculũ. Accipe que cõtra, audi ẽt q̃ solita tibi afferre possint qui nullis sunt instructi phie ꝑceptis nec stoicoꝝ, nec cynicoꝝ, nec epicurioꝝ, qui oẽs scilicet opes contempserunt, quasi dicat vnusquisq̧, vel rudis potest te in ista pecunie amissione optime consolari, per quod docet equo aĩo oĩa esse ferenda que amiserit, ⁊ bona fortune contemnenda. Cynicos, Cynicoꝝ secte (vt diximus in cõmentarii Persii illic. Si cynico barbam petulans nonaria vellat, princeps fuit (auctore Laertio) Antisthenes atheniensis, qui cum dissereret in Gymnasio quod cynosargin appellabant, non longe a ianuis, cynicum cognomen secte sue dedit. Lactantius vero a canibus cognomen accepisse scribit his verbis. Quid loquar de cynicis, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit, quid mirum si a canibus, quorũ vitam imitantur etiam vocabulum & nomen traxerunt, κυων enim grece canis dicitur, ⁊ cynicos caninus. Quod sane ita fuisse Apuleius in secundo floridorum ostendit, vbi sic loquitur de Crate cynico. Duxit cynicus puellã in porticum, Ibidem in loco celebri coram luce clarissima accubuit, coramq̧ virginem imminuisset paratam pari constantia, ni Zeno procinctu paliastri circunstantis corone obtutu magistrum in secreto defendisset, vbi mendum correximus, nam vbi legimus duxit cynicus, scriptum erat dux Cynicus. Aliqui vero cynicos dictos esse putant q̄ essent mordaces vt canes, nam Diogenes (vt scribit Laertius) interrogatus quare canis diceretur respondit, quia in eos qui dant blandior, in eos qui non dant oblatro, malos autem mordeo, li antẽ vt dixi nobilitatem ⁊ diuitias abiiciebant, dicentes solam virtutem sufficere ad beatam vitam, vnde Crates cynicus omnem rem familiarẽ abiecit, existimans tunc demum manumissum, sola pera ⁊ baculo contenti cibos mendicabãt. De quibus ita Apuleius in prima apologia. Non sunt quidem ista platonice secte gestamina, sed cynice insignia familie, verũtamen hec Diogeni ⁊ Antistheni pera ⁊ baculus quod regibus diadema. Diogenes quidem cum Alexandro magno de veritate regni certabundus, baculo vice sceptri gloriabatur. Plautus in persa. Cynicum esse egẽtem oportet parasitum probe. Et Martia. lib. iiii. Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati. Cui dat latratos obuia turba cibos. Esse putas cynicum deceptus imagine falsa. Non est hic cynicus Cosme, quid ergo? canis. Dogmata, sententias ⁊ opiniones stoicorum, fit aũt dogma a δοκω quod est sentio, nam que greci dogmata dicunt, latini decreta appellant, vnde Seneca lib. xv. epistolarum ad Lucilium. Nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, que greci vocant dogmata, nobis vel decreta licet

Antisthenes

Cynici vnde

Locus apulei

Dogmata

Accipe que contra valeant solatia ferre,
Et qui nec cynicos, nec stoica dogmata legit
A cynicis tunica distantia, non epicurum
Suscipit exigui letum plantaribus horte,
Curentur dubii medicis maioribus egri.

appellare vel scita vel placita. Hoc autem interest inter decreta philosophie ⁊ precepta. quod inter elementa ẽ membra. Hec ex illis depẽdent, illa ⁊ horum cause sunt omnium, precepta enim pendent ex decretis. Sunt igitur dogmata secte vniuscuiusq̧ decreta, que vt Ciceronis est sententia prodere scelus est nõ minus q̃ patriam, vñ scribit Laertius eam minime sectam appellari, que dogma non habet. vnde dogma dicimus xp̄ianum. i. qđ vniuersi xp̄iani sentiũt ⁊ sequũt. Inde diuus Hierony. Scis. n. dogma nr̃oꝝ humilitatis tenere vestigiũ ⁊ per ima gradientes ad summa nos ascendere. Idẽ alibi. Siquid in libris secularibus vtile reperimus ad nostroꝝ dogma conuertimus.

Precepta

Decreta

Stoica, secte stoice prĩceps fuit Zeno a quo primo Zenonii sunt appellati, mox vero stoici a stoa. i. porticu nam athenis porticus erat que pysianactia vocabatur referta varia ⁊ multe scientie pictura polignoti thasiũ In qua quum diuersis temporibus iam mille quadringenti triginta ciues iterfecti fuissent. voluit Zeno locũ illum stabilem atq̧ inuiolabilem reddere, quare cœpit in illa docere, ad quem eo audiẽdum discipuli cõfluẽtes, qui antea vt dixi Zenonii dicebãtur, postea ab ipsa porticu stoici sunt vocati auctor Laertius, hi autem ita diuitias ⁊ reliqua fortune bona abnuebãt, vt nihil preter virtutem bonum appellarent, dicentes diuitem quicunq̧ celo tegeretur. Tunica distantia, nam (vt scribit Augustinus de ciuitate dei) dogmata philosophorum solo habitu fuerunt diuersa, nam quum omnes virtutem siue summum siue solum bonum dicerent, diuitias vniuersi contemnebant, tunica igitur tantum distabant stoici a cynicis, q̄ cynici duplici palio vtebantur, vnde illud Horatii in epistola ad Senã de cynico. Contra quem duplici panno patientia velat Mirabor. eam vestem duplicem vt scribit Porphyrio diploidem appellauere, eandem ⁊ Abollam. Martialis vt modo recitauimus li. iiii. Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati. Cui dat latratos obuia turba cibos Esse putas cynicũ ⁊c. de eo sic ẽ Laertius. Primus Antisthenes paliũ duplicauit, ipsoq̧ solo vtebatur baculumq̧ sumpsit ⁊ perã. Zeno vero stoicorũ (vt dixi) princeps pacientissimus fuit ⁊ victus simplicissimi, crudisq̧ tantum cibis vtebatur, ⁊ tenui palio, ita vt de illo diceretur, q̄ eum neq̧ seua hyems, nec gelidus imber, non dura vis morbi domuerit, neq̧ torridus sol. Epicurum, epicurus contẽtus fuit exiguo horto, primusq̧ (vt scribit Pli. lib. xix. instituit athenis habere hortos in vrbe, vnde hortoꝝ magister est appellatus, ad quod allusit Papinius li. primo Syluaꝝ. Delitie quas ipse suis digressus Athenis. Mallet deserto senior gargecius horto. auctor est Laertius sũmum bonum Epicurium ad Herodotum scripsisse esse in voluptate. s. non dolere, corpore aĩoq̧. Tranquillum esse ⁊ perturbatione vacare, aqua ⁊ cibario pane se contentum fuisse testatus est. Non suspicit, non veneratur ac per hoc non legit. Letum, contentum. Plantaribus, oleribus. Curentur dubii egri, calamitas inquit tua minima est, ⁊ que non indiget graui consolatore, sed vnusquisq̧ est aptus ad te consolandum ⁊ dolorẽ tuũ leniendum, metaphora sumpta est ab egrotãtibus quibus pro morbi qualitate adhibentur medici.

Zeno

Zenonii

Pyanactia

Stoici vnde

Diplois

Abolla

Epicurus

Vel, etiam. Discipulo philippi, q imperitus erat, sicq; ondit & philippū & discipulū fuisse parum peritos. Venam feriendã, hoc est te ipsum trade consolandū etiam homini mediocris eruditionis, quū iactura tua sit talis, vt vnusquisq; facile possit te cōsolari. Si nullum in terris. Sensus est, ego nō prohibeo te quin doleas si potes mihi ondere nullum tale facinus perpetrari inter mortales, q̄si dicat, talia & grauiora solere mortalibus accidere, vt sit consolatio a cōmuni miseria. Quando quidem accepto, nō veto inq̃ te dolere quãdoqdem ianua est claudenda. i. quãdoquidem nulla tibi amplius ẽ habendã spes illud domū reditură quod amisisti, videturq; sumptum ex vulgato pverbio quod solet dici in eos qui pecoris sui diligentes nō fuere custodes, quibus per derisum imperat vt accepto damno stabulum claudant, ac per hoc sciant sibi ereptã eẽ spem recuperandi qđ amiserant. Et maiore domus, a superiore, nō veto inquam quin doleas quãdoqdem nūmi plãguntur maiore gemitu & suspirio domus. In hoc casu, i amissione pecunię. Contentus diducere, nō enim satis habet diducere summitatem vestis qui amisit pecuniã, sed totam scindit non exponas diducere neq; vexare. s. in funere, sed in amissione pecunię. Humore coacto, nō enim lachrymis fictis plorat, vnde bene seq tur ploratur lachrymis veris. Sed si cuncta vides, ordo est. Sed censes te nūc delicias ponendū extra cōmunia. si vides cūcta fora plena simili querela &c. vt sit sensus. Quum videas in indiciis quotidie talia scelera deferri cum acerbis deceptorum querelis, non debes putare te vt delicatum telis fortunę non esse subiectum.

Cuncta fora, tria erant Romę, vt diximus in secūda satyra, fora vestra monemus. Dicūt, debitores & periurii. Chirographa, Chirographum dictum est a απωτου χηεοσ. i. manu & grapho scribo, est eni sceda sine tabella manu propria scripta, ergo vana chirographa, idest vanos adulterinos & mendaces pugillares ligneos, in quibus propria manu scripsit. Alibi Iuuenalis. Debitor aut sumptos pergit nō reddere nūmos, Vana superuacui dicens chirographi ligni. Lectis tabellis, lectis ipsis pugillaribus. Diuersa in pte, in parte contraria, idest aduersus ipsum debitorem. Superuacui, nihil proficientis, superuacuū enim est in indicium pferre tabellas debitore omnia negante. Arguit ipsorū, ordo est. Illi dicunt chirographa esse vana quos littera ipsorum arguit, idest quos sua ipsorum scriptorū & signum reuincit & ostendit esse veros debitores. Sardonicus, idest signum celatum in sardonice quę est in anulo signatorio. Sardonicus autem nōiatiuus est latinus formatus a genitiuo greco Sardonicos, Onyx gēma est cui nomen est coniunctum cum Sarda alio lapide, nam Onyci cãdor est auctore Plinio vnguis humani similitudine, item Chrysoliti ex Iaspidis & Sardę, vnde nominis societas oritur. De hoc plura superius, & illic apud Persium Cū sardonice albus. Gēma princeps expositio ẽ, vt sit Sardonicus q est gēma princeps inter alios pciosos lapillos. Loculis eburnis, nã loculi eburnei repositoria erãt & monetę aureę & anulorum. Martialis Hos nisi de flaua loculos implere moneta, Non decet, argentum vilia ligna ferant. De iis plura in prima satyra, neq; enim loculis comitantibus itur ad casum tabulę. Te nunc delicias, Ironicos & expositio est. Extra cōmunia, extra cōmunem sortem, quasi qui cōmunibus omniū malis non sis obnoxius. Gallinę filius albę, hic fuit quasi pverbiale apđ antiquos quod etiã hodie vsurpat. vnde & Cicero libro septimo epistolarum ad Curium sic ait. q quasi auem albam videntur berre sentientem ouem videre, Albę autem dicit q lęta atq; auspicata latini alba vocant cōtra mala nigra. vnde Oratius Hic niger est, hoc est malus, hunc tu romane caueto. Cōuenit autem hęc paroemia in eos quibus diuina quadam felicitate omnia leta & prospera cedunt. Rem pateris modicam, consolatio a minimo detrimento. Confer, cōparo tuo damno. Conductum latronem, idest sicarium mercede conductum ad cędem alicuius. Quum ianua primos, Incẽdii grauitatem ostendit, quo primę domus partes sunt occupatę, vt non facile sit subuenire flagrantibus inferioribus.

Pocula templi, qui sacrilegia cōmittunt. Adorandę rubiginis, quę habenda sunt in maxima veneratione propter religiosam vetustatem. Et populorū dona, nam in templis dona missa vel a regibus, vel a populis pie & religiose seruabantur. Et vbi dona reponebantur donaria sunt appellata. Coronas positas ab antiquo rege, vtpote ab Romulo cęterisq; regibus, quorum coronę in eorum memoriam templis deorum affigebantur. Hęc ibi, si in templis inquit non sunt dona & pocula quę surripiantur, non desunt qui minutiora sequantur furta, vt qui breues & leues auri bracteolas

Tu venam vel discipulo committe philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis taceo, nec pugnis cędere pectus
Te veto, nec plana faciem contundere palma,
Quãdoquidẽ accepto claudẽda ẽ ianua dãno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nūmi quam funera, nemo dolores
Fingit in hoc casu, vestem diducere summam
Contentus vexare oculos humore coacto,
Ploratur lachrymis amissa pecunia veris.
Sed si cuncta vides simili fora plena querela
Si decies lectis diuersa in parte tabellis
Vana superuacui dicunt chirographa ligni,
Arguit ipsorum quos littera, gẽmaq; princeps
Sardonycus, loculis quę custoditur eburnis.
Te nunc delicias extra communia censes
Ponendum, quia tu gallinę filius albę,
Nos villes pulli nati infoelicibus ouis.
Rem pateris modicã, & mediocri bile ferẽdam,
Si flectas oculos maiora ad crimina, confer
Conductū latronem, incendia sulphure cœpta
Atq; dolo, primos quū ianua colligit ignes.
Confer & hos veteris qui tollunt grandia tẽpli
Pocula adorandę rubiginis, & populorum
Dona, vel antiquo positas a rege coronas.

ex statuis deorum eradant. Femur proprie coxam, licet hic poeta videatur posuisse p pectine, et partibus generalibus sicuti. & Diuus hieronymus his verbis, vnde hoc nudauit ebrietate femora. De femore et foeminibus dictum est alibi añ. Bracteolam tenuẽ auri laminã. Nam aurum et cętera metalla primo in crassiores cudẽdo extenduntur laminas, mox in bracteas attenuãtur, quibus simulacra et alia inaurantur fures inueniebant, qui vnguibus bracteas deraderent. Mart. An magis astuti derasa est vngue ministri Bractea, de fulcro quam reor eẽ tuo? Trãquillus scribit Caligulam romę i publico epulo seruum, ob detracta lectis argenteã laminam carnifici confestim tradidisse, Artifices inducendi bracteolas & in aurandi insigniter dñr Bractearii & bracteatores. an dubitet, tã tenues bracteas deradere quum ausus sit totū ipsum Iouem fundere, quasi dicat verebitur tã friuola furta sectari et sacrilegia qui assueuerit grandiora cōmittere? Tonantem. Vnum est ex cognominibus Iouis. vñ Statius Magnanimū eandem formida tanq̃ tonanti. Seneca soror tonãtis. Artifices veneni, comparatis incōmodis et eos qui venefica exercent. Et deducendum. i. parricidam, quẽ per supplicii genus describit qui. n. parentibus manum intulisset is viuus culeo insutus vna cum gallo gallinaceo Simia cane et vipera, in mare aut vicinū aliquẽ amnem vt ante diximus proiiciebant quo genere supplicii primus dãnatus fuit. M. Tullius duūuir q librum secreta ciuilium sacrorum cōtinentem custodię suę cōmissum corruptus petronio sabino scribendum dedisset. Nam culeo insutus in mare proiectus est, inde genus supplicii multo post parricidis lege irrogatum est, vt pari vindicta parentum ac deoꝝ violatio expiaretur. Mam. p. Maleolus matre iterempta primus omnium insutus culeo in mare precipitatus est. auctor Liuius lib. lxviii. ab vrbe condita. De eodẽ supplitio ita meminit & Cicero ad Herenniū, lex est qui parentem necasse indicatus erit vt is obuolutus et obligatus, corio deuehatur in fluentem. Eiusdem supplicii meminit & in oratione pro Roscio Amerino. Corio bouis. i. culeo, nam culeus saccus erat ex corio bubulo. Aduersis fatis, infestis numinibus qui a ipsa id supplicii innoxia patitur. Hęc quota pars scelerum. i. hęc est minima pars scelerū eoꝝ quę quotidie audit Gallicus pręfectus vrbis, quasi dicat multo plura cōmittuntur scelera quę audit quotidie gallicus q̃ quę tibi narraui. Fuit enim Rutilius Gallicus vrbi pręfectus tẽporibus Domitiani apud quẽ secundas dignitatis partes obtinuit ad eumq; oĩa vrbis iura ab aliis magistratibus deferabãtur, vñ custos vrbis ẽ appellatus. Papinius in siluis, Dubitataque sidera cernit Gallicus, es cęlo diis es germanice cordi, Quis neget? erubuit tanto spoliate ministro imperium fortuna tuū, paulopost Quippe manet longum q; tuo remanente manebit quem penes intrepidę mitis custodia romę. Custodem igitur intellige ipsum gallicum non anserem. Quare enim anserem magis nominasset q̃ gallum. aut aliam auem quę audiat illa scelera, et postea quando audiat quum scelera fiunt? an quū accusantur. si quando fiunt, possunt & nocturno fieri tempore, immo et frequẽtius, si quãdo accusantur nunqd adest anser in indicio. ita vt omnino absurdum sit de ansere intelligi. Custos gallicus, quẽ perfectum vrbis tranquil. in Tiberio appellat, Iosephus custodem nominat. Quota minima, alibi quota portio fecis achęę. Seneca ad Lucillium Et nos inter quos frequenter ista nunciantur quota pars omnium sumus. i. minima. Mart. Summa tuę meleagre fuit quę gloria famę, Est quota Carpophori portio fusus aper. Humani generis longa inquit tibi non erit opus indagatione si voles hominum mores noscere, vna enim domus tibi satis erit ad id cognoscendum. Nam plerumq; vna domus tot malis agitatur vt facile possis cognoscere malū tuum pę illis minimum esse. Mores, vocabulum medium vt et bonos et malos mores dicamus, Aude dicere te miserum, quasi dicat non audebis te miseꝝ dicere quum longe alii sint te calamitosiores. Quis tumidum? hac interrogatione et per variarum rerum similitudinem ostendit minime ei eẽ mirãdum si id passus sit qđ et alii patiuntur. In alpibus inquit nemo miratur guttur tumidum quia scit id vitium eẽ propemodum omnibus incolis, quasi dicat et tu debes non ignorare vbiq; locorum talia scelera committi ac per hoc minime mirandum si et tu deceptus es. Guttur autem inflari docet Pli. lib. xi. vitio aquarum quę potantur. De q̃ re ita scribit Victuruuis Equicolis aūt in Italia, & alpibus natione Medullorum est genus aquę, quã qui bibunt efficiūtur turgidis gutturibus. Est autem guttur proprie id quod spiritum animalia trahūt quo & reddunt respirando et expirando, quod et arteria vocatur. Poeta vero hoc loco posuit pro parte colli anterioris. Lege Aristotelem de natura animalium. In meroę in riosi in sula est ęgypti distans a Syene quinq; milibus stadio alpibus rum, illic foeminę mamillas habent infantibus pares author Pomponius Mela. Lumina cęrulea. Cornelius Tacitus in li. de situ germanię scribit germanis oculos esse truces et ceruleos et comas rutilas quod et quotidie videmus. Oratius Nec fera cerulea domuit germania pube. Torquentem scilicet germanum, qui calamistro sibi capillos cincinnatos reddit et annulatos Martialis. Crinibus in nodum tortis venere sicambri. Cirro, Capillo, Persi. Ten cirratorum centum dictata fuisse.

Hęc ibi si non sunt minor extat sacrilegus, qui
Radat in aurati, femur herculis, & faciẽ ipsam
Neptuni, qui bratheolam de castore ducat.
An dubitet solitus totum conflare tonantem?
Confer & artifices, mercatoremque veneni,
Et deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis innoxia simia fatis
Hęc quota pars scelerū, q̃ custos gallicus vrbis
Vsq; a lucifero, donec lux occidat, audit.
Humani generis mores tibi nosce volenti
Sufficit vna domus, paucos consume dies, &
Dicere te miserum, postq̃ illinc veneris, aude.
Quis tumidū guttur miratur i alpibus aut qs
In meroe crasso maiorem infante mamillam.
Cęrula quis stupuit germani lumina, flauam
Cęsariem. & madido torquentem cornua cirro

Femur. Bractearii. Loculi. Chirographū. Donaria. Parricida supplicium. Rutilius Gallicus.

Nempe q̄ hęc illis, nemo inquit germanoꝝ stupuit quia a natura omnes idem habent. per qđ colligit non esse mirandũ Caluino si id sibi acciderit q̄ aliis quottidie accidit. Pygmęus, pygmęi auctore Plinio libro vii. In extrema parte montium Indię sunt, longitudine ternas spithamas nõ excedunt, a gruibus infestant, aduersus quas expeditionem sumentes caprarũ arietũq; dorsis isident armati sagittis, tẽpore veris cum agmine ad mare descendunt, oua pullosq; earum cõsumunt, ternis mensibus eam cõficiunt expeditionẽ, aliter gregibus resistere nõ possent. De his non pauca itẽ Gelius et Solinus scripserunt. Nulla ne periurii? verba sunt Caluini non ne aliquando periurus puniet. Areptum, verba Iuuenalis subaudi iri, vt sit abreptum iri. Graniore cathena, grauioribus vinculis. Nostro arbitrio, vt volumus. Quid plus velit ira? s. nostra q̄ vt puniatur, ita vt volumus, estq; hoc legẽdum per parenthesim. Manet illa tñ, verba oĩno sunt Iuuenalis q̄si respõdẽtis Caluino queribũdo iacturam suam tamẽ manere, Manet inquã.

pig-mei

Nempe quod hęc illis natura est oĩbus vna
Ad subitas thracum volucres, nubẽq; sonoram
Pygmęus paruis currit bellator in armis,
Mox impar hosti, raptusq; per aera curuis
Vnguibus a sęua fertur graue, si videas hoc
Gentibus in nostris risu quatiare, sed illic
Quãquã eadem assidue spectẽtur pręlia ridet
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.
Nulla ne periuri capitis, fraudisq; nefandę
Poena erit? abreptũ crede hũc grauiore cathena
Protinus, & nostro (quid plus velit ira) necari
Arbitrio, manet illa tamẽ iactura, nec vnquam
Depositum tibi sospes erit, sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At vindicta bonum vita iocundius ipsa;
Nempe hoc indocti, quorum pręcordia nullis
Interdum, aut leuibus videas flagrantia causis.
Quantulacũq; adeo est occasio sufficit irę.
Chrysippus non dicet idem, nec mite thaletis
Ingenium, dulcique senex vicinus hymeto,
Qui partem acceptę sęuę inter vincla cicutę
Accusatori nollet dare plurima felix

Sed dabit solatia minimus sanguis, sed hoc tibi erit solatio q̄ necabit. Inuidiosa, quę tibi inuidiam & odium contrahent. At vindicta, verba Caluini. Nempe hoc indocti, verba Iuuenalis reprehẽdentis stultũ affectum Caluini. i. vulgus imperitum hoc dicit vindictam eẽ bonam, & ea gaudet plurimũ, quia nulla ratione monetur, sed solo vt bestia appetitu. At vir sapiẽs & magnanimus quũ inimicũ suũ in potestate sua, vt docet Seneca viderit, vindictã putabit vindicare potuisse. vindictã vt malũ deus ꝓhibuit, quũ ait Mihi vindictã & ego retribuam.

Flagrantia, ęstuantia. Adeo, in tantum. Quantulacũq; hoc dicit minimã quãq; occasionem sufficere irę hoc est minima quaq; re hoiem indoctũ moueri ad iram & vindictã. Occasio, opportunitas tp̄is dicitur casu proueniens. Chrysippus non dicet idem, hoc est vir sapiens nõ dicet vindictã bonam esse, nec vllo modo laudabit. Chrysippus stoicę disciplinę fuit phus, de quo supra & apud Persium, illic Inuentor chrysippe tui finitor acerui. Solensis fuit, vel vt alii dicunt Tarsensis Apollonii filius, subtilitate disputandi adeo acer, vt illud iactũ sit, deos si dialectica vti vellent non alia vsuros q̄ chrysippea. Mite ingenium thaletis, exornatio est rhetorica q̄ dicitur circuitio, idest ipse thales mitis ingenii & naturę. Hic milesius fuit vnus ex septem sapientibus, qui vt scribit Laertius gratias triplici causa fortunę se agere dicebat, primo q̄ non belua, deinde q̄ vir non mulier, Tertio q̄ grecus natus esset non barbarus.

chrysippus

Thales

Socrates

Senex. idest Socrates atheniensis phus clarissimus filius Sophronisci marmorarii & phanaretę obstetricis, primus fuit qui vt est auctor Cicero in tusculanis phiam e cęlo deuocauit, coegitq; de vita & moribus rebusq; bonis & malis q̄rere, quum ante illũ phi oẽs rebus physicis pscrutãdis operam immodo impenderent. Sed hic quũ aliqñ Anytum atheniensem virũ locupletẽ & factiosum rideret ob eius ineptias, Aristophanes comicus doctus quidem, sed homo paꝝ probatus accepta grandi pecunia ab Anyto contra Socratem comœdiam scripsit, cuius inscriptio est nephele. i. nebulę, qua quidem inter ceteras criminationes illud cõfixit ab eo nebulas coli & Atheniẽsium religionibus obtrectari, & pręter hęc iuuenum mẽtes sic imbuere vt parentibus manus inferre pie & officiose possent, quę res accusãtibus Anyto, lycone, & Melito (vt Plato in Apologia pro Socrate scribit) quũ vniuersum populũ in Socratem cõcitasset, furore quodã & ira morte dãnatus est, qui pateram cicutę publicitus datam intrepide hausit, tãtumque absuit vt vltionem quęreret vt contenderet, semper illum miseriorem eẽ qui faciat q̄ qui afficitur iniuria. Laertius auctor. Hymeto dulci, patriam designat, Hymettus mons est terrę Atticę vbi optimũ prouenit mel, vnde dulcem appellauit, sic & Valerius Flaccus lib. i. Et ĩ dulcem rege: dimittit hymeton. Cicutę, ait Plinius cicutam esse venenũ publicam Atheniẽsium pœnam inuisam, est enim herba semen habens noxiũ, ei & foliis refrigeratoria vis est, vino epota hoiem perimit sine vllo remedio. Inter vincla, in carcere, nam illic (vt diximus) data est ei cicuta. Accusatori, pro accusatoribus suis, nam tres vt diximus fuerunt, Anytus, Lycon, & Melitus. Plurima felix, sensus est, non est inquit mirum si tales philosophi consentiunt vindictam nõ esse quęrẽdam, quia phia ea est quę rectam viuendi viam docet, nam vt scribit Cicero in tusculanis, vitioꝝ omnium est expultrix, virtutum indagatrix. Sapientia idest philosophia moralis quę quũ antea (vt diximus superius) sapientia nominaretur, a Pythagora, vt scribit Cicero in tusculanis philosophia est appellata, quũ se apud Leontem phliasiorum principem non sapientẽ, sed philosophum nominasset, idest sapientię studiosum neq; enim quicq̄ aliud est philosophia si vt inquit Cicero interpretari velis q̄ studium sapientię. Sapiẽtia au-

Hymettus

Cicuta

tem vt a veteribus phis diffinitur est rerum diuinaꝝ et humanaꝝ causarũq; quibus hę res continent, scientia.
Exiuit deponit. i. docet vt deponantur vitia & errores animi, nã docet vitia esse exterminãda, rectum aũt hoc est virtutem sequẽdam, nã rectum dicitur auctore Cicerone quod cũ virtute fit. Seneca libro. xv. episto. ad Lucillium sic scribit, Antiqua inquit sapientia nihil aliud q̄ facienda & vitanda pręcepit. Animi minuti, animi pusilli. Magni enim est animi iniurias obliuisci. vnde. & Seneca, Honestum & magnum genus vindictę est ignoscere, ordo autem est. Vltio est voluptas animi minuti. Sic collige, sic cõclude. Persius Mendose colligis, idest concludis. Magis q̄ foemina, nã sexus foemineus quãto minus habet roboris et firmitatis tanto facilius ab affectibus superatur. Hos, pituros. Euasisse. s. culpę suppliciũ, non est iquit q̄ putes eos nõ torqueri, nã semper auctor sceleris flagello cõscientię castigatur, vñ supra, prima ẽ hęc vltio q̄ se iudice nemo nocẽs absoluit. Seneca ad Lucillium, Tuta scelera eẽ non pñt quia primo illa & maxima peccantiũ est pœna peccasse.

Rectũ

Paulatim vitia, atq; errores exuit omnes.
Prima docens rectum sapientia, quippe minuti
Semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas
Vltio, continuo sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet q̄ foemina, cur tñ hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos? & surdo verbere cędit
Occultum quatiẽte animo tortore flagellum?
Poena autem vehemens, ac multo sęnior illis,
Quas & cęditius grauis inuenit, & rhadamanthus,
Nocte dieq; suũ gestare in pectore testẽ.
Spartano cuidam respondit pythia vates.
Haud impunitũ quondam fore qđ dubitaret
Depositum retinere. & fraudem iure tueri
Iurando, quęrebat enim quę numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet apollo,
Reddidit ergo metu non moribus, & tñ omnẽ
Vocẽ adyti dignam tẽplo veramq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole domoq;,

Surdo verbere, occulto nec ab aliis intellecto, quum interius a conscientia flagellatur. Animo tortore. i. animo pstante officium tortoris, nam eum punit conscientia. Pœna aũt vehemens, grauis, ostendit poeta longe grauiores esse animi q̄ corporis cruciatus iuxta illud Ouidii, Mens est quę sentiat ictus. Ordo est autem & sensus, gestare suũ testem die & nocte in pectore, idest cõscientiam quę testis est sceleris perpetrati est pœna vehemens & multo senior illis. s. pœnis quas ceditius grauis inuenit, ceditius enim nomen est iudicis temporibus poetę de quo scribit etiam satyra vltima Ceditio & fusco, Cęditii meminit & Tacitus, Dum vitelius ĩquit resignare imperium voluisset postremo inquit fleto prepediente assistenti consilii Ceditius simplex erat, exolutum a latere pugiõem velut ius necis vitęq; ciuiũ reddebat. Rhadamãthus, filius fuit Iouis ex Asia cõstitutus iudex a patre apud inferos, de quo plura diximus in prima satyra illic, Quas torqueat vmbras Aeacus. Spartano cuidam, ostendit poeta fieri non posse vt is qui pecuniam abnegauerit careat supplicio, quũ glaucus lacedęmonius tota cum prole interierit non solum quia depositum non reddiderit, sed q̄ cogitauerit aliquãdo de eo non reddendo, hanc historiam Iuculẽtissime scripsit Herodotus in sexto. Fuit enim glaucus vir lacedęmoius vitę sanctitate satis celebratus, ad quẽ vir quidam milesius fluctuante Ionia assiduis bellis diuendita dimidia parte bonorum venit. apud eum pecuniam deposuit existimans fore, vt salua eẽt & sibi redderetur quum allatis symbolis reposceret. Glaucus accepta pecunia cõsuluit oraculum Apollinis an orco, idest iureiurando pecuniam predaretur quam apud se depositam a quodam Milesio filii eius reposcebant, Respondit Pythia his versibus, Glauce expedit ad breue tempus orco, idest iureiurando vicisse interuertisseque nummos at Orci natus qui caret nomine qui manibus qui nullis est pedibus rapide aduenit, rapide vt perdat omnem prolem & domum, His auditis Glaucus veniam sibi eorum quę dixisset deum obsecrabat, Cui pythia inquit idem pollere tentare deũ & facere, tũc Glaucus accitis milesiis pecuniam reddidit. Cui nulla soboles nec domus superfuit quę illius censeretur, sed & sparta radicitus extincta est. Ita bonum est nihil aliud de deposito cogitare q̄ vt repetentibus reddatur.

Cęditius

Tueri fraudẽ

Glaucus

Pythia vates, idest Apollinis vates, nam ꝑ puellam instinctu numinis furiosam apollo dabat responsa, vnde diuus Hiero. cõtra Iouinianũ Furiosas Apollinis vates legimus, Victruuius lib. tertio Delphicus apollo Socratem omnium sapientissimum pythię responsis est professus. Statius libro tertio Thebaidos, Dum pallida virgo tremendas Nunciet ambages. Nam constat vt docet Strabo diuinum illud domicilium, vnde oracula dabantur ꝓfundam & curuam fuisse speluncam non admodum lato ore patentem, vnde spiritus sacro efflante numine referretur. Excelsum autem ostio iminere tripodem quẽ quũ pythia vates inscenderit hausto diuinationis spiritu dei responsa referre & metro & soluta oratione. Phemonoen apollinis filiam primam diuinantem pythiam ferunt. Pythia dicta est quia vt greci fabulantur apollo pythius est nominatus a serpẽte pythone quem ipse in prima infantia sagittis confecit, quum belua cunas in quibus ipse cum Diana sorore iacebat inuasisset, ipse autem python dictus est απο τησ πυθοσ, idest a putrefactione terrę, nam natus est post Deucalionis diluuium, vt scribit Ouidius, de hoc etiam Macrobius. Depositum, est quod custodiendum alicui datum est dictum ex eo q̄ ponitur, prępositio enim de auget depositum, vt ostendat totum fidei eius commissum quod ad custodiam rei pertinet. Hęc Vulpianus. Non moribus, non bonitatę naturę. Adyti, adytum gręci locum templi secretiorem & penitiorem appellarunt quasi inaccessibile, ab a particula priuatina & δύω quod est ingredior.

pythię vnde

Depositum

adytũ

Et quãuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur poenas peccandi sola voluntas,
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet, cedo si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mense tempore cessat
Faucibus vt morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo, sed vina misellus
Expuit, albani veteris preciosa senectus
Displicet, ostendas melius, densissima ruga.
Cogitur in frontem velut acri ducta falerno.
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto versata thoro iam membra quiescant,
Continuo templum & violati numinis aras.
Et quod precipuis mentem sudoribus vrget,
Te videt in somnis, tua sacra & maior imago
Humana turbat pauidum, cogitque fateri.
Hi sunt qui trepidant, & ad oia fulmina pallent
Q uũ tonat, exaimes quoq; prio murmure cęli,
Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata sereno.
Preterea lateris vigili cum febre dolorem
Si cępere pati, missum ad sua corpora morbũ
Infesto credunt a numine, saxa deorum
Hęc est tela putant, pecudem spõdere sacello
Balantem, & laribus cristam promittere galli
Non audent, quid.n.sperare nocentibus ęgris
Concessum, vel quę non dignior hostia vita?
Mobilis & varia est ferme natura malorum,
Q uũ scelus admittũt superest cõstãtia, quid fas
Atq; nefas tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos fixa & mutari nescia, nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit

Et quãuis. Ordo est extinctus est cum propinquis deductis ex gente q̃uis longa. Sola voluntas peccandi, vt ostendat non modo deo displicere nefaria hominum opera, sed etiam turpes cogitatus. Facti crimen habet, qui aliquid inquit turpe meditatur nihilo secius peccat q̃ qui turpiter aliquid perpetrat, in ea enim deliberatiõe facinus inest et si ad id ipsum non perueniat. Cedo si conata peregit? subaudi quantũ supplicii credis esse delinquenti vbi turpi opere se cõmaculauit.q.d. illum esse i assiduo animi cruciatu, vnde sequitur perpetua anxietas. Molares, sunt appellati dentes q̃ cibos molant ꝛ conficiant, sunt autem a caninis introrsum recedẽtes. (Mollares) Albani veteris, Albanũ vinum inter optima vina est celebratũ. Ostendas melius.i.si etiam melius albano vino ostendere volueris. Cogitur in frontem, idest frons crispatur, ac si biberit falernũ austerum. Nocte breuem, Sensus est, si forte inquit quieti nocturnę se tradidit, cõtinuo per somniũ se videre existimat ꝛ tẽplum vbi peierauit & te ipsum quẽ decepit. Et qđ precipuis, ordo est & sensus, ꝛ videt te in somnis quod.i.quę res vrget mentem, idest cruciat p̄cipuis sudoribus p̄ueniẽtibus ex cõscientia sceleris. Tua sacra, ordo ẽ tua imago sacra ꝛ maior humana turbat pauidum. Nam existimat se videre imaginem amici circũuenti sacra quadam ꝛ venerabili specie ꝛ maior̃ humana effigie qualia sepe solent videri, vnde Tranquillus in Claudio sic scribit. De Druso eius patre, Hostẽ etiam frequenter cęsum ac penitus in intimas solitudines actum non prius destitit insequi q̃ species barbarę mulieris humana amplior victorem tendere vltra sermone latino p̄hibuisset.

Fateri, se peccasse. Exanimes.s.sunt. Non quasi fortuitu, ordo est ꝛ sensus, Exanimes sunt quasi ignis cadat non fortuitu, nec rabie ventorum, sed cadat iratus, vindicet. Dicẽdo autem fortuitu sequitur Epicureos q diuinam prouidẽtiam tollentes omnia casu moueri putabant. Rabie vẽtorum, rem physicam persequitur, nam fulmen, vt auctores sunt Plinius ꝛ Seneca ignis ẽ coactus, impulsu ventorum iactus. Ignis, idest fulmen quę vt dixi vis quędam ẽ ignea. Illa nihil nocuit, si prima inquit illa tempestas nihil nocuit, proxima maiore angore timetur veluti a diis dilata in eius grauius exitium. Dolorem lateris, morbum videtur ĩtelligere quẽ gręci pleuritida vocant, idest dolorem laterum a quo pleuriticus, πλευρα enim latus significat. (Pleuritis) Nõ audent promittere, quasi qui sciant deos sibi iratos ob scelera sua qui nõ facile placentur impiorꝝ sacrificiis. Christam galli, scribit Plinus lib.x.de gallis sic, ex iis etiã fibrę sunt quę non aliter q̃ optimę victimę diis sunt gratę. Laribus, lares dii erant quos vnusquisq; p̄uatim domi suę colebat, de iis multa i superiore Satyra ꝛ i llic apud Persium laribus donata pependit. (Lares) Non est dignior vita.s.q̃ ipsi nocẽtes. Mobilis ꝛ varia ẽ, Hoc quam potissimum est ad consolationẽ Caluini. Ait enim malorũ variam ꝛ mobilem esse naturam vt ad peccandum cõstantes sint, mox q; peracto scelere sua cognoscant male facta, sed tamen natura impellente ad pristina vitia redire vt per hoc colligat improbum hominem totiens peccaturum vt aliquando deprehendatur soluatq; poenas. Malorum, nocentium ꝛ sceleratorum. Superest cõstantia, idest magna adẽst constantia in scelere cõmittendo, Peractis criminibus, commissio scelere incipiunt cognoscere errorem suum. Natura recurrit. idest ipi scelerati quasi nature imperio redeunt ad mores dãnatos, idest ad vitia ꝛ scelere. Fixa, perseuerans. Nescia mutari, Terẽtius vbi aĩus mala se cupiditate semel deuinxit necesse est eadem cõsilia consequi consimilia. Nam quis peccandi, idest quis vnquam cœpit peccare vt postea sua sponte desisteret? Attrita fronte, idest p̄fricata, nam perfricare frontem est pudorem deponer̃. Quintilianus Perfrica frontem ꝛ dic te erubescere nõ posse. Martialis, Et si perfricuit frontem posuitq; pudorem. Dicimus ꝛ eodem significato perfricare os. Cicero (Perfricare frontẽ)

Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Q uisnã hoĩum est, quẽ tu contentũ videris vno
Flagitio? dabit in laqueum vestigia noster
Perfidus, & nigri patietur carceris vncum,
Aut maris ęgei rupem, scopulosq; frequentes
Exulibus magnis, pęna gaudebis amara
Nominis inuisi, tandemque fatebere lętus
Nec surdum, nec tiresiam quẽ quam esse deorũ,

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra.xiiii.

PLurima sunt fuscine & fama digna sinistra.
Et nitidis maculam ac rugã figentia rebus,
Q ue mõstrant ipsi pueris, tradunt q; parentes.
Si damnosa senem iuuat alea. ludit & heres
Bullatus, paruoq; eadem monet arma fritillo,

in tertia Tusculana eam voluptatem, quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere. Hoc autem dicit poeta vt spem iniiciat caluino periurum illum daturũ poenas quia committet alia scelera in quibus dep̄hendet. Dabit in laqueum.i.scelera cõmittet et sic capietur laqueo, sumpta est metaphora a feris quę cassibus capiunt. Vncum, trahetur enim vnco in scalas gemmonias, vñ alibi Seianus ducitur vnco. Aut rupem maris, aut in insulas relegabitur, vnde supra, Aude aliquid breuibus gyaris et carcere dignum. Aegei. ęgeũ mare dictum est, vt quidam volunt ab Aegeo neptuni filio qui se in mare p̄cipitauit, vt scribit Ouidius, Plinius vero tradit a scopulo pręferente speciẽ caprę, quę ita a gręcis appellatur repẽte in medio mari exiliens αιξ enim capra nominãt. Magnis exulibus, magnis ciuibus exulantibus, notat tempora sua quibus multi ob multa scelera relegabantur. (Aegeũ mare vnde) Nominis inuisi, amici tui periuri. Surdum, vt non audiat periuria. Thiresiam, idest cęcum qualis fuit. Thyresias thebanus. cui oculos eruisse Iunonem tradunt fabulę, quia orta contentione inter Iouem et Iunonem quę nam esset maior voluptas viri an mulieris in coitu electus iudex affirmauerit mulieris esse maiorem ob quã calamitatem Iuppiter ei concessit vt futura vaticinaretur. Prouerbiali aũt figura dixit Tiresiam pro cęco, quemadmodum Hora. pro paupere irum. Intererit multum diues ne loquetur an Irus.

PLurima sunt fuscine, ostendit hac satyra nec sine summa indignatione parentes eẽ in causa vt filii existãt scelerati et ad plurima vitia proni, quia eorum exemplis et pręceptis tenere mẽtes ad vitia facile formẽtur. Sed auarum maxime insectatur qui ad auaritiam exercendam et pręceptis et exẽplis filium instituit. Itaq; monet poeta oportere parentes eẽ optimis moribus et summa cum syncertitate vitę alẽdos filios vt boni habeantur. vnde Plutarchus recte scripsit illud de liberis educandis. Ante omnia opus est vt patres non sulum nihil peccando, verum etiam honeste singula peragendo manifestum sese filiis exempla rexhibeant, vt eorum vitam quasi quoddã speculũ intuentes ab operum simul, et sermonum turpitudine se penitus auertant. Est.n.maximum vt inquit Plato in omni re principium pręsertim, in iuuene atq; tenero, Tunc enim pręcipue animus formatur et quicquid dixeris facilius ingressum insidet. Digna fama sinistra.i.turpi infamia, idest digna quę conuiciis reprehẽdantur. Maculam et rugam, quę afferant turpitudinẽ vitę nitidę, translatio a vestibus, quę sordidantur. Quę monstrãt ipsis pueris. hinc est illa Quintiliani indignatio in primo libro. Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delitiis soluit mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnis mentis et corporis frangit. Quid non adultus concupiscet qui in purpuris repit? Iam coccum intelligit, iam cõchilium poscit, gaudemus si quid licentius dixerit, verba nec alexãdrinis quidem permittẽda deliciis risu et osculo excipimus. Nec mirum nos docuimus, ex nobis audierunt. Nostras amicas, nostros concubinos vident. Omne conuiuium obscoenis canticis strepit, pudenda dictu spectant. fit ex his cõsuetudo, deinde natura. discunt hęc miseri ante q̃ sciant vitia esse. Inde soluti ac fluentes nõ accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholis afferunt. Monstrant, scilicet exẽplis vt male viuant. Tradunt, scilicet pręceptis, eos instruẽdo. Si damnosa senẽ, ostendit poeta exemplo paterno facile tenerum filium ad omnia excitari. Nam si pater inqt, alea delectatur eodem statim filius capitur studio. Alea damnosa, bene autem damnosa nam grãdi cum aceruo pecunię ad ludũ descendebatur, vnde in prima satyra. Neq; enim loculis comitantibus itur Ad casum tabullę, posita sed luditur arca. De alea diximus in prima satyra illic Alea q̃n hos animos? Pullatus, adhuc in pretexta, Nam pueri vsq; ad quartumdecimumętatis suę annum pretextam et bullam gestabant. Erat enim bulla aurea insigne puerorum prętextatorumque dependebat a pectore, vt significaretur eam ętatem alterius regendam cõsilio. dicta a bulli quod est consilium, aut quia eam partẽ corporis bulla cõtingat, idest pectus in quo naturale manet consilium. aut ita scribit Pedianus quasi bullientis sinus communiens pectusq; puerile, de bulla et pretexta multa Macrobius libro primo Saturnalium. Situs Liuius lib.i.primę decadis. Et nos apud Persium illic Bullaque succinctis laribus donata pependit. Eadem arma, eadem ludi instrumenta. (Bulla) Fritillo, exponunt nonnulli fritillum esse alueolum hoc est tabullam lusoriã, in qua discurrunt tesserę. Porphyrio vero enerrans illđ apud Horatium in secundo sermonum Mitteret in pyrgum talos, non alueolum interpretatur sed pyrgum.i. vasculum quo coniecti tali agitatiq; mittũtur in alueolum cuius effigies instat turriculę est, vnde et nomẽ accipit, pyrgos enim turrim significat. De quo sic etiam Sidonius Appollinaris Altera ex parte frater meus Domitius homo gratię summę summi leporis tesseras cęperat quatiebatq;. quo velut classico ad pyrgum vocabat aleatores. Idem alibi, Hic promens teretes pilas trochosq;, Hic talos crepitantibus fritillis. Est igitur friti-

lus idem quod pyrgus. De quo aliqui falso putant Persium intellexisse illic Angustę collo non fallier orcę. Nam vt in cōmentariis nostris exposuimus ludum intellexit nucum. quo maxime pueri delectantur. Nam i terram vasculum defigebant in quod mediocri distantes internallo nuces iacebant, vnde Ouidius in carmine de nuce. Vasquoq; sepe cauum spacio distante locatur, in quo missa leui nux cadit vna manu, Sicq; poeta docet Persiū vt puerum non solum talis sed et nucibus delectatum. Id etiā martialis videtur sentire libro decimquarto. Nec timet ędilem moto spectare fritillo. Paruo ętati congruo. Nec de se Nullam inquit de se spem relinquit propinqus, q̄ sit futurus melioribus moribus q̄ fuit pater, Melius de se.s.q̄ de patre suo. Radere, detrahere corticē ex tuberibus, cutello enim raduntur quum in cœna apponūtur. Tubera terrę, tubera in genere fungorum numerantur, Mart. Rumpimus altricem summo de vertice
Tuber terram. Tubera boletis poma secunda sumus, Ea vndiq; terra circundata nascuntur, nullisq; fibris nixa aut saltem capilamentis, neq; terrę coherent cortice etiam includuntur, vt plane nec terram eē possimus dicere neq; aliud q̄ terrę callum, Plinius. De iis etiam diximus in quinta satyra, illic post hunc raduntur tubera terrę.

Boletum lautę gulę fuisse ostēdit alibi Iuuenalis boletus domino sed qualem. Claudius ędit, in genere fungorum est. Eius cibi auidissimum fuisse claudium docet Tranquillus sic, Alii tradunt domestico conuinio per
Ficedula ipsam, Agrippina, quę boletum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat. Ficedulas auis est q̄ nomen accepit a fico. Martialis. Quum me ficus alat quum pascar dulcibus vuis. Cur potius nomen nō dedit vua mibi? Optimi est saporis. Martialis. Patulo ficedula lumbo quum tibi forte datur si sapis adde piper. Hęc autem per autūnum auctore Plinio mutat colorē & formam vocaturq; Melancoriphus. Lautę gulę inter alias aues ostendit Gelius, lib. xiiii. Scribit enim fuisse qui negarent vllam auem pręter ficedulam totam comesse oportere, superiorem partem auium atq; altilium qui ędunt eos palatum non habere. Dicitur autem Sy
Sycalis calis. Eodem vite, eodē genere condimenti quo pater mergebat. Natantes. i. iure conditas, Nam obsonia triplici apud veteres modo cōdiebātur vt essent aut assa aut frixa aut elixa. idest iurulenta, vnde & Celsus ait. Tum res eadem magis alit iurulenta q̄ assa, magis assa q̄ frixa. Ergo iure natantes nō assas non frixas, sed
Iurulētum Iusulētum iurulentas idest iure conditas, vt in patina cum iure apponerentur Apuleius iusulentum appellat quod dicimus iurulentum, Nebulone, idest nullius precii. Nā nebulones et tenebriones dicti sunt qui mēdatiis & astutiis suis nebulam quandam & tenebras obiiciunt, aut nebulones qui non pluris sunt q̄ nebulę. Parente suban

Nec de se melius cuiq̄ sperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terrę,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente,
Et cana monstrante gula, quū septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato
Barbatos licet admoneas mille inde magistros
Hinc totidem, cupiet lauto coenare paratu
Semper & a magna non degenerare culina.
Mitē animū, & mores modicis erroribus ęquos
Pręcipit? atq; animus seruoꝝ & corpora nostra
Materia constare putat, paribusq; elementis.

di monstrante ab inferiore, Cana gula, idest patre cano guloso. Monstrāte, scilicet quum de se malum prębeat exemplum, Quum septimus annus, sensus est, vbi puer septimum ętatis. annum transierit a consuetudine paterna bene cœnandi non discedet quū fuerit iam ea ętate instructus, licet adsint mille magistri qui studeant salutaribus preceptis ad modestiam & frugalitatem reuocare. Nondum renato dēte. Nam vt scribit Macrobius libro primo de somnio Scipionis post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere ei post annos septem dentes qui primi emerserant aliis aptioribus ad cibum solidū nascentibus cedunt, eodēq; anno. i. septimo plene absoluitur integritas loquēdi Plinius idem fere dicit libro septimo. Septimo eosdem decidere anno, aliosque suffici. Magistros barbatos, philosophos qui barbati incidebant, Persius, Si cynico barbam petulans nonaria vellat, & alibi Barbatū hoc crede magistrum dicere. Non degenerare, non esse absimilis a moribus paternis vt habeat culinam multiiugis preciosisq; obsoniis instructam. Mitē animū, cū interrogatione et indignatione hęc legenda sunt, vt sit sensus Docet ne pater filium suū vt animo sit miti et benigno & moribus ęquis modicis erroribus, idest vt sit ęquus et clemens modicis seruorum erroribus, et seruos constare eadem materia qua nos, an potius docet vti crudelitate? Sicq; parentum sęuam et truculentam doctrinam in liberos suos insectatur, qui eos potius sęuitiam docent q̄ clementiam. Precipit mitem animum. i. vt sit semper animo mitti? quasi dicat non pręcipit, nam pręcipere animum mitem est pręcipiēdo docere vt habeat animum mitem, sic dictum quemadmodum illud inferius. Nam quisquis magni census precepit amorem. Mores ęquos erroribus modicis, ne grauius puniat seruos q̄ eorum extitere errata, ergo mores ęquos. i. ęquales delictis, vt sit tales mores habeat ad puniendos seruos vt p criminis qualitate adhibeat castigatio ne maior sit poena q̄ culpa. vt si errata modica sunt, modica etiam sit castigatio vt magis ad clementiam q̄ ad sęuitiam īclinet.

Nostra materia, pleriq; enim adeo inhumani sunt vt putent seruos a bestiis non distare, et proinde in eos sunt crudeles, Vnde alibi Iuuenalis. Ita seruus homo est. Nostra materia, carne et ossibus quibus et nos constamus. Omnes enim de eodem facti sumus luto iisdem compacti exordiis. Constare, composita esse. Lucilius principio physici, omnes homines ex anima et corpore constare dicunt. Paribusq; elementis e paribus principii quę principia sunt ab elementis. **Cōsto**

Quintilianus libro tertio mentionem faciens de seruis sic scribit. Liberos enim natura omne et qui iisdem cōstare elemētis et fortasse etiam antiquis nobilioribus ortos dici potest.

AN sęuire docet Rutilus, ponit Rutilum pro quocunque parente crudeli. nam quidam Rutilus fuit, vt diximus in satyra. xi. temporibus poetę, qui absumptis per luxum diuitiis ad gladiaturam se contulit. Plagaꝝ, verberum. Nam plagas pro verberibus dicimus, vnde
Antiphates apud Plautum freqūs est, vbi sunt plagipati. i. plagas & verbera patiētes. Antiphates, idest ipse pater sęuus vt Antiphates fuit. Nam Antiphates Lęstrigonum fuit rex, qui in campania formiis vt scribit Plinius iuxta Caietam sedem suam habuere Syluius. Et regnata lamo Caieta, domusque Antiphatę cōpressa freto, carnibus vescebātur humanis, vñ Papinius primo Syluarū. Littusq; cruenti Antiphatę. Thucidides tamen libro. vi. historiarū vbi de Sicilia loquitur Lestrigōas fabulosas eē arbitratur, scribit Homerus in odyssea Vlyssem peruenisse domum Antiphatę regis Lęstrigonum, quem vxor e foco accersiuit & vnum ex tribus sociis missis ab Vlysse ab eo fuisse absumptum reliquis terrore diffugientibus, vnde Ouidius. xiiii. meta. Tertius e nobis lęstrigōis impia tinxit Ora cruore suo fugientibus instat & agmen Concitat Antiphates. Vlysses vnica sua naue diffugiens ad Aeeam insulam quā Circe tenebat deuenit. Comparat nullā Sirena, idest ita crudelitate gaudet, vt auribus suis ne cātus quidem sirenum sit incundior q̄ flagellorum strepitus & sonora
sirenes mancipiorum verbera. Sirenes enim fingunt poetę tres fuisse sorores quę suauitate cantus nautas insomnū inducerent, consopitos mergerent in mari, de quibus superius diximus abunde. Trepidi laris, trepidę domus quę omnibus esset formidabilis. Ac polyphemus, pater sęuus qualis polyphemus cyclops, qui itidem duos ex sociis Vlyssis dentibus absumpsit vt diximus superi
Cyclopes us, Cyclopes autem scribit Thucydides lib. vii. p̄mos Sicilię cultores fuisse, vnde fratres ętnei a poetis sunt appellati Virgi. Cernimus astantes nequicq̄ lumine torno ętneos frates. cœlo capita alta ferētes. Tum felix, ita immanitate gaudet vt tum sibi felix videatur quū contigerit aliquem ex seruis candenti ferro aduri. Nam serui commisso furto candenti ferro notabantur in fronte, vnde Apuleius in nono de asino aureo Frontes litterati, & capillum semirasi & pedes annulati. Plinius lib. xviii. At nunc eadem illa vincti pedes damnatę māus inscripti vultus exercent. Valerius in sexto de fide seruorum ait sic. Seruius ab eo vinculorum pœna coercitus inexpiabiliq; litterarum nota per summam oris contumeliam inustus. Tortore vocato, idest seruo Lorario qui alios iussu domini cedebat. Propter lintea, subandi surrepta. Quid suadet iuueni, sensus est, pater qui lętus est tormentis alienis quid suadet iuueni, idest quā

An sęuire docet rutilus? qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu, & nullam sirena flagellis
Cōparat antiphates trepidi laris, ac polyphemus?
Tū felix quotiēs aliqs tortore vocato
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
Quid suadet iuueni lętus stridore cathene
Quem mire afficiūt inscripta ergastula, carcer
Rusticus? expectes vt non sit adultera largę
Filia, quę nunq̄ maternos dicere moechos
Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies respiret? conscia matri
Virgo fuit ceras nunc hac distante pusillas
Implet, & ad moechos dat eisdem ferre cynedis.
Sic natura iubet, velocius & citius nos
Corrumpūt vitioꝝ exēpla domestica, magnis
Quum subeant aīos auctoribus, vnus & alter
Forsitan hęc spnant iuuenes, qbus arte benigna

viam viuendi ostendit tenēdam nisi quam ipse tenet? Lętus, idest pater lętus. Stridore cathenę, vtrum qua verberatur seruus an cōpedes intelligit quibus continetur in ergastulis. Afficiunt, delectant. Est enim afficere verbum medium vt ad bonam malamq; partem trahatur, vt ego afficior sūma lęticia, & summo dolore. Ergastula, hoc loco mancipia. De ergastulis in Satyra sexta diximus pluscula illic ergastula tota. Inscripta, signata, vt diximus in fronte canterio. Carcer rusticus, expositio ē, vt sit diffinitio ergastuli idest ipsi serui qui in cōpedibus habent ad opus rusticum faciendū, vnde carcerem rusticum appellat. Expectes vt non sit adultera largę filia, hęc interrogatio ostēdit liberos fere ex necessario mores parētum sequi, vt filia sit adultera si mater eiusdē fuit studii. Largę, nomen est mulieris notę temporibus Iuuenalis infamia adulteriorum, more Satyrico per transitum eā flagellat, vt alibi poetā. Quale ego vel cluuierus, sic etiam largus nomē proprium est viri. Cicero in sexto epistolarum Quum esset mecum largus homo tui studiosissimus. Contexere, connectere. Tanto cursu, tanta verborum celeritate. Vt non ter decies, tam multos quidem habuit adulteros mater, vt filię sit tricies spiritus ante reciprocandus q̄ possit eos commemorare. Ceras pusillas, idest pugillares ceratos. Hac dictāte, scilicet matre quę litteras dictat filię mittendas amatoribus. Ferre, infinitum pro participio, idest ferendas. Sic Virgilius Magnum dat ferre talentum. Eisdem cinędis, quibus scilicet ipsa mater litteras suas tradidit ferendas. Cynędis. spadonibus mollibus. Nā serui Eunuchi vt alibi diximus matronis seruiebant.

Sic natura iubet, sic inqt a natura cōparatū est, vt facilius ad vicia q̄ ad virtutē formemur quū exēpla magnoꝝ auctoꝝ nobis proposita sunt, sicq; cōiunctim legendum est cū inferioribus. Exempla, exēplum est auctore Cicerone in rhetoricis ad herennium, alicuius facti aut dicti preteriti cum certi auctoris nomine propositio. **Exemplum** Quum subeunt animos, scilicet ipsa exempla vitiorum magnis auctoribus, idest magnis viris existētibus auctoribus vitiorum. Nam quę exemplo magni alicuius auctoris fiunt ea iure quodammodo fieri putant. vnde cherea ille Terentianus quum Ioue in hymbrem aureum versum in sinum Danaes decidisse animaduerteret per impluuium tali confirmatus exemplo ait. Hęc ego non facerem quę Iuppiter fecerat, sicq; puellę vicium intulit, ductus exemplo magni auctoris. Vnus & alter, sensus est. Inuenies forte vnum aut duos ea naturę bonitate instructos, vt vitia parentum nō sequantur, per quod ostendit paucos inueniri dege

nerantes a vestigiis paternis. Finxit, Formauit. Titan, idest prometheus nepos Titanis. Nam ⁊ Asia ⁊ Iapeto filio Titanis ⁊ terrę natus est. Sed reliquos. s. filios. Sensus est. Fieri inquit potest benignitate naturę, vt vnum aut duos inuenias qui a vestigiis paternis declinantes recte viuāt, sed reliqui per omnia mores sequūt paternos. Ducunt, trahūt. Orbita mōstrata. i. iter mōstratum, metaphora sumpta a rota cuius signum orbita dicit ab orbe ipsius rotę, vñ eleganter formatum vocabulum est a Tertulliano exorbitare, qđ signat extra orbitam ire, ⁊ quasi a recto tramite discedere. Asconius ait orbitam etiam capi pro ipsa rota. Veteris culpę. i. veterum vitiorū. Abstineas igit damnis huiusce. Quum videas inquit fieri, vt filii exemplo tuo corrumpant, debes abstinere vitiis ⁊ dānis huiusce culpę. i. per quā culpam tot damna eueniunt damnum. n. est maximum filios malo parentum exemplo corrumpi. Et enim vel, sensus est, hac vna etiam ratione debemus vitiis abstinere. s. ne filii nostro exemplo fiant deteriores, ⁊ sequantur nostra crimina.

Orbita **Exorbitare**

lud Diui Hieronymi ad Furiam. Cantor pelatur vt noxius. Fidicinas ⁊ psaltrias & istiusmodi chorum diaboli qua mortifera sirenum carmina deuita, ac pertur ba ex ędibus tuis. Procul hinc, subaudi sint. Parasiti, Nam parasiti qui causa gulę mensas potentiorum sequebantur, canticis obscœnis ⁊ ludibriis, quibus ipsi afficiebantur delectabant conuiuas, vnde conqueritur sic. Quintilianus in primo. Omne conuiuiū obscœnis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. De parasito plura diximus in prima satyra. Pernoctantis, pernoctare est noctem extra domum suā agere. Maxima reuerentia, maximus respectus. Tranquillus in Caligula, Nibilominus reuerentior in senatum. i. magnum habebat respectum aduersus senatum. Contempseris annos pueri, refellit eos qui possent dicere pueros per ętatem non posse obscœna cognoscere.

Pernocto

Et meliore luto finxit pręcordia titan.
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducūt,
Et monstrata diu veteris ttabit orbita culpę,
Abstineas igitur damnis huiusce, & enim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequant
Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus, & catilinam
Quocunq; in populo videas, quocūq; sub axe.
Sed nec brutus erit, bruti nec auūculus vsquā.
Nil dictu fędum, visuq; hęc limina tangat
Intra quę puer est, procul hic, procul inde puellę
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras. nec tu pueri contempseris annos
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans,
Nam si quid dignum censoris fecerit ira,
Q̄ñ quidē & similem tibi se non corpore tantū
Nec vultu dederit morum quoq; filius, & quū
Omnia deterius tua per vestigia peccet
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, aut post hęc tabulas mutare parabis,
Vnde tibi frontem, libertatemque parentis,

Potens est, efficax est, ⁊ nos mouere potest. Vel, etiam. Quoniam, ratio est quare honeste viuendum sit, parentibus, quia inquit oēs ad discēda turpia sumus valde dociles, vnde est illud Senecę ad Lucilium, Ad deteriora faciles sumus, qa nec dux potest nec comes deesse. Et catilinam, pbat per exempla homines magis ad vitia q̄ ad virtutem esse pronos, nā vbiq; gētium pessimos homines qualis fuit catilina facile est inueniri, boni autē quales fuerunt Brutus ⁊ Cato nusq̄ reperientur, sicq; ostendit malos viros vbiq; q̄si sponte sua nasci ⁊ fieri, bonos autem non facile reperiri, vnde est illud Senecę ad Lucillium, Omne tēpus clodios, non omne Catones fert. Ergo per catilinam, de cuius moribus Salustius multa, quēcunq; ciuem malum intelligit. Sub axe, sub quacunq; cęli parte. Nam duo sunt axes septētrionalis ⁊ australis. **Brutus** Brutus, hoc loco de Bruto intelligit qui in senatu Iulium Cęsarem interemit vt patriam in libertatem assereret, hic ex seruilia Catonis vticensis sorore genitus fuit, in pharsalia Augusto ⁊ Antonio vrgentibus occubuit. Auunculus Bruti, idest Cato vticensis frater Seruilię matris Bruti.

Nil dictu foedum, attende saluberrimum consilium per qđ monet liberos vsq; ab infantia sanctissimis esse moribus alendos. Puellę lenonum, hoc est scorta, ⁊ infames mulieres, quę sępe in conuiuia admittebantur vt gestibus ⁊ saltationibus indecoris delectarent. Alibi vt gaditana canoro incipiat prurire choro. Inde est illud Diui Hieronymi ad Furiam.

Infans filius etiam vitiis abstinēdum est vbi sit filius infans. Obsistat, sit tibi impedimento ne pecces, ne ei sis malo exemplo, vnde legit apud Plutar. Catonem seniorem a verborum turpitudine pręsente puero filio sic temperasse, quasi vestalibus virginibus arbitris locuturus esset, nec cum eo vnquam lauit. Nam si quid dignum, sensus est. Quomodo filium tuum audeas corripere ⁊ castigare siquid fecerit, quod dignum sit punitione, quandoquidem is non modo corpore et vultu, sed ⁊ moribus sit tibi similis, ⁊ iam peccet exemplo tuo longe etiam deterius te. Ordo autem est Corripies nimirum, scilicet filium tuum, siquid fecerit dignum ira Censoris, quandoquidem filius dederit se tibi similem non tantum corpore nec tantum vultu, sed etiam morum ⁊c. Corripies nimirum, cum ironia legendum ⁊ pronunciatiue, quasi dicat non corripies nec castigabis quia non audebis conscius vitiorum tuorum. Ira Censoris. Nam Censores vt dictum est sępius in superioribus Satyris, pręerant moribus ciuitatis. Morum, pro moribus. Per tua vestigia, idest imitando tanquam vestigia mores tuos. Deterius, scilicet te. Mutare tabulas, idest testamentum, solent enim patres irati minitarii filiis se mutaturos testamenta & scripturos alios hęredes. Vnde tibi frontem, idest vnde tibi sumes audaciam castigandi & seueritudinē, cuius sedes est in supercilio ⁊ fronte. Libertatemque parentis, idest qua libere parentes solent filios corripere, quasi dicat non audebis libertate paterna filium castigare, quum tu longe deteriora facias iam senex.

Cucurbita CVCVRbita ventosa, ⁊ quū eā obscęna facias quę te omnis rationis expertem esse doceant, vt merito tibi e capite sanguis sit educendus vt fieri solet in delirio licet id etiam fiat ex brachiis, vt diximus illic O medici mediam pertundite venam. Cucurbita ventosa, vasculum est vitreum, apud veteres vero vt ostēdit Cor. Cel. ęreum fuit ⁊ comeum, quo sanguis educit facta prius leni sacrificatione a medico, per diminutionem etiā dicimus Cucurbitulā, ventosam dixit qm̄ concepto vēto ex flāma stupę intus accēsę cuti adherescat, vñ Cor. celsus lib. iii. capite. xviii. scribit Phreneticis neq; alienum esse si neq; sanguis ante missus est, neq; mens constat, neq; somnus accedit, occipitio inciso cucurbitulam admonere, quę quia leuat morbum potest etiā somnum facere. Vacuum cerebro, viduum ea re quę mentis humanę est gubernaculum, vñ illud est Plinianum lib. xi. capite. xxxvii. Cerebrum vni homini ifantia palpitare nec roborari ante primum sermōis exordium, hoc esse viscerum excelsissimum proximumq; cęlo capitis hic habere sensuum arcē, huc venaȝ omnem a corde vim tendere, hic culmen altissimū, hic mentis esse regimen.

erant in asperitatem. Virgi. Cymbiaq; argēto perfecta, atq; aspera signis. Tergeat, ab eo quod est tergeo. Nā secundum tertiam ⁊ secundam coniugationem declinatur. Virgi. Pars leuis clypeos ⁊ spicula lucida tergent.

Virgamq; tenētis, qua ⁊ minetur ⁊ verberet. Ergo, hinc tota est indignatio poetę. Perfusa, perlita ⁊ polluta. Emendat hęc niti da hęc facit. **Semodius** Semodio Est enim semodius quasi semis modius. Martialis. Hos fastus animosq; dat Sabello Farris semodius fabęq; fresę Et thuris piperisq; tres selibrę.

Quum facias peiora senex? vacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc ventosa cucurbita q̄rat?
Hospite venturo cessabit nemo tuorum,
Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,
Arida cum tota descendat aranea tela,
Hic lauet argentū, vasa aspera tergeat alter,
Vox domini fremit istantis, virgamq; tenētis.
Ergo miser trepidas ne stercore foeda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Ne perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hęc emendat seruulus vnus.
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioq; carentem?
Gratum est quod patrię ciuē, populoq; dedisti,
Si facis, vt patrię sit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & rebus pacis agendis.
Plurimū. n. itererit qbus artibus, & qbus hunc tu
Moribus instituas, serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quęrunt animalia pennis.
Vultur iumento & canibus, crucibusq; relictis

Scobs Scobis, Scobs. i. quod ab aliqua materia minutissimum decidit dū aut per serram secat aut per terebram perforatur necnon ex attritione laterū scobs habetur. Plinius li. xvi. cap. lxiii. Arida enim latius q̄ viridia serris pter robur ⁊ buxū quę pertinacius resistūt, serrarumq; dentes replēt ęqualitate inerti, qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem Columella in quinto. Antiqua terebra scobem faciebat. **Scobia** Heliogabalu scobe auri atq; argenti porticum strauit vt auther est Lampridius. Inuenitur etiam Scobina, sed diuersa significatione hoc est pro genere limę, vnde Victruuius lib. iiii. Ad ipsumq; coronę mēsum incidet lima, quę scobrina dr̄, vnde eleganter Tertullianus in Apologetico sic scribit. At in deos vestros, per oia mēbra validius incūbunt ascię, ⁊ runcinę, ⁊ Scobinę ⁊c.

Hospite venturo, Tam inquit a recta viuendi via aberras, vt venturo hospite scrupulosa diligentia istes. vt tota domus sit speciosa, illud autem non curas vt filius illam aspiciat carentem omnibus (quod primum esse debet) viciis. Illud enim est boni patris curare vt filius non pulchram suppellectilem, nō ornatam domū, sed vt sanctos mores tanq̄ speculum intueatur, vnde ē illud Senecę ad Lucilium. Qui domum intrauerit nos potius miretur q̄ suppellectilem nostram. **Verriculum** Verre, mūda, a quo verriculum ⁊ pro genere retis piscatorii ⁊ instrumento quo domus verrūtur. Est autem ordo. Vox domini instantis ⁊ tenentis virgam fremit verre pauimentum. i. magno fremitu inclamat Verre pauimetū. sic illud apud Plautum in Asinaria, Iussin scelesste hac ianua hoc stercus hinc auferri, Iussin columnis deiici operas araneaȝ? Pauimentum, solum ipsius domus stratum, quod alio vocabulo appellamus Ostracū, gręci enim ostra contestam appellant, vnde pauimentum testaceum ostracum nūcupamus, fit enim ex testis frustillatim contritis, dictum autem pauimētum q̄ pauiatur. i. crebriter feriatur paniculis. **Ostracum Pauimentū** De pauimentis autem multa Plinius Victruuius ⁊ palladius. Vasa aspera, quę gręci anaglypta vel anaglypha vocant idest desuper sculpta. Aspera ergo propter celaturam, vnde Persius, quid fas optare. quid asper vtile nummus habet. i. celatus. Plinius loquens de poculis, Ea inquit excisa erant in asperitatem.

Aspiciat domū sine labe, qđ ante oia maxie est quęrendum, Gratū est, placet inqt gignas liberos patrię mō cures vt bonis instituant artibus. Serpente Cicōia, exemplis ondit q̄ a teneris annis discunt firmiter mentibus inhere re, nec inde facile auelli, vñ illud est Horatii. Quo semel est ibuta recens seruabit odorē testa diu. Pulli. n. Ciconię quia a matrę educati sunt ⁊ assuefacti serpentibus, eundē viuēdi morē per totū vitę suę cursum tenent, sicq; aperte docet tales esse liberos quales a patribus instituunt. Ciconia, auis est serpentibus inimica, cui ob exitiū serpentiū tm̄ honoris apud veteres tribuebat, vt in Thessalia capitale fuerit Authore Plinio occidisse ciconiam, eadem pœna quę in homicidā. Deuia, deorsum ⁊ longe a via. Ouidius Et cecinit mœstū deuia carmen auis. **Vultur** Vultur, Vulturem triduo añ aūt biduo volare vbi cadauera futura sunt auctor est Pli. lib. x. Plautus in truculento. Iam quasi vulturii triduo prius pdiuinant quo die esuri sient. Ex cadaueribus sibi escam q̄rit, iterficit aūt nihil nec destruit aīantium, volucribus ob affinitatē ēt mortuis abstinet. lege Plutar. in vita Romuli. Inde aūt quum se matura leuabat ordo est, pgenies festinat ad illā pdā quā primū gustauerit rupto ouo, quū leuabat se matura ide. i. ex cubili.

AD foetus,ad pullos suos. Iumento,subaudi relicto ab inferioribus. Nam iumentum ⁊ canes relinquit, ⁊ cruces, ex quibus aliquid tantum aufert non totum. Appellatione iumenti ea cõmuniter intelligimus animalia quę hominem iuuant dorso, vt equum, asinũ, mulum, Lactantius tamen Firmianus ait iumenta dicta esse magnarum virium animalia a iuuando q̃ in excolenda terra iuuarent, de inmẽtis superius dictum abunde.

Ad foetus properat,partemq; cadaueris affert.
Hic est ergo cibus magni quoq; vulturis, & se
Pascentis propria quũ iam facit arbore nidos.
Sed leporẽ aut capreã famulę ionis & generosę
In saltu venantur aues,tunc pręda cubili
Ponitur, inde autem quum se matura leuauit
Progenies stimulante fame festinat ad illam
Quam primũ prędam rupto gustauerit ono.
Aedificator erat centronius,& modo curuo
Littorę caietę,summa nunc tyburis arce,
Nunc pręnestinis in montibus alta parabat
Culmina villarum,gręcis longeq; petitis
Marmoribus, vincens fortunę, ac herculis ędẽ,
Vt spado vincebat capitolia nostra posides.
Dum sic ergo habitat centronius iminuit rem,
Fregit opes,nec parna tamen mensura relictę
Partis erat,totam hanc turbauit filius amens
Dum meliore nouas attollit marmore villas

Magni quoq; vulturis, ideſt quũ factus est magnus eodem se nutrit cibo quo a parentibus est educatus pullus. Propria arbore, atqui in arboribus non nidificant vultures sed i altissimis rupibus vt scribit Plinius. Famulę ionis,ideſt aquilę,quę Ionis armigerę dicuntur secundum fabulas q̃ in bello giganteo Ioni aduersus gigantes fulmina ministrasse feruntur. Pli. vero ait iõ Ionis appellari famulas quia fumline non tantus. Ponitur cubili.i. pullis existentibus in cubili ideſt nido vt sit datius,illud apud Martia. Tota mihi ponatur anas. Matura,adulta ⁊ volatilis. Gustauerit ono rupto.i. quum nata est rupto putamine oui, quod rostello a pullo perforatur quum excluditur. Aedificator, variis exẽplis ostendit liberos vestigia paterna sequi solere. Centroniꝰ,hic erigendo ędificia ingens patrimonium absumpsit,filius secutus vestigia patris quodcũq; ab eo relictũ fuerat ędificando totum attriuit. Caietę,oppidum littorale campanię. Curuo littore, verbi etimologiam epitheto expressit. Nam vt Strabo inquit Caietam nominauerunt veteres,quoniam curua omnia Caietas lacones appellauere. Virgilius tamen a nutrice Aeneę caietam nominatam esse cecinit. Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix Eternam moriens famam Caieta dedisti. Diodorus vero ait ab Argonautis ędificatã suis se. Tiburis arce, in montibus enim situ est Tibur non longe ab vrbe Roma. Pręnestinis, Pręneste enim ciuitas est non longe ab vrbe Roma quõdam Stephane ⁊ polystephãos a copia coronaꝫ appellata, Stra. In Rome vero cõspectu sunt Tibur, pnestę Thusculũ. Gręcis marmoribus,ex laconia petebatur marmor viride ⁊ pciosum cunctisq; hilarius,auctor Plinius. Papinius in syluis de balneo etbrusci sic, vix locus Eurotę viridi,intelligit enim marmor laconium. Longeq;. Nam ⁊ ex ęgypto Armenia ⁊ Numidia marmora petebantur.

Aedem fortunę,docet Plinius lib. xxxvi. ędem fortunę Romę pciosissimo marmore extructã suisse sed hoc loco poeta itelligit de templo fortunę pręnestinę, vt ędificia quę in agro pręnestino Tiburtinoq; erigebantur a Centronio,recte comparent templo fortunę pręnestinę ⁊ templo Herculis tiburtini. Templum illic suisse fortunę docet Syluis. Sacrisq; dicatum fortunę pręneste in gis,inde etiam dari certa responsa ostendit Papinius in Sylui. Et pręnestinę poterant migrare sorores. De quibus ⁊ Propertius lib. secundo Nam quid pręnestis dubias o cynthia sortes. Quid petis ęaei mœnia Thelegoni? Strabo in quinto. Habet pręnestę fortunę templũ illustre, vnde certa eduntur oracula, de quibus ita scribit Tranquillus in Tiberio. Vicina vero oracula disiicere conatus ẽ, sed maiestate pręnestinarum sortium territus destitit. Herculis, ędem Herculis ⁊ musarum extruxit Martius Philippus Augusti victricus auctor est Tranquillus in Augusto. Romę Herculi etiam Domitianus templũ erexit magno ipẽdio, vbi se coli voluit, vnde Martialis Herculis in magni vultus descendere Cęsar, verum hoc loco vt diximus poeta intelligit de templo Herculis, quod Tibure fuit cum bibliotheca varia librorum supellectile referta,de qua Gelius libro xviii. capi. v. vnde ⁊ Tibur Herculeum appellatum est q̃ Herculi dicatum fuit. Martia. Tibur in Herculeum migrauit nigra lycoris. Strabo in quinto Tibur inquit Herculeum est. Posides,hic Claudii Cęsaris libertus fuit, de quo Tranquillus sic in Claudio,libertorum pręcipue suspexit posidem spadonem,quem & Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donauit. Hic in tantas euectus est opes vt luxu insanas ędificiorum extructiones superaret. In littore baiano vt tradit Pli. balneas extruxit quę possidianę vocatę fuerunt, accepto nomine ab eodem Claudii Cęsaris liberto. Capitolia nostra, aut nostri temporis quę antea incensa quum fuissent magnificentius fuerũt restituta a Domitiano, aut renera nra dixit hoc est Romana quia & Capuę alia fuere capitolia, de quibus Sylvis in. xi. Monstrant capitolia celsa stellatesq; docent căpos. Tranquillus in Tiberio, peragrata campania,quum Capuę capitolium, nolę tẽplum Augusti dedicasset. Idem in Caligula. Capitolium Capuę idibus Martiis de cęlo tactum est, fuit ⁊ Capitolium Beneuenti,de quo ita Suetonius de claris grãmaticis ⁊ Rhetoribus. Statua orbilii Beneuenti ostenditur in Capitolio ad siniſtrum latus marmorea,habitu sedentis ac palliati appositis duobus scriniis. Dum sic habitat,dum ędificia tam luxuriosa sibi ędificat habitanda. Rem, patrimonium. Partis relictę, ideſt opum. Turbauit, dissipauit. Villas, domicilia in agris,de quibus in prima Satyra. Quidam sortiti, alio exemplo ostendit quod dictum est tales esse filios quales a parentibus instituuntur. Nonnulli inquit sunt qui Romę sacra indeorum colunt ⁊ illorum seruant ritus exemplo parentum qui idem ante fecerunt, vnde Tranquillus in Domitiano. Pręter cęteros iudaicus fiscus acerbissime actus est, ad quem deferebantur qui

velut professi iudaicam intra vrbem viuerent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependisset. interfuisse me adulescentulũ memini quum a procuratore frequentissimoq; cõsilio inspiceret nonagenarius senex an circumsectus esset. Sicq; poeta per trãsitum religionem indeorum ⁊ eius cultores irridet atq; subsanat. Tria autem p currit,in quibus iudaicę religionis sacramẽta cõsistũt,quę omnia a Mose tradita sunt indeis sed alio sensu q̃ ipsi accepere hęc autem fuere. vt scilicet sabbatis quiescerent. vacui ab oi ope circumcideret, ⁊ carne suilla abstinerẽt. Sabbatu.i. Indeoꝝ festa. Nã sabbatũ ligna Indeoꝝges dr. Moses.n. Damascena patria antiqua repetita montẽ Sinai occupauit, quo septẽ diez ieiunio p deserta arabię cũ populo suo fatigatus quũ tãdẽ venisset, septimũ diẽ more gentis sabbatũ.i. diem quietis appellatũ in oẽ q̃uũ ieiunio seruauit ⁊ quiete, quoniã illa dies famẽ eis errorẽq; finierat. De eo ieiunio ita scribit Trãquillus in Augusto. Et rursus ne iudeus quidem nisi Tiberi tam diligenter sabbatis ieiunium seruat q̃ hodie ego seruani, de Mose multa Iustinus libro xxxvi. Strabo libro. xvi. Iosephus in libris de antiquitatibus Iudeorum, Eusebius libro octauo de pparatione euangelica. Cornelius Tacitus libro. xxi. Lactantius firmianus libro quarto capi. xvii. Qui scribit a Iudeis ire atq; inuidię plenis Christum accusari, q̃ legem dei p Mosem datam solueret, ideſt q̃ sabbatis non vacaret operans salutem hominũ, ideſt q̃ circuncisionem vacuefaceret. q̃ abstinentiam suillę carnis auferret. a sabbato igitur Sabbatarii sunt appellati, vnde martialis, Iuuenia sabbatariorum. Nil pręter nubes, videtur hoc dictum in emulationẽ Aristophanis qui in Comedia quam Nephelas, ideſt nebulas appellauit inducit Socratem colere nubes, vt sit manifesta irrisio Iudeorum. Non q̃ omnino nubes colant, sed vt ostendat eos longe errare a cęterorum cultu diuino, q̃si dicat adorant deos quos non vident, aut renera quod maxime placet ad id respexit q̃ Deus apparuit Mosi in nebula totum montem Sinai tegente per sex dies, qui septimo die vocauit Mosen ex medio caliginis, ingressusq; Moses medium nebulę ascendit in montem, fuitq; ibi quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus, vbi a deo accepit tabulas lapideas legem ⁊ mandata quę scripsit deus, vt doceret filios Israel, vnde ⁊ Dauid in psalterio, Inuocabant dominum ⁊ ipse exaudiebat eos ⁊ in columna nubis loquebatur ad eos. Et idem alibi. Inclinauit cęlos ⁊ descendit, ⁊ caligo sub pedibus eius ⁊ posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tenebrosa aqua in nubibus aeris, Iudei ergo nubes adorabant quasi deus in nubibus semper eis apparebat, vnde illud Mosi in numeris, Nubes tua protegat illos ⁊ in columna nubis precedes eos per diem ⁊ in columna ignis per noctẽ.

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem
Nil pręter nubes,& cœlinumen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit,mox & pręputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt,& seruant & metuunt ius
Tradidit arcano quodcũq; volumine moses

Numen cęli, Hoc dicit quia mente sola vnum dum taxat numen (vt scribit Tacitus vltimo libro) intelligunt ꝓphanum qui deum imagines mortalibus materiis in species hominũ effingant solum illud ⁊ ętemũ, neq; mutabile, neque interiturum, igitur nulla simulachra vrbibus suis nedum templis sunt, non regibus hęc adulatio non Cęsaribus honor. Poeta igitur eos irridet, quasi non recte sentientes qui vnum tantum deum agnoscant, quum Romani cęteręq; nationes plurimos quasi altiore consilio colant deos, vnde est illud Plinii in. xiii. capi. iiii. Iudea gens contumelia numinum insignis, Nam indei vnum tãtum deum colunt, vnde est illud in diuinis scripturis, Vnus deus Hebreorum qui creauit omnia atque terram stabiliuit ⁊ fundauit maria. De quo sic etiã Apollo quodam oraculo meminit, vt est apud Eusebiũ de pparatione euangelica, Caldeis quę vera esset sapientia tantum. Hebreisq; ipsis cõcessum agnoscere pura ęternum qui mente colunt regemq; deumq;. Nec distare putant suillam carnem, Carne enim suilla abstinent indei, de cuius rei instituto sic scribit Tacitus libro. xxi. Sue abstinent Indei memoria cladis, qua ipsos scabies quondã turpauerat, cui id animal obnoxium, verum vt tradit Lactantius quum Deus indeos carne suilla abstinere iussit id potissimum voluit intelligi. vt se a peccatis atque immundiciis abstinerent. Est enim lutulentum hoc animal ⁊ immundum, nec vnquam cęlum aspicit, sed in terra toto corpore proiectum ⁊ ore ventri semper ⁊ pabulo seruit, nec vllum alium dum viuit prestare vsum potest, sicut cętere animantes ⁊c. Interdixit ergo ne porcina carne vterentur, ideſt ne vitam porcorum imitarentur qui ad solam mortem nutriuntur, ne ventri ac voluptatibus seruientes ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac morte afficerentur. Item ne foedis libidinibus immergerentur sicut suis, quę se cœno ingurgitat, vel ne terrenis seruiant simulachris, ac se luto inquinent.

Pater abstinuit, cuius vestigia per omnia sequitur

Pręputia ponunt. i. circũcidũtur more indeorum ex Mose sacerdotis instituto, de quo sic Strabo. A successoribus mose ex superstitione institutam carnium abstinentiam a quibus abstinent ⁊ circũcisiones ⁊ excisiones ⁊ si qua sunt huiusmodi alia. De quo sic etiam Tacitus Circũcidere genitalia instituere vt diuersitate noscant, Suetonius loquens de indeis in Domitiano. Inter suisse me adolescẽtulum memini quũ a procuratore frequẽtissimoq; consilio inspiceretur nonagenarius senex an circumsectus esset. Cęterum (vt auctor est Lactantius) figura circũcisionis erat vt significaret nudandũ esse pectus. i. aperto ⁊ simplici corde oportere nos viuere, quũ pars illa corporis q̃ circũciditur habet quãdam similitudinẽ cordis ⁊ est pudenda. Et ob hanc cãm deus nudari eã iussit, vt hoc argumẽto nos admoneret ne inuolutũ pectus haberemus. i. ne q̃d pudendum facimus intra conscientię secreta velemus. Deus ergo circũcisionem a carne mortali ad animam transtulit, quę sola mansura est. pręputium vt diximus illic, mox & pręputia ducit. ea pellicula appellatur, quę glandem in cole tegit et reduci potest. Arcano volumine, Pentateuchũ intelligit. i. quinq; volumina veteris testamẽti a Mose conscripta, videlicet. Genesim, Exodum, Leuiticũ, Numeros, Deuteronomiũ, Dictũ aũt Pentateuchũ a πεντε quinq; & τευχος volumẽ. i quo deus leges dedit Mose quę seruabant in arcanis, eas Moses tradidit indeis,

Non monstrare vias, Voluit inquit moses indeos a deo ab omni alia religione esse auersos vt ne commercium quidem vllum haberent, nisi cū eo qui eadē sacra coleret, nec viam erranti nec ignem nec aquam quereti monstrarēt, quod et si contra omnē sit humanitatem, putauit tñ Moses non indignum videri aduersus eos q̄ sacra sua non colerent.

Hoc tñ est ex historia, nā quū scabie egyptii porrigine, vexarēt, Hammonis respōso moniti Mosē cū egris, ne pestis ad plures serperet terminis egipti pellunt. Duxigit exulum factus Moses sacra egyptiorum furto abstulit repetitaq̄ (vt paulo añ diximus) Damascena patria antiqua montē Sinai occupauit. Et q̄a metu contagionis pulsos se ab egypto meminerant, ne eadē causa inuisi apd̄ incolas forent, cauerunt ne cum peregrinis cōmunicarent, quod ex causa factū paulatim in disciplinam religionemq̄ conuertit. Et vt sibi in posterum gentem firmaret, nouos ritus contrarios q̄ ceteris mortalibus indidit, ita vt ne indei conuersa rentur cum Samaritanis, ob eamq̄ rem mulier Samaritana vt scribit diuus Ioannes denegauerit aquam xpo tanq̄ indeo dicens: sic. Quo modo tu indeus quū sis, bibere a me poscis quę sum mulier Samaritana? non enī conueniunt indei samaritanis. Philostratus, lib. v. in vita Apollonii thyanei de indeis sic scribit. qui.n. vitam a ceteris separatā viuentes neq̄ mensa cum ceteris, neq̄ sacris neq̄ cerimoniis vllis cōmunicant. Hinc ergo est q̄ poeta ait. Transgressos in morem indeoꝝ seruare ius indaicum, moresq̄ contrarios ceteris mortalibus, vt nō monstrent vias erranti &c. Apud Athenienses piaculū erat non monstrare viam erranti, carmen erat apud ipsos quod in publicis cantabatur sacris pronunciabatur q̄ eos eē ipios et execrabiles qui viā nō mōstrarent vnde Cicero in tertio officioꝝ. Quid enim est aliud errāti viam non monstrare, q̄d athenis execrationibus publi

Verpi cis sancitum est, Eadem sacra eosdem deos et cerimo-

Verpa nias. Verpos, hoc est indeos qui auersa pellicula quę i Apellę circūcisione mutilatur sunt denominati, Mart. Delapsa Recuti est misero fibula, verpus erat, vñ etiam verba capiē pro

ti membro virili, Poeta in priapeii Tot verpas tibi dedicat salignas. Mart. Incipit in medios meiere verpa pedes, vñ et appellę noiantur, quasi sine pelle. Orati. Credat indeus appella. Idem etiā dicuntur recutiti a resitita cute post circūcisionem, inde illud Persii. Recutitaq̄ sabbata palles. i. sabbata indeorum recutitorum Marti. Nec recutitorum fugis inguina indeorum. a resitutiōe igitur nouę cutis Mart. itē dixit, Nec rupte recutita colla mulę. Sed pater in cā est, vt filius hęc indeoꝝ institita seruet, Septima lux. i. Sabbatum ipsum. quod adeo superstitiose indei seruabant, vt imminente Tito per sabbatum arma nolnerint attingere, eum diem latini Saturni diem nominant, vnde Frontinus in stratagematis, Diuus augustus Vespasianus indeos Saturni die quo nefas eis est quicq̄ serię rei agere adortus superauit.

Ignaua, feriata & ociosa sine aliquo opere. Villā par-

Non monstrare vias, eadē nisi sacra colenti,
Quęsitum ad fontem solos deducere verpos
Sed pater in causa, cui septima q̄q̄ fuit lux
Ignaua, & parte vitę non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitant cetera, solam
Inuiti quoq̄ auaritiam exercere iubētur
Fallit.n. vitiū specie virtutis, & vmbra,
Quū si triste habitu, vultuq̄ & veste seuerum
Nec dubie tanq̄ frugi laudatur auarus.
Tanq̄ parcus homo & rerūtutela suarum
Certa magis, quā fortunas si seruet easdē

tem vitę. i. nihil fecit quo vita humana īdigeat, vnde Indei christum dominum nostrum accusabant q̄ i die festo cęcum sanasset. Sponte tamen iuuenes, iuuenes inquit per reliqua oia parentes sponte sua imitant. auaritiam aūt quum per ętatem oderint, coguntur ēt inuiti exercere, sicq̄ immensam patrum cupiditatem et pernitiosam humano genę ri disciplinam noiat.

Cętera. s. viuendi vestigia & institita et cęteros mores. Fallit.n. vitium specie virtutis, filius inquit et auaritiam insciens exercet quia paterquę auaritia est parsimoniā appellat. sicq̄ filius falliē quia vicium non recognoscit vt vitiū. sed auariciam exercet putans nō esse auaritiam, sed diligētiam quandā et virtutē accquirendi. Nam vicia cum virtutibus sūt adeo finitima vt ipsa propinquitate plerūq̄ fallant, et pro virtutibus habeantur, nā auarum pro parco, prodigum pro liberali vocamus. Erramus inquit & dum conamur veram virtutem sequi in vicia virtuti vicina incurrimus, nam auaritiam amplectimur putantes eam esse parsimoniam, Imitatio est Oratii decipimur specie recti. Seneca in puerbiis. Timidus cautum se vocat, Sordidus parcum. Vmbra idest imagine. Nā cum virtute nescio quid habere videtur similitudinis qui acquirit. Quum sit triste habitu, i. ipsum vitium auaritię metaphora sumpta ab habitu exteriore, Nam habitus & vultus hominis seuerus decipit plerumq̄ te, quia putas eum talem eē intrinsecus, qualis apparet extrinsecus. Nam et diligentia illa acquirendi extrinsecus videtur laudabilis, sed si attēdas interraneam cupiditatem inuenies nihil detestabilius. Hęc dubie. Indubitanter quidem auarus laudatur tm q̄ frugi hocq̄ cū risu eaq̄ pnunciatione qua aliquid solemus improbare, quasi dicat laudatur is qui maxime vituperandus est. Auarus, licet auarus nefanda sit cupiditate, tamen quia ad acquirendum videtur eē vigilantiis & solertissimę industrię laudatur vt homo vtilis, quia per summam virtutem et industriam videtur acquirere. Nam acquirere iuxta mortalium concupisccē tiam magne et virtutis, vñ illud est Ouidii. Non minor est virtus q̄ querere parta tueri. Tanq̄ parcus. Nā parsimonia nomen habet virtutis. Virg, Atq̄ apibus Parsiquanta experientia parcis. Est.n. parsimonia scientia vi monia tandi sumptus supernacuos vel ars re familiari moderate vtendi. Seneca. Certa magis, hoc a poeta dictū cū gestu ridentis tam sordidam diligentiā. Serpens herpe rdum. Nam hesperides q̄ tres fuere. s. Aegle, Hereteusa, & Hesperetusa filię Hesperi fratris athlātis hortos habuere in oceano athlantico ferentes mala aurea, quę a serpē te pernigili custodiebantur, illuc hercules quum imperio Euristei peruenisset occiso serpente poma abstulit.

Aut ponticus. Nā apud Colchos in ponto vbi Aeta rex pater medeę regnauit, in templo Martis pellis velleris aurei suspensa olim fuit a Plerixo, quam tauri ignē spirantes vna cum draconę dicuntur custodisse. Eam Iason occiso opera Medęe dracone sustulit,

Adde

ADDE q̄ hunc de quo, hoc etiam summa cum indignatione infertur, q̄ malus vt bonus laudetur. Verendum, in honere habendum vt hominem solertissimum. Quippe his. Nec mirum inquit est si in precio sunt tales, & laudantur, vt optimi artifices, nam hi quidem sunt qui patrimonia norunt ampliare & proinde in precio sunt, inxta illud Ouidii. In precio precium nūc est, dat cēsus honores, census amicitias, pauper vbiq̄ iacet, Quocunq̄, idest p fas & nefas. Incude assidua, metaphora sumpta a fabris ferrariis, qui assidue cudēdo ferrum extendunt, ergo incude labore & solertia. Ardente camino, idest animi cupidine flagrante.

Et pater ergo. Sensus est. quum ergo patrimonia solertia & diligentia amplientur, pater appellat creditq̄ auaros felices vtpote diuites & qui mirentur & amplectantur opes, & qui nullum parem inter felices nūmerent, & proiode hortatur filios vt eandem viā sequantur viam, legēdum enim est hortatur numero singulari vt sic exponas, pater hortatur iuuenes vt imitentur vestigia auari. Mirant

Secta suscipiant. Iuuenes, filios adolescentes. Secte, quam tenent auari a sequendo dicta est secta, ea proprie est philosophorum, qui.n. Platonis dogma tenebant platonicā sectam tenere dicebantur, qui Socratis, Socraticam. Seneca ad Lucilium

Sunt quędam vitiorum elementa. Auari inquit nō statim filios ad extremas sordes producunt. Sed quę

Elemēta dam habent principia auaricię, quę paulatim teneris puerorum mentibus insinuant. Elementa, principia. Bene autem elemēta principia appellamus, ex quatuor enim elementis omnia principium suum habere dicūtur. Sordes, proprie dicuntur macule in vestibus, sed

Sordes metaphoricos ad animum transfertur vocabulum. Vt pro auaricia ponatur, quę non minus hominis animū pollut q̄ sordes vestimenta. Oratius. Sordidus a tenni multum distabit. Seruorum ventres modio castigat, defraudat seruos cibariis suis. Nam seruis quaterni modii dabantur frumenti in mensem & id dimensum di-

Dimēsum cebatur, Vnde Terentius De dimenso suo suum defraudans genium comparsit miser. Hęc Donatus. Ipse quoque, qui dominus est. Neq̄ enim sufficit, Tanta inquit auaricia premitur, vt ne frustra quidem mucida panis sustineat comedere, ac si dicat non magis iis absti-

Minutal net q̄ rebus delicatis. Minutal genus condimentę est, quod ex rebus minutim concisis fiebat vt docet Apicius variis generibus & noibus, inter cętera fiebat vnum minutal marino pirce, liquamine, oleo, vino, porris, ca

Hesperidum serpēs. aut ponticus, adde q̄d hūc, de
Quo loquor, egregiū populus putat, atq̄ verē
Artificē, quippe his crescūt primonia fabris, (dū
Sed crescunt quocunq̄ modo, maioraq̄ fiunt
Incude asfidua, semperq̄ ardente camino.
Et pater ergo animi felicis credit auaros
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant, iuuenes hortatur vt illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere sectę,
Sunt q̄dam vitiorū elementa, his protinus illos
Imbuit, & cogit minimas ediscere sordes,
Mox acquirēdi docet insatiabile votum,
Seruorum ventres modio castigat iniquo
Ipse quoq̄ esuriens, neq̄ enī omnia sustinet vnq̄
Mucida cerulei panis consumere frusta,
Hesternum solitus medio seruare minutal
Septembri, necnon differre in tempora cœnę
Alterius conchem estiui cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio putriq̄ siluro,
Filaq̄ sectini numerata includere porri,
Inuitatus ad hęc aliquis de ponte negabit,
Sed quo diuitias hęc per tormenta coactas,

pitatis, coriandro, Dicebatur Tarentinum, Marianum, dulce ex citreis, minutal item ex lecinoribus & pulmonibus leporis a varietate rerum varium dicitur a Martiale. Septembri, tempore autumnali quo obsonia maxime corrumpuntur, & hominum corpora morbis cochis sunt obnoxia. Conchem, idest sabam vitidem, vt diximus in tertia Satyra. Cuius conche tumet. De qua Martia. Si spumet rubra conchis tibi pallida testa Lautorum cœnis sępe negare potes. Alii sentiunt genus esse leguminis non absimile lenti. Signatam, cę stodiam impōso signo aduersus frandes seruorum. Cuius consuetudinis sic meminit Cicero in epistolis. Sicut olim matrem meam facere memini, quę lagenas etiam inanes obsignabat ne dicerent inanes aliquę suis esse q̄ furti eēnt exiccatę, Sic & Plautus in persa. Nam id demū lepidum est tripartos homines vetulos anidos aridos bene admordere qui aliū seruo obsignāt cum sale. Oratius. Et si gno lęso non insanire lagenę. Lacerti, piscis Lacertus est ex Bethica, saxetanus dicitur a patria vbi capitur, pauperibus cū conche vt vtilissimus cibus apponebatur. Martialis. Quum saxetani ponatur cauda lacerti. Et bene si cœnas conchis innńcta tibi ē.

Aestiui, quo tempore obsonia putrescunt. Siluro, piscis est peculiaris lacus hilidis quem efficit Nilus. Ibi enim reperiuntur Alabetę, coracini, Siluri, crocodilus quoq̄ auctor Pli. libro. v. Includere. custodire inclusa. Fila numerata, idest ipsum porrum numeratum, ne furtim imminuatur. Filum autem appellat q̄ porrum sectiuum tenue sit & exile, ad differentiam capitati quod Crassus est. De quibus multa Columella libro. xii. Plinius libro. xix. Inuitatus ad hęc. Adeo inquit sordide viuit vt huiusmodi epulis mendicus abstineret si inuitaretur. Sicque hominis auariciā exaggerādo detestatur. De ponte, idest aliquis mēdicus. Nam in pontibus pauperes solent mendicare, vt diximus illic Diruq̄, a ponte satelles. Ordo autem est. Aliquis de ponte inuitatus ad hęc negabit scilicet venire. Sed quo, ostendit extremę illum esse dementię qui nimia parsimonia consernat quę prodigi heredes absumant. De quibus sic etiā Oratius. Absumet heres cecuba dignior. Seruata centum clauibus & mero Tinget pauimentum superbo pontificum potiore cœnis. Sed quo diuitias, idest ad qd diuitias coactas per tot labores vis habere si iis vti non vis? sicq̄ hominis vt dixi stulticiā insectat qui diuiter ac parce viuit vt heredibus relinqt diuitias. Per hęc tot tormenta, p tot sudores & labores.

Q uũ furor haud dubius cũ sit mãifesta phrenetis
Vt locuples moriaris egenti viuere fato?
Interea pleno cũ turget sacculus ore,
Crescit amor, nũmi, quãtũ ipsa pecunia crescit
Et minus hãc optat qui nõ habet, ergo paratur
Altera villa tibi, quũ rus non sufficit vnum
Et proferre libet fines, maiorque videtur
Et melior vicina seges, mercaris & hanc, &
Arbusta & dense mõtem qui canet oliua,
Q uorum si precio dominus nõ vincitur vllo
Nocte boues macri, lassoque famelica collo
Armenta ad virides huius mittuntur aristas,
Nec prius inde domum q̃ tota noualia seuos
In ventres abeant, vt credas falcibus actũ
Dicere vix possis, q̃ multi talia plorent,
Et quot venales iniuria fecerit agros.
Sed qui sermones, que foede buccina fame
Q uid docet hoc iqt? tunicã mihi malo lupini
Q uam si me toto laudet viccinia pago
Exigui ruris paucissima farra secantem
Scilicet & morbis & debilitate carebis,
Et luctũ & curam effugies & tempora vite
Longa tibi post hec fato meliore dabuntur,
Si tantum solus culti possideris agri

Phrenetis Phrenetis morbus est qui continua demẽtia esse incipit, aut quum eger q̃uis adhuc sapiat, tñ quasdem vanas imagines accipiunt Phreneticus. Viuere egenti fato, egenti sorte et paupere statu. Nihil profecto est absurdius diuite auaro qui vult in paupertate viuere, vt moriatur diues, vnde est illud Ciceronis in Catone maiore Auaritia vero senilis qd sibi velit non intelligo, põt enim esse quicq̃ absurdius q̃ quo minus vie restat, eo plus viatici querere. Crescit amor, Imitatio est oratiana. Crescentem sequitur cura pecuniam.

Et minus hanc optat ostendit moraliter poeta pauperẽ ad opes parãdas minus anxium eẽ q̃ diuitem, nec sine ratiõe. Nam qui in opibus nutritus est semper veretur ne ab his decidat, proindeq; semper cogitat non solum que parta sunt cõseruare, sed augere et multiplicare, pauperi vero q delitias nõ cognouit desiderium habẽdi minus excitatur, Et melior videtur. Sic Horatius de auaro. Quodq; aliena capella gerat distentius vber Tabescat. Ouidius Vicinumq; pecus grandius vber habet. Seges, seges proprie dicitur eorum seminum ex qui- *Seges* bus conficitur panis, accipiturq; pro ipsis frugibus dum adhuc in agris stant, Liui. ab vrbe condita libro scdo. Forte ibi tunc seges farris dicitur fuisse matura messi. Oui. Iam seges est vbi troia Virg. Hic segetes, illic veniũt felicius vue. Accipitur ẽt seges p omni terra parata ad frumentum accipiendum, quo significato accipit virgilius illic. Q uid faciat letas segetes hoc est ipsam terram, vnde Varro in. ii. rei rustice. Bos domitus causa fit vt cõmodius nascatur frumentum in segete et pabulum in nouali. Arbusta, Arbustum non solũ apud *Arbusta* auctores plerumq; capitur pro loco arboribus consito, sed maxime pro loco cõsito vitibus et arboribus. vnde *Arbustare* Columella arbustum inter quadragenos pedes dispositum eẽ conuenit. Sic enim et ipse arbores et apposite vites melius coalescent, fructumq; meliorem dabunt ab eo eleganter etiam deducitur Arbustare verbum, qd est agrum arboribus conserere, Plinius Transpadana italia populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros. Canet, albicat. Q uorum si precio, ostendit poeta periculosum esse habentibus predia iuxta potentem virum q importunitate et subdolis artibus coguntur ea vendere, vnde est illud Horatii in odis. quid quod vsq; proximos Reuellis agri terminos, et vltra limites clientium salis auarus. Si non vincitur, si non potest induci vllo precio vt vendat ei. Aristas hu-

ius. s. domini vicini. Lasso collo, ratio est quare famelica sint, iugo enim colla subiecta diu habuerunt vt inde per laborem contracta sit fames. Domum subaudi abeunt ab inferiore. nam habeant legẽdum est sine aspiratiõe vt noualia noĩatiui sit casus Noualia tote ipse segetes, hyperbole est. Noualia aũt sunt agri q vt docet Pli. lib. xviii. alternis annis seruntur. Seuos fame exasperatos. Sed q sermones, insultatio est poete in auarum. Sed quũ ĩquit tot diuitias p multas iniurias paraueris qui sermones sunt de te? ac si dicat vbiq; male audis, vbiq; vt improbissimus laceraris. Quid nocet hoc inquit verba auari respondentis. Nam infamiam auarus contennit vnde de Auaro ita Ho- *Noualia* ratius. Sordidus ac diues populi contẽnere voces. Sic solitus, populus me sibilat, at mihi plaudo ipse domi simul ac nũmos contemplor in arca. Et alibi Iuuenalis in detestationẽ auaritie, Quid enĩ saluis infamia nummis. Tunicam mihi malo lupini. Auarus tanti facit diuitias, vt pluris estimet rem vel vilissimam, q̃ laudẽ et bonum nomen in paupertate. Contra autẽ vir bonus pluris facit bonum nomen q̃ diuitias multas. Est ergo sensus. Ego magis mihi volo siliquã lupini, ac si dicat rem nullius momenti pluris facio, q̃ laudari vt vir bonus in paupertate Tunicam, folliculum, Laudet me vt vir bonũ ordo est, Laudet me secantem. Paucissima farra exigui ruris paupertatẽ summam his verbis expressit. Pago villa, πηγη enim fons dicitur inde pagus, iuxta enim fontes ville fieri solent ob aquarum commoda. Scilicet et morbis, ironicos auaro respondet poeta. Est autem sensus. Licet diuitias tibi multas paraueris, ita vt solus tãtum possideas, quãtum vniuersus populus romanus sub tatio possidebat, nõ tñ poteris carere aliis icõmodis & calamitatibus. Sicq; philosophice oñdit diuitias non esse eas que hominem a corporis iuxta et mentis egritudine queant vendicare neq; longaora felicioraq; tempora vite largiri, quum diuitem maiores etiam cure comitentur. Est autem imitatio oratiana, qui sic scribit in epistola ad Lolium. Non damus et fundus nõ eris aceruus et auri, Egroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas, valeat possessor oportet. Si comportatis rebus bene cogitat vti. Debilitate, Debiles appella- *Debilis* mus, quibus aliqua mẽbra sint vel diminuta vel oblisa vt alibi. Hic coxa debilis. ambos perdidit ille oculos.

Post hec. i. post istã morborum et aliarum calamitatum carentiam.

Q uãtum sub tatio populus romanus arabat.
Mox etiam fractis etate, & punica passis
Proelia, vel pyrrhũ imanẽ, gladiosq; molossos,
Tandem pro multis vix iugera bina dabãtur
Vulneribus; merces ea sanguinis, atq; laboris.
Nullis visa vnq̃ meritis minor, aut ingrate
Curta fides patrie; saturabat glebula talis
Patrem ipsum, turbamq; case, qua foeta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quattuor, vnus
Vernula, tres dñi, sed magnis fratribus horum
A scrobe, vel sulco redeuntibus altera coena
Amplior, & grandes fumabant pultibus olle.
Nunc modus hic agri nostro nõ sufficit horto.
Inde fere scelerum cause, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sepius vllum
Humane mentis vitium quam seua cupido
Indomiti census, nam diues qui fieri vult
Et cito vult fieri, sed que reuerentia legum?
Q uis metus? aut pudor ẽ vnq̃ pperãtis auari,
Viuite contenti casulis, & collibus istis
O pueri marsus dicebat, & hernicus olim,
Vestinusq; senex, panem queramus aratro,
Q ui satis est mẽsis, laudant hoc numina ruris,
Q uoꝝ ope & auxilio grate post munus ariste

Quantũ sub Tatio, ex modestia antiquoꝝ ostendit mores et auariciam sui tpis acriter damnandã. sub Romulo. n. et Tito Tatio duce Sabinoꝝ qui foedere percusso in vrbem cũ Sabinis receptus fuit a Romulo, tanta reꝝ modestia et parsimonia viuebant, vt auctore Pli. libro. xviii. cap. ii. bina tũc iugera populo Ro. satis essent nulliq; maiorẽ modum attribuerit. Dona ẽt putauerit amplissima imperatoꝝ ac fortium ciuium, quantũ quis vno die plurimũ circumarauisset. Columella tñ scribit in pmo limine operis sui de agricolatione. C. Fabriciũ & Curiũ Dentatũ, alteꝝ pyrrho finibus Italie pulso, domitis alteꝝ Sabinis acceptã que viritim diuidebant captiui agri septẽ iugera, nõ minus industrie coluisse q̃ fortiter armis q̃sierant. Plinius vero tradit Curiũ Dentatũ quaterna agri iugera viritim populo diuisisse sibi deinde totidem cõstituisse dicentẽ neminem eẽ debere cui non tñ sufficeret, Mox ẽt fractis etate, oñdit quãta fuerint frugalitate veteres qui ẽt etate et bello cõfecti acceptis binis iugeribus i premiũ contẽti erant tanq̃ maximis donati diuitiis. Ordo ẽ, Mox vix tandem bina iugera dabant pro multis vulneribus ẽt fractis etate et passis plia punica, vel pyrrhũ imanem. Mox, deinde. Passis plia punica, *Pyrrhus* qui arma aduersus poenos gessissent. Pyrrhũ, Epirotaꝝ regem, qui quũ in auxilium Tarentinoꝝ aduersus Romanos arma tulisset, demũ post varia plia a Curio et Fabritio superatus in greciã reuersus est, vbi dum argos oppugnaret ictu tegule intereptus est. Molosses, Epiroticos. Nam molossia pars ẽ epiri (vt diximus superius), Tandem, hec particula desiderii significationẽ habet, vt sit post multũ tpis et diutinos labores, referturq; ad effectũ expectãtis. Cicero, Vix tandem legi litteras dignas Appio clodio. Bina iugera. Nam vt dictum est ex sententia Plinii bina tunc iugera populo Ro. satis erant. Merces sanguinis. s. in preliis effusi. Nullis visa minor, tanta erant inquit animi moderatiõe et paucis cõtenti, vt ea merces licet exigua, nunquã visa sit inferior meritis que in rem. p. cõtulissent. Aut ingrate Curta fides patrie, nunq̃ putauerunt fidem patrie curtã esse in se. Et ordo est a superioribus. Aut nunq̃ visa sibi et fides curta patrie ingrate, vt duo dicat, neq; patriam visam sibi ingratam, neq; eius fidem sibi modicam, aut qd non minus placet ex affectu poete dictũ. i. licet ingrata esset patria que pro meritis pmia non redderet, tñ tanta erant animi moderatione, vt nunq̃ putarent modicam esse rei. p. in se fidem.

Saturabat, hoc dicit in detestationẽ deliciarum sui tpis, Talis glebula, tam modicũ solum. Qua foeta iacebat vxor, expone qua. s. casa vt sit in qua casa vxor etiam foeta iacebat, vt totũ sit ad laudem pisce frugalitatis quũ tam exiguis facultatibus ẽt languioli optime fouerent. Vnus vernula. i. seruulus vnus infans. Nam verne dñr serui nati domi ex ancillis Tres domini. s. infantes. Hoꝝ. s. trium dominoꝝ. Magnis, p hoc ostendit pter tres infantes et alios fratres grãdiores extitisse. Amplior, pter exanelatum laborẽ. Et, pro idest, nam expositio ẽ amplioris coene. Olle grandes, cacabi grandiores.

Pultibus. bene inqt pultibus, vt ostẽdat lauta obsonia nõ solita parari. Nam pulte trecẽtis annis ante vsum panis vixerũt romani, vt scribunt Verius et Plinius.

Nostro non sufficit horto. i. ampliores nunc habemus hortos q̃ antiqui habuerũt agros, vñ est cõquestio illa Plinii quũ bina tũc iugera populo Ro. satis essent nec vlli maior modus attribueret, eo seruos paulo ante principis Neronis cõtẽpto, huius spacii viridia et piscinas habuisse gratũq; eẽ si nõ aliqs et culinas. Inde, ex tãta reꝝ cupiditate. Cause sceleꝝ, subaudi sunt. Nã hoĩes ad oĩa scelera cupiditate habẽdi facile ĩpellunt, vñ illud virg. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames.

Nec plura venena, ordo ẽ, et sensus. Nec vllum viciũ hũane mentis miscuit plura venena q̃ ipsa auaricia et ĩmoderata habendi cupiditas. Grassat, seuit. Est. n. grassari supra modũ seuire, vñ Trãqllus i Calig. His diuerso vicioꝝ gñe grassantibus. i. valde seuiẽtibus, Grassari ẽt dicimus ĩcedere. Salu. in Iugurtino, Grassat via *Grassari* virtutis. Et cito fieri vult, oñdit multa scelera illi ppetrãda eẽ q modico tpis spacio magnas aggregat diuitias. Viuite cõtenti casulis, ĩtroducit vba Marsi senis, et Hernici vestiniq; ad filios, vt cõtẽti sint modicis rebus. Sicq; ex frugalitate antiquoꝝ vituperat sui tpis luxũ et cupiditatẽ. O pueri, o filii, pueros. n. greca cõsuetudine p filiis posuit. Sic Oratius Dicã et Alcidẽ puero q; lede. Marsus, Marsi populi sũt Sabinis cõtermini, de quibus abũde diximus in. iii. saty. illic. Trãslatus subito ad hernicos marsos. Hernicus, Hernici lauinio et Albe vicini erãt vestini dicti auctore Macro. ab Hernico duce. Vestinus, vestini Sabinis et Marsis vicini sũt. Laudãt hec numĩa *Numina* ruris, Agricole duodecim hẽbãt deos quos pcipue colebãt, Ionẽ et tellurẽ, Solẽ et lunã Cererẽ et libeꝝ, Robigũ. *Ruris*

ꝛ florā, Mineruā ꝛ venerē, Lymphā ꝛ bonum euentū. De iis Varro, Sed nūc liberū cererē itelligit quoꝝ bn̄ficio mortalibus vsus panis ꝛ vini datus ē, quū antea glādibus vescerēt, vn̄ est illud Virg. liber ꝛ alma ceres vestro si munere tellus. Chaoniā pingui glādem mutauit arista. Bacchus.n. vini vsum primus docuit. Ceres vero frumenta inuenit, eadē molere et cōficere in Attica italia et sicilia, ꝛ ob id dea indicata, hec Pli. ꝛ Diodo. Nil vetitum fecisse volet, ostēdit poeta hoiem qui mediocritatē sequat̄ nulla turpi cupiditate deuinciri. Perōe tegi ac si dicat q in vili habitu ambulat. Est eni pero genus calciamenti ex crudo corio quo ꝛ in bellis vtebantur. Virgi. Crudus tegit altera pero Persius. Nam si poscat sibi peronatus arator. Sūmonet euros arcet frigus. Pellibus inuersis.i. pellibus hn̄tibus pilū in pte exteriore. Oui.i.iii. de tristibus Pellibus hirsutis arcet mala frigora braccis. Peregrina pur. Sapienter poeta ōndit his q ābitiose viuant sūptus magnos eē faciēdos et pinde aīum ad varias rapinas cōuertēdū. Purpura, vestis purpura q̄ ex lōgīquo vēit purpura āt (vt iā sepe diximus) est piscis ex cuius faucibus habet̄ liquor aptus ad vestes tingendas, is aūt capiebat̄ in mari Tyrio in menynge aphrice. ꝛ getulo littore occeni. in lacōica europe. Est ergo sensus. Hō delectatus luxu, vestiū vt magnificus videri poscit nō dubitat vt egregias vestes hēat qua vna ambitiōe correptus est, oīa miscere scelera ꝛ bonis alienis manum iniicere, omnesq; rapinas exercere. Hec precepta. subaudi dabant, hoc est qualia sunt commemorata, Minoribus, filiis et nepotibus. Post finem autumni, iam incipiente hyeme quo tempore homines incipiunt lucubrare ꝛ vacare studiis.

Ceras tabellas ceratas, in quibus antiqui stilo scribebant. Causas age, suscipe causas defendendas in foro vt lucrum facias, Nam vt ait martialis, illic era sonant.

Rubras leges. i. miniatas. Nā capita legum minio solent notari. Persius. Excepto si quid marsuri rubrica vetauit. Vitem, Centurionatum. Nā vitis centurionū erat gestamen, qua percutiebantur milites de qua plerūq; diximus in Stemmata quid faciunt illic. Frāgebat vertice vitē. Posce. s. ab impatore. Libello supplici quē porrigas iperatori. Sed caput itactū buxo, Facit inquit vt Lelius a quo scribendus es in militiam videat te negligentem circa cultum corporis nam ita te idoneum putabit militem. Per lelium autem vnumquēq; intelligit imperatorem. C. enim lelius qui sapiens vsurpatur pretor fregit et cōminuit viriatum lusitanum, ferocitatēq; eius ita repressit vt facile bellum reliquis traderet. Socer autem fuit et Mutii sceuole auguris et fanii.

Intactū buxo. i. pectine qui ex buxo fieri solet. Mart. Multifido buxus que tibi dente datur. Alas grandes, idest grandibus pilis hirsutas Id enim inducium est virilitatis, quibus autem hirsute sunt ale hircosi dicuntur

Pero

Hircosus

Attegie

Effugiunt homines veteris fastidia quercus,
Nil vetitum fecisse, volet quem non pudet alto
Per glatiem perone tegi qui summonet euros
Pellibus inuersis, peregrina ignota q; nobis
Ad scelus, atq; nefas quecūq; est purpura ducit
Hec illi veteres precepta minoribus, at nunc
Post finem autūni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat, accipe ceras,
Scribe puer, vigila, cās age, perlege rubras
Maiorum leges, aut vitem posce libello,
Sed caput intactum buxo naresq; pilosas
Annotet ꝯ grandes miretur lelius alas.
Dirue maurorū attegias, castella brigantum
Vt locupletē aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat. aut longos castrorum ferre labores

ob fetorem hircinum Persius. Hic aliquis de gente hircosa cēturionū. Dirue maurorū attegias. i. mapalia et casas quas mauri qui Numide a romanis appellant̄ sibi extruunt De his Iosephus lib. vii. de bello indaico sic scribit. Quū ad festum inquit diē venisset. quo attegias in honorē dei cōponi ab hominibus mos est cōtubernia. n. iudei singula die festo q pascha appellatur sibi construunt nō pauciores q̄ denos homines capientia vbi epulantur cesis hostiis iosippo. Castella. Differt castellum ab oppido. est enim oppidum idē qđ ciuitas. Castellum vero inferius vt neq; ciuitas sineq; pagus, sed mediū iter vtrūq;, vn̄ pomponius Mella scribit sic, Cartinna et arsinna sūt oppida et ampsa castellum. Salustius in iugur. Castella multa ꝛ oppida temere munita aut sine presidio capit a castello fit Castellanus, sicut ab oppido oppidanus, nō ea significatiōe qua aliqui falso crediderūt hoc est q castello presit, sed q sit ex eo castello, sicut oppidanus q ex eo oppido. Vn̄ Salustius, iter castellanoꝝ angustū admodū. Qui arci pest arcis custos et pfectus dicit̄ nō castellanus. Castellū itē munitionē appellamus q̄les hodie ēt fieri videmus ex terra, vn̄ Cesar scribit in scđo cōmētario. Ab vtroq; latere eius collis trāsuersam fossam obduxit circiter passuū q̄dringentoꝝ et ad extremas fossas castella cōstituit, ibiq; tormēta collocauit.

Et īfra Postea vallo pedū. xii. i circuitu. xv. miliū crebrisq; castellis circūmuniti oppido se cōtinebant. Ci. li. xiiii. epistolarum ad Catonem sic ait. Vallo et fossa circundedi sex castellis castrisq; maximis sepsi. Castella itē vt legere est apud victruuiū Frontinum et iuris consultos multis locis, deriuacula sunt aque fluētes per formas et fistulas suas. Vlpianus castellum est receptaculum quod aquam publicam suscipit. Brigātū, Brigātes populi sunt in britānia vt scribit Strabo. Cornelius Tacitus. Iam ventum haud procul mari ad Hiberniam insulam quū orte apud Brigātes discordie retraxere ducē.

Sexagesimus annus, Nam tunc missio dabatur militi que honesta dicebatur. Nam tres generales vt tradit marcellus de re militari fuerunt missionum cause, honesta causaria ꝛ ignominiosa, honesta, est que tēpore militie impleto et emeritis stipendiis datur. Cāria quum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militie renūciatur. Ignominiosa cā est, quum quis pp̄ter delictum sacramēto soluitur. Aquilam locupletē. id est militiam ipsam opulentam. Aq̄la enim isigne fuit Romanorum vnde Valerius flaccus libro. vi. Romanas veluti seuissima quū legiōes Tisiphōe regesq; monet quoꝝ agmina pilis Atq; aquilis vtrinq; micant. De hoc multa superius illic. Da nunc et volucrē sceptro q̄ surgit eburno. Aut longos, Sensus est. Aut si forte labor militaris est tibi molestus, nec potes ferre strepitum tubarū potes negotiationē exercere, vn̄ lucrū tibi emer/

Castellum

Oppidum

Brigātes

Missionū gn̄a

Aq̄lla

Si piget, ꝯ trepido soluunt tibi cornua ventrē
Cum lituis audita pares quod vendere posis
Pluris dimidio, nec te fastidia mercis
Vllius subeant ablegande tyberim vltra,
Nec credas ponendum aliquid discriminis iter
Vnguenta ꝯ corium, lucri bonus est odor ex re
Qualibet, illa tuo sententia semper in ore
Versetur diis atq; ipso ione digna poete
Vnde habeas querit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant vetule pueris poscētibus assem
Hoc, discunt omnes ante alpha ꝯ vita puelle.
Talibus instantē monitis quēcunq; parentem
Sic possum affari, dic o vanissime, quis te
Festinare iubet? meliorem presto magistro
Discipulum, securus abi, vinceris vt aiax
Preteriit thelamonem, vt pelea vicit Achilles.
Parcendū est teneris, nōdū implenere medullas
Natiue mala nequitie, quū pectere barbam
Coeperit ꝯ longi mucronem admittere cultri,
Falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua cereris tangens aramq; pedēq;,
Elatam iam crede nurum, si limina vestra
Mortifera cum dote subit, quibus illa premetur
Per somnum digitis, nam que terraq; mariq;

gat. Sicq; filium instruit ad rē quāq; vilissimam vt lucrum faciat, Ordo aūt est. At pares qđ possis vendere pluris dimidio si te piget ferre labores castroꝝ ꝛc. Soluunt ventrem, naturale. n. est vt ex timore soluat̄ venter. Cuius rei rationē ita expōit Aristo. in problema. Calor inquit insitus nobis quasi aīans est, hic ergo rē quācunq; timuerit diffugit, qđ quū extrinsecus rō cōturbandi atq; metuēdi inuehat atq; in ima de superis defluat, ꝛ e sūmis ad intima se penetret efficit vt alui ꝯ vesice fundant̄ facilesq; reddant, vnde ꝛ Macro. li. vii. Satur. Hinc ꝛ laxamentū ventris comitat̄ timorē, quia musculi, qbus claudebant̄ retrimētoꝝ meatus fugientis introrsum aīe virtute deserti laxant vincula, quibus retrimenta vsq; ad digestionis opportunitatem continebant̄. Cornua audita cū lituis, hoc aūt dixit ex vetere consuetudine militie. Nam in castris legio habebat Tubicines, cornicines ꝛ buccinatores. Tubicines ad bellum vocabāt milites, ꝯ rursum receptui canētes reuocabāt. Cornicines ꝛ Buccinatores erant ornamentū totius legionis in igressu cōflictus ꝛ eius reditu, quotiēs pugnabat̄ Cornicines ꝛ tubicines canebāt, hic ergo poeta ait Cornua cū lituis. i. cornicines cū tubicinibus, nā lituus genus erat tube ad similitudinē litui virge auguralis. Est. n. virga breuis in parte q̄ robustior est icurua qua augures vtunt̄, cuius memit. Virgi. Ipse quirinali lituo paruaq; sedebat Succinctus trabea. Lituo pro tuba vsus est Virgi. Et lituo pugnas insignis obibat ꝛ hasta. Nec te fastidia, nec te pudeat cōtrectare merces etiā dedecorosas, ꝛ q̄ mitti solent trans tyberim. intelligit aūt negociationē corioꝝ. Nā aīalia excoriabantur transtyberim. Mart. Et detracta cani transtyberina cutis. Inter vnguenta, hoc loco poeta docet qđ veꝝ est vnguenta ea tm̄ dici que voluptatis cā parant̄, quū reliqua que ad sanitatē spectant medicamina siue medicamenta dicant̄. Coriū, appellamus oēm pellem non mō pfectam sed ēt recens detractam aīali. Bonus est odor hoc pōt videri dictum in auariciā Vespasiani, q vt scribit Tranquillus repbendenti Tito filio q; vectigal ēt vrine cōmentus esset, pecuniā ex prima pensione admonit ad nares interrogans an odore offenderet, illo negante atqui inqt e lotio est. Illa snīa poete. s. Ennii. Nam versus qui sequit̄ ennianus est. Hoc monstrat vetule, tanta inquit est mortaliū cupiditas vt non solū patres, sed ēt vetule doceant puerulos has sordes, tūc pcipue quū stipē aliquā poscunt ad emenda poma, tūc. n.

Tubicines

Cornicines

Buccinatores

Lituus

monent versus enniani, vt sint parci. Solent. n. pueri assem a parentibus ꝛ familiaribus poscere. Ante alpha ꝛ vita, anteq̄ attingāt prima lraꝝ rudimenta, legēdūq; est ꝛ vita ꝛ nō Beta quū noīa sint lraꝝ grecaꝝ. O vanissime, o stultissime, alibi sic libitū vano qui nos distixit othoni. Quis te festinare iubet, quis cogit te iā cito vrgere filiū ad auariciam, quū ad id vitium spōte sua sit pcliuis. Vn̄ sequit̄ meliorē psto magistro discipulū. Securus abi, non est q; dubites qn auaricie studiū facile sequat̄. Vinceris vt aiax pteriit Thelamonē Ironia est. Ita qdem vinceris virtute a filio tuo vt aiax ꝛ Achilles parētes suos vicerunt, vt sit sensus, vt illi virtute ꝛ pclaris operibus parentes suos vicere, ita vitio auaricie filius tuus te superabit. Parcendū ē teneris. Est veluti rn̄sio parētibus conq̄rētibus puerulos non stati esse auaros. Ignoscendū inquit est o pater puerulis si forte ea etate auaricia te nō vincunt, quia mala inquit huiusce cupiditatis nondū iplenere medullas, nondū penitus īfusa est extrema cupiditas. Sed quū facti erunt gradiores tunc te auaricia superabunt tunc extrema laborabunt cupidite, falsi. n. erunt testes ꝛc. Nondū implenere medullas, rōnem affert nō eē mirandū si statim in pueritia auariciā non exerceant, nondū. n. sunt maturi vt pfecte auariciā possint exercere. Nā mala natiue neqtie. i. naturalis auaricie q̄ a natura hoīum insita esse vr̄, nondū iplenerūt medullas, nōdum pfecte puero inheserunt. q. d. sata qdem sunt a natura auaricie semina in puero, sed nondū ad maturitatē peruenerunt. Quū pectere, tunc inqt quū barbitium pduxerit extreme dabit signa auaricie, falsus. n. erit testis ꝛc, Longi cultri, periphrasis est nouacule. i. quū coeperit radere barbā. Vendet periuria, peierabit. Summa exigua, modica mercede ꝯ lucro. Arā cereris, illic. n. sanctissimū habebat̄ insiurandū. Elatā iā crede nuꝝ, ita iā vnusquisq; auaricia flagrat, vt in periculo noue nupte sint, ne a spōsis tollant̄ si dotē grandē tulerint. Elatā, extinctā. Nā efferri proprie dicunt̄ mortui quū ad sepulchrū ferunt̄. Teren. Effert. imus, ad sepulchrum venimus. Dote mortifera, dote grandi ex qua ei mors acceleret̄. Quibus illa pmet̄, cū quadam miseratione pnunciāda sunt, quasi dicat aconito infectis, veneficū. n. intelligit qđ per Aconitū parat̄, de quo Pli. sic. Cōstat oīum venenoꝝ ocyssimū esse Aconitū, ꝛ tactis quoq; genitalibus foeminini sexus aīaliū, eodē die inferre mortē, hoc fuit venenū quo interēptas dormiē/

Efferri

Aconitum

tes a Calphurnio bestia vxores. M. Cecilius accusator obiecit. Nam q̃ terraq; mariq;, irrisio est poetę. Non mirū est si adolescens spōsam aconito necat dormientē, nā sic facilius & breuiore itinere sibi cōparabit diuitias, quę terra & mari & longinqs locis acqrendę forent, sicq; mores sui tp̄is poeta subsannat. Nullus labor, snia est catholica quā p̄nti negotio apte poeta acōmodat vt sit sensus. Ingens scelus sine vllo labore pfici solet, vt puta hoiem veneno, aut ferro toller, aut domū incēdere. Nam quisqs, rōnem affert q̄re filius p auariciā tot scelera exerceat. vt sit sensus & ordo, Quicūq; inquit pcepit & imperauit cupiditatē magni cēsus filiis & pducit pueros auaros, idest erudit & docet leno monitu.i. sinistra & parua doctrina, & qui subaudi extrinsecus monet aut aliquid tale p̄rimonia cōduplicari p fraudes. Dat libertatē & totas habenas effundit curriculo.i. dat potestatē adolescēti, vt rapiat.i. in causa est vt (sic instruēdo) adolescens animū suū p summā libertatē ad auariciam applicet. Pręcepit amorē.i. pręcipiendo infudit cupiditatē habendi census. Sic ante. Mitē animū & mores modicis erroribus ęquos pcipit. Et qui p fraudes, aliqui putāt hoc carmen nō esse Iuuenalis, nec oīno inserendū, neq; enim sensum elicias, nisi extrinsecus subaudias monet, vt sit sensus. Et q monet p̄rimonio cōduplicari p fraudes. Totas effundit hēnas curriculo, metaphora sumpta est ab Auriga q currētibus equis in circo habenas relaxat.i. pater remittit habenas filio.i. oēm potestatē facit, vt p oēs auaricię cāpos currat & vaget. Curriculo.i. adolescēte p extremas sordes currēti. Sic Virgi. Currū pro equo posuit, Infrenāt alii currus.i. equos. Et alibi, Nec audit currus habenas.i. ipsi equi nō audiūt habenas, & alibi domitāt in puluere currus.i. equos sub curribus. Quem, adolescentē filium tuū. Si renoces, si velis reuocare a cursu acqrendi.i. ne tanta auaricia laboret. Subsistere nescit, nescit finē facere. Rapitur, fertur pceps in pfundā auariciā, pstat aūt in trāslatione aurigę currētis in circo. Te contēpto & metis relictis, te contēpto q reuoces, nā te contēnit si eum dimoueas a cursu suo. Metis relictis tanto inqt auaricię impetu fert, vt nullū sibi terminū, aut finē faciat, sed oēs ptereat more aurigę q in circo metas, (vt debet) nō lustrat sed cursu pterit. Nam in circo duę erant metę, de qbus diximus illic, Spaciū lustrabit vtrūq; metarum. circū quas ferebant aurigę, septē aūt curricula ludorum circensiū solēnia fuisse docet Gelius lib. iii. cap. x. de qbus sic. Proper. Haud prius infecto deposcit p̄mia cursu. Septima q̃ metam triuerit arte rota. Ordo aū test. Et spoliare doces et

currus p eqs

Metę duę in circo

Acquirenda putes, breuior via conferet illi.
Nullus enim magni sceleris labor hęc ego nūq̃
Mandaui dices olim nec talia suasi,
Mentis causa malę tamen est & origo penes te.
Nam quisquis magni census pręcepit amorem
Et leno monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicari,
Dat libertatem. & totas effundit habenas
Curriculo quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, adeo indulgent sibi latius ipsi
Q uum dicis iuueni stultum qui donet amico,
Q ui paupertatem leuet, attollatq; propinqui,
Et spoliare doces, & circūscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere, quarum amor in te ē,
Q uantus erat patrię deciorum in pectore qnātū
Dilexit thebas (si gręcia vera) menoeceus,
In quarum sulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis nascūt, & horrida bella capessunt
Continuo, tanquā & tubicen surrexerit vna
Ergo ignem cuius scintillas ipse dedisti
Flagrantem & late rapientem cuncta videbis,
Nec tibi parcetur misero, trepidūq; magistrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus
Nota mathematicis genesis tua, sed graue tar-
Expectare colos, morieris stamine nondū (das
Abrupto, iam nunc obstas, & vota moraris,
Iam torquet iuuenē longa & ceruina senectus.
Ocyus archigenē quęre, atq; eme qd mitridates
Composuit, si vis aliam decerpere ficum,
Atq; alias tractare rosas, medicamē habēdū est,
Sorbere ante cibū qd debeat aut pater aut rex.
Mōstro voluptatem egregiā, cui nulla theatra
Nulla ęquare queas pretoris pulpita lauti,
Si spectas quanto capitis discrimine constant
Incrementa domus, ęrata multus in arca

circūscribere & cętera. Quū dicis iuueni stultū, sensus est. pater causa est, vt filius nullū opus liberalitatis exerceat, sed potius vt spoliet & decipiat quū dicit illum stultū esse q donet amico suo, & q ppinquo pauperi subueniat. Circūscribere, decipere. tractū est vocabulū ab iis q longo scripturę amfractu hominem circūligant. Quarum amor.i. quarum diuitiarum studiū est in te patre tm̄ quantū fuit deciorum in patriā. In pectore deciorum, hoc est patris & filii, quorum vterq; p patria sed deuouit. P. eni Decius pater cōsul bello latino collega Manlio Torquato positis apud vescerim fluuiū castris, quū vtriq; consuli somnio obuenisset eos victores futuros quorum dux in p̄lio cecidisset, quū collato cū collega somnio cōuenisset, vt cuius cornu in acie laboraret, iis diis se manibus voueret, inclinante sua pte, secū hostes per Valeriū pōtificē diis manibus deuouit, impetu in hostes facto victoriam suis reliqt. P. aūt Decius filius quarto cōsulatu cū Fabio maximo. quū Galli, Sānites, Vmbri, Tusci cōtra Romanos cōspirassent, vbi exercitu in aciem ducto & cornu inclinante exemplū patris imitatus aduocato. M. Liuio pontifice hastę insistens & solēnia verba respōdens se & hostes diis manibus deuouit. Impetu in hostes facto victoriā suis reliquit, corpus a collega laudatum magnifice sepultū est. Menœceus, menœceus Thebanus fuit Creontis filius, q quū cognouisset p tyresiā vatem thebas semp liberas fore & nunq̃ capi posse, si se voluntarię morti exponeret, libens e mœnibus trāsfixo pectore sup hostes sese iecit inscio p̄re. Hęc ex Papinii lib. x. Thebaidos. De cuius nece sic tradit. Sāguine tūc spargit turres & mœnia lustrat, Seq; sup medias acies nōdū ense remisso iecit, & in sęuos cadere est conatus achiuos. Cic. ēt in. i. Tuscula. sic scribit, Menœceus vero nō ptermittit qui oraculo edito largitus est p̄rię suū sanguinē.

De deciis

Menœceus

Si gręcia est vera, hoc tanq̃ fabulosum cōmemorat. Nā gręci innumerabiles h̄nt fabulas. Vnde illud est. Et qcqd gręcia mendax Audet in historia. vñ Cice. in. i. de legibus. Pli. lib. viii. ca. xxi. Mirū est q̃ pcedat gręcia cedulis, nullam tā impudens mendaciū est, vt teste careat. In quarum sulcis, fabulosam illā Cadmi historiā tangit, vt thebas patriā Menœcei designet. Cadmus. n. Agenoris filius quū post raptū Europę sororis in Boeotia desedisset, ędificatisq; thebis quosdā ex sociis misisset qui ad rē diuinā aquā afferrent, nec ii redirent, ipse pfectus cōperit eos a serpēte iuxta fontē stabulante deuoratos, quē quū mirabūdus spectaret audiuit vocē fore, vt ipse quoq; serpens spectaret, qd' postea accidit in extrema senectute, nā ipse vna cū vxore i serpentē cōuersus est. occiso igit eo serpente eius dentes accepto oraculo seuit, ex qbus hoies armati orti sunt, q oēs statim se mutuis vulneribus cōfoderūt pter septem q Cadmo se iunxerūt. Tanq̃ & tubicen surrexerit vna, tāto qdem cū impetu arma inter se destruxerūt, vt putes ad id certamen tubicine excitatos fuisse.

Cadmus

Ergo ignē, sensus est. Filius tuus cui principia & semina auaricię ostēdit in tantā cupiditatis rabiem missus est, vt oēs quoscunq; possit spoliaturus sit, sed nec tu ipse tutus eris, te. n. interficiet quasi q cupiditati suę obstes. Ignem, rabiem illam & ardorem acquirendi.i. ipsum filium tuū feruenti cupiditate accensum, Cuius scintillas, cuius tu semina & pncipia dedisti. Leo alūnus.i. filius tuus quē hoc modo aluisti te magno fremitu occidet. Trepidū magistrū, alludit ad historiā sui tēporis. Nam leo mansuetus tēporibus Domitiani i theatro magistrū a quo fuerat educatus lacerauit. Mart. Lesrat ingrato leo perfidus ore magistrum. In cauea, septa quibus ferę coercentur, caueę dicunt Horatius Ac velut vrsus obiectos caueę valuit si frāgere clatros, Cicero ad Herenniū. Statim sicut e cauea leo missus, aut aliqua teterrima belua soluta ex cathenis volutabit et vagabitur. qua similitudine cauea item appellatur ipsum amphitheatrum. Apuleius in asino aureo. Venus ecce cum magno fauore caueę in ipso meditullio scenę circunfuso populo constitit. Valerius flaccus in quarto argonauticō de polluce loquēs sic inquit. Nam nec ad A elei pugnā videt ora parentis, Nec sonat oebalius caueę fauor. Plautus in amphytrione, vt cōquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus.

Cauea

Nota mathematicis, est velut respōsio poetę ad patrem dicentem nondū mortis suę tēpus aduenisse, vt mathematici affirmauerūt, vt dicat Scio genesim tuam notā esse mathematicis, ac si dicat scio longam tibi a mathematicis vitam pmitti, sed molestum est filio expectare tantā mortis tuę dilationē, te enim interficiet ante tempus tibi a fatis statuū. Mathematicis, mathematici nō solum astrorum periti dicuntur, sed & qui arthmeticę musicę, & geometrię rationem callent. Nam siderali scientia freti multis futura pdicebāt μαθηματα enim grece, disciplinę dicuntur latinę. Genesis tua.i. genitura tua, & quid proinde de te futurum sit. Nam hi hominū natiuitatis & horoscopum contemplantes multa, vt diximus futura pdicebant, vnde Tranquillus in Tito. Dicitur etiam cognita vtriusq; genitura imminere ambobus periculum affirmasse. Idem in Caligula. Consulenti quoq; de genitura sua Sulla mathematicus certissimam necem appropinquare affirmauit. Tardas colos, tardam mortem. nam nimis diu viuere ei videris, & cupit te ante tēpus mori, vnde & Ouidius, Filius ante diem patrios inquirit i annos. Colos, stamina parcarum quibus vita hominis disponitur. Iam nunc obstas, impedimento es filio tuo quippe qui videaris diu viuendo bona domestica atterere, & sit ostendit adolescentem instructum auaricia in omne scelus ruere.

Mathematici

Senectus ceruina, idest longa qualis ceruis attribuitur. Plinius. Vita ceruis in confesso longa post centum annos, aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexāder magnus addiderat adopertis iam cute in magna obesitate. Archigenem hoc est medicum, nam Archigenes nomē est medici de quo supra. Aduocat Archigenē. pro quo omnem medicum itelligit. Ocyus quęre.i. medicum cito fac conuenias, vt tibi aduersus filii venena tradat aliquod antidotum. Mitridates composuit, idest antidotum, quale sibi mitridates rex ponti conficiebat aduersus venena efficacissimum, eius compositionem in cōmentario ipsius manu scriptā inuenit Pompeius in eius sanctariis, vt docet Pli. lib. xxiii. ca. ix. ex duabus nucibus siccis, itē ficis totidē & rutę foliis. xx. simul tritis, addito salis grano, & q hoc ieiunus sumat nullum venenū nociturū illo die. Sed de hoc plura in fine sextę satyrę.

Antidotū

Si vis aliam decerpere ficū, ordo est. Medicamen est tibi habēdum quodaut pater, aut rex debeat sorbere ante cibū si vis decerpere & cętera. Quod, p quale tā debeat bibere pater q̃ rex, nā ita patri timēdū est aduersus insidias filiorum q̃ regi aduersus ciuium & domesticorum, vt ondat patres nō magis esse tutos ab insidiis filiorum q̃ qui regnum possidet ab insidiis ciuium, sicq; notat scelera sui temporis. Ante cibum, vt remedium aduersus venenum. Aliam ficum, idest alium autūnum, ac per hoc alium annum viuere. Monstro voluptatē egregiam, ait poeta in contenptum auari, maiorem voluptatem capi ex laboribus & anxietate eius dum se multis periculis exponunt causa lucri, q̃ ex ludis theatralibus & scęnicis. Nulla theatra, nullos ludos theatrales q ad hoium voluptatē parantur. Nulla pulpita, nullos ludos scęnicos. Nā in scęna pulpita extruebant, vñ alibi. Haud tñ inuideas vati quē pulpita pascūt. lege Victru. Lauti ptoris, ad ornatū triūphalē respexit. Nam ptor ludis theatralibus habitu triūphātis perat. Vñ superius. Quid si vidisset ptorem in curribus altis In tunica Iouis. Q uāto discrimine, si cōsideras pericula qbus se obiicit dū studet rē domesticā augere. Multus fiscus, expositio est.i. multus sacculus. Nā vt alibi diximus auctore Pediano Sportę, sportulę sportellę nūmorum sūt receptacula & sacci, sacculi, sacelli & crumenę & vellerę & scortę & māticę & marsupia, ita fisci fiscinę fiscellę. Fiscū aūt pprie pecunię pncipis eē ondit Pli. in panegyricis his ṽbis. At fortasse nō eadē seueritate fiscū q̃ ęrariū cohibes, imo tanto maiore, q̃o plus tibi licere de tuo q̃ de publico credis. De fisco plura diximus in. iiii. satyra.

Fiscus

Nummi ponendi ad castora vigilem, excitat auari ostendit qui multis sudoribus et periculis vite pecunias acquirat, quas sepe solet amittere depositas apd trapezitas irruentibus furibus. Vigilem propter custodes, qui tempore noctis excubarent metu furum. Ad castora. i. apud mensarios qui erat in foro vbi erat edes castoris. Ibi enī apud nūmularios deponebāt pecunias suas quo tutiores essent, quod nostris etiā tēporibus fieri videmus venetiis, Hocq; etiā apd priscos factitatum docet multis in locis Plautus tum illic ī captiuis. Ibo intro, atq; intus subducam ratiunculā quātillum argēti mihi apd trapezitam siet. Aedem autem castoris et pollucis fuisse in foro ostēdit Dionysius sic. Huius autē inopinate admirabilisq; apparitionis, cum signa adhuc Rome multa, tum vero est edes Pollucis et castoris, quam super foro extruxit ciuitas vbi visa sunt illorum simulacra. Ex quo mars scribit Trāquillus Augustum publica opera plurima extruxisse, ex quibus precipua fo-
Aedes castorū cum ede martis vltoris fori extruendi causa fuit homi-
Aedes Marti num et iudiciorum multitudo que videbatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. Aedem marti bellophilippensi vltione paterna suscepto nouerat. Tēporibus igitur poete nūmularii qui in foro residebant spoliati omnem pecuniam apud se depositam amiserūt adeo vt dicat poeta iam ex quo fo-martis spoliatum est pecunia ad alterum fo-castoris eē deponendas. Galeam quoq; perdidit, nam fures quū Nummularios dirriperent ne ipsi quidem marti pepercerunt nam ei insignia sua abstulerūt. Ergo omnia flore, quum ergo inquit tu variis laborum et periculorum fluctibus anari vita agitetur potes relinquere ludos florares. Cereris ꝛ megalesia cos ex quibus non tantam spectandi voluptatem capies quantam ex negotiis ꝛ in cōmodis anari. Omnia
Flora lia aulea, omnes ludos theatrales, in quibus aulea tenduntꝛ alia vela cum ad arcendum solem, tunc ad decorandos ludorum apparatus. Flore, flora quū opes imensas questu meretritio acquisiuisset populum ro. moriens heredem reliquit cum magna pecunia, ex cuius annuo foenore suus natalis dies celebraretur editione ludorum quos appellant floralia. De his multa Lactantius ꝛ nos apud Persium illic. Nostra vt floralia possint apricī meminisse senes. Ludi autem voluptuarii erāt et iocosi et cum omni lasciuia celebrabantur cōuenīcti memorię meretricis, nam prēter licentiam verborum quibus omnis obscenitas effunditur exuuntur etiā vestibus populo flagitante meretrices. De quibus meminit et valerius li. ii. ca. de maieastate. Cato ē ludos floriales spectante populus vt mimę nudarentur postulare erubuit. Martialis, Nosses iocosę dulce cum sacrum florę, cur in theatrum cato scuere venisti? Et cereris, hoc est ludos cereris, que cerealia dicuntur, qui in circo currentibus eqs
Cereali celebrabantur. Cor. Tacitus. Vtq; circensium cerealium
lia ludicrum pluribus equitum cursibus celebraretur, Omi
Megalesia dius in. iiii. fastorum. Circus erit pompa celeber numeroq; deorum. Primaq; ventosis palma petetur equis.

Hic cereris ludi, non est opus indice causę. De ludis circensibus celebratis in honorem cereris et cybeles multa diximus in tertia satyra illic si potes auelli circensibus. Aluea cibeles, ludos in honorem cybeles magne matris deum dictos megalesiacos ατοτησ μεγαλησ μητρος hoc est a magna matre, quos instituit iunius Brutus extructa ede in palatio. auctor liuius libro. vi. de bello macedonico.

Fiscus ē ad vigilē ponendi castora nummi,
Ex quo mars vltor galeam quoq; pdidit et res
Non potuit seruare suas, ergo omnia floræ
Etcereris licet, ē cybeles aulæa relinquas,
Tanto maiores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora? quiq; solent rectū descendere funem,
Quā tu coritia semper qui puppe moraris,

Tanto maiores, licet inquit ex huiusmodi ludis summa capiatur voluptas tamen eos potest relinquere, quia humana negotia maiores sunt ludi et maior delectatio spectandi vt sit ordo. humana negotia sunt tāto maiores ludi ac si dicat multo maiores ludi et maior voluptas. An magis oblectant, comparatiōe ost. dit minorem capi delectationem ex artibus ludicris q̄ ex vita anari. Nam quum eius negotia contemplaris habebis quod multum rideas, quod q; te plurimum delectet. hęc aūt interrogatio q̄ affirmatiue fit vim habet negandi, vt interemi hominem. i. non interemi, contra quę negatiue profertur, affirmat vt nō cępi hostem. i. cępi. est aūt sensus. An maiorem affert voluptatem petaurus in theatro quū corpus suū iacit per circulos vel funambulus qui graditur per funē, q̄ tuo anare qui nauigas pp opes maiore periculo vitę q̄ petaurus et funambulus ludant in theatris. Iactata, immissa per circulos vt videt significare. Mart. quid sp graciles vias petauri inuitū iubeas subire ladā? Et alibi. Quam rota transmisso totiens impacta petauro. Vbi Petauclare ostendit petaurum nihil aliud significare q̄ illum rus qui se transmittit per rotam hoc est per circulum im- Petaupactum humi, nam per circulum admodum angustum agiliter transuolat precedentibus manibus cum reliqua corporis parte, ita vt circulum non tangat ꝛ in pedes prosiliat tanta est corporis agilitas, quod aliquando me vidisse memini, Nonius ait a veteribus appellatos petauristas q saltibus vel scoenis leuioribus monerē tur. Varro de vita patrū. li. ii. Galli et germani petauristę ατεταζω qđ est extendo ꝛ pādo, vel ατετω quod ē volo ꝛ αυρα, aura videt. n. p aere volare. Descēdere finem periphrasis est funambuli qui per fines ambulat, idem funerepus nominatur ab Apuleio a fune ꝛ repo
Funā gręce Schœnobates dicitur. Puppecoritia, id est li. i. na- bulus
ue errabunda ꝛ propemodum predatoria quum omni Funere
contempto periculo lucra huc ꝛ illuc nauigando secta pus
ris, quo more errant pirate cilices, sicq; auarum lucri stu- Schœ
dio tāq; pirata vult intelligi. Cilices. n pirate fuerūt sęnobates
simi quos Pōpe. itra q̄dragesimū die penitus sustulit. Coritios aūt appellauit a Corico oppido cilitię, eiusdē nois ē pmōtoriū ꝛ portus ꝛ antrū. Illic optimū crocum habet vt docet Pli. coriciū ēt antrū nymphaꝛ fuit celeberrimū ꝛ formosissimū auctore strabone ī mōte pnaso, Coro vētus ē q vt docet Pli. li. ii. ca. xlix. Flat ab occasu solsticiali quē gręci Argestē vocat. Perditus oi rōne destituus. Mercator a siculis hoc ē q a siculis mercaris. Olētis sacci, mertiū olētiū q̄ saccis i ferciūt, crocū aūt intelligit. Nā sicilia vt auctor ē Strabo frumētū, crocum mel, pecora, pelles, lanas i vrbē mittebat. ꝛ sicaniū crocū appellat Papi. i Syluis. Et tenues arabū respirāt gramie

Passū plume. Siccanitiq; crocis. Passū pīgue ppū ē epitheto passi. est. n. genus vini qđ oli ex creata mittebāt ex vua quā sticā greci, nos apiā et sirpulā appellamus. fit pluribus modis, sed diligentiores vuas siccant sole donec paulo amplius dimidium pondus supersit, sicq; a patiendo sole passum denominatur. Lege Pliniū ꝛ Columellam Varronem ꝛ palladium

Crete antiq; aut nobilis aut longi tēporis quū ibi natus sit ipe iuppiter qui totius mundi moderator habebatur. Insula est in mari egeo centum vrbium vt tradit Plini. clarissima fama, vnde Vir. Creta Iouis magni medio iacet insula pōto. Mons ideus vbi et gētis cunabula nrę. Centum vrbes habitant magnas huberrima regna. Nam illic in Ida iuppiter natus est ꝛ nutritus a nimphis et capra amalthea adhibitis curretibus.

Cretę

Atq; habitas coro semp tollendus ē austro
Perditus a siculis sacci mercator olentis,
Qui gandes pingue antiquæ de littore cretæ
Passum ē municipes iouis aduexisse lagenas
Hic tamen accipiti figens vestigia planta.
Victū illa mercede parat brumamq; famāque
Illa recte canet, tu propter mille talenta
Et centum villas temerarius, aspice portus,
Et plenū magnis trabibus mare, plus hoium ē
In pelago, veniet clasfisquocūq; vocarit (iam
Spes lucri, nec carpathiū getulaq; tantum
Aequora transiliet, sed longe calpe relicta
Audiet herculeo stridentem gurgite solem.
Grande operepreciū est vt tenso folle reuerti
Inde domum possis, tumidaq; superbus aluta
Oceani monstrat, ē iuuenes vidisse marinos.

Municeps iouis. Ex ea patria qua fuit ꝛ Iuppiter. Nam municepis appellant tam poete q̄ oratores eiusdem loci cultores quasi qui idem munus capiant, vñ Vulpia. lib. i. digestorum scribit municipes dici suos cuiusq; ciuitatis ciues vt puta campanos puteolanos. Hic tñ Funambulus inquit qui se periculo vitę exponit, id quidem facit, vt necessaria ad victū et vestitū asequatur. Tu vero anare nulla te impellante necessitate sola habendi libidine agitatur in omne periculum te demittis, ac per hoc colligit funambulum venia esse digniorem qui necessitate non autem cupiditate studium suum tenuere exercet

Hic. s. funambulus Illa mercede quam consequitur a spectatoribus. Caret vitat. Tu ppter mille talenta et centum villas tenerarius. Sēsus est. Funābulus temerarius est vrgente necessitate, sed tu insatiabili cupiditate habendi subiudi ergo extrinsecus es, vt sit temerarius es qui nulla habita peri. culi ratione mari te cōmittis.

Talētū Talenta quod nos talentum, gręci ταλεντον vocāt a pondere et turtina, pondus vero variū fuit. Nam talentum magnum atticum octoginta tres habet libras, parium vero sexaginta auctor, Prisciānus, apud Romanos vero talentum auctore Seruio. Septuaginta fuit librarum. Plinius. ex auctoritate Varronis scribit lib. xxxiii. capite. iii. talentum egyptium pōdo octoginta patere. Erat ptērea talentum rhodium quingentorum denarium. Erat talētum euboicum quattuor milium denario- romanorum. Neapolitanum sex denarium. Syracusanum trium denarium. Aspice portus cum indignatione dictum satyrica, in profundā mortalium anaritiam. Magnis trabibus, magnis nauibus compactis ex trabibus. Persi. Quin trabe fracta. Plus hominum in pelago, si bandi extrinsecus est q̄ in terris, Dictumq; est in detestationem anaritię, cuius impulsu homines in pericula se dimittunt manifestissima. Veniet classis, vnusquisq; non timet eo nauigare vnde alia sit sibi spes lucri. Carpathium mare quod est inter rhodum ꝛ egiptum a Carpatho insula denominatū q̄ vna ē ex Sporadibus. Getula Iybica. nam getula pe est aphrice mauritanię contermina dicta a getulia Vulcani filia. Sed longe calpe relicta sensus est, Etiā in oceanum exibit in gaditano freto. Nam calpe mons est hyspanię qui occurrit nauigantibus in oceanum alto cacumine ad radices habet oppidum Calpen, quod Timosthenes scribit cōditum fuisse ab hercule, Careaꝛolim appellatum Heraclean. Illud autem obseruandum quod et Pri Calpe scianus miratus est lib. vi. Iuuenalē Calpe ablatium corripuisse, quū sit simile hoc nomen penelope Aratbne. Callio pe que nomina nūq; coripiuntur cum. n. littera greca semper in e longā ueratur. Solem stridentem hoc est ex sentētia posidonii, qui auctore straboneait. Solem infinitimis oceani littoribus maiorem occidere i genti strepitu acsi in illo restigūdo pelagus effernescat vnde Statius in genethliaco Lucani. Sūmis oceani vides inundis Stridorem q; rotę cadentis audis. Gurgite herculeo, oceano atlantico quod est extra columnas Herculis, colūnas autem appellant Abilam ꝛ Calpen montes, quibus scis sis oceanus ob occasu solis irrumpens leno latere Europā radit aphricam dextro, atq; inter mauros funditur ꝛ hispaniam. Grande operę precium est, insultat anaro per ironiam. Operę precium, id est voluptuariū ꝛ vtile sumptum ab operariis quibus post opus suane ē premium laboris sui accipere. Tēso folle. i. pleno mar
Abila supio. Alibi ante. Si redat veterem cum tota erugine folAlutalem, Tumida aluta, idē est ideſt plena crumena ex aluta Ocea-facta. Aluta enim pro omni pelle molli accipitur. ni

Oceani monstra ꝛ iuuenes vidisse marinos. scribit mōstra Plin. lib. ix. In oceano gaditano marinum hominem toto corpore absoluta similitudine ascēdere nauigia noctumis tēporibus statimq; degraui quas insederit partes. Item circa littus lugdunensis prouintię trecentas amplius bestias mire varietatis ꝛ magnitudinis a reciprocā te destitutas oceano. preterea legatos vlisiponēsium nūciasse Tiberio Cesari visum auditumq; quodā in specu concha canentem tritonem, ꝛ in littore Santonū elephantes et arietes candore tantum cornibus assimulatis ac nereidas multas visas fuisse. item multa alia monstruoso. Non vnus mentes agitat, plurima inquit sunt
Oreste stultorum genera, alii enim aliis modis in sanium̄t, sed auarus quoq; in sania vexatur quū studio acquirēdi tot se exponat periculis. Ille sororis, oresten intelligit qui post necem maternam tanto furore correptus est, vt Eumenides expauescerent. Nam sibi videbatur videre fiari armatas serpentibus faces intentare ardētes et cum exlectis exilire vellet, eū electa manibus apprehēsum tenebat mox a pilade in tauricam regionem perductus ab Iphigenia sorore sacerdote diane purificatus est. Ex-

Non vnus mentes agitat furor, ille sororis
In manibus vultu eumenidum terretur, & igni,
Hic bone percusso mugire agamẽnona credit,
Aut Ithacũ parcat tunicis licet atq; lacernis
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad summũ latus, & tabula distinguitur vnda,
Quũ sit causa mali tanti, & discriminis huius
Concisum argentũ in titulos, facisq; minutas.
Occurrunt nubes & fulgura, soluite funem
Frumẽti dominus clamat, piperisq; coemptor.
Nihil color hic cęli, nil fascia nigra minatur,
Aestiuum tonat, infelix ac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuq; ꝓmetur
Obrutus, & zonam lęua morsuq; tenebit.
Sed cuius votis modo non suffecerat aurum,
Quod tagus & rutila voluit pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguusq; cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis cura maiore metuq;
Seruantur, misera est magni custodia census.

menidum.i.furias ifernaliũ, dicto est greca nã εὐμενής mité ꝛ beniuolum, vñ per cõtrarium dicimus imites ꝛ malinolas. Et igni.i.facibus ardentibus. Hic bone.i.aiax thelamonius qui superatus in armoꝝ indicio ab Vlysse in furoré est conuersus, ita vt sumpto flagro in boues seuiret, quos per insaniam putabat esse mõ Vlyssem, modo Menelaum, modo Agaménoné, cuius indicio offensus erat Vnde est illud Oratii. Mille ouiũ isanus morti dedit, inclytum Vlyssem, ꝛ Menelaũ vna mecum se occidere clamás. Ithacum, Vlyssem ab ithaca patria dictum. Parcat, sensus é Qui mare conscendit ꝛ nauigat demens oĩno est licet vestimenta sibi non scindat more furiosi. Curatoris eget, ac si dicat ꝛ ille qdem furiosus est qui nauigat. ꝛ proinde curatoris eget. Nam curatores dant non solum pupillis, sed ꝛ furiosis ꝛ prodigis, sed differentia magna, Nam pupilli curatori reꝝ oĩum administratio, duobus reliquis sola custodia, ꝛ reꝝ, quę deteriores futurę sũt, vẽditio cõmittitur hęc Vlpianus, vñ é illud Oratianum de isano. Interdicto huic oẽ adimat ius Pretor, ꝛ ad sanos eat tutela ꝓpinquos, Et tabula distinguit vnda, corrigendus est locus vt legas vnda ꝛ non vda, vt sit sensus, distinguit vnda.i.mari tabula.i.crassitudine tabulę. Causa tanti mali, nã a nũmo prima (vt docet Pli.) est origo auaricię excogitata foenore, quęstuosaq; segnitia. Concisum argentum in titulos, periphrasis est pecunię, quę tota variis est signata imaginibus ꝛ titulis vt pecude vñ pecunia nominata, Iano, naui. victoria, Bigis, quadrigis, ꝛ inde bigati quadrigati ꝛ victoriati nummi dicti, hi autem erant ex argento. Nota eris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis. Lege Plinium lib.xxxiii.capi.iii. Occurrũt nubes, tanta est auari cupiditas vt licet cuncta tempestatem minent, tamen imperet vt nauigetur, posset inquit absterreri occurrentibus nubibus ꝛ fulguribus, sed ille inquit nautis soluite funem. Soluite funé.i.portu exite soluta naui. Fascia nigra, idest nubes quę instar fascię cęlum obnubilat. Aestiuum tonat, non minantur inquit hęc tempestatem, sed tonitrua sunt qualia ęstate, ꝛ nominatiuus est casus absolute positus, vt sit ęstiuum tonat.i. res ęstiua é qualis solet ęstate, sic etiam dicimus cęlum tonat, Virgi. Cęlum tonat omne fragore. Infelix, cum miseratione dictum. Zonamq; tenebit.i.cingulum, greca est dictio. ζώνη. Nec sine ratione ait Zonam teneri, nã priscis temporibus auro monetali Zonę ornabant ita vt magni essent precii, vnde est illud adud Matthęum in euangelio capite x. Nolite possidere aurum neq; argẽtum neq; pecuniam in çonis vestris. ꝛ Diuus Marcus ait in euangelio capi. vi. ꝛ pręcepit eis nequid tolleret in via nisi virgam tantum. non peram, non panem, neq; in çona ęs agus. Gracchus in oratione quam habuit de parsimõia ꝛ pudicitia sua reuersus ex Sardinia. Itaque inquit. Quirites quum Romam profectus sum, çonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Trãquillus in vitelio, çona se aureorum plena circundedit. Apuleius i septimo metamorphosis loquens de quadam plotina sic. Et auro monetali çonis refertis incincta. Aelius Lampridius i vita Alexandri. Miles nõ timet nisi vestitus armatus calciatus ꝛ satur ꝛ habens aliquid in çonula. Lena, Zonam enim tenebit sinistra, dextra vero natabit. Sed cuius votis, Sẽsus est. Auaro cui omne aurum quod vsq; non sufficit, necesse erit facto naufragio contentus sit exiguis pãnis velantibus inguina. Tagus amnis hispanię qui vt tradit Solinus ob arenas auriferas cęteris amnibus prefertur. Pactolus, lydię flauius est ꝛ ipse arenas ferens aureas. Picta tempestate, nam moris erat vt naufragi in tabella ab humeris dependente ferrent pictum naufragium suum mendicantes, vnde Persius, Cantas quum te fracta in trabe pictum Ex humero portes, vnde est apud Philostratum illud dictum cuiusdam cilicis diuitis. Quum diuitię quotidie augescerent propter timorem factus sum diuitiarum seruus ꝛ magnas pecunias per custodiendis diuitiis erogarem ꝛc. Tantis parta malis, idest res partę tantis incommodis, miseram ostẽdit auari solicitudinẽ circa res partas dum timet ne sibi surripiantur. Misera est, miseriarum plena est ꝛ solicitudinum. Custodia magni census. Custodiam ponit ab auctoribus pro carcecariis ꝛ damnatis manifestum est, vnde Sueto. in Tiberio ꝛ in recognoscendis custodiis precanti cuidam poenę maturitatem respõdit nondum tecum in gratiam redii. Vnde apud Iurisconsultos titulo de custodia reoꝝ scriptum est. Si custodia se interfecerit vel ꝓcipitauerit, militis culpę ascribit. Itẽ si custos custodiã interfecerit. Poni ẽt pro ipsa custoditione hoc est obseruatione hoc loco docet poeta, vnde Vale. li. ix. Masanissa rex paꝝ fidei i pectoribus hoĩum retinẽs salutem suã custodia canũ vallauit. Custodio itẽ ponit pro loco vbi quid custodit, vñ Vale. eodem lib. sic scribit. In publica custodia spiritũ posuit ꝛ idẽ in. vi. in publica custodia necari iussit. Pli. lib. xxi. ca. iiii. inde eductam e custodia bibere iussit ilico expirantẽ. Custodia itẽ ponit pro custode, vñ Virgi. in. vi. Cernis custodia qualis vestibulo sedeat Pli. de iuris illustribus sic scribit

Bigati quadrigati Victoriati nũmi

Zona

Aurũ n çõis

Pactolus

Dispositis ꝓdines armis vigilare cohortem
Seruorum noctu licinus iubet, attonitus pro
Electro, signisq; suis. phrygiaq; columna,
Atq; ebore, & lata testudine, dolia nudi
Non ardent cynici, si fregeris altera fiet
Cras domus aut eadẽ plũbo cõmissa manebit.
Sensit Alexander testa cum vidit in illa
Magnũ habitatorem, quantũ felicior hic qui
Nil cuperet, q̃ totum qui sibi posceret orbem,
Passurus gestis ęquanda pericula rebus.
Nullum numen habes si sit prudentia, sed te

Decius intẽpesta nocte per medias custodias somno oppressas icolumis euasit. Tibullus poterat custodia vinci. Dispositis ꝓdines armis, Mendosi codices habent hamis, nos vero correximus armis, auarus.n.dispositis armis res suas custodit, non hamis qđ alii inepte exponũt quibus fures caperent, nam per Synaloephen excludit es sicut apđ Lucretium vbi de odore disserit, Verum aliis alius ꝛ magis est aiantibus aptus. Virgi. in bucco. Ille latus niueũ molli suffultus hiacyntho. Marti. Sardonicas smaragdos adamãtas Iaspidas vno Virg. in geor. Aut ouium foetus aut vrentis culta capellę. Cohortem seruorum, luxuriam Romanoꝝ ostendit qui vt scribit Pli. tantum seruorum numeꝝ alebãt, vt iustum exercitum diceres. Preterea docet nõ alibi grauiores esse curas q̃ vbi maiores opes sunt. Licinus, pro quocunq; diuite ponit. Ná Licinũ diuitẽ fuisse diximus illic. Ego possideo plus pallante ꝛ licinis. De licino itẽ Persius. Nunc licini in cãpos nũc Crassi mittit in ędes, vbi de eo multa recitauimus. Mart. altaq; cũ licinis marmora puluis erunt. Eiusdem meminit Seneca in epistolis. Licinum diuitiis. Apiciũ coenis. Mecoenatem delitiis prouocat. Electro.i. vasis suis ex electro. Est aũt electrum auꝝ habens quintam portionem argenti. Electrum etiam.i.qđ alio noie succinum vocamus, qđ ex arboribus manat hęc Pli. ex cuius auctoritate nos multa an e. Signisq; suis, hoc est statuis. Phrygiaq; colũna.i.ex marmore synadico qđ phrygiũ est vt scribit Stra. ꝛ ꝓciosum. De quo Tibullus. Quidue domus prodest phrygiis innixa columnis. Atq; ebore, pro supellectile ebore ornata. Vsurpabat.n. ebur cum ad lacunaria ornanda tum valuas ꝛ ad alia domus ornamẽta. Propertius. Et valuę lybici nobile dentis opus. Lata testudine, hoc est lectis discubitoriis qui putaminibus testudinum integebãtur. Nam Carbilius pollio auctore Plinio, prodigi ꝛ sagacis ad luxurię instrumenta ingenii instituit testudinum putamina secare in laminas, lectosq; ꝛ repositoria his vestire. Dolia nudi non, ostendit poeta exemplo Diogenis cynici paupertatem hoc est eum qui pauca possideat, ꝛ qui nihil cupiat feliciorem esse diuite auaro, vt sit sensus. Quum multis inquit auarus curis agitet ne res suas ꝓciosas aut furto aut alia ratione amittat Diogenes pauper neq; incẽdiũ neq; aliam calamitatem domicilio suo timet, quod si ẽt accidat leui impensa instaurari statim potest, vt omnino colligat beatioré esse qui modica cupiat q̃ auaꝝ qui insatiabilis est, & multa cupit. Dolia, vasa sunt argillacea non tam vinaria, ꝛ aquaria q̃ olearia. Pli. lib. xv. Dolia olearia cadosq; imbui amurca ne bibant oleum. Terentius. Dolia oia releui. Nudi cynici.i. Diogenis qui ita diuitias contempsit nullam in iis prorsus felicitatem reponens, vt ne quidem ad bibẽdum poculum voluerit, quum natura id ei ꝓstitisset manibus concauis aquam suggerentibus, ꝛ quum datis litteris ad artificẽ (vt scribit Laertius) posceret sibi cellulam, isq; serius id efficeret, dolium pro domo habuerit, vnde illud est in laudem Diogenis apud Senecam. Quomodo oro te cõuenit ꝛ vt Diogenem mireris ꝛ Dędalum? vter ex his sapiens tibi videtur. qui serram commentus est, an ille qui quum vidisset puerum caua manu bibentẽ aquã, fregit protinus exemptum e perula calicem: hac obiurgatione sui, quãdiu homo stultus superuacuas sarcinulas habui? Qui se complicuit in dolio ꝛ in eo cubitauit, vnde ꝛ illud Ausonii. Diogenes cui parua penus, cui dodia sedes Ad manes abiit, cerberus inde vetat. De Cynicis item superiore satyra abũde dictum est illic. Et q nec Cynicos nec stoica dogmata legit. Non ardent, erant enim terrea, vnde sequitur in illa testa. Cõmissa, coniuncta, vnde cõmissuras appellamus iuncturas lapidum. Sensit Alexander, Sẽsus est. Alexãder facile animaduertit quantum felicior esset Diogenes in illa paupertate qa nihil cuperet, q̃ ipse esset qui multa appeteret ꝛ totius mundi imperium affectaret. Ferunt enim eum quum Corinthum venisset, illicq; offendisset Diogenem & ab eo non salutaretur, ad ipsum accessisse, rogantiq; vt si qua sibi ꝓstari vellet indicaret, nunc quidem paululum inquit velim a sole absis, offecerat videlicet apricanti, quibus verbis docuit continentiam suam nullis diuitus superari posse. In illa testa, in illo dolio quod vt diximus argillaceũ erat,

Magnum habitatorem, ipsum Diogenem tam excelllentis animi vtpote qui omnes diuitias prorsus contemneret. Posceret sibi totum orbem. Nam Alexander tanta glorię cupidine flagrauit vt Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti ꝓceptoris innumerabilis mundos referenti Heu me miserum dixerit, q nec vno sum potitus, vnde supius. Vnus pelleo Iuueni nõ sufficit orbis. Passurus, cui adhuc non minora ꝓteritis subeunda essent pericula. Nullum numen habes, hoc superioribus coniungit. Diogenes quum in tanta versabat inopia poterat videri sęuissimis fortunę fluctibus agitari, sed re vera inquit Diogenes tanta fuit animi prudentia vt fortuna quam nos parum prudentes deam facimus, vires suas in eum nunq̃ exercere potuerit quominus esset ꝛ felix ꝛ fortunatissimus. Nam prudentia sua fortunam superauit. Is.n. fortunam superare dicitur cuius vita rationis ductu gubernatur, vñ ostendit Iuuenalis fortunam nullam habere potestatẽ in hominem si rõne vt Diogenes regat. Nullũ numen habes.i. nullam potentiã. Nã numen dicit proprie dei potentia, vt legendũ sit habes ꝛ non abest. Nã sermo é ad fortunã. Si sit prudẽtia.i.si hõ vsu rõnis gubernetur. Nam prudentia virtus est quę in delectu consistit bonorum ꝛ malorum, vt ostendat felicioris vitę viam inuenisse Diogenem per prudentiam quũ fortuna, vt tradit Lactanti. aliud nihil sit q̃ accidẽtium reꝝ subitus atq; inopinatus euentus, vulgus putat fortunã esse quę tribuit bona ꝛ mala hominibus, Cur opinioni a stipulat, ꝛ Salustius q ait sed profecto fortunã in oi re dñat.

Licinus

Electrũ

Dolia

Cõmissurę

Nos facimus fortuna deam, mensura tn̄ quę
Sufficiat census si quis me consulat edam,
Inquantū sitis atq fames, ē frigora poscunt,
Quātum epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quantum socratici coeperunt ante penates,
Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet.
Acribus exemplis videor te claudere, misce
Ergo aliquid de nostris moribus, effice summā
Bis septē ordinibus quā lex dignatur othonis,
Hęc quoq si rugam trahit, extenditq labellum
Sume duos equites, fac tertia quadringenta.
Si non impleui gremium, si panditur vltra
Nec croesi fortuna vnquam, nec persica regna
Sufficient animo, nec diuitię narcissi
Indulsit cęsar cui claudius omnia, cuius
Paruit imperiis vxorem occidere iussus.

Nos facimus te deam, Adeo inquit nos ceci sumus vt si quid nobis vel bene vel secus cesserit fortunę numini assignemus, nec id putemus accidisse, aut prudētia, aut ignorātia nostra. Mensura tamē, verba sunt ad auarū. Si tn̄ inquit vult scire auarus quantū sibi sit appetendū, id appetat quod necessarium tn̄ sit, vt ostēdat illum qui rebus necessariis cōtentus nō sit nullo modo beatū esse posse, quū assiduo cupiditatis fluctu agitetur. Eadem dicam. In quantū.i.tātum sufficit inquantū sitis ⁊ fames ⁊ frigora poscūt, idest victus ⁊ vestitus. Epicure tibi, (Epicurus) Epicurus licet summū bonum poneret in voluptate, tn̄ tenui victu contētus fuit. Nam vt scri. Laertius, aqua tm̄ ⁊ cibario pane cōtentū se esse testatur. Paruis hortis, Nam Athenis vt docet Plin. libro xix. hortos habuit quos primus instituit, vnde ⁊ hortoꝝ magister est appellatus. Nam vsq ad eum moris nō fuerat in oppidis haberi rura. Penates socratici.i. ipse Socrates, ⁊ deinceps secta socratica, q rebus naturę necessariis vixerunt cōtenti. Cœperūt, apphenderūt. Ante, Nam Socrates ante Epicurum fuit. Nunq̄ aliud natura, Diluit ea q̄ sibi obiici poterant ab Auaro, ea.s.q̄ ꝓposuerit ad suadendā frugalitatem eē ex ꝓceptis phię q̄ doceat mediocritatē oibus in rebus eē tenendā, Ait ergo poeta, id etiam naturam dicere qđ ⁊ philosophia dicit, nec vnq̄ naturā a phia discrepare, quę.n.philosophi dicunt a natura oia prompta sunt, ea enim nobis oium virtutū veluti igniculos ⁊ semina dedit, vt qui naturā hoc est prima illa naturę semina secutus fuerit nunq̄ aberrauerit. Est.n.natura, (Natura) vt docet Cicero in libro de natura deorum vis quędā sine ratio ciens motus in corporibus necessarios. Videor te claudere, fortasse inquit videor te efficacibus exēplis ad nimiam te cogere frugalitatē. Idq tibi minime est gratū. Acribus exēplis, efficacibus quę tibi protuli ⁊ Epicuri ⁊ Socratis ad bene honesteq viuendū, homines.n.melius exemplis instituunt. Claudere, cogere. Misce ergo, cum indignatione dr̄ hęc a poeta, si ꝓcepta inquit mea ⁊ exempla tibi grata non sunt, sequere ergo affectus ⁊ mores humanos, q sunt vt hęc bona tēporalia omni studio sequamur ⁊ diuitias cōparemus. Sic ⁊ Persius indignatus in auarum quē insatiabilem videt exclamat. Vende animā lucro, mercare atq excute solers, Omne latus mūdi ne sit te ditior alter. Misce, tracta, agita. De moribus nostris, ſm mores nostros ⁊ affectus humanos, q illuc omnino tendere videntur, vt opes comparentur. Effice summam, compara tibi quadringenta sestertia quā summā q habebat eques erat Romanus, ⁊ in.xiiii. gradu Theatri poterat sedere, de qua re plura diuersis locis, sed maxime diximus illic. Sic libitum vano qui nos distinxit Othoni, Est autem ordo, Effice summā, quā lex Othonis dignatur bis septem ordinibus, hoc est quā summā facit dignam quatuordecim gradibus. Bis septem ordinibus, idest quatuordecim gradibus Theatri. Lex Othonis, legē enim tulerat Roscius otho, vt diximus superius nequis in quatuordecim gradibus sederet, nisi qui summā quadringentoꝝ sestertium haberet. Hęc quoq, idest si hęc summa adhuc tibi satis nō est sume tibi sūmā duorum equitū, ē id si paꝝ tibi videtur sume triū. Sed hoc te volo scire illum nulla diuitiaꝝ magnitudine expleri posse qui rebus necessariis n̄ sit cōtentus, iuxta illud Claudiani libro primo in Ruffinum, Semper inops quicunq cupit. Et rugam trahit, metaphora sumpta a sacco qui quū plenus non sit rugam trahit. Imitatio est Persii. Iam decies iā mihi quarto, iam redit in rugam. Extenditq labellum, sumptū ab iis qui tanq̄ famelici labra oris extēdunt ad cibum capiendū. Duos equites, censum duoꝝ equitū.i.octingēta sestertia. Fac tertia, si adhuc octingentis sestertiis non es cōtentus sume mille ⁊ ducenta, vt sit summa trium equitū. Sed (vt dixi) hęc cum stomacho sunt legenda. Si non impleui gremiū, hęc cum inferioribus coniūguntur, vt sit sensus. Si adhuc nō potui te his diuitiis saciare, vt adhuc alias velis, nec fortuna vnq̄ croesi, nec regna persica, nec diuitię Narcissi sufficient aio tuo.i.nulla opum magnitudo poterit aium tuū explere, bene aūt aium dixit, animus enim homines diuites nō arca facit, ⁊ ita ostendit auarū insatiabilem penitus esse. Gremium, perstat in metaphora vestis. Si panditur.s.gremiū. Vltra.i. si adhuc plura q̄ris. Fortuna croesi. Hic est ille Croesus lydoꝝ rex. De quo plura diximus in decima satyra illic. Regem transeo ponti ⁊ Croesum. Regna persica, Diuitię persicę. Reges.n.persaꝝ quales fuere Xerxes ⁊ Cyrrus mira extitere potentia opibusq amplissimis.

Diuitię Narcissi, libertoꝝ duos ꝓcipue suspexit Claudius Cęsar Narcissum ⁊ pallantem decreto quoq senatus non ꝓmiis modo ingenuibus, sed ⁊ q̄storiis ꝓtoriisq ornamētis ornari libēter passus est, tm̄ pterea acquirere ⁊ rapere, vt quęrente eo quondā de fisci exiguitate non absurde sit dictū abūdaturū si a duobus libertis in consortiū reciperet. De iis Tranquillus ⁊ Tacitus meminerunt. Indulsit oia, cōcessit ⁊ permisit oia. Nam vt dixi multis rapinis locupletati sunt. Cuius imperiis.s. Narcissi, vt sit ordo Cuius iperiis Claudius paruit iussus occidere Messalinam vxorem, vt ostēdat tanta auctoritate Narcissum fuisse apud Imperatorem, vt quodammodo videretur ipsi principi imperare. Nam ei auctor fuit, vt vxorem interficeret deprehensam in adulterio cum Silio, cui daturus erat veniam, nisi Narcissus cędem ei maturauisset immissis centurionibus ⁊ tribuno, cuius ictu ⁊ transfixa est in hortis Lucullianis.

SATYRA.xv.ad Volusium Bithinicum de feritate ęgyptiorum.

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra.xv.

QVIS nescit Volusi Bithinice qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hęc, illa pauet saturam serpentibus ibim.
Effigies sacri nitet aurea cercopi theci,
Dimidio magicę resonant vbi mēnone chordę,
Atq vetus thebe centum iacet obruta portis.

QVIS nescit Volusi. Hac Satyra Volusium Bithinicum amicum suum alloquitur detestans non sine quadam miseratione odiū mutuum ⁊ feritatem ęgyptiorum, quos ait tanta animorum dissensione inter sese sęuire, vt calcata omni humanitate in mutuam perniciem ruant, vnguibusq ē dentibus se lacerent ⁊ absumant, causamq tāti odii ostendit esse ex diuersa superstitiōe ⁊ multiplici deorum cultu, simulq ridet eorum supstitiōem qui animalia bruta colant ⁊ homines necent ⁊ comedant. Satyra inscribitur de feritate ęgyptiorū. Cur aūt animalia diuinis colerentur honoribus inter alias causas hęc maxime traditur. Multitudine enim aiunt crebro in reges magno insurgente consensu, diuersoꝝ animalium cultum diuersis ciuitatibus a quodam rege statutum fuisse, vt dū singuli religionem reuereñt suam, ⁊ cęteroꝝ contēnūt non possent vniuersi in vnum ęgyptii conspirare. Alii inter quos Ouidius rem ad fabula referētes aiunt deos gigantum impetum fugientes in ęgyptum vsq venisse, ibiq mentitis figuris in varia se cōuertisse animalia, vnde factum est, vt ęgyptii diuersa pro diis animalia colant. Qualia portenta. Nam ęgyptii vniuersi colūt quędā aīalia queadmodū ex terrestribus tria Bouē, canē, felē, Ex volatilibus accipitrē atq ibim. Ex aq̄tilibus duo lepidotū piscē ⁊ oxyrynchū. Sunt alia quę quisq seorsum colit, vt Saitę ⁊ Thebani ouē. Latū vero q piscis qdā est in nilo Latopolitani. Cepū Babylonii q sunt iuxta mēphim. Caprā ⁊ hircum Mendesii, Mutē. Araneū Athribitę Aqlā thebani, Itē alii aliud. Itaq ęgyptioꝝ mentibus adeo superstitio hęc inhęsit vt ꝓmente aliquando ęgyptios famę plures ab humana carne ob inopiam cibi non abstinerent, animalia sacra intacta relinquerēt. De quo cultu sic meminit. Et Cicero in.v. Thusc. Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutę mentes prauitatis erroribus quāuis carnificinā prius subierint q̄ ibim aut aspidem aut felem aut canē aut crocodilum violent. Quoꝝ etiam si imprudentes quippiam fecerint pœnam nullam recusent, vñ Quū quidam etiam Romanus felem per imprudentiam occidisset ad domum eius a plebe concursum est, neq ab regiis ad id missis principibus neq Romanorum timore a pœna hominis absterreri potuerunt. Demens, bene demens vt quę bruta tanq̄ deos adoret in homines impie sęuiat, ⁊ ita auget inuidiam feritatis eorum q vilissimis animalibus summam religionem ⁊ cultū diuinum exhibeant ⁊ homines crudelissime necent. Aegyptus, prima ps. Asię ęgyptus est inter Catabathmō (Aegyptus) ē Arabas, ęthiopiam cōtingit, ad meridiem refugit, terra expers imbrium, mire tamen fertilis. Crocodilon, Animal est quadrupedes specie lacertę ⁊ in terra ⁊ i flumine pariter valet, linguā non habet, maxillam mouet superiorem, oua similia anserinis edit, ad sexdecim cubitorum longitudinem crescit, vt alii tradūt q̄diu viuit. Crocodilos primus Romam. M. Scaurus inuexit. (Crocodilus) De eo multa scribunt Plinius Strabo, Diodorus, Solinus, Herodotus ⁊ Apuleius. Pars hęc.i.illi qui apud Meridiem lacum habitant. Nam ab iis auctore Diodoro colitur Crocodilus, colitur etiam a Combitis vt paulo post dicemus. Sed quū Crocodilus hominē interimat edatq, mirātur multi quare colat, Sed hęc videtur ratio, quia toti patrię securitatē nō solum nilus afferre videtur, sed ⁊ qui in eo sunt Crocodilli, quos Arabię libięq latrones veriti non audent flumē trāsire populatum. Ibim saturam serpētibus, ibis (Ibis) auis ē peculiaris ęgypti circa ripas nili, ea serpentium populat oua gratissimamq ex his escā nidis suis defert. Sicq ꝓuentus foetuū noxioꝝ rarescūt. Serpentes deuorant, quo merito sacrę sunt ⁊ illesę. Demoni aūt cui Ibis dicata est nomen est Teuthi, qui primus vt scribit Plato in phœdro numeꝝ ⁊ cōparationē īuenisse ferī numeroꝝ, geometriāq ⁊ astronomiā, taloꝝ rursus aleaꝝ ludos ⁊ literas. Cercopitheci, Cercopithecus simia caudata est, κέρκος enim caudā significat ⁊ (Cercopithecus) πίθηκος simiā. Nam vt scribit Pli. simię iter se caudis distinguunt. Cercopithecos ait esse nigris capitibus pilo, q asini, iuxta Nilū scribit Soli. multos simios nasci, ⁊ Cercopithecos adorari in Arabia ad Memnoniū. Nitet, splendet.s.illic. Vbi resonant Dimidio mēnone, Thebas intelligit vrbē ęgypti quę postea diospolis appellata est, centū portaꝝ fuit. Ad quā cōmertia arabes vndiq gentium subuehunt. huic regio thebaica dicta, (Thebę ęgyptię) Strabo. ipe vicatim hītabat, ita vt ps altera in Arabia esset altera pars in vlteriore ripa, vbi Memnoniū erat.i. sepultū Mēnonis, illic duo erant colossi ex integris lapi- (Mēnonis statua) dibus inter se propinqui, quoꝝ alter mutilatus erat ⁊ dimidiatus ruina superioris partis, In cuius basi exaudiebatur quotidie sonitus quidā ignota cā. Strabo ait li. vii. se illic affuisse cum Helio gallo ⁊ sonitum esse factū, sed se ignorare cām ⁊ auctorē, nec posse credere id ex cōpositione lapidū nullo īpulsore fieri, de hoc ēt Pli. sic meminit lib, xxxvi. Non absimilis illi narratur in thebis delubro serapis vtputo Mēnonis statua dicatus, quē quotidiano solis ortu contactū radiis crepare dicunt.i. crepitum facere. Dimidio Mēnone.i. dimidiata ē mutilata statua Mēnonis. Resonant, crepant. Cordę magicę.i. sonitus qui putatur fieri arte magica, nulla alia extante cā. Vetus thebe, grece dixit, vnde singularē numeꝝ posuit, sicut Virgi.in.v. Micene posuit numero sinulari. Depnsus ⁊ vrbe Micene Silius. Ante Agamēnoniā gratissima tecta Micenen. Et fit Thebe thebas sicut Penelope penelopes. Thebas in ęgypto condidit Busiris, quoꝝ mœnia cōplexa erant centū quadraginta stadia centū portas, siue vt alii aiunt, centū aulas hn̄t, totidem olim pricipū domos, solitasq singulas vbi negociū exegerat dena armatoꝝ milia effundere. De qbus Plinius, Strabo, Diodorus, Solinus, Homerus, ⁊ Mella. Centū obruta portis, Nam euerse erat vt scribit Stra. Centū

portis,pro centũ portaꝝ quas vt diximus habuit, quę in Boeotia fuerunt,septẽ tm̃ habuerũt, vñ Home. Quis centum portę portaꝝ quāq, ducenti Sublimes in equis boes ꝛ curribus erranti. Illic cęruleos,in alia ingt parte ęgypti tota oppida venerant pisces marinos vt lepidotum ꝛ oxyrynchũ. Hic piscem fluminis.i. apud Latopolitanos qui vt diximus Latum piscem Nili colunt, aut Babyloni os qui cepum piscẽ adorãt. Oppida tota, vniuersa vt diximus ęgyptus canẽ Bonẽ ꝛ felem colit, sed tanto cultu canem vt auctore Herodoto tota domus in qua canis extinguatur acta lamentatione toto corpore radat,qđ indiciũ est maximi apud illos luctus. Hocq, id facere videnť q canis cum venatibus tum custodię domestię aptus est,propterea deum qui apud eos Anubis vocatur capite fingunt canino, significantes custodem corporis osiridis atq, Isidis fuisse, vnde Ouid. lib. ix.meta.loquẽs de comitibus Isidis sic ingt, Cum qua latrator Anubis.De eo multa Diodorus ꝛ Herodotus ꝛ Eusebius de ꝓparatione euangelica. Nemo Dianam. Hoc dictum est ſtomacho,colunt inquit canẽ quo vtiť Diana in venationibus,ipſam vero deã negligũt. Scribit tñ Herodo,lib.ii.Bubastim coli ab ęgyptiis q̃ apud gręcos Diana appellať in vrbe Bubasti tẽplo oĩum maxime memorabili ꝛ aspectu in circũdissimo, vñ Ouid.ix.meta. Sanctaq, Bubastis,variisq, coloribus apis,dicta aũt Diana auctore Cicero.in lib.de na. deoꝝ q̃ nocte quasi diem efficeret. Porꝝ ꝛ cepe,Tradit Diodorus ęgyptios vtilitatis cã abstinere alios faba. Lente alios,nonnullos caseo, alios cepis ꝛ porris. Gelius aũt aitea cãm ab sacerdotibus ęgyptiis affirmari cæ pelusiotę cepe non edant,quia solũ oleꝝ oĩum cõtra lunę auctа atq, dãna vices minuendi ꝛ augẽdi habeat cõtrarias.Pli. lib.xix.cap.v. Aliũ.Cepasq, inter deos iureiurando hẽt ęgyptus. O sanctas gentes, Acclamatio per derisum in ſtultã superstitionẽ ęgyptioꝝ q olera ꝛ bruta vt numina colant ꝛ non edant,carnibus vero humanis vescanť. Aialibus Lanatis. Ouẽ.n. vt diximus Saitę ꝛ Thebani colũt hac rõne q̃ bis pariat, ꝛ lanicio velamẽta corpori,lacte vero ꝛ caseo alimenta ꝑstet. Fœtũ capellę, Capra ꝛ hircus apud Mendesios colunť. Carnibus humanis,hinc exit oĩs poetę indignatio, comedũt inquit carnes humanas tanq̃ fis sit. Attonito quum, Vlysses post euersum Ilion quũ in patriã rediret decem annis ꝑ mare agitatus,nauę amissa naufragus ꝛ nudus in Corcyrã insulã ad phęaces adnatauit, nudũ inuenit frondibus opertũ Nausica filia Alcinio regis,quę veste donatũ ad patrem perduxit,is sup̃ cœnã Alcinoo ꝛ cęteris cõuiuis narrabat cursum ꝛ errores suoꝝ ꝛ vt primum ab Ilio ꝑfectus peruenisset ad Ciconas populos in Thraciam,deinde ad Lothophagos in Aphricã,ad Lestrigonas in cãpaniam vbi socium absumꝑsit Antiphates,ad Cyclopas i Siciliã, e quibus vnus fuisset Polyphemus Neptuni filius,cuius fabulã supius enarrauimus Phęaces deniq, multis eũ opibus donatum in Ithacã deduxerunt,xx.anno postq̃ in bellum Troianũ ꝓfectus fuerat Sensus ergo est.Vlysses quũ Alcinoo regi sup̃ cœnã narraret tale scelus.i.hoes fuisse absumptos ab Antiphate ꝛ Polyphemo,qui aderant partim vt rẽ fabulosam ridebant quasi qui ridicula censerent,partim idignabãť, nam Vlysem vt mendacem aretalogũ hẽbãt.

Illic cęruleos,hic piscem fluminis,illic
Oppida tota canem venerantur, nemo dianã.
Porrum ẽ cępe nefas violare ac frãgere morsu.
O sanctas gẽtes,quibus hęc nascunť in hortis
Numina,lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa,nefas illic foetum iugulare capellę,
Carnibus humanis vesci licet, attonito quum
Tale super cœnam facinus nararet Vlysses
Alcinoo,bilem aut risum fortasse quibusdam
Moverat vt mẽdaꝝ aretalogus, in mare nemo
Hunc abicit scęua dignum veraq̃ carybdi,
Fingentẽ immanes Lestrygonas, ẽ cyclopas?

Attonito,mirabundo nouitate rei. Bilẽ mouerat.i.colerã ꝛ indignationẽ. Bilis.n.latinũ ẽ, colera vero grecũ. Aretalogus, is dť qui fingẽdis mendaciis auditores mouet ab arte verboꝝ, Nam ἀρετὴ significat virtutem,ẽ λογος verbum, Et Trangllius scribit Anguſtũ post cœnã aretalogis delectatum,ꝛ Porphyrio ait i.i. sermone Crispinũ ꝑm quendam loquacissimũ,aretalogũ appellatũ fuisse. Aretalogus

In mare nemo. Sensus est ꝛ ordo. Si aliqs nondũ ebrius ꝛ qui minimũ temetum duxerat ex vrna corcyrea subaudi dixit Nemo abiicit hunc in mare?q.d. eũ dignũ esse qui abiiciat vt mẽdacissimus,legendũq, est cũ indignatiõe. Dignũ scęua charybdi, ac si dicat dignũ qui mergat atrocissimo pelago,quale est inter Scyllã ẽ charybdim. Vera q̃,hoc est non fabulosa a qua oĩno deuorareť. Nã fabulę tradunt charybdim mulierẽ fuisse voracissimã, quę quũ bones Herculi furata fuisset ab eo in mare fuerit ꝓiecta, vbi nunc ẽt veteres exercet rapinas, vnde nomen mari datũ est, poeta ergo quũ sciat illud fabulosum eẽ q̃ de charybdi narrať,ait Vlyssem dignũ esse vera nõ ficta charybdi a qua absumať ꝛ deuoreť q̃n tã mendax sit. Constat aũt charybdim ꝛ Scyllã scopulos esse itez Siciliã ꝛ Italiã vbi mare periculosum est nautis,q̃ cõtrarius fluctuũ cursus collisionẽ facit ꝛ rapta quęq, absorbet ꝛ reiicit, Virgi. Dextrũ scylla latus,leuũ implacata charybdis Obsidet. Scopulos ꝛ saxa fuisse docet idẽ in iii. Et pater Anchises nimiꝝ hęc illa charybdis.Hos hellenus scopulos,hęc saxa horrenda canebat. Mella vero sic scribit. Scylla saxũ est,charybdis mare vtrũq, noxiũ appulsis. Scylla in Italia est charybdis in Sicilia. Fingentẽ.hinc oñdit mendacẽ esse Vlyssem, ꝛ q̃ de lestrygonibus narranť ꝛ cyclopibus esse ficta q̃ boes.s. comederent. Lestrygones,formię in agro cãpano iuxta caietã sedes fuit Lestrygonũ,auctor ẽ Pli. Cyclopes,Cyclopes sedes suas habuere i Sicilia (vt diximus supius). Nã citius Scyllã,tã inquit illuda veritate resilit q̃d Lestrygões ꝛ cyclopes comedãt boes, vt citius credã illud esse veꝝ q̃d de Scylla nobis narrat ꝛ Symplegadibus ꝛ ventis vtre iclusis. Sicq, oñdit tã hęc q̃ illa fabulosa eẽ, atq, hęc oĩa ꝑstruit vt fabulosa, vt oñdat q̃ ipse dicturus est.e se verissima. Scyllam,fingunt Scyllã nympha filiã Phorci ꝛ Cretheidos dilectam fuisse a Glauco quẽ Circe deperibat,ꝛ quũ is in Scyllã prior esset,irata Circe fontẽ in quo nympha lauari solebat venenis infecit,in quẽ quũ illa descendisset pubetenus in varias mutata est formas,q̃ horrens deformitatẽ suã in mare se ꝺcipitauit. Canes vero ꝛ lupi ob hoc ex ea nati fingũtur,quia ipa loca plena sunt monstris marinis, ꝛ saxoꝝ asperitas illic imitať latratus canũ. Virgi. Et cęruleis canibus resonantia saxa. Cõcurrẽtia saxa.i. q̃ Symplegades inter se concurrant ꝛ collidanť. Finxerunt.n. insulas duas esse in bosphoro thracio instabiles quę nõ sine periculo trãseuntiũ concurrerent. Cuius rei hęc est rõ q̃ hę paruo discrete iternallo ex aduerso intrantibus gemine cernebanť, paulũq, deflexa acie coeuntiũ speciem ꝓbebant. Dictę ãt grece Symplegades ꝛ Syndromades a συνδρομη.i. cõcursu, vnde bñ ait ꝛ cõcurrẽtia saxa dictę ẽt Cyaneę. De his Strabo in.iii. Pli.in.iiii. ẽ Vale. Flac.in.i. Talibus hortať inuenẽ propiorq̃ inbenti Concutit certus scythico cõcurrere ponto Cyaneas, Cyane vero nomen est fontis in Sicilia apud Syracusas iuxta quem pluto rapuit ꝓserpinã, cui nomen a Cyane Nympha quę voluit inhibere plutonẽ ne ꝓserpinã absportaret iditũ scribit Claudia. ꝛ Ouid Illud ãt sciendũ Cyane pro nympha sine fonte prima corripe.

Symplegades

Cyaneę Cyane

Vtres,scribit Home. Aeolũ regẽ ventoꝝ Vlysi tradidisse vtrẽ in quo inclusi erant oes venti aduersi, libeꝝ aũt reliquisse Zephyꝝ qui nauiganti secundus erat, sociosq, suos ratos me se thesauꝝ dormiẽte Vlysse dissuis se vtrẽ, ꝛ orta tẽpestate relatũ ad Aeolũ, quo tpe vt narrat Alcinoo Apud Home.cogitauit de nece sibi cõscienda. Elpenora, Narrat Vlysses apud Home. Quũ Macareus naritus,polites, Elpenor ꝛ Eurylocus cũ duo deuiginti aliis sociis sorte electi missi fuissent ad Circen oes ab ea propinatis poculis medicatis ꝛ tactis virgaca pillis in suis conuersos fuisse,ꝑter Eurylochũ qui fugiẽs de oibus monuit Vlyssem q̃ arrepto gladio Circe minitans impetrauit vt in pristinã formã restituerent, vñ ita loquiť Macareus cap. Ouidi. Sorte iussimus lecti,sorte me, fidũq, polyten. Eurylochũ simul,nimisq, elpenora vini,Bisq, nouẽ socios Circęa ad mœnia misit. Cętez elpenor,postq̃ impetratus fuit deũ ꝓperanter sequiť Vlyssem,e scalis longis decidens collũ sibi fregit, q̃d ipse apd inferos percunctanti Vlyssi referť, rogatq, ne se insepultum relinquat.vñ Marti.ad casum eius alluſit quũ diceret de Philostrato. Pene imitatus obit tuis Elpenora fatis. Preceps per longos dũ ruit vsq, gradus. Et licet Home.tradat socios Vlyssis mutatos in sues. Papi.tñ in syluis dissentiens ait in lupos conuersos fuisse. Cedant vitreę inga perfida circes Dulichiis vlulata lupis. Tãva cui capitis,exisſimauit ingt phęacas tã modici cerebri, quibus facile oĩa persuaderet. Estq, dictũ cũ summa indignatione,vt sint verba ipsius Corcyrei indignantis tam apertis figmentis deludi,põt hoc ẽt tribui poetę dãnati tam aperta mendacia. Phęaca,hoc est Corcyrenses. Nam insula appellata est Corcyra a virgine Corcyra rapta a Neptuno, ex iis natus est Phęacus, a quo Phęaces sunt denoĩati, ex Phęaco Alcinous qui Vlyssem in Ithacã duxit,de hoc ẽt aſi in.v. saty. Sic aliqs subaudi dixit. Merito non iniuria, sicq, ostẽdit falsa fuisse q̃ narrarent ab Vlysse, vt merito conuiue stomachарent. Temetũ duxe.i. hauserat ꝛ paꝝ biberat,emẽdadus est versus vt legas Temetũ duxerat,nõ aũt deduxerat,quũ prima ꝛ secunda syllaba producať in Temeto, q̃d docet ꝛ Donatus in Andria Terẽtii illic, Sane pol temulenta est mulier. Et Plautus in Aulularia. quisqua Temeti nihil allatũ intelligo, versus est.n senarius Et Ora.in epist. Pullos, ouas,cadũ Temeti, nempe mõ isto, vbi Porphyrio docet primã syllabã Temelongã esse. Temetũ, tum veteres auctore Pli. Temetum appellauere vinum dictũ ab eo quia teneat mentẽ, vnde ꝛ temulentia noiata. Sub nullo, teste verba sunt poetę. Poterat iquit narrare Vlysses quę vellet, quia nullum adhibebat teste q̃ diceret se monstrũ vidisse, vtpote q̃ solus amissis sociis naufragiũ euaserat, sicq, cũ sequẽtibus cõiũgit vt sit sensus. Quę ab Vlysse dicta fuerũt testibus carẽt, sed quę nos narraturi sumus vera sunt ꝛ gesta cõsule vinco, vt q̃ sciri possint falsane sint an vera. Cõsule vin. vt vera videret historia posuit nomẽ cõsulis, Vinci rufini eqtis Romani mentionẽ facit. Cor. Taci. q̃ lege cornelia de falsis dãnatus est a Nerone, De Vinco itẽ Trãquillus in Nerone sic memit. Duabus cõiurationibus ꝓuulgatis quantũ prior maiorq, pisoniana Romę posterior vinciana bñuenti cõflata atq, detecta est. Et ita dicimus vinciana a vinco,quẽadmodũ Brutiana a Bruto, ꝛ Lucilliana a lucullo, de hocq, absurdũ nõ ẽ intelligi, ait.n. Nup gesta,nã Nup de lõgo tpe vt diserimus in.i. satyra dť, vt id ẽt tpibus Neronis accidere potuerit q̃d mõ narrat factũ in ęgypto,legendũ igit est vinco, nõ iuuco,q̃d in aliis codicibus legiť. Sup mœnia.i. vl contra vrbẽ Copton,nã erat in extrema pte ęgypti. Copti,coptus cõis est ciuitatis arabũ ꝛ ęgyptioꝝ,quo oẽ tributũ indicũ, arabicũ ẽ ethiopicũ, q̃d arabico sinu adhebat,deferebãt velut in cõe emporiũ, auctor est Strabo.

Vicus Ruffinus coptus

Calidę,ꝓp situ regionis calidũ. Scelus vulgi, q̃d a vulgo ꝛ plebe ęgiptia cõmissum est. Et graviora,subaudi a superiore referemus. Cũctis cothurnis, q̃ sint ea quę in tragœdiis tractanť,in qbus nõ cõstat ab vllo populo hoiem fuisse comesum, quẽadmodũ factũ est ab hoc de quo narraturus sum. Cothurnis, calciamẽta sunt tragœdoꝝ, iis ẽt vtebanť mulieres, vñ illud ante Nullis aduita cothurnis. Nã scelus a pyrrha. Sẽsus ẽ, post hũanũ genus reparatũ a Deucalioẽ ꝛ pyrrha Nullũ apud tragicos inuenies populũ q̃ scelus hoc cõmiserit vt hoiem.s. cõederit,quẽadmodũ fecit populus ęgyptius. Nã in tragœdiis vnũ, tñ leges aut paucos hoc scelus cõmisisse vt.s. hoiem occiderint apposuerintq, in cœnis,ordo aũt est. Nullus populus apud tragicos facit scelus.i. cõmittit hoc scelus vt cõedat hoiem. A pyrrha. i. post pyrrã, hoc est post reparationẽ hũani generis, q̃d

Elpenor

Corcyra vñ Phęaces

Inter finitimos vetus, atq; antiqua simultas,
Immortale odium, & nunquã sanabile vulnus,
Ardet adhuc combos, & tentira, summus vtriq;
Inde furor vulgo, quod numina vicinorum
Odit vterq; locus. quũ solos credat habendos
Esse deos, quos ipse colit, sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus ac ducibus, ne
Lętũ hilaremq; diem, ne magnę gaudia coenę
Sentirent positis ad templa & compita mensis,
Peruigilioq; thoro, quem luce ac nocte iacẽtem
Septimus interea sol inuenit. horrida sane
Aegyptus, sed luxuria quantum ipse notaui
Barbara famoso non cedit turba canapo.
Adde quod & facilis victoria de madidis, &
Blęsis, atq; mero titubantibus, inde virorum
Saltatus nigro tibicine, qualiacunque
Vnguenta & flores multęq; in fronte coronę.
Hinc ieiunum odium, sed iurgia prima sonare
Incipiunt animus ardentibus, hęc tuba rixę
De hinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sęuit nuda manus, paucę sine vulnere malę
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
Integer, aspiceres iam tota per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorũ sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen & pueriles
Exercere acies, quod nulla cadauera calcent,

a pyrrha ꝛ eius marito Deucalione ẽ restauratũ. Oĩa syrmata voluas, oẽs tragœdias legas, ꝛ ꝑcurras, sic.n.codices volui dicunt quũ assidua lectiõe petractant. Syrma genus vestis ẽ tragicę de q̃ alibi ante. Produxerit ꝓtulerit q̃si imitandũ, vt sit aperta sceleris vituperatio. Inter finitimos, Hic incipit narratio facinoris. Simultas Si multas, odium occultũ subandi est. Vulnus, metaphoricos q̃d corporis est ad animum transfert.i. indignatio ꝛ ira q̃ nullo remedio potest extingui. Ardet adhuc, ẽt tpe nr̃o odio flagrat, adhuc iquit antiqua illa aĩoꝝ dissẽsio remãsit, nec adhuc extincta est. Cõbos Combos, ciuitas ęgypti in q̃ Crocodilus colitur vt tradit Helianus, timẽt.n.miꝝ imodũ Cõbitę hanc feram, quam Tentiritę maxime peruestigant ꝛ occidunt colentes ipsi accipitrẽ, vnde Tentirite in eoꝝ odium Combitę accipitrem crucifigũt. Hinc ait poeta vtriq; vulgo tanti furoris ꝛ odii causam existere cultum diuersoꝝ numinũ. Tẽtira Tentira, ciuitas inferioris ęgypti, vt scribit Strabo. Plin. vero ait insulam esse Nilo circundatam, ex qua homines sint qui Crocodilos nõ timeant, imo soli aduersum ire audeant ꝛ inscẽdentes equitũ modo in terram agant captiuos, In Aphrica eandẽ vim aduersus serpentes habent Psylli, lege ꝛ Strabo. lib.xvii. A tẽtira fit tentirita. Ouidius syllabã produxit, Saltus Tentira petenti, Summus furor.s.est. Occasio, opportunitas, occasio est enim occasio auctore Cicerõe in primo rhetoricoꝝ veteꝝ, ꝑs tẽporis habens in se alicuius rei idoneã faciẽdę aut non faciende opportunitatẽ. Visa subandi est. ordo autem est, Occasio visa est rapienda primoribus ac ducibus inimicorũ tempore festo alterius populi, vt sit sensus. Primores ꝛ duces inimicorũ putauerunt occasionem dimicandi rapiendam tempore festo alterius populi, quũ ad templa paratis epulis conuiuantur. Peruigilio, thoro, subandi a superiore posito, Nam antiqui in lectis epulabantur, Virg. Inde thoro pater ęneas sic orsus ab alto. Oratius Sępe tribus videas lectis cœnare quaternos. Peruigili, hoc est in quo peruigilãt. Septimus sol, septimus dies. Nam ilaritatem illam conuiuii septem diebus ꝑpetuis celebrant. canopi luxuria Horrida sane ęgyptus, Hęc inquit pars ęgypti in qua Combos est ꝛ Tentira, nimirum est incultis moribus ꝛ incompta, sed tamen non minus in lasciuiam profusa, q̃ quę est ad Canopum. nam Canopi Serapidis est templum quo nauigatur per fossam, quę die ac nocte plena est nauiculis mulierum ꝛ virorum impudenter canentium ac saltãtium cũ omni dissolutione. Cuius rei meminit ꝛ Ouidius in primo tristium sic. Non vt alexandri claram delatus in vrbem, Delicias videam nile iocose tuas. Statius item in syluis, Cur ne terapnei lasciuiat ora canopi. Canopus autem ciuitas est ęgypti centũ ac viginti stadiis distãs ab Alexandria pedestri itinere vadentibus, dicta de nomine, vt diximus i prima satyra Canopi, qui Menelai Classem gubernabat, et ibi mortuus est. Barbara ripa, alii codices habent Barbara turba, idest immitis ꝛ Aspera. Famoso, infami, propter impudicas, vt diximus virorum ꝛ mulierum saltationes ꝛ cantus. Facilis victoria, subandi est. Madidis, ebriis, vnde superius, madidis cantat quę sostratus alis. Blesis, balbutientibus, ꝛ in sermone titubantibus. Hoc.n. efficit temulentia, vt lingua oberret ꝛ vacillet, quod multis rationibus accidere docet Aristoteles in problematis. Inde, ab altera parte dissidẽtium, sequitur enim, Hinc ieiunum odium, idest ex altera ꝑte, Aut quod magis placet, Inde hoc est ex ebrietate ẽ saltatus, vt sit sensus, Saltant quia ebrii sunt, vñ est illud Cice. Nemo saltat sobrius nisi idem insanus. Saltatus viroꝝ, subandi est. Nigro tibicine, ęthiope.s. Vnguẽta, subandi sunt. Qualiacũq;, Innuit vnguenta ęgyptioꝝ nõ esse ea bonitate qua fieri solent, q̃ rudes ꝛ agrestes sint. Hinc, ex ista lęticia ꝛ saltatione, aut ex altera parte. Ieiunũ odium, rabidũ atrox ꝛ insatiabile, q̃si q̃d nullo mõ possit expleri, sumptũ a ieiunãtibus, qui quodammodo sunt insatiabiles contracta nimia famẽ. Iurgia prima, idest verborum contentiones, Sensus est antequam mutuo se adoriantur, iurgiis se laces sunt, sicque exasperati pugnam ineunt, vt exponas prima pro primum, vt sit nomen positum pro aduerbio. Rixa Animus ardentibus, animus ira ęstuãtibus. Hęc tuba, subandi sunt, idest hęc iurgia sunt tuba ꝛ Altercatio tanquam excitamentum. Rixę, Rixa vt diximus superius illic. Si rixa est vbi tu pulsas, ego vapulo tantum, est in factis ꝛ verbis. Altercatio in verbis. Vice, loco. Paucę, subandi sunt. Alias facies, a pristinis. Hiantia, detecta. Ludere se credunt ipsi, licet in-

quit

Et sanę quod tot rixantis milia turbæ
Sic viuant omnes, ergo acriore impetus, & iam
Saxa inclinatis per humũ quęsita lacertis
Incipiũt torquere domestica seditione
Tæla nec hũc lapidem, qualis & turnus & aiax,
Et quo tydides percussit pondere coxam
Aeneæ, sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, et nostro tempore natæ.
Nam genus hoc viuo iam decrescebat homero
Terra malos homines nũc educat, atq; pusillos,
Ergo deus quicunq; aspexit, ridet et odit.
A diuerticulo repetatur fabula. postq̃
Subsidiis auctis pars altera promere ferrũ
Audet &, in festis pugnam instaurare sagittis.
Terga fugę celeri pręstantibus omnibus instant
Qui vicina colũt vmbrosæ tentira palmę,
Labitur hic quidam nimia formidine cursum
Præcipitans capiturq;, ast illũ in plurima sectũ
Frusta ac particulas, vt multis mortuus vnus
Sufficeret, totum corrosis ossibus edit
Victrix turba, nec ardenti decoxit aheno
Aut verubus, longũ vsq; adeo tardũq; putauit
Expectare focos contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet quod nõ violauerit ignem
Quem summa cęli raptũ de parte prometheus
Donauit terris, elemento gratulor, & te
Exultare reor, sed qui mordere cadauer
Sustinuit nihil vnquam hac carne libẽtius edit.
Nam scelere in tanto ne quęras, & dubites an
Prima voluptatem gula senserit, vltimus autẽ
Qui stetit absumpto iam toto corpore, ductis
Per terram digitis aliquid de sanguine gustat.

quit acerrime inter se sęuiant, nisi tamẽ aliquem interimunt putant rem iocularem agi. Et sane, ordo est, Et q; omnes sic viuant expositiue tot milia turbę sanę rixantis. idest q; nullus rixantium interficiatur sed oẽs sint sani. Ergo acrior impetus, subandi est aut fit. Tela domestica, cõtorquent inquit saxa quę domi solent esse in prõptu agẽtibus seditionem, est autẽ expositio. Nec hunc lapidẽ.i. nec talem lapidem torquent. Qualis, accusatiuus est pluralis. Turnus.s.torsit. nã turnus vt scribit Virgi. in xii. i ęneam sigulari certamine secum pugnantem ingens saxum iecit. Dale est carmen. Vix illud lecti vix sex ceruice subirent qualia nũc hominum producit corpora tellus. Et aiax nã ꝛ aiax auctore Homero in vii. Iliados ingens saxũ contorsit in Hectorem. Quo.i. quali. Tydides.i. diomedes filius Tydei ꝛ argię Adrasti, qui vt auctor est idem i quinto Iliados in ęneã misit saxum quantum septem homines tollerent, eo nisi venus mater affuisset interemptus fuisset. Sed quẽ, pro qualem, Dissimiles illis, scilicet dextris turni Aiacis ꝛ diomedis. Nostro tempore, quasi quo iam omnia sunt deteriora. Nam genus, nõ est inquit mirum homines in dies fieri imbecilliores. Nã vsq; ab ętate Homeri genus humanum decrescebat. Hoc autem ait quia Homerus sępe in iliade conqueritur corpora mortalium fieri minora, Cuius auctoritatem secutus Plinius. in. vii. ait. Cuncto mortalium generi minorẽ staturam in dies fieri. Rarosq; eẽ parẽtibus proceriores. Aspexit tã malos & pusillos. Ridetq; pusilli sint. Odit q; mali. A diuerticulo, a digressione quam fecit commemorando hęc de turno, Aiace, et Diomede vt sit sensus a digressione discendamus.i digressionem omittamus ꝛ fabulam ceptam repetamus vt scilicet mutuum Diuerticulũ inter ęgyptios odium narremus. Est autem diuerticulũ vbi iter deuia flectitur Terentius in eunuco. Vbi ad Diuertere ipsum veni diuerticulum. Est enim vocabulum deductum adiuerto q; a via diuertamus. Diuertere etiã capitur pro hospitari. vnde et Diuersorium diuersorium pro quolibet hospitio, quo significat accipitur etiam diuerticulum. Valerius lib.iiii.cap.de abstinentia, fertilissimę delitiaꝝ totius grecię vrbes necessaria totius nauigationis diuerticula erant. Altera pars.i.combitę, sensus est vbi a Combitis prelium instauratum est, Tentiritę insequũtur omnes conuersos in fugam. in qua trepidatiõe quidam lapsus interficitur. Qui vicina, ordo est illi qui colunt tentira vicina vmbrosę palmę instant.i. vrgent & premunt. Palmę, nã illic plurima palma prouenit, vnde Plinius loquens de palma ita scribit. quędam in Syria & ęgipto in binos diuidũt se truncos. Ast illum in plurima sectum frustra, ordo est Ast vitrix turba edit illum sectum in plurima frustra ꝑticulas ita sectum vt vnus mortuus sufficeret multis. Hinc gaudere libet scelus poeta his verbis aggrauat, est.n.sensus, tã crudele inqt fuit hoiem crudũ comedere, vt mihi etiã lętari libeat q; sceleri scelus nõ addiderũt idest q; ignem rem tam sacram coquẽdo mortuum non polluerunt, Hic ex hac re.s.q; non violauerit ignẽ. Prometheus Promotheus thems filius fuit iapeti ex Asia nympha quẽ mirę prudẽtię fuisse constat, vñ ꝛ ꝑmotheus dictus ẽ απο της προμηθειας idest a prouidentia, eũ antiquitas finxit, quũ iuppiter mortalibus ignem eripuisset indigne ferens se deceptũ a ꝓmetheo in portiõe carnis imolatę, cõsuetũ insidiari sua cã ereptũ mortalibus ignẽ restituere cogitasse. Itaq; cęteris remotis deuenisse ad Iouis ignem, eoq; subrepto et inferulam coniecto currentem iactantẽq; ferulam ne spiritus interclusus vaporis extingueretur ad homines detulisse. Quare deoꝝ indignatione pandoram immissam terris pœnę causa. nam per eam mulierum patefacto dolio erupisse omnium pestium genera, quibus homines laborarẽt. Elemẽto.i.igni. quẽ elemẽtũ appellat q; ex cęlesti elemẽto raptus fuerit.i., igne illo cęlesti. Et te.s.o volusi. Qui sustinuit, q tollerauit. Nã rõnẽ reddit q̃re tã libenter comederint, Est aũt ordo et sensus, Nã ille q stetit vltimus absumpto iam toto corpore, gustant aliquid de sanguine ductis digitis per terram, hoc dico ne quęras & ne dubites in tãto scelere an prima gula senserit voluptatem sicq; ostendit talem cibum suauem omnibus illis fuisse. Vascones, vascones populi sunt vlterioris hispanię quę in gallicum ꝛ britannicum vergit ocea-

Vascones vt fama est alimentis talibus vsi
Produxere animas, sed res diuersa sed illic
Fortune inuidia est bellorumq; vltima casus
Extremi, longeq; dira obsidionis egestas
Huius. n. quod nunc agitur miserabile debet
Exemplum eẽ cibi, sicut modo dicta mihi gẽs
Post oẽs herbas, post cuncta animalia quicquid
Cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis
Pallorem & maciem & tenues miserãtibus, artus
Membra aliena fame lacerabant, eẽ parati
Et sua quisnã hoĩum veniam dare qs ve deorũ
Viribus abnuerit dira atq; immania passis,
Et quibus illoꝝ poterant ignoscere manes
Quoꝝ corporibus vescantur? sed melius nos
Zenonis precepta monent, nec omnia, quedam
Pro vita facienda putat, sed cantaber vnde
Stoicus antiqui presertim etate metelli,
Nũc totus graias nostrasq; habet orbis athenas,
Gallia causidicos docuit facunda britannos

rum qui olim a sertorio obsessi ceteris deficientibus alimentis morsus in cadauera suorum in.ecerunt, ne. s. fidem suam in populum romanum violarent, quo tẽpore Pompeius ⁊. Qu. Metellus aduersus Sertorium bella gerebant. De his Apianus. L. Florus ⁊ plutarchus. Illud autem obseruandum vascones mediam habere correptam sicuti dicimus Britones ⁊ lingones. Ausonius vasconis hoc saltus eritq; vasconis nominatiuus grecus qui corripitur in fine, sicut britones in hac satyra qua necterribiles cymbri nec britotones vnq̃. Talia eni nomina grecã pariter ⁊ latinam accipiunt declinationẽ, Claudianus prospicerem dubiis ventuꝝ saxõa ventis. Sic Virgi. grece declinauit troes. Iam vero ⁊ rutuli certatim ⁊ troes et omnes vbi breuis ẽ, es ⁊ alibi. Eenei cyclopes ⁊ huc aduertite mentem. Alibi et circũ argento clari delphines in orbem. Sed res diuersa. i. dissimilis est. Nam vascones id vrgente necessitate fecerunt quod omnino veniam meret at egypti solo quodã detestabili odio ⁊ feritate.

Sed illic fortune inuidia ẽ, Sensus est, id totũ q̃ vascones crudele fecerunt, fortune omnino est imputandum que piis inuidere consueuit, vnde Statius, Inuidia fata piis ⁊ sors ingentibus ausis illic in eo q̃ vascones fecerũt Bellorũq; vltima. i. extrema necessitas, qualis sepe est in rebus bellicis, vt vltima accipias numero plurali et subaudi sunt. Dira magna. Virg. An sua cuiq; deus sit dira cupido? Casus extremi. s. sunt. i. extrema ⁊ i superabilis calamitas, que omnia factum excusant. Longe obsidiõis qua oppressi sunt a sertorio. Huius enim rõnem affert vascones oĩno excusandos eẽ, Exemplum iquit huius cibi quod nũc agitur. i. de quo loquimur dignum est miseratione, quando impellẽte necessitate aliter non potuit fieri, idest si acciderit aut aliqui vrgente necessitate comedant carnes humanas, vt fecerunt vascones digni oĩno sũt venia ⁊ miseratiõe. Huius cibi. i. talis cibi. Quod, ꝓle. Miserabile. i. dignũ cuius misereamur. Sicut mõ, Sẽsus ẽ ⁊ ordo. i. quẽadmodũ gẽs dicta mihi mõ. i. vascones lacerabãt qcq̃d cogebat furor vacui vẽtris post oẽs herbas ⁊ post cũcta aĩalia. i. post absũptionẽ herbaꝝ et aĩaliũ lacerabãt inqt mẽbra aliena. i. carnes humanas fame. i. instinctu famis hostibus ipsis miserantibus pallorem, Esse parati et sua, idest parati etiam in carnes suas morsus iniicere. Esse enim ẽ ab edo non a sum. Quisnam hominum, nemo ĩquit est nec hominũ nec deoꝝ, q in huiusmodi delicto vasconibus nõ ignoscat, qbus etiã manes cadauerũ absumptoꝝ possent ignoscere. Abnuerit, recusauerit. Immania passis, prudẽter exusat tale factũ qñ oĩa extrema passi sunt

Viribus. i. viris tam fortibus. Manes antiqui animas que e corporibus discessissent manes vocauere, de quibus ex sententia Apulei plura diximus alibi. Sed melius nos Zenonis precepta. philosophi stoici docent pro tuenda vita non oĩa esse agenda, sed ea dũtaxat que ab honesto non resiliant, vt ostendat id a vasconibus nõ fuisse faciendum vel in extrema fortuna. Ait ergo poeta precepta Zenonis stoici (nam stoice secte fuit princeps) monere humano generi non id faciendum pro conseruatione vite. quod fecerũt vascones quum omnino pugnet cum hõesto. Omni a cum distintione legendũ vt sit. non putat omnia facienda ꝓ vita sed quedam tantũ, hoc est que in honesti nihil habeant. Pro vita pro conseruatione vite. Sed cantaber vñ stoicus? Cãtabri populi sunt hispanie, in quorum regionibus sunt vascones, est ergo sensus, Precepta stoica optima sũt, sed vñ Stoicus vasco fuit, idest vnde Vascones habuerũt precepta philosophie quasi dicat talia precepta vt barbari ignorauerũt ⁊ ꝓpterea comederũt carnes hũanas. Cantabri Antiqui metelli, nã quo tempore vascões vt diximus a sertorio obsidebãtur. Q. Metellus auctore Apiano bella aduersus sertorium gerebat. Antiqui ergo ad differentiam recentiorũ multi enim ab eo fuere metelli, est eni hic ille. Qu. Metellus q aduersus Iugurthã bellum gessit, de quo multa Salustius. Nũc totus graias. nostra inquit etate oẽs scimus disciplinas ⁊ grecas ⁊ latinas phicas, ita vt nulla extet excusatio si hominem cõedamus. Athenas. i. disciplinas philosophicas atticas et nostras. i. latinas ⁊ romanas. Athenis antẽ omnium disciplinaꝝ floruere studia, vnde Cice. pro. L. Flacco. Adsunt athenienses, vnde humanitas doctrina, religio, fruges, iura, leges orte a que in omnes terras distribute putantur. Gallia causidicos, in gallia preclari fuere rethores, Statius Tolosanus de quo Fusebius de temporibus, Vatienus Iulius florus de quo sic meminit Quintilianus. Is fuit iulius florus in eloquentia galliaꝝ quoniã ibi demũ exercuit eam princeps alioquin inter paucos disertus et dignus illa psopinquitate preterea Lugduni, vt diximus illic aut lugdunensem rhetor dicturus ad aram, exercebatur ars oratoria, edito certamine a Caligula grece latineq; facundie non sine magno amittentium dedecore. Est ergo sensus studia inquit liberalium artium iam ad gentes Barbaras ⁊ remotissimas peruenere, quatinus filii Britannoꝝ sub gallica disciplina rhetoricen discunt Nam et supra in. vii. satyra docuit in gallia peritos existere causidicos ⁊ magnis affici premiis illic nutricula causidicoꝝ Gallia Britannia autẽ insula est gallici ocea

(Margin: Statius Tolosanus — Vatienus)

De conducendo loquitur iam rhetore thule;
Nobilis ille tamen populus, quẽ diximus, & par
Virtute atque fide, sed maior clade saguntus,
Tale quid excusat, meotide senior ara
Aegyptus, quippe illa nefandi taurica sacri
Inuentrix homines (vt iã que carmina tradũt
Digna fide credas) tantũ immolat, vlterius nil
Aut grauius cultro timet hostia, qs modo casus
Impulit hos, que tanta fames, infestaq; vallo
Arma coegerunt, tam detestabile monstrum
Audere? an ne aliam terra memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere nilo?
Qua nec terribiles cymbri, nec britones vnq̃

ni. De Britannis scribit sic Cor. Tacitus in vita Iulii agricole. Iam vero agricola pricipum filios liberalibus artibus erudire, ⁊ ingenia Britannorũ studiis gallorum anferre vt qui modo linguã romanam abnuebant eloquentia concupiscerent inde ẽt habitus nostri honor ⁊ frequens toga, vnde recte sequitur De conducendo loquitur iam rhetore Thule Strabo docet Massilie studia litterarum floruisse. Thule hec est insula de qua Virg. Tibi seruiat vltima thule. est enim insula in vltima parte septẽtrionis de qua sic Strabo lib. quarto. De thule itẽ obscura est historia ꝓpter eius in vltima loca remotionem, hanc si quidem ad septemtrionem expositam locant. Plin. ex aduerso hibernie ⁊ Britanie in mari germanico locat vltimam omnium que memorantur. In qua solstitio nullas eẽ noctes indicat cancri signum sole transeunte, nullosq; contra per brumam dies. Nobilis ille populus, sensus est. populus il le nobilis vasconum et vrbs Saguntus licet impii videri possint, alter q̃ comederit carnes humanas, altera q̃ se suaq; omnia igni ⁊ ferro absumi q̃ hosti tradere maluerit, habent tñ vnde illud excusent scilicet extremam necessitatem, sed egyptii nullam honestam habent excusationem quũ per summam crudelitatem vltro id faciant. Saguntus autem ciuitas est hispanie, que quasi media inter romanoꝝ ⁊ cartaginensium fines iure foederis in libertate relicta, postea romanis addicta initaq; societate romani imperii aduersus se Annibalem cõcitauit, a quo obsessa octauo demum mense capta est, Est autem ordo. Ille nobilis populus quẽ diximus, ⁊ Saguntus par virtute atq; fide, sed clade maior excusat quid tale. Maior clade, equiparat Saguntinos vasconibus fide et virtute, sed ait clade maiores fuisse Saguntinos, quippe qui ⁊ se ⁊ omnia sua penitus igni absumpserint quod non fecerunt vascones. maior ergo clades fuit Saguntinoꝝ. Aegyptus senior subaudi est. Ara meotide, meotis paulus ẽ scytie, quã efficit tanais amnis, qui europã ab asia disterminat, illic in cheronesso taurica que hostio meotidis adheret templum fuit Diane, ad cuius aram viui homines immolabantur. de qua intellexit Valerius Flaccus libro secundo loquens de Thoante sic, Taurorumq; locos delubraq; seua diane Aduenit, hic illum tristi dea preficis are Ense dato. De ea multa etiam Ouidius in ponto commemorat, Qui cheronesum ipsam incolunt Tauroscythe sunt appellati a monte tauro qui illic est, licet ⁊ i Cicilia alius sit eiusdem nominis, Ara autem meotide dixit pro meotica sicuti ẽ paulo infra, Memphitide terra pro memphitica, hocq; necessitate metri non recipientis ablatiuũ mẽphitica. Quippe illa taurica ordo ẽ illa taurica inuẽtrix nefandi sacri imolat tñ hoĩs. vt credas iam digna esse fide que carmina tradunt, idest que poete cecinerũt, quasi dicat potes iam credere ⁊ ea que a poetis referuntur huiusmodi vera esse, quando et apud egyptios tam seua agantur. Vlterius nil timet, ac si dicat

(Margin: Thule — Saguntus — Meotis — Diana taurica — Tauroscyte)

non timet vt cõmedatur. Quis modo casus, acclamatio in detestationem tante crudelitatis quum nulla ipellente causa tantum scelus perpetrent. Mõstrum vt homines comedant, An ne inuidiam facerent, si nilus inquit vt iratus egyptum inundare nollet, nũquid egyptii ad eius indignationem possent aliquid crudelius facere ac si dicat possent ne eum grauiore contumelia irritare, hoc ãt iccirco dicit ⁊ solebãt accole fluminis aliqua ĩmani crudelitate incrementa ⁊ inundationẽ irritare sumpto exemplo a busiride, qui primus ĩmolato homine id instituit a Thrasilo edoctus, quem ꝑmũ suo inuento immolauit Cuius rei meminit Ouidius in arte amandi. Dicitur egyptus caruisse innãtibus arua Imbribus q; atq; annos sicca fuisse nouem Quũ Thrasilus busiri adit mõstratq; piari. Hospitis effuso sanguine posse Iouem. illi Busiris fies Iouis hostia primus inquit et egypto tu dabis hospes aquã. Nam eum vt diximus primum immolauit. Ouidius in Ibin. Vt qui post annos sacri monstrator inquit Elicuit pluuias victima cesus aquas. Memphitide terra forma patronymica dixit mẽphitide ꝓ memphitica terra, hoc ẽ egypto, nã memphis ciuitas est egypti, quam sepe poete pro egypto ponũt, eam condidit Ogdous qui vchoreus cognominatus est, ambitus stadiorum centum et quinquaginta vrbem omnium egypti preclarissimam opportuniore totius eius ore loco, vbi nilus i plures scissus partes efficit formam Delte, egyptiorum autem regia est, ibi templum est Apidis, qui apud eos pro deo habetur Nolenti surgere nilo, idest nolenti crescere et inundare egyptum, que quotannis crescente fluuio solet inundari. Nam nilus solus inter reliqua flumina adeo vt scribit Diodorus estate crescit quum decrescant cetera vt totam inũdet egyptum, hieme minuatur quum reliqua augeãtur. Qua nec terribiles, per comparationem egyptios crudelitate omnibus prefert barbaris et immanibus, vt sit ordo et sensus vulgus imbelle ⁊ inutile egyptiorum seuit hac, idest tali rabie, qua pro quali terribiles cymbri non seuierunt, ii enim sunt germanie proximi oceano, qui animo et audacia prestãtissimi et manuum virtute ac celeritate ⁊ impetu egregii in bello. fulguri similes videbãtur, itaq; ipsorum impetum nemo sustinere poterat. Nam multos magnosq; exercitus romanos penitus deleuerunt. Vnde nunc a poeta terribiles nominantur. Eos demum quum in Italiam venissent, Marius profligauit. Britones, populi sunt germanie denominati a Britone filio terre, cuius fuit filius Mannius, de quo diximus apud Persium presto est mihi Mannius heres progenies terre. Illud obseruandum est Britones vltimam corripere quia inflexio sit greca sicuti ante Vascones et fama est. Et. apud Virgilium. Iam vero et rutuli certatim et troes et omnes. Et alibi ferrum exercebant vasto Cyclopes in Antro.

(Margin: Nili inundatio — Cymbri — Britones)

Sauromatęq; truces, aut immanes agathyrsi
Hac sęuit rabie imbelle & inutile vulgus
Paruula fictibilis solitum dare vela phasellis
Et breuibus pictę remis incumbere teste,
Nec pœnam sceleri inuenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quoꝝ mẽte pares sunt
Et similes ira atq; fames. molissima corda
Humano generi dare se natura fatetur.
Quę lachrymas dedit, hęc nostri ps intima sen
Plorare ergo iubet causam lugẽtis amici (sus.
Squalloremq; rei, pupillum ad iura vocantem
Circumscriptorem, cuius manantia fletus
Ora puellares faciunt incerta capilli,
Naturę imperio geminus quũ funus adultę
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans
Et minor igne rogi, qs.n.bonus, & face dignus

Sauromatę, populi sunt scythię circa moetim paludem, De quibus pluscula diximus in secũda satyra vltra Sauromatis. Agathyrsi, populi sunt scythię Gelonis cõtermini dicti ab Agatyrso filio Herculis, ora artusq; pingunt, vt quiq; maioribus pstant, ita magis vel minus, vnde poeta appellauit pictos Agatyrsos. Hac rabie.i.tali, qualem ostẽdimus supra. Vulgus, ęgyptiorum. Solitum dare vela, hinc maxime emergit idignatio ꝙ cũ in reliquo vitę genere sint molissimi ⁊ effeminati carnibus humanis vescantur, quod populi barbari ⁊ feri nõ faciunt Tradit enim Strabo vt pauloante retulimus ad canopica quędam solẽnia ingentem turbam p fossam ex Alexãdria descendere, quę die ac nocte nauiculis plena ẽ virorum, ac mulierum impudenter canentium, ac saltãtium cũ omni dissolutione, vbi ait tanta facilitate nauigari, vt scaphis etiam testaties vtãtur.i. fictilibus. Phasellis pictis, nauiculis, Virgi. Et circum pictis vehitur sua rura phasellis, Testę, nauiculę testacee. Nec pœnam, licet hoc ad ęgyptios pertineat, potest tñ ⁊ generale in oẽs dictum videri, vt sit sensus, illis populis quoꝝ mens ira pariter atq; praua voluntate ad scelus monet, paria supplicia ⁊ digna nõ inuenientur. vt ostendat eos omnino dignissimos esse omni cruciatu. Ille enim qui impulsu irę aliquid crudele facit, lenius peccasse videtur, q̃ qui ⁊ impulsu irę ⁊ cõsensu animi accedente turpitudinem cõmittit, primi enim illi mẽtis impetus in potestate nostra nõ sunt ex quo digni videmur venia. Sed quũ iram sequatur ⁊ deliberata voluntas tunc demum scelerati censemur, ⁊ omni supplicio dignissimi.

Pœnam sceleri inuenies. subaudi a sequẽtibus dignã ⁊ conuenientem. Ira atq; fames pares ⁊ similes, hoc est qui per iram ⁊ animi consensum, idest famem quãdam ⁊ sęuam cupiditatem animũ suum ad perficiendum scelus applicant, vt per famen rabidam quãdam sęuiẽdi cupiditatem intelligas, simulq; respicit ad id qđ quasi per famem cõmederũt carnes humanas. Mollissima corda, hipophora est, quasi aliquis dixerit non esse mirum si tam crudelia cõmittantur, quando ita natura hominem ad crudelitatẽ formauerit, Et ipse respõdeat, naturam fateri non crudelitatem sed pietatem homini ingenerasse, quando lachrymas dedit quibus indicat incommodis se dolere alienis. Hęc nostri pars optima sensus, Alii sunt qui pars optima legunt, alii ps vltima. Ego autem legendum esse puto, ⁊ sic corrigendum. Hęc est pars intima nostri sensus, idest ipsę lachrymę sunt quę interiorem partem nostri sensus patefaciunt. nam per lachrymas interiorem pietatem ostendimus. ergo inquit natura nobis dedit pietatem, quę per lachrymas cognoscitur, iubet enim nos aliena incõmoda plorare. Squallorem rei, idest incõmoda ⁊ aduersa rei squallentis ⁊ mœsti. Est enim squallor alta illa cõgeries sordiũ quę in corporibus humanis incultis squamosisq; apparet, deductũq; videtur vocabulum a squamis quas situs ille inquinamẽtorum in corpore imitatur, lege Macrobium & Gelium. Squallentem tamen etiam pro splendente poni apud auctores legimus, vñ Virgi.in.iiii.georgicoꝝ. Alter erit maculis auro squalentibus ardens.

Pupillum, ploramus etiã inquit pupillum q in ius deceptorem ⁊ bonorum suorum raptorẽ vocat. Circũscriptorẽ, deceptorẽ a circũscribo, de quo dictum est abũde illic, Quot Basilus socios, quot circũscripserit hirus. Cuius.s.pupilli, est autem ordo, Cuius capilli puellares faciunt ora manantia fletus incerta. Manantia illud obseruandum, apud auctores talem inueniri locutiõem, Aqua dulcis manat ex fonte, Et fons manat aquã dulcẽ, vt hoc loco ⁊ alibi in. vi.saty. Et longam manantia labra saliuam, Et fons manat aqua dulci, Plinius libro xxii.cap.xxii. Cauli fractus copioso lacte manat. Propertius lenis odorato ceruix manabat oliuo. Absolute etiam dicimus vlcera quę manant. Capilli puellares, idest crines longi quales sunt puellis. Ora incerta, vt non facile discernas meas an foemina sit. Naturę imperio, quę nobis pietatem indidit. Virginis adultę, tunc enim maxime miseratiõe mouemur quũ iam adulta ętate virgo moritur. Et minor igne rogi, hoc autem dicit ex more veterum, qui (vt auctor est Plinius libro septimo) infantem nisi prius genito dente non cremabant. Infantem autem dentire tradit Plinius septimo mense postquam natus est. Minor ergo igne, idest minor q̃ vt conueniat cremari. Terra enĩ infantes condebantur, quod poeta his verbis innuit, vel terra clauditur infans. Quis enim bonus, hic sensus est, quis est inquit bonus ⁊ a natura bene informatus qui aliena mala cõmunia esse non putet? Iuxta illud Terentianum homo sum, nihil humani a me alienum puto. Est enim hominis bene instituti, vt docet Cicero in Catone maiore ⁊ lętari bonis rebus, ⁊ dolere contrariis. Et face dignus arcana, periphrasis est hominis pii, quales oportebat sacris cereris interesse ⁊ ministrare a quibus sacris impii etiam voce pręconis submonebantur, vnde Suetonius in Nerone. Peregrinatione quidem grecię eleusinis sacris, quorum imitatione impii ⁊ scelerati voce pręconis submonentur interesse non ausus est. M. Antonius vt refert Iulius Capitolinus, vt se innocentem probare Cereris templum adiit, sacrariumq; solus ingressus est. Face arcana, hoc est mystica ⁊ secreta. Nam prisci appellauere sacra ea arcana quę mystica greci hoc est secreta, quasi quę ob sanctitatem aliquam debeant esse separata a nobis, qualia fuere sacra Cereris quę accensis facibus nocte celebrabantur a mtaronis in memoriam Cereris quę proserpinam filiam ardentibus faculis quęsiuit, Claudianus Templumq; remugit Cecropidum, sanctasq; faces extollit eleusis. Ouidius in fastis. Hinc cereris sacris nunc quoq; teda datur, ꝙ autem nocte celebrarentur docet Iustinus libro secundo his verbis. Megarenses matronas Atheniensium in eleusinis sacris nocte oppressuri naues conscendunt. Ea summo tegebant silẽtio, vnde Apule.lib.vi.metamor. Et cętera q̃ silentio tegit Eleusis atticę sacrariũ.

Agathyrsi

Squallor

Infantes nõ cremãtur

Arcana, qualem cereris vult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala? separat hęc nos
A grege mutorum, atq; ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
Aque exercendis capiendisq; artibus apti,
Sensum e cęlesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona & terram spectantia, mũdi
Principio indulsit cõmunis conditor illis
Tantũ aĩas; nobis aĩum quoq;, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & pręstare iuberet,
Dispersos trahere in populũ, & migrare vetusto
De nemore, & proauis habitatas linquere syluas,
Aedificare domos, laribus coniungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino limine somnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem.
Cõmuni dare signa tuba; defendier iisdem
Turribus, atq; vna portarum claue teneri.
Sed iam serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquã
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem

Separat hęc nos, natura inquit, quę nobis tantam humanitatem dedit, vt alienis incõmodis doleamus separat nos a Brutis, idest ea est quę nos dissimiles eẽ facit, a Brutis, quum nobis rationẽ ⁊ intellectum tradidit, quibus malum ⁊ bonũ cognoscimus. Bruta aũt nullam habentia nec rerum nec temporum discretiõem sensu tantum mouentur, ⁊ ad id solũ quod adest quodq; pręsens est accommodant paulum admodum intelligentia pręteritum, aut futurum, quę omnia illuc tendunt ęgyptios a Brutis nõ differre, qui rationis terminos obliti in tantam rabiem feruntur, vt ea faciant quę ab oĩ humanitate sint penitus auersa. Atq; ideo.i.ob eam rem scilicet vt a besthis differremus, ordo autem est, atq; ideo nos soli sortiti ingenium venerabile traximus sensum a cęlesti arce. Sortiti ingeniũ, quo scilicet omnino Bruta carent. Est enim ingenium vis quędam animę qua se anima explicat atque exercet ad omnium rerum intelligentiam, vt per ingenium intelligas ipsum intellectum ⁊ rationẽ, quę principales sunt animi partes. Capaces diuinoꝝ, hoc vult significare intellectum ⁊ rationẽ quę principales, vt diximus sunt partes animi, quasi communes cum ipsis diis nos habere ac per hoc dixit nos esse capaces diuinorum. Nam recta intelligentia est ipsorum deorum, quibus nos pares esse vult cõmunione ratiõis ⁊ intellectus, quo sensu animalia bruta carent, vnde est illud Ciceronis in Catone maiore. Est.n. animus cęlestis ex altissimo domicilio depressus ⁊ quasi demersus in terram locum diuinę naturę ęternitatiq; contrarium. Pythagoras etiam affirmauit nos ex vniuersa mente diuina delibatos habere animos, eosq; immortales credidit Cicero hoc argumento, quum tanta sit celeritas eorum, tanta memoria pteritorum, futurorumq; prouidentia, tot artes, tot scientię, tot inuenta, vnde ait poeta. Atq; exercendis capiendisq; artibus apti, quod homini non accidit nisi beneficio animi qui vt diximus ⁊ cęlestis nos ad omnes artes facit aptos. Indulsit.dedit. Animas, quibus tantum viuunt. Nam animam dicimus esse qua viuimus, animum vero quo sapimus, quo animo ipsa bruta carẽt, quum nihil cognoscant, neq; discernant. Illis, scilicet Brutis. Nobis animum quoq;, hoc dicit nobis animas ⁊ animũ quoq; esse datum vt sit sensus animas tantum brutis esse datas sed nobis ⁊ animas ⁊ animos. Mutuus affectus, mutua caritas, mutuum affectũ dicimus quum par voluntas accipitur ⁊ redditur. Iuberet.i. vellet nos ab aliis auxilium petere, ⁊ aliis nos subuenire, ob id enim ciuitates conditę sunt, vt mutuis homines viuerent officiis.

Dispersos trahere ĩ populum. Nam homines ab initio ĩ agris passim more bestiaꝝ vagabantur, victũq; sibi pomis syluestribus quęrebant, verum natura monstrãte intellexerunt sibi conducibile esse si ĩ vnum cõgregarentur locum. Itaq; cœperunt oppida ędificare, quo se relictis syluis receperunt. Ora. Oppida cœperunt munire ⁊ ponere leges. Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter. Tutos vicino limine somnos, ordo est vt fiducia collata daret somnos tutos in vicino limine. Collata, coniuncta. Protegere armis, ordo est mutuus affectus iuberet protegere hoc est in bellis ciuem ab hostibus conseruare, quũ aut lapsus aut vulneratus fuisset. Communi tuba, communi classico, quum in expeditionem eundum est.

Sed iam serpentum, sensus est. Maiore inquit concordia omnia in suo genere animalia ferme viuunt q̃ homines, quod quidem Pli.lib.vii.tradit in hunc sensum, vt alter ab altero mutuatus esse videatur, ait enim Deniq; cętera animantia in suo genere probe degunt, congregare videmus ⁊ stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentũ morsus non petit serpentes, nec maris quidem belue ac pisces nisi in diuersa genera sęuiũt. At hercule hoĩ plura ex hoĩe sunt mala. Sęuis vrsis inter se conuenit.i. inter vrsos concordia est. Dicimus.n. sic. mulieribus inter se conuenit ⁊ inter mulieres conuenit. Terentius in Ecyra. Neq; conuenturum inter nos post hac esse arbitror. Et mihi tecum hoc conuenit. Cicero. Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersariis, idest nulla mihi dece de matris est controuersia cum aduersariis. Et conueni cum mercenariis de precio, Fabius quanti veheret interrogaui, de precio conueni. Indica tigris, Tigrin nõ solum indi, sed ⁊ hyrcani ferunt animal velocitatis tremendę. Martia. Tigris ab hyrcano gloria rara iugo.

Cereris sacra

Ingenium

Mutuus affectus

Oratius

Cõuenit

Perpetuam seuis inter se conuenit vrsis
Aſt homini ferrum letale incude nefanda
Produxiſse parum ẽ.quũ raſtra,ẽ ſarcula tantũ
Aſſueti coquere ẽ marris,ac vomere laſi
Nescierunt primi gladios excudere fabri.
Aspicimus populos.quorum non ſufficit irę
Occidiſe aliquem,ſed pectora,brachium vultũ
Crediderint genus eſſe cibi,quid diceret ergo,
Vel quo non fugere,ſi nunc hęc mõſtra videret
Pythagoras,cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanq̃ homine,ẽ ventri indulcit nõ oẽ legumẽ

Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyra ſextadecima.

QVis numerare queat felicis prę-
mia galle
Militię,nam ſi ſubeantur prospe
ra caſtra

Qvis numerare queat, Hac ſatyra quam nõnulli ſuſpicantur non eẽ Iuuenalis referuntur commoda,q̃ multa honorificaq, quũ leges tũ imperatores vt ẽ legi apud Iuriscõſultos militantibus ampliter in dulſerunt. Illud autẽ nõ placet q̃ aliqui tradiderunt eum ſcripſiſſe hanc ſatyram in ęgypto, quũ a Paride pantomimo il luc fuiſſet miſſus in exilium,quum conſtet Paridem gratia et auctoritate dũtaxat valuiſſe apud Domitianũ.t Iuuenalẽ opus ſuum ſub Traiano vt commemoranimus in vita eius ſcripſiſſe. Eſt ergo ſenſus. Tãta eſſe militię prędia t commoda quanta numerari nõ facile queunt. Felicis,aut quę a bellis ciuilibus longe abſit(nam militia illa nullo modo poteſt eſſe felix,quę belli ciuilis ſanguine reſperſa fuerit)aut in qua non contigerit ſuperari ab hoſte, nec aliquã ferre calamitatem Nam ſi ſubeantur, Senſus eſt,Si inquit detur vt eamus in caſtra prospera id ẽ quę a ſanguine ciuili ſint penitus remota,illud optanerim vt mihi prima militię ſtipendia auſpicanti benignitas ſyderum affulgeat,hoc autem dicit ex diſciplina egyptia in qua plurimum petoſiris et Necepſos laborauere, Nam perſuaſum eſt ex aſtrorum motu nõ modo futura cognosci ſed felicitatem infelicitatemq, portẽdi vnde eſt illud Iuuenalis. Diſtat enim quę ſydera te excipiant modo primos incipientem edere vagitus ſicq, docet poeta omnem in rebus humanis feliciatẽ ab aſtris ipſis t fatis pendere,nec iis aduerſantibus quic q̃ proſperũ eſſe poſſe,vnde ſequitur Plus t enim fati valet hora benigni. Excipiat,optantis eſt. Pauidum,epitheton tyronis. Tyronem,tyro dicitur nouus miles. Porta, Nam in caſtris duę erant portę quarum altera prętoria dicitur quę ad orientem ſpectare,debet aut illum locum qui ab hoſte reſpiciet ea enĩ exercitus in prelium educitur quia initio prętores erant, qui nunc conſules t ii bella adminiſtrabant,quorum tabernaculum quoq, dicebat prętorium. Altera vero Decumana appellatur quę poſt prętorium eſt, per quã delinquentes milites educũtur ad pœnã auctor Vegetius de re militari ꝛc. Secundo ſydere,benigno deorum nutu. Plus etenim,reddit rationem quare ſyderum benignitas ſit optanda ingrediẽdi militiam. q̃ momẽtum ipſum ſyderis benigni plus inquit valet ad felicitatem preſtandam q̃ ſi venus per epiſtolam commendet nos ipſi Marti.qui deus eſt ipſius militię t qui in gratiam veneris multa faceret. Nam ei cum venere conſuetudo ſtupri fuit. Genitrix quę delectatur,periphraſis eſt inuenis quę colitur in Samo,mater enim ſuit martis,quẽ vt ſcribit Ouidius in quito faſtor cõcepit cõtactis ſi genitalibus flore quẽ Zephyrus oſtẽderat chloridi vxori,quã latini florem vocant,vi generandi habere. Samia harena.i. Samo ipa harenoſa t parum foecũda,de qua ſic Apuleius Ruratio omnis eſt i ſarculo et ſarculo.quorum pronentu magis fructuoſa eſt inſula quam frugifera,inſula.n.ẽ Icarii maris antea parthenia nominata q̃bi iuno adoleuerit,ibiq, etiam Ioui nupſerit illic enim eſt templum nobiliſſimum atq, vetuſtiſſimũ ſimulacrũ in habitu nubentis figuratum,t ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrantur, Eam dea valde dilexit, vñ eſt illud Virgilii poſt habita coluiſſe Samo. Eſt etiam alia ſamos inſula maris Ionii inter dulychium t Cephaleniam,de qua intellexit Ouidius illic Dulychii Samii q, quos tulit alta Zaçinthos. Tractemus,oſtendamus.

Ne pauidum excipiat tyronem porta ſecundo
Sydere,plus etenim fati,valet hora benigni,
Quã ſi nos veneris cõmendet epiſtola marti.
Et ſamia genitrix quę delectatur harena.
Cõmoda tractemus primum communia,quorũ
Haud minimũ illud erit,ne te pulſare togatus
Audeat,immo ẽ ſi pulſetur,diſſimilet,nec
Audeat excuſſos prętori oſtendere dentes
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atq, oculos medico nil promittente relictos.
Bardiacus index datur,nec punire volenti
Calceus et grandes magna ad ſubſellia ſurrę

Cõmoda communia,ideſt quę omnibus ſunt cõmuniter m liibus. Togatus,militię non ascriptus Nam toga ſemper armis opponitur, vnde Cicero Cedãt arma togę,fuit enim toga romanorũ qua omnis ſexus t conditio vtebatur, vnde Virgilius appellauit romanos rerum dominos gentemq, togatẽ. Offam nigrã, tumorem nigrum ex percuſſione. Nam vt diximus ante,t apud Perſium. Aut quãtas robuſti carminis offas ingeris, Offa appellatur omnis res in tumorem crescens vnde fruſta carnis dicimus offas. Varro in re ruſtica. Dicebat.L.volumnio ſenatori miſſam eſſe offulam cũ duabus coſtis Plinius item res contuſas t in vnum conuolutas appellat offas, vt eſt illud libro decimoterrio. Pomum purgatum tundunt,ſeruantq, eius offas. Et alibi Amygdalinum oleum quod aliqui vocant neopũ arefactis t in offam contuſis exprimitur. Liuoribus liuor proprie appellatur nigrum illud quod apparet in corpore flagellato,metaphoricos autem pro inuidia ſumitur, Bardiacus datus, vt intendas inquit militantium commoda ſi volueris accuſare militem a quo fueris verberatus ,miles de milite erit index, quaſi dicat q militi ſauebit,et qui aduerſabitur, vt ſit ordo Bardiacus et calceus et grandes ſurę dantur tibi index volenti punire hęc, vt per tria hęc deſcribat ipſum Centurionem qui geſtare ſolet in caſtris cucullum bardiacũ et calceũ clauatum et qui magnus procerusq, eſt. Nam ex gallia mittebatur veſtis quę Bardocucullus ſiue cucullus Bardiacus appellatur, Eratq, veſtis vilis et apta militibus in qua etiam cubarent in caſtris quaſi quę et ſimiis ob breuitatem et craſſitudinem conuenirent, vnde Mart.in diſtichis Gallia ſantonico veſtit te bardocucullo. Cercopithecorum pendas nuper erat. Et in primo vrbica lingonicus tyriantina bardocucullus Alibi poeta. Tempora ſantonico velas adoperta cucullo. De eo ſic et Iulius Capitolinus in .p. Helio pertinace. Auctio ſane rerum cõmodi in his inſignior fuit veſtis ſubtegmine ſerico aureis filis inſignior p tunicas penulasq, Licernas t cibi ridotas dalmatarum t cuculli bardiaci. Ergo p bardi t cum intelliges cucullum craſſioris lanę quo maxime galli vtũtur Nam Bardi natio eſt gallorũ quę maxime, vt docet Strabo lib.iiii. Laudationibus rebusq, poeticis ſtudet. De qbus Lucanus, Plurima ſecuri fudiſtis carmia bardi. Ex bardo igitur t cucullo fit bardocucullus ſiue bardiacus cucullus. Abſolute q, quãdoq, ponitur, vt hoc loco ſicut etiã apud Martialem in.iiii. Laſſi Bardiacus qđ enocaui, ſic etiam abſolute lauream enũciamus, quũ ẽt dicamus coronam Laurea t roſaceum abſolute t oleum roſaceum, ſic t multa alia. Bardi etiam dicunt ingenio tardi. Nã apud grecos Βαρὺς ſiſnificat Plautus in perſa, Nimis tandẽ equidẽ pro barda t p ruſtica reor habitã eẽ abs te. Idẽ in epidico. Me aũt ſic aſſimulabã quaſi ſtolidũ, quũ bardũ me faciẽdã. Cice.in libro de fato. Zophyrus phyſognomon q ſe pfitebat hoĩum mores naturãq, ex corpe,oculis, vultu,fronte,pnoscere,ſtupidũ eẽ Socratẽ dixit t bardũ, q̃ ingula cõcana nõ haberet. Calceus, calceũ militare intelligit quẽ alio noĩe caligam dixere, qui multis clauis militaribus ſuffigebat. vt diximus in.iii. ſatyra.de quo ſic Ioſephus in bello iudaico lib. vii. ſcribẽs de cęde Iuliani beatiſſimi archi. Calceos nãq, habens creberrimis atq, acutis (vt cęteri ſolent milites) clauis fixos, dũ ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo occurreret,labit. Grãdes ſurę.i. magne ſaturę cẽturio. Nam cẽturiones eligebant q t, pceri t magnis viribus eẽt, vñ t in.iii. ſatyra. Magna mox vndiq, planta calcor.hoc eſt plantis magnoꝝ militũ. Ad magna ſubſellia,bene aũt dixit ſubſellia nam Tribuni maiorũ ſunt magiſtratuũ, vt cõſulis t ptoris. Subſellia vero minorũ vt ędiliũ, Queſtorũ. Volẽti punire, ideſt togato volenti t cupiẽti militẽ caſtigari p iudicẽ.

Tyro

Barbi

Samos

Toga

Offa

Liuor

Bardiacus cucullus

Calce

Tribunalia

Subſellia

Legibus antiquis,ſubaudi a ſequẽtibus ſeruatis, vt ſit ſenſus,nõ eſt mirũ ſi miles militi datur index, qa volũt leges caſtroꝝ antiquas ſeruari, q̃ nõ pmittebãt militem vocari ad iudicia extra vallũ, neq, ad aliũ iudicẽ q̃ ad cẽturionẽ. More camilli.Nã Camillus inſtituit ne miles extra caſtra in ius vocaret, vt mãdatis imperatoris cõtra hoſtes dimicaturi ꝑſto eẽt.hocq, iter alia militantiũ erat cõmoda,de quibus multa apud iuriscõſultos cõmemorantur in digeſtis. Procul a ſignis,ia vexillis t caſtris ipſis. Iuſtiſſima cẽturioni, ergo inquit iuſte t merito datur index Centurioni,quãdoquidem ita t legibus t prudẽtia Camilli cauũ eſt ad cõmodũ reipu. ne miles aliqua iudicii neceſſitate euocetur ex caſtris, vt ſit veluti reſpõſio iniquũ nõ eſſe ſi miles de milite iudicet. Nec mihi deerit vltio. Senſus eſt, licet inquit miles index nobis detur,ſi t ego puniar ſic peccanero, ſed tñ hoc vnũ erit ilico accuſatori incõmodũ, q̃ tota

Legibus antiquis castrorum & more camilli
Seruato, miles nec vallum litiget extra,
Et procul a signis. iustissima centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Vltio, si iustę defertur causa querelę
Tota cohors tñ est inimica, omnisq́ manipli
Consensu magno officiunt, curabitis vt sit
Vindicta grauior, q̄ iniuria dignum erit ergo
Declamatoris mutinensis corde vagelli,
Quũ duo crura habeas offendere tot caligatos
Milia clauorum, quis tam procul absit ab vrbe,
Pręterea quis tam pylades molē aggeris vltra
Vt veniat? lachrymę siccentur protinus, & se
Excusaturos non sollicitemus amicos.
Da testem iudex quem dixerit; audeat ille
Nescio quis pugnos vidit qui dicere; vidi,
Et credam dignum barba, dignumq́ capillis
Maiorum, citius falsum producere testem
Contra paganum possis q̄ vera loquentem
Contra fortunam armati, contraq́ pudorem,
Pręmia nũc alia, atq́ alia emolumēta notemꝰ

cohors ei aduersabitur & strepitu terrebit ne grauius in militē querat q̄ fuit iniuria ipsius accusatoris percussi.

Cohors, Decē cohortes erāt in vna quaq́ legione, vt diximus in .i. satyra illic. Curam sperare cohortis. **Manipulus** Manipuli. Manipulũ Varro exercitus minimā manũ esse tradit, quę vnũ sequit̃ signũ, de quo ita Ouidius in fastis. Illa quidē foeno (se derat reuerentia foeno) Quātam nunc aquilas cernis habere tuas, Pertica suspensos portabat longa maniplos, Inde maniplaris noĩa miles habet. Officiũt, cōquerenti. Curabitis vt sit verba cohortis & cęteroꝝ militũ cum rephēsione, voletis ne vt grauius de milite sumat̃ suppliciũ q̄ sit eius delictũ? Poeta Philosophice ostēdit iuxta mensurā delicti, modum ēt adhibendũ plagaꝝ, vnde Cice. in officiis, Cauendũ est ēt ne maior poena q̄ culpa sit.

Vindicta, illud obseruādũ vindicta eē noĩatiuũ & vltimā pduci positiōe seq̄ntis dictionis.

Dignũ erit ergo, Vagellus mutinēsis fuit tpibus poetę causidicus audacissimus, q cās vel piculosas suscipiebat defendēdas, ait ergo poeta, Poteris pfecto diiudicari nō minus temerarius q̄ vagellus, si ausus fuerit tu togatus offēdere accusādo tot milites, vñ tm̃ tibi imineat piculũ, Quũ duo habeas crura .i. quũ possis aliq̄ corpis tui ps violari, solēt .n. multi vlciscēdo crura succidere aduersariis suis. Declamatoris, ptoris. Declamare aũt est forēses actiōes meditari.

Tot caligatos .i. tot milites. Nā a caliga calciamēto militari caligati milites dñr. Trangl. in augusto. Coronas vallares ac murales quę honore pcellerēt, sępe ēt caligatis tribuit, **caligati milites** vñ Caligula auctore Trāqllo cognomē a castrēsi loco traxit, qa manipulario habitu īter milites educabat̃. Ausonius Caius cognomē caligę cui castra dederũt. De caliga plura diximus in .iii. satyra. Milia clauoꝝ, expositio ē. Nā caligę clauis (vt modo diximus) suffigebant̃, q ob hoc caligares nũcupant̃, vñ alibi poeta. Clauus mihi militis hęret ī digito. Insti. li. xxxviii. de caliga mētionē sic facit. Argēti auriq́ tm̃ fuit Antiocho, vt ēt gregarii milites caligas auro figerēt, pculcarētq́ materiā, cuius amore populi ferro dimicaret. Quis tam pcul absit ab vrbe? Pręterea qs tā pylades, Sēsus ē. Quis est ille tā rudis tāq́ rusticus, aut tā amicus q velit cām agere aduersus militē, vt sit sensus. Ille vere īprudēs & paꝝ peritus dici pōt, q īminēte sibi tāto piculo audet h̃ agere. Tā pylades, tā amicus, velit subire piculũ p amico, vt Pylades fecit p Oreste, q eũ insanientē in tauricā vsq́ regionē cōmitatus ē multa adiens picula, vt amicus furore liberaret̃, nota est fabula. Vt veniat molē aggeris vltra .i. intra castra ad Cēturionē. Lachrymę siccant̃, iudices solent, aut p lachrymas, aut per amicoꝝ potissimũ intercessionē placari, Ait ergo poeta hęc nō eē parāda, qñ nec lachrymę sint pfuturę, nec amici queāt inueniri, Est ergo sensus, lachrymę siccent̃ ptinus .i. amoue statim lachrymas qa tibi nō pderunt, est aũt īperatiuus modus. Nec solicitemus amicos q ne veniant se excusabunt. Sicq́ poeta ostendit paganum & togatũ omni gñe fauoris eē destitutũ q aduersus militē agat. Da testem, Esto inqt q sit tibi dandus testis tuaꝝ verbeꝝ quē iudex dixerit se accepturũ, neminē inuenias q audeat testificari & aperte dire se vidisse qđ vidit. Audeat ille nō cũ interrogatiōe, sed per pmissionē ē legēdũ, q.d. si audeat testificari credā illũ dignũ q inter auos & maiores nr̃os numeret̃ q sũma fuere seueritate & animi cōstātia. Ordo aũt ē, Ille nescio qs q vidit pugnos militis .s. pcuciētis audeat dicere vidi & credā dignũ & cętera .i. si audeat dicere credā illũ eē antiqua illa seueritate. Barba & capillis. Priscis .n. tpibus intōsi & demissa barba ī cedebāt. Citius, Sēsus est. Facilius inqt īuenias q falsum dicat testimoniũ aduersus hoiem nō ad scriptum militię .i. nō militantem q̄ qui verũ dicat aduersus militem, ita & dignitatē & potentiā suspiciunt militis. **Paganus** Paganũ autem opposuit homini militanti, vt sint vocabula contraria, quod colligas ex iuriscōsultis. Iustinianus. in institutionibus libro. secundo de milita ri testamēto. Sed testari quidem & si filii familię sint pro pter militiā cōcedit̃ iure tñ cōmuni eadē obseruatiōe, & in eoꝝ testamētis adhibēda quā in testamētis paganoꝝ pxime exposuimus. Vulpia. titu. de militari testamēto, est rescriptũ a diuo pio in eo q quũ eēt paganus fecit testamentũ, mox militare cœpit. Tertullus Omni modo posthumus rũpet testm̃ illius, sed siquidē pagano iam illo facto natus sit. Quin ēt Paulus sic scribit fiat testm̃ exemplo eius qui paganus fuit, deinde militare cœpit. Cor. Tacitus. vñ & seditiosa colloquia, & inter paganos corruptior miles. Pli. quadā epistola ad Traianũ. Apđ me & milites & pagani a qbus iustitia eius & humanitas penitus inspecta est, & cętera. Trāquil. in Galba. Atq́ in foꝝ vsq́ pcessit, ibi eqtes qbus mādata cędes erat quũ per publicũ dimota paganoꝝ turba equos adegissent. Quibus exēplis liqdo appet paganũ militi opponi. videtq́ inde origo vocabuli orta q Roma vt scribit Dionysius Halicarnasęus lib. iiii. diuisa erat in tribus quattuor quas pagos vocitabāt, in qbus habitātes pagani dicebant̃ q in nullā aliā habitationē trāsferri poterāt, paganos itē appellamus rusticanos. Nā pagi dñr vici siue villę πηγη .n. fontē significat eo q iuxta fontes pagi cōstitui soliti sint. Fortunā, potētiā. Pudorē, dignitatē & cōtra id qđ possit eē pudori & dedecori ipi militi.

Sacramentorum; conuallem ruris auiti
Improbus aut campũ mihi si vicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
Quod mea cũ vetulo coluit plus annua libo,
Debitor aut sumptos pergit non reddere nũmos
Vana superuacui dicens chirographa ligni;
Expectendus erit qui lites inchoet annus
Totius populi, sed tunc quoq́ mille ferenda
Tedia, mille morę; totiens subsellia tantum
Sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Ceditio, & fusco iam micturiente, parati
Digredimur, lentaq́ fori pugnamus harena.

Sacramentorum, idest militum qui iureiurando in militiam sunt ascripti, hi autem erant iusti milites, qui singuli iurabant pro re pu. se esse facturos, nec a militia recedebant nisi completis stipendiis. Tale genus militię **Sacramentũ** sacramentum appellabant. lege Vegetium, de Sacramēto ita meminit Valerius in .ii. Po. Ro. operam dabat ne imperatoribus capite cēsos sacramento rogare esset necesse. Multi antē ne sacramento militari astringerentur fugiebāt ex vrbe & tanq̄ serui in ergastulis delitescebant, vnde Tranquillus ī Tiberio Supprimebāt nō solũ viatores, sed & quos sacramēti metus ad huiusmodi latebras cōpulisset. Sacramentum itē longe alia significatione accipitur. Nam vt docet Varro qui in iudicio petebat & qui īficiabatur, de aliis rebus vtriq́ qngētos ęris apud sacrũ pōtificem deponebant. Qui iudicio vicerat suum sacramentum a sacro auferebat, victi ad ęrarium redibat. Ea igit̃ pecunia quę apud sacrum pontificem deponebatur ab vtroq́ litigatore sacramentũ dicebat̃, vñ locus ille apud Valerium in septimo de testamentis rescissis a cōmentatoribus male est enarratus, vbi sic scriptũ est. **Locus Valerii declaratus** Sacramento cum adulescentulo contendere ausi non sunt. Nā sacramentum pro iureiurando accepe ũt. Tu vero ita expone vt nos monuimus sacramento .i. sponsiōe, & pecunia deposita apud sacrum pontificem. Conuallem ruris auiti. Si forte inqt acciderit vt mihi togato & non scripto in militiā litigandum sit de fundo sine finibus pturbatis, aut aliqua alia re annus mihi expectandus ē. Sed si miles litigat, statim et omni amota cunctatione a iudicibus auditur, expediturq́. Ordo est, Annus expectandus erit qui inchoet lites totius populi si vicinus improbus ademit mihi conuallem ruris auiti &c. **Conuallis** Cōuallem, cōuallem appellamus planiciem qua versum mōtibus circũ septam. Vallem vero quę a duobus lateribus **Vallis** sit mōtibus pcincta. Aut saxum effodit .i. si terminũ e cōfinio euulsit. Nam lapis aut stipes ad finium discretionem defodiebatur ita vt supra terram extaret, quem terminum vt deum & coronis & victimis venerabant̃, vnde Tibullus. Nam veneror seu stipes habet desossus in agro. Seu vetus in triuiis florida serta lapis. Agnus huic imolabat̃. Oui. in fastis Spargitur & cęso cōmunis terminus agno. Dionysius tñ scribit lib. ii. ex instituto Pompiliis Termino quotannis pultibus & libis atq́ aliis quibusdam fructuum primitiis sacrificari, ex qua cōsuetudine ait poeta Mea plus annua. Limite, Semita quę est in confinio agri. Quod .s. saxum. Plus, pulte longo tempore Romani vsi sunt vice panis, ea conficiebatur ex farina cocta cum aqua. Debitor, subaudi a superioribus si. Sumptos, aut foenore aut mutuo. Dicens, contendens. Vana esse .i. mendacia. Virgi. Ni frustra auguriũ vani docuere parentes. Salustius in iugurthino. Mauri genus vanũ. Chirographa, dicuntur a χειρ quod est manus & γραφη scriptura. Ligni, nam in tabellis ligneis antiqui scribebant. Superuacui, superuacanei & nihil proficiētis quum scripta denegent̃ & debita, hocq́ ex persona poetę ridentis mores sui temporis, superuacuum enim est tabellas in iudiciũ producere debitore scripta inficiante. Lites totius populi, hoc videtur dicere ex consuetudine antiquorum apud quos in ordine vt docet Seruius exponens illud Si vno ordine habetis Achiuos dicebant̃ causę propter multitudinem & tumultum festinātium, causę enim audiebantur per sortem ordinatę, conueniebāt .n. omnes & ex sorte dieꝝ ordinem accipiebāt. Alii vero sententiam Seruii vt falsam improbantes talem afferunt sensum longum tempus erit tibi expectādũ qđ ichoet lites totius populi, hoc ē diutissime tibi expectādũ erit anteq̄ cōueniant ad iudicandum centũuiri. Nā centũuiri ex triginta quinq́ tribubus ī quas totus populus Ro. erat diuisus eligebantur terni ex singulis tribubus, centum dicti vt scribit Pompeius q̄uis essent centum & quinq́. Hi iudicabant de tutelis, agnatiōibus, deposito, finibus, aliisq́ ciuilibus causis quales hic cōmemoratur a Iuuenale, sed longis interuallis ad iudicandũ conueniebāt, nec enim facile centum iudices cogebantur omnes, nec perpetuo ius dicebant. Iccirco lites quę apud eos agebātur in multam differebant̃ diem. Sed tunc quoq́ mille ferenda, quum tempus etiā venerit agendę cāę. Mille morę, mille cunctationes, quum difficile sit tot iudices congregari, Subsellia, vt diximus minorum sunt magistratuum auctore Rediano. totiens tantum sternunt̃, Sternuntur inquit sępe subsellia tantummodo, nam iudices non sedent quum maior pars absit. Iam facũdo ponente lacernas Ceditio, Sensus est. Rari veniunt iudices & qui veniunt sedent ociosi, nec nos audiunt, ita vt iā nos parati ad dicēdũ discedamus nō audita cā. Ceditio, nomē ē iudicis. Ponēte lacernas, deponēte lacernas dũ alios expectat iudices veluti vestiũ onere grauatus. Sic .n. in iudiciis iudices vestes deponebant qđ factũ fuisse a Cice. docet Valeri. lib. ix. de mortibus non īgularibus sic. C. Licinus repetundaꝝ reus dũ sentētię dicerent̃ in Menianũ conscendit siquidē cum. M. Ciceronem qui id iudiciũ cogebat ptextā ponentē vidisset misit ad eũ qui diceret se non damnatũ sed reũ periisse.

Fusco micturiente, quasi longa sedendi & expectādi mora vrinā contractā emittente. Id .n. fieri solitum docet. C. Ticius in orone, qua legē Faniā suasit notās mores sui tpis vt tradit Macro. li. iii. his verbis iudex testes poscit. Ipsus it mictũ, vbi redit, ait se oĩa audiuisse, Tabulas poscit, lr̃as inspicit, vix pre vino sustinent palpebras. Pugnamus, sumptũ ab gladiatoribus qui ī harena dimicant, vt sit sensus. Descēdimus inquit ad certamen & cām agendā, sed res in longũ pducit̃. Nā vt testat̃ in .ii. declamationũ Harena p foro ponit̃ iudiciario Et ille iō q in foro primũ dicturus Tyro dictus ē, pōt ēt ad illud referri q q litigant mutuis multiplicibusq́ cōtumeliis se verberāt, sed prior sensus magis placet. Ha

rena, theatrum appellatur harena, quia harena spargeretur quo facilius ludi celebrarent. Lenta, quia Lento iudicio causę peragantur. Aſt illis. Sed milites inquit ilico vbi volunt audiuntur a iudicibus. Quos arma Balteus tegunt, periphraſis militis. Balteus, Cingulum proprie eſt militare ex corio, licet ab Apuleio capiatur pro quocunq; cingulo etiã muliebri, ide militis dependebant arma, bullis aureis plerũq; ornabat, vnde ẽ illud Perſii, Sed lato balteus auro protegit. Diuus Hieronymus ad Saluinam. Nihil nocuit militanti plandamentum ⁊ balteus.

Aſt illis quos arma tegunt, ẽ baltheus ambit
Quod placitum eſt illis ꝓſtatur tẽpus agẽdi,
Nec res atteritur longo ſufflamine litis.
Solis pręterea teſtandi militibus ius
Vino patre datur, nam quę ſunt parta labore
Militię, placuit non eſe in corpore cenſus,
Omne tenet cuius regimẽ pater, ergo Corãtũ
Signorum comitem, caſtrorumq; era merentẽ,
Quãuis iã tremulus captat pr̃, hũc labor equo
Pronebit, ẽ pulchro reddi ſua dona labori,
Ipſius certe ducis hoc referre videtur,
Vt qui fortis erit, ſit foelicisſimus idem,
Vt lęti phaleris omnes, ẽ torquibus omnes.

Nec res atteritur, ideſt nec cauſa prorogat, nec in longum ducitur ſed ſtatim expeditur, aut res ideſt patrimonium nõ abſumit longa litis mora. Longo ſufflamine longa mora, nam Sufflamen appellatur qđ rotę obiicitur ne currus retro currat, ſed ſiſtat, de quo diximus plura in octaua ſatyra, ipſe rotã ſtringit multo ſufflamine conſul. Solis pręterea, aliud militis affert cõmodũ. Licet inquit militi vino patre teſtari, quum ceteris filiis familię hoc nõ liceat. Nam lege prouiſum eſt, vt quę in militia eſſent per filium acquiſita in arbitrio eſſent ⁊ poteſtate filii, id que peculium caſtrenſe dicebantur, vnde ita legit apud Iuſtinianum de militari teſtamento. Sed teſtari quidẽ ⁊ ſi filii familię ſint propter militiam conceditur. Et paulo infra. Et pręcipue militibus qui in poteſtate parentũ ſunt, quibus de eo quod in caſtris acquiſierunt ꝓmiſſum eſt ex conſtitutionibus principum teſtamentum facere, quod quidem ius ab initio tantum militãtibus datum eſt, tam ex auctoritate Auguſti q̃ Nerue nec nõ optimi Imperatoris Traiani. Non eſe in corpore cenſus, nõ cõnumerari inter bona patris. Ergo, quũ ergo inqt pater cognoscat in arbitrio fili ſui Corani eſe quę per labores militares acquiſiuit, blanditiis tentat eũ captare, vt ab eo ſcribatur hęres, alluditq; ad illum Corannum, de quo Oratius in ſermonibus. Captatorq; dabit riſus Naſica Corano. Signorum, vexillorum. Merentem era. i. ſtipendia facientem. Quãuis iam tremulus, anariciam ſui temporis notat, licet inquit etiam in extrema ſit ſenectute tamen captat filium. Hunc labor equus pronebit. Non eſt inquit mirum tanto honore militem decorari, equum enim eſt paria labori ꝓmia reddi, ergo labor equus ideſt inſtus pronebit hunc ſcilicet militem. i. extollit ⁊ decorat. Inſtum aũt appellat laborem quia inſtum eſt vnicuiq; pro patria laborare.

Et pulchro reddit ſua dona labori. Hunc ego locũ emendandum ſic puto vt dicatur Reddi ⁊ non reddit, vt ſit ordo ⁊ ſenſus, ⁊ hoc videtur referre ipſius duci ſua dona reddi pulchro labori, ideſt vt ꝓmia ſua habeat pulcher ipſę militię labor, ea ratione. s. vt idem ſit foeliciſſimus q erit fortis vt omnes lęti ſint phaleris ẽ torquibus. Niſi velimus ita dicere labor reddit ſua pręmia labori, qđ mihi ſatis inscitum videtur, vt dicas labor labori reddit pręmia, ſenſus prior magis placet. Sua dona, propria pręmia. Ipſius certe ducis hoc referre videtur, Dux ingt in rem ſuam putat eſe vt ſui milites qui fortes ſint, iidẽ ſint ⁊ feliciſſimi ⁊ ornatiſſimi, quaſi dicat Imperator ipſe gaudet commodis militum, quos ⁊ phaleris ⁊ torquibus ſibi det vultq; ornari. Qui fortis erit. s. miles validus ⁊ ſtrenuus. Idem ſit feliciſſimus, paribus remunerẽ pręmiis, ſicq; ſe in felicitate ſentiat. Vtoẽs. s. milites. Lęti, ſubaudi extrinſecus ſint.

Phaleris, Phalerę ornamenta ſunt equorũ declinãturq; numero tãtum plurali grece τὰ φάλαρα dicunt genere neutro mutata a in e ſicut τὰλαντον, latine Talẽtum dicitur, de phaleris Virgi. Primus equum phaleris inſignem victor habeto. Et ante Iuuenalis, vt phaleris gauderet equus. Fallũtur aũt qui phaleras nõ ſolum equoꝝ, ſed etiam equitum nobiliũq; ornamenta eſe crediderũt fidi tum dicto illo Pliniano qui ita ſcribit lib. xxxiii. caꝑ. i. Ab ordine equeſtri phaleras poſitas ſuiſe ex indignatione quum. Cn. Flauius creatus eſet ędilis curulis tum illo Liuii ſcribentis in ſeptimo Decadis Flaui ędilicia tãtum habuiſe indignitatis vt pleriq; nobilium aureos annulos ⁊ phaleras deponerẽt, quaſi ipſę phalere eſent ẽt ornamẽta hominum quum oĩno tm̃ eſent equoꝝ quã ambiguitatẽ Vale. li. ix. tollit his verbis. Offenſi ãnulos aureos ſibimet ipſis, ⁊ phaleras equis ſuis detractas abiecerunt, a phaleris deducẽ phaleratus. Terẽtius Dictis phaleratis ſeducis me. Quę cunq; igit̃ ſunt ad ornamentũ eq phaleras appellari docet Serui. in. vii. illic Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Torquibus. Torques ornamenta erant militũ aurea quę circa collũ geſtabant ſumpto more a gallis, vnde Manilius torquatus cognominatus ẽ. Oui dius de ponto. Nec torquẽ collo, nec habens crinale capillis, genere aũt maſculino ⁊ foeminino inuenitur.

Ex Aedibus Alexandri Paganini Venetiis. M.D.XVI. die. xvii. Octobris Leonardo Lauretano Principe Optimo.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S

Omnes ſunt quaterni pręter S qui eſt ternus.

Andreas

Andreas

Quibus ignoti sumus ut virg: Sum pius Aeneas &c

ibus nos ipsos Ingratis ut Ovidius Est aliqua ingrato meritum exprobare voluptas

dare licet Ipsis quibus spem bonam de nobis pollicetur volumus Medicus aegrotis

Chirurgus vulneratis